623

DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
CORAM
R. P. D. CAROLO CERRO
OLIM DIGNISSIMO DECANO
NVNC
S.R.E. PRAESBYTERO CARDINALI
TIT. S. ADRIANI.
EPISCOPO FERRARIENSI
IN TRES PARTES DISTINCTAE
Cum suis Argumentis, Summariis, ac Indice locupletissimo materiarum, quæ in dictis tribus partibus continentur.
TOMVS TERTIVS.

ROMAE, Superiorum permissu M.DC.LXXXII.
Sumptibus Iosephi Corui Bibliopola.

DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE

CORAM REVERENDISSIMO P. D.

CAROLO CERRO DECANO

NVNC

S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI

TIT. S. ADRIANI,

EPISCOPO FERRARIENSI.

TOMVS TERTIVS.

ARIMINEN. BONORVM.

Ven. 18. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Inuestitura in qua tot petiæ terræ, seu Tornaturæ conceduntur in fundis designatis, non extenditur ad annexa eisdem Tornaturis concessis, nec vltra potest Emphyteuta prætendere, qui si sit primus acquirens, & titulo oneroso potest alijs in Inuestitura vocatis præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura, in qua concessę leguntur petiæ terræ tot Tornaturarum positæ in certis fundis designatis illam dumtaxat quantitatem censetur comprehendere, nec ad annexa debet extendi.*

2 *Emphyteuta emens ab alijs Inuestitis dicitur primus acquirens ex titulo oneroso.*

3 *Emphyteuta primus acquirens ex titulo oneroso potest præiudicare vocatis, quamuis agatur de concessione ex Pacto, & Prouidentia.*

4 *Iuri accrescendi non censetur à fratribus renunciatum ex diuisione bonorum, dum in ea expressa illius remissio non legitur.*

5 *Hæres scriptus in Testamento non abolito, nec cancellato, debet immitti in possessionem bonorum, quæ liberè ad Testatorem spectabant.*

DECISIO DCXLIX.

Decisum fuerat 18. Iunij 1657. dandam esse manutentionem, & respectiue immissionem Capitaneo Valerio de Nannis in possessione Domus cum quatuor apothecis in Ciuitate Arimini, domus sitæ in Contrada Sancti Martini in Ripa rupta cum Tornaturis Terrę 53. circiter, domus in contrada S. Iuuenalis cum tornaturis 30. domus in contrada Sancti Martini Montis Abbatis cum tornaturis 14. & alterius domus cum tornaturis 60. in contrada Sanctę Christinæ. Ideoque cum supposito, quod omnia prædicta bona essent emphyteutica ex pacto, & prouidentia acquisita per Alexandrum, & Valerium Seniores, ac respectiue per Alexandrum Iuniorem patrem dicti Capitanei Valerij & Iulij Authoris Elisabetthæ pro se filijs, & nepotibus cum expresso pacto quod portio præmorientis accrescat superuiuenti. Verum causa repropositа Domini ordinarunt, quod videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis, ac immissionis, & hodie existimarunt constare de bono iure vtriusque partis ad dictum effectum iuxtà modum infra exprimendum.

Respectu enim Capitanei Valerij dictum fuit eius bonum ius resultare ex instrumentis inuestiturarum; quæ dantur *in eius Summ. n. 1. per tot.* sed fuit animaduersum, quod non continent illam quantitatem supra expressam, & in decisione suppositam, sed duntaxat domum cum quatuor Apothecis in Ciuitate Arimini concessam per viam renouationis Alexandro Iuniori anno 1629. à Priore Abbate S. Iuliani, & tornaturas 20. terræ cum tabulis 64. & pedibus 80. contentas in pluribus alijs inuestituris, nempè tornaturas septem clausiuæ, seù Possessionis positæ in contrada, & Capella Sancti Martini in Monte Abbatis in fundo Pradelli concessas anno 1587. Valerio seniori per Priorem Monasterij Sancti Martini, seu Hospitalis S. Lazzari tornaturam vnicam cum dimidia petiæ terræ positæ in eadem Contrada in fundo de Cerrarijs, seu Fabiani ab eodem Priore concessam eidem Valerio de anno 1594. Tres quartas partes vnius tornaturæ in contrada, seu capella Sanctæ Christinæ in fundo turri concessas anno 1554. Alexandro Seniori, tornaturas quatuor petiæ terrę in Capella S. Iuuenalis in fundo Vitale seu Capellæ eidem Valerio concessas anno 1592. a Canonicis S. Iuliani, tabulas 43. & alias tabulas 73. sitas in contrada, & Capella Sanctæ Christinæ in fundo Raspulario concessas anno 1608. dicto Valerio Seniori per Priorem Monasterij S. Martini tornaturam vnam, & tabulas 25. in Capella S. Martini in Ripa rupta concessas Alexandro Iuniori anno 1612. 28. Martij à Canonicis S. Iuliani. tornaturas duas cum tabulis 97. in Capella S. Ioannis in Bareto, & tabulas 20. cum pedibus 80. in contrada S. Martini in ripa rupta *dict. anno* 1612. 18. *May* a Conuentu S. Ioannis Euangelistæ concessas dicto Alexandro tabulas 63. & alias 55. in contrada S. Ioannis in Bareto, seu S. Martini in ripa rupta ab eodem Conuentu concessas anno 1614. eidem Alexandro, quæ in totum constituentes dictas tornaturas 20. tabulas 64. & pedes 80. Capitaneo Valerio debentur, & non vltra; reiecta prætensione ab eius Informantibus deducta, quod omnia alia bona prædictis tornaturis annexa censeri debeant in ijsdem inuestituris com-
1 prehensa, quia cum in eis concessæ legantur petiæ terræ tot tornaturarum seu tabularum positæ in fun-

dis designatis illa tantum pars, seu pena quantitatis designatæ, & non vltra ad formam cuiuscumque inuestiture concessa censetur ad *Text. in cap. per tuas de donat. Paul. de Castr. in l. si venditor 39. sub num. 2. circa finem vers. contrarium loquitur ff. de act. empt. Alex. cons. 8. sub num. 3. lib. 2. Socin. Sen. cons. 42. num. 9. lib. 2. Curt. Iun. cons. 131. per tot. & signanter num. 8. cum seqq. Surd. cons. 366. num. 4. Cald. de empt. & vendit. cap. 9. num. 25.*

Non obstat quod Alexander Iunior quoad Domum cum quatuor Apothecis, & quoad nonnullas tornaturas supra expressas fuerit primus acquirens ex
2 titulo oneroso, cum illas emerit ab alijs Inuestitis ex deductis, *coram bo: me. Merlino decis. 699. sub num. 37. vers. ita in his terminis, & num. 38.* & sic potuerit præ-
3 iudicare vocatis, quamuis ageretur de concessionibus ex pacto, & prouidentia vt firmatur in eadem *decis. 699. num. 4. cum seqq.*

Quia ille factis emptionibus obtinuit renouationes pro se filijs, & nepotibus, adiecto expresso pacto sub his verbis ibi: *Ita tamen quod pars premorientis, seu premorientium ad superstites deueniat, & accrescat*, Nec quidquam viuens, seu moriens in contrarium peregit, ex quo desumi possit, voluisse vocatis præiudicare, sed solum in vltimo eius testamento instituit sibi hæredes vniuersales Valerium, & Iulium filios æquis portionibus etiam in bonis emphyteuticis *Summ. Elisabettha num. 12.* quod non repugnat, sed conuenit renouationibus, nec vllo modo exinde inferri potest, quod dicto Iuri accrescendi derogare voluerit, dum nec expressè, nec tacitè aliter disponit.

Non obstat diuisio ab Arbitris facta anno 1646. preuio compromisso eorundem Valerij, & Iulij fratrum
4 *dict. Summ. Elisabettha num. 11. & 13.* quia ex ea non censetur renunciatum dicto iuri accrescendi, dum expressa illius remissio non legitur, vt in terminis pluribus allegatis auctoritatibus plenè respondit *Rota in Rauennaten. Emphyteusis 22. Maij 1628. coram bo. me. Coccino, in recent. decis. 176. num. 12. cum seqq. & num. 39. p. 5.*

Respectu autem Elisabetthæ dixerunt Domini constare de eius bono iure quoad omnia alia bona (præter supradicta) quæ libera sunt, seu allodialia, & reman-
5 serunt in hæreditate Iulij eius filij tempore sui obitus cum enim ipsa exhibuerit publicum testamentum non abolitum, nec cancellatum, in quo à dicto Iulio scripta fuit hæres vniuersalis *dicto Summ. num. 1.* non potest vtique eidem quoad prædicta bona denegari auxilium *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.*

Atque ita cum concurrat possessio vtriusque partis vnicuique iuxta modum prædictum decreta etiam fuit manutentio seu immissio pro confirmatione antecedentis possessionis ex allegatis *in decis. sub. §. immissio vero.* Vtraque &c.

ROMANA CASALIS.

Veneris 18. Iunij 1660.

ARGVMEMTVM.

Bona per hæredem grauatum acquisita mediante transactione inita super iure, & nomine hæreditatis, non ipsi transigenti, sed hæreditati acquirantur & augent fideicommissum, & quando transactio dicatur inita super iuribus fideicommissi, & nomine hæreditario fideicommittentis.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non potest concedi hæredi super re quæ sub hæreditate testatoris non cadit.*

2 *Bona ab hærede grauato acquisita mediante transactione inita super iure, & nomine hæreditario fideicommittentis non ipsi transigenti acquiruntur sed hæreditati, ipsumque augent fideicommissum.*

3 *Bona per transactionem super iure hæreditario, & hæreditario nomine initam siuè acquirantur siue retineantur ab hærede grauato, semper augent fideicommissum*

4 *Bona Fideicommissaria pendente lite super ijsdem, non possunt dici exiuisse de fideicommisso.*

5 *Transactio inita super iuribus fideicommissi ab hærede grauato, non dat ei nouum titulum, sed eius vigore antiquum dominium ex primo titulo continuare dicitur.*

6 *Bona fideicommissaria mediante transactione ab hærede grauato recuperata, semper reincidunt in priorem causam fideicommissi, dum ipsimet hæredi cessa non fuerunt, sed simpliciter fuit processum per viam reretrocessionis.*

7 *Transactio inita pendente lite super re, & iure fideicommissi, censetur facta nomine hæreditario fideicommittentis.*

8 *Agens ex vna causa, si illam non probat, non potest ex alia causa obtinere.*

9 *Hæres grauatus soluens de bonis, & pecunijs hæreditarijs, nullum ius ex ipsis solutionibus sibi potest acquirere.*

DECISIO DCL.

PVellis S. Euphemiæ Dispersis nuncupatis vti hæredibus testamentarijs Iacobi Tolomei concessa fuit Immissio in possessionem Casalis S. Proculæ seu Muratellæ pro rata rubrorum 14. & pro medietate scutorum 300. quæ prætendebant Iacobum soluisse de proprio Ecclesiæ S. Mariæ Puritatis occasione Legati eidem relicti a Mario Tholomeo.

Verum causa appellationis mihi commissa cum clausula *constito quod sit locus Egidiano*, Domini negatiuè responderunt ex capite iniustitiæ; quandoquidem portio casalis, de qua agitur subiecta est fideicommisso a Petro Antonio Iacobi patre instituto, quod per obitum ipsius Iacobi sine filijs non cõtrouertitur fuisse purificatum ad fauorem Lucretiæ Matris
1 & Auctricis Artemisiæ & Marthæ de Petruccijs Rearum conuentarum; ideo non potuit super ea Puellis concedi immissio vti hæredibus Iacobi, cum non cadat super eius hæreditate *Card. Seraph. decis. 848. n. 4. Rota in recent. decis. 518. num 12. p. 4 tom. 3.*

Non obstat, quod dicta portio fuerit adiudicata Michaeli de Grassis, & Oliuæ de Blondis pro satisfactione Legati scutorum 900. ipsis relicti a Paulo Iacobi patruo (ex cuius hæreditate casale controuersum deuenerat in Petrum Antonium fideicommittentem) quodque Iacobus mediante solutione legati illam a legatarijs redemerit, vt propterea affecta videatur proprium ipsius patrimonium.

Quia cum huiusmodi redemptionem fecerit mediante transactione inita super iure, & nomine hæreditario Petri Antonij legati debitoris pendente iudicio super nullitate dictæ adiudicationis non fuit
2 acquisita transigenti, & redimenti, sed hereditati debitoris super cuius iure fuit transactum, eiusque fideicommissum mediante dicta transactione auctum fuit *Grat. cons. 9. num. 18. & 19. lib. 2. Cancer. var. resol. p. 2. cap. 15. tit. de renunc. num. 208. cum seqq. Molin. de Primog. Hispan lib. 4. cap. 9. num. 22. in fine, Gratian. discept. 476. num. 14. Rota decis. 306. num 6. p. 5. recent. & in Romana casalis Aguzzani 26. Nouembris 1649. coram bo. me. Dunozetto §. prout nihil facit.*

Nec refert distinctio an grauatus possideat, nec ne
3 quia res per transactionem super iure hæreditario, & hæreditario nomine initam siue acquiratur, siue retineatur semper auget hæreditatem ad *Text. in l. Imperator 72. in fin. ibique gloss. verb. non videtur, ff. de legat. 2*

Peregrin.

Peregrin.de fideic.art.40.num.156.& in dict. decis.306. d.num.6. Doctores autem,& decisiones in contrarium allegatæ loquuntur de re, quæ penitus exiuit à fideicommisso mediante constitutione dotis, datione in solutum, vel aliis titulis abdicatiuis dominij,& postea ex nouo titulo fuit acquisita ab hærede, non autem de re litigiosa recuperata per viam transactionis, & con-
4 cordiæ, quę dum lis pendet nunquam potest dici exi-
5 uisse à fideicommisso, nec acquisita ex nouo titulo, cũ transactio non det nouum titulum, sed hæres eius vigore antiquum dominium ex primo titulo continuare dicatur ex allegatis.

Certius in proposito, quo Legatarij in præfata tran-
6 sactione non vendiderunt, nec cesserunt Casale Iacobo grauato, sed processerunt per viam retrocessionis,& resolutionis assertæ adiudicationis, vt ex *instrumento impresso lit.* P. *&* X. Hoc enim stante res recuperata semper reincidit in priorem causam fideicommissi, & perinde habetur, ac si adiudicatio facta non fuisset ad *Text.in l.voluntate in fine vers Sed in pristinam,ff.quib. mod.pign.vel hypoth.solu.Angel.in l.fin.C. de remiss. pignor.Fabian de Mont. de empt.& vendit.q.8.num.3.& in Bonon.bonorum 9.Maij 1591.coram Orano.*

Nec potest in dubium reuocari quin transactio facta fuerit super iure, & nomine hæreditario quia dum lis erat super ass. debito fideicommittentis legatarij semper egerunt aduersus Iacobum vti hæredem Petri
7 Antonij, vt constat ex pluribus citationibus, & actis factis in Curia Capitolina, & transactio facta fuit pendente lite super re, & iure hæreditario, super quibus citra ius, & nomen hæredis transigi non poterat, *Bald. cons.224.n.1.vers.Restat ergo videre lib.2.& cons.272. num.2.vers.certum est enim lib.5. Aym.cons.22.num.3. vers.Transigendo autem super illa lib.5.*

Nec obstat, quod saltem puellæ ex persona Iacobi recuperare possint summam ab ipso in transactione solutam; Quia præter quod à Reis conuentis prætenditur retentio ex causa legitimæ debitæ Lucretiæ matri in bonis Iacobi filij sine prole defuncti,& occasione aliorum creditorum ab eis deductorum; Obiectum
8 remouetur ex Iudicio ab ipsis puellis instituto ex *remedio l.fin.* quod dum eis non competit, operatur, vt non possint ex alia causa ab ipso obtinere *l. habebit in princip.ff.de instit.act.l.non possumus,ff.si pars hered.pet. Aym cons.80 n.17.Surd.cons.151.num.53.*

Idemque responsum fuit quoad immissionem concessam pro medietate scutorum 300.cum non subsistat, quod fuerint soluta de pecunijs proprijs Iacobi, sed soluta fuerunt de pretio Casalis fideicommissarij, vt
9 apparet ex ipsamet quietantia; Vnde hæres nullum ius ex dicta solutione acquirere potuit, *Rota post Cenc. de Cens.decis.205. num.1.*

Et ità, &c.

FERRARIEN. PENSIONIS.

Lunæ 21. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Translatio Pensionis licet extorta per blanditias, & persuasiones translatarij sustinetur,& qualiter huiusmodi translatio fieri debeat. Ægrotus quomodo dignoscatur an fuerit sanæ mentis, & quomodo probetur dementia & de quo tempore sit probanda ad inualiditatem actus.

SVMMARIVM.

1 *Translatio pensionis est valida si sit facta coram Notario, & testibus, & persona in dignitate ecclesiastica constituta ad formam indulti.*

2 *Pro validitate translationis, sufficit quod transferens declarauerit se velle transferre ad formam indulti, adhoc vt censeatur extincta virtualiter antiqua pensio, & alia de nouo reseruata, licet hoc non fuerit expressum.*

3 *Mentis defectus cum habeat contra se naturę, & iuris præsumptionem concludenter probari debet ad inualidandum actum.*

4 *Amplia, vt debeat probari præcisè de tempore actus gesti.*

5 *Actus gesti à laborantibus morbo somnolento nulli, & inualidi debent reputari.*

6 *Secus autem in affectis morbo vigili, isti enim quia facile excitantur, non laeduntur vsu rationis, & sic actus ab his gesti, validi censeri debent.*

7 *Medicis de qualitate morbi deponentibus in Iudicio est deferendum.*

8 *Mentis sanitas ante, & post celebrationem actus probata, præsumitur etiam medio tempore, quo actus fuit celebratus.*

9 *Actus validitas de tempore illius celebrationis argui potest ex testibus instrumentarys, & notę qualitatis, qui non permisissent se in instrumento describi, nec interesse, & operam dare actui male gesto.*

10 *Testibus de sana mente deponentibus regulariter est magis credendum, quam alys de insania, licet sint numero plures.*

11 *Duo testes de sana mente præferuntur mille de insania deponentibus.*

12 *Testis deponens de insania non percutient tempus actus celebrati, nec deponens de certa setentia, sed potius dubitatiuè, nullum gradum probationis constituit.*

13 *Verba,* Diauolo, Diauolo *ab infirmo prolata, potius indicant quandam impatientiam propter acerbitatem morbi, & non tollunt vsum rationis, & iudicij, nec facultatem disponendi.*

14 *Dementia probanda est præcisè de tempore actus gesti.*

15 *Translatio pensionis licet facta ad suggestionem, & persuasionem aliorum, à iure non improbatur.*

16 *Translatio pensionis sustinetur licet extorta per blanditias, & persuasiones translatarij.*

DECISIO DCLI.

INter Eminentissimum D. Cardinalem Antonium Barbarinum, cui de anno 1628. super Episcopatu Ferrariæ fuerat reseruata annua pensio scutor. 3000. monetæ ex vna, & Eminentissimos DD. Cardinales Montaltum iuniorem, & Vrsinum, ad quorum fauorem de anno 1631. à Principe Michaele Peretto translatario Cardinalis Montalti senioris fuerat secundo loco translata alia antiquior pensio pro rata scutorum 1500.auri ad fauorem bonæ memoriæ Cardinalis Montalti iunioris, & scutorum 1000. monetæ ad fauorem dicti Eminentissimi D.Cardinalis Vrsini super eodem Episcopatu reseruata partibus ex altera, orta controuersia super consignatione fructuum hinc inde sequestratorum, fuit inter cætera oppositum pro parte D.Cardinalis Antonij de inualiditate translationis à Principe factæ, sed hoc non obstante A.C. mandauit fructus consignari DD. Cardinalibus translatarijs, à quo decreto interposita appellatione, & commissa mihi causa, dubitaui an translatio pensionis sustineretur, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia cum huiusmodi translatio appareat facta co-
1 ram Notario & testibus, & persona in dignitate Ecclesiastica constituta iuxta formam indulti de transferendo Principi concessi, vt ex pluribus instrumentis relatis in *Summ. DD. Translatariorum, num.3. & 4.* de valida translatione dubitari non potest, vt in his terminis dixit, *Rota coram Cardinali Canal. decis. 366. num.1. & in recent. decis.565.num. final.& decis.650. num.4.part.4.tom.2.*

Nil refragante, quod in actu translationis seruata

2 non fuerit forma, nec processum per viam cassationis antiquæ pensionis, & reseruationis nouæ, quia dum Princeps ad formam indulti declarauit se velle transferre, prout realiter, & cum effectu transtulit, virtualiter censetur antiquior pensio extincta, & alia de nouo reseruata ad formam indulti, quod sufficere pro validitate translationis respondit, *Rota decis. 153. à n. 8. vsque ad 14. part. 5. recent.*

Non obstat exceptio inualiditatis pensionis de tempore translationis deducta ex mentis defectu, & vsus rationis ob continuam somnolentiam, qua Princeps tunc premebatur, quia cum mentis defectus obij-
3 ciatur contra naturæ, & iuris præsumptionem, quæ militat pro sanitate mentis, & contra publicum instrumentum translationis plene, & concludenter probari debet, *Card. Canal. d. decis. 366. num. 3. & 621. num. 1. Duran. decis. 178. num. 9. & in recent. decis. 384. num. 2. part. 1. & decis. 233. numer. 18. & seqq. part. 7.*
4 Et quidem præcisè de tempore actus gesti, vt in *Melenitano hæreditatis 15. Aprilis 1653. §. maximè coram R.P.D. meo Celso.*

Licet enim verum sit Principem de tempore translationis laborasse morbo somnolento, & soporoso, nihilominus morbus somnolentus à medicis *Coma*,
5 seu *Cataphora* nuncupatus, diuiditur in somnolentũ, & in vigilem. Laborantes enim morbo somnolento, quia velut mortui profunde dormiunt carent totali
6 vsu rationis, itaut actus ab istis gesti nulli, & inualidi reputari debeant; Affecti vero morbo vigili facile excitantur, nec læduntur vsu rationis, & sic actus ab his gesti validi censeri debent, vt distinguendo inter vtrumque morbum tradit *Modern. Zacch. in suis quæst. Medicolegal. lib. 2. tit. 1. q. 13. n. 6. 10. & 15.*

Quod autem Princeps laborauerit potius morbo
7 vigili, quam somnolento, ac soporoso, concludenter desumitur tum ex depositionibus medicorum Ioannis Iacobi Baldini, & Fonsecæ pro parte D. Cardinalis Antonij productis *d. Summ. Translatoriorum, num. 14.* quibus deferendum est *l. septimo mense, ff. de statu. homin. cum alijs allegatis in decis. 778. num. 2. coram Buratt.* vbi specificè deponunt Principem ad interrogationem semper articulatè respondisse, quamuis postea in somnum reincideret signum euidens, quod non laborabat letargo cum omnimoda mentis alienatione.

Tum ex depositione bon. mem. Marij Frangipanij Testis instrumentarij, ac omni exceptione maioris cõcludentis de tempore præciso translationis Principem fuisse mentis compotem *d. Summ. num. 11. lit. A.* ibi: *Ma però sano di mente, & intelletto, vedeua e conosceua, e parlaua con ottimo sentimento*, & ibi: *Il medesimo Signor Principe dichiarò benissimo à fauore di detti Eminentissimi Translatarij auanti Monsignor del Benino, &c.* & iuxtà interrogatoria *d. Summ. num. 12.* ibi: *Il detto Signor Prencipe nell'atto della traslatione, alla quale mi trouai presente, era in stato sanissimo d'intelletto, e rettamente intendeua, & operaua*, & ibi: *Staua in proposito di quello si ragionaua e discorreua &c.* Subdens vlterius, quod circa personam Prælati, coram quo debebat fieri translatio Princeps non inclinabat in D. Damascenum, sed in D. Archiepiscopum *del Benino*, coram quo translatio stipulata fuit ibi: *Si trouò presente Monsignor Damasceno, e così doueua venire all'atto presente detto Prelato, ma detto Signor Principe mostrò di non compiacersi, e così fù fatto chiamare, e capitò Monsignor del Benino, il quale fù di suo contentamento, e così si venne all'atto di detta traslatione presente Monsignor del Benino.*

Concurrit demum depositio Chirurgi attestantis ante, & post translationem fuisse mentis compotem *eod. Summ. num. 15.* de tempore enim antecedente translationem ita deposuit: *Fui introdotto dal detto Signor Principe, il quale riconoscendomi subito mi fece grandissime accoglienze mentouandomi per nome dicendo, Gio. Battista che fate &c.* & ibi: *Mi fù dato ordine dal Signor Domenico Fausti, ch'io douessi prepararmi per dare vn botton di fuoco al detto Prencipe, per il che mi posi subito all'ordine di lì à due hore io lo diedi, e vi fù presente l'Illustrissimo Mario Frangipani, & il detto Signor Medico, & altra gente, & il detto Sig. Principe gridò gagliardamente al tratto di detto bottone di fuoco, e disse queste parole: Così si fà à gli Amici!*

De tempore verò post sequutam translationem deponit: *Io tornai la mattina à buon hora, &c. Mi fù detto mi trattenessi, &c. dimandai à quelli aiutanti di Camera, che cosa si facesse à detto Signor Prencipe, che tanto si staua per poter entrare, &c. mi risposero, che si faceua la traslatione delle pensioni, e subito mi fù ordinato, che mettessi in ordine le mignatte, &c. Io attaccai le mignatte al Signor Principe, & ritornai ad vn'altro quarto d'hora, e le trouai tutte staccate, e doppo poco tempo venne la Signora Principessa, con vn piatto portato da vn paggio con alcune oua, e giunto disse con alta voce Signor Prencipe Vostra Eccellenza pigli vno di quest'oua fresche, e detto Signor Prencipe rispose, non*
8 *posso, &c.* Cumq; ex depositione istius testis clarè desumatur ante, & post translationem fuisse sanæ mentis, & in sensu perfecto præsumitur, quod talis fuerit medio tempore, quo facta fuit translatio.

Eoque magis quia translatio facta fuit coram D. Archiepiscopo Benino, coramque Clerico Patre Nicolao Riccardo insigni Theologo, & tunc temporis Sacr. Palatij Apostolici Magistro, nec non D. Mario Frangipanio, quorum auctoritas stat pro instru-
9 mento, & vt notum est, cum essent viri integerrimi, & notæ qualitatis certe si Princeps non fuisset in statu transferendi, vtique non permisissent se in instrumento translationis describi, nec interesse, & operam præbere actui malè gesto, vt ratiocinatur *Surd. cons. 414. num. 77. & seqq.*

Non obstant testes pro parte D. Cardinalis Antonij inducti ad proban. Principem de tempore translationis consensũ nullatenus præstitisse, quinimmo potius mentis alienationem indicasse. Quia in concursu præferri debent testes adhibiti in translatione notæ quali-
10 tatis deponentes pro instrumento & habentes pro se naturæ, & iuris præsumptionem, cum regulariter magis credendum sit testibus de sana mente, quam alijs de insania deponentibus, licet sint numero plures, *Rota in recent. decis. 384. num. 9. part. 1. cum alijs in dicta Melenitana hæreditatum, §. Sed ex duobus in fine coram*
11 *me*, vbi quod duo testes de sana mente præferuntur mille de insania deponentibus.

Deueniendo igitur ad depositiones singulorum non releuat depositio Caroli de Luna *Summ. D. Cardinalis Antonij, num. 6.* dum dicit Principem adeò fuisse morbo grauatum, vt non intelligeret Camillum de Maximis interrogantem an vellet transferre pensionem, ibi: *Dica di sì ad alta voce*, eoque non respondente, cum iterum interrogasset vt diceret *di sì il Signor Principe disse, Diauolo, Diauolo*, vltra quod eius dictum destruitur ex contraria depositione D. Frangipanij specificè deponentis Principem translationem fecisse mediante eius opera, ibi: *Io medemo m'interposi, & operai con il Signor Prencipe acciò con effetto detta traslatione seguisse, &c.* nec non ex attestatione Chirurgi, & medicorum super vsu rationis, & sanitate mentis, quinimò Carolus videtur deponere dubita-

tiue,

riue, ibi: *Quando il Signor Prencipe dispose (se pure quella fù dispositione) di certe pensioni, &c.* & ibi: *Che il Signor Prencipe non respose per quello posso ricordar-*
12 *mi, &c.* & sic cum etiam non pereutiat tempus præcisum, & certum translationis pensionis, nec deponat de certa scienza, sed potius dubitatiuè nullum gradum probationis constituit, *Rota decis. 570. nu-mer. 15. part. 4. recent. & d. decis. 233. num. 25. part. 7. Rota decis. 256. num. 5.*

Neque verba illa à Prineipe probata, *Diauolo,*
13 *Diauolo*, indicant mentis defectum, sed potius quandam impatientiam propter acerbitatem morbi, quæ non tollit vsum rationis, & iudicij, nec facultatem disponendi, vt in puncto considerat, *Rota d. decis. 570. numer. 14.*

Epistola verò Gregorij Coeradini relata in dicto *Summ. D. Card. Antonij, num. 1.* recensentis longa serie qualitatem morbi, & impotentiam Prineipis disponendi; Præterquod non fuit formiter recognita citatis DD. Translatarijs, ex pluribus arguitur, & conuincitur de mendacio, & signanter in 5. *Nell'vltimo giorno*, quod scilicet medicina nullam fecit operationem contrarium tamen constat ex depositione Medicorum dicentium, *la rese con buona operatione Summ. additionali DD. Translatariorum, num. 1.* & ibi: quod Princeps per ictum ignis non potuit expergisci conuincitur quoq; de mendacio ex depositione Chirurgi *eod. Summ. num. 13.* ibi: *Detto Signor Prencipe gridò gagliardamente, e disse così si fà à gli Amici? & in 5. Mi ricorda*, ante finem deponit, quod statim post stipulatam translationem *fù lasciato il Signor Prencipe in mano de' Religiosi, &c.* redditur quoque mendax, quia, vt deponit Chirurgus *d. Summ. num. 13.* Translatio facta fuit summo mane, ibi: *Io tornai la mattina à buon'hora, &c. domandai che cosa si facesse à detto Signor Prencipe, che tanto si staua à poter entrare, mi risposero, che si faceua la traslatione delle pensioni*, & non antea traditus fuit Religiosis, nisi post horam noctis *eodem Summ. num. 15.*

Confessio Cardinalis Montalti iunioris, quod Princeps non erat in statu amplius testandi attendi non debet, quia non pereutit tempus translationis, sed longè post, vt colligitur ex eius responsione data ad positiones *eodem Summ. additionali, num. 2.*

Prout non obstat depositio Patris Carauitæ *Summ. D. Card. Antonij, num. 14.* quod quando accessit ad Principem, non loquebatur, nec cognoscebat, quia Pater Carauita fuit vocatus de sero *eodem Summario,*
14 *num. 13.* & sic longum tempus intercessit inter translationem, & accessum Patris Carauitæ, dementia autem probanda est de tempore præciso actus gesti ex supra allegatis.

Decisio in causa *Perusina pensionis 28. Maij 1649. confirmata 9. Decembris 1650. coram bon. mem. Peutingerio*, non applicatur quia vt deprehenditur ex illarum lectura, translatio facta fuit à laborante morbo apopletico, & tempore, quo dicto morbo grauiter erat oppressus, itaut actus, & signa transferendi non erant certa, & indubitata, iuncta præsertim fama publica de insania tempore totius infirmitatis, quod secus est in proposito casu, vbi de sana mente Principis, præcipuè de tempore translationis constat ex supra deductis:

Nec vrget, quod Princeps pensiones transtulerit
15 non sponte, sed ad suggestionem, & persuasionem aliorum, quia hoc etiam probato, dummodo constet de sana mente Principis à iure non improbatur vt tradit, *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 40. num. 55. & seqq.*
16 *vbi sub num. 58.* firmat nil referre si extorta fuerit per blanditias, & persuasiones translatarij *Coce. decis. 455. num. 5. & 6.*

Atque ità conclusum Translationem sustineri vtraque, &c.

NEAPOLITANA HÆREDITATIS.

Ven. 25. Iunij 1660.

ARGVMENTVM, Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Confessio diuidi non potest, licet contineat ea, quæ facta sunt diuersis temporibus si contra confitentem non militat præsumptio.*

2 *Pæna priuationis expressa à testatore in vno casu, non trahitur ad alium.*

3 *Voluntas testatoris respectu sua hæreditatis est pro lege seruanda.*

DECISIO DCLII.

Prætextu, quod Patres B. Mariæ in Porticu Neapolis non curauerint erigi Nouitiatum iuxta præceptum, & enixam voluntatem nobilis mulieris Felicis Mariæ Vrsinæ Ducissæ Grauinæ testatricis, quodque duas fecerint alienationes transigendo cum Duce Ferdinando Vrsino de Bisignano, & cum Octauio Blanco, Patres ministrantes infirmis eiusdem Ciuitatis, supponentes exinde factum esse locum ipsorum vocationi iudicialiter contra eos petierunt immissionem bonorum hæreditariorum d. Ducissæ, sed *Rota die 30. Ianuarij præteriti*, vtraque parte informante existimauit, immissionem non esse concedendam ex rationibus in decisione deductis, ex quibus pro illius confirmatione hodie responsum fuit.

Et respectu erectionis nouitiatus non refert, quod Patres B. Mariæ à *die 2. Febr. 1647.* per totum mensem Augusti *1651.* ex bonis hæreditarijs exegerint scuta 30514. quæ non poterant in aliam causam conuerti antequam Domus nouitiatus erigeretur.

Quoniam ex Calculo ab ijsdem Patribus exhibito in Tribunali Fabricæ S. Petri Neapolis, ex quo desumitur confessio dictæ exactionis, apparet etiam dd. pecunias ab eis erogatas fuisse partim in expensis funeralium, litium æris, alieni hæreditarij fructuum censuum passiuorum per totum dictum mensem Augusti legatorum pro vnica vice, & aliorum annuorum, ac pro bono gubernio hæreditatis *Summ. num. 1.* quæ omnia erant præferenda erectioni Nouitiatus, vt ex *testamento impresso pag. 14. lit. T. 3. & Z. 3.* & partim in Fabrica ipsius Nouitiatus, alimentis Nouitiorum, ac in emptione mobilium, & supellectilium pro eo necessariorum itaut pro adæquatione dictæ quantitatis scutorum 30514. non superfuerint in capsa de tempore dicti computi nisi scuta *116.* vt in dicto *Summ. num. 1.*
1 Dum enim Patres ministrantes infirmis dicto Calculo vtuntur ad eliciendam confessionem Patrum B. Mariæ circa exactionem tenentur etiam illum acceptare respectu exitus earundem pecuniarum exactionibus contrapositi, & connexam causam habentis, licet diuerso tempore peracti, dum præsumptionem iuris non habet contra se iuxta theoric. *Bart. in l. Aurelius, §. Idem quæsitum, num. 1. & 2. ff. de liber. legat. Cyn. in leg. vnic. q. 13. C. de confess. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 93. cum seqq. Surd. decis. 258. num. 4. cum seqq. & signanter, num. 10. & 11.*

Respectu verò alienationum, aliarumque contrauentionum, quę in idem reincidunt plaruerunt responsiones decisionis, quæ omnino subsistunt, & signanter quoad translationem cum Vrsino non subsistit, quod sola mobilia essent sub sequestro, quia veteus est Patres nullam potuisse assequi possessionem bonorum hæreditariorum Neapolis ante dictam transactionem, postquam, & non prius ab eis obtentum fuit præambulum & dis-

& dissequestrum *Summ.impresso Patrum B.Mariæ præteritæ positionis,num.5.14.& 15.*

Non obstat, quod ijdem Patres impugnauerint Legatum mobilium,& annuorum scutorum bis centum pro persona nominanda, quodque non impleuerint mandatum testatricis circa declarationes Congregationis generalis exhibendas quolibet triennio cum scutis sex monetæ Patris Generali ministrantium infirmis in Vrbe dum non fuerunt factæ distinctim, & per capita separata,sed per verba generalia.

Primum enim obiectum facili responsione remoue-
2 tur, quia scilicet in eo casu nulla adest vocatio Colligantium,nec pœna priuationis, quæ expressa in vno non trahitur ad alium casum ex auctoritatibus relatis *in decisione,§.fin.*

Secundum verò tollitur animaduertendo, quod testatrix pro distincta rationis redditione elegit tanquā in Iudicem,& arbitrum Congregationem generalem, quæ constituitur ex Vocalibus omnium Domorum Vniuersæ Religionis Beatæ Mariæ, & coram ipsa voluit, quod Administratores hæreditatis redderent distinctam, & specificam rationem,qua reddita, constitoque de punctuali obseruantia ab eadem generali Congregatione fieri debet declaratio, quod in præcedenti triennio voluntati testatricis plenè paritum fuerit,illaque exhiberi Patri Generali ministrantium infirmis, qui ab hæredibus quidquam prætendere non possunt nec petere librorum,aut computorum visionē, vt *ex testamento pag.12.lit.P.3.& pag.13.lit.R.3.* Quapropter in dubium redditur generalem sufficere declarationem,prout facta fuit ex qua plenè satisfactum dicitur testatricis mandato ad formam eius testamen-
3 tariæ dispositionis, quæ pro lege respectu suæ hæreditatis seruanda est *§.Disponat testator Auth. de nupt.*
Et ità altera tantum, &c.

PAMPILONEN. CAPELLÆ.

Ven. 25. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Patronatus Capellæ an benè inferatur ex iure patronatus Capellaniæ, & ex quibus dominium huiusmodi possit inferri.

SVMMARIVM.

1 *Capella illius ecclesiæ propria censetur, intra cuius ambitum reperitur ædificata.*
2 *Ecclesia sita in Diœcesi de iure præsumitur episcopi.*
3 *Ex iure patronatus Capellania non infertur ad Patronatum Capellæ.*
4 *Iuspatronatus ecclesiæ non est idem quod ius patronatus beneficiorum in ecclesia.*
5 *In iurepatronatus ecclesiæ, seu capellæ non venit ius sepulchri, nisi expressè fuerit dictum.*
6 *Iuspatronatus ecclesiæ, seu capellæ non potest inferri ex iure sepulchri in eadem ecclesia,seu capella.*
7 *Laici sunt capaces vsus capellæ ad certos effectus.*
8 *Insignia familiæ lapidea infixa in arcu capellæ absque eo quod aliorum ibidem insignia reperiantur valdè conferunt ad probationem dominij ipsius capellæ.*
9 *Amplia præsertim, quando eandem antiquitatem cū capella præseferunt, & probantur infixa in limine fundationis.*
10 *Capellæ dominium inferri potest ex eo, quod ab immemorabili tempore fuit nuncupata capella talis familiæ.*
11 *Dominium capellæ respectu vsus ex quibus probetur.*

DECISIO DCLIII.

ORta lite in partibus super Patronatu Capellæ maioris Ecclesiæ Parochialis Petri de la Rua, inter Æconomos ipsius Ecclesiæ & D. Marchionem de Cortes,causaque per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitaui an & de cuius bono iure constet etiam ad effectum manutentionis, in cuius disputatione plura hinc inde fuerunt deducta.

Informantes enim pro æconomis vltra præsum-
1 ptionem iuris quod capella illius Ecclesiæ propria censetur,non alterius, intra cuius ambitum reperitur
2 ædificata eodem modo, quo ecclesia sita in Diœcesi præsumitur Episcopi *Archid.in can.plures,num.3.& 4. caus.16.q.1.Felic.in cap.cum Venerabilis sub num.37. de except.Rota decis.15.n.1.& 2.de iurepatr.in antiq. Lambert. eod.tract.lib.2.part.1.quæst.2.art.15.vers.Et dic quod Rota.*

Deduxerunt in ipsorum *Summ.à num.1.vsque ad 7.* plures testes referentes capellam, ex eius oculari inspectione constructam apparere eo tempore, quo ecclesia ædificata fuit,sumptibus,& expensis ecclesiæ continuò reparari,Anniuersaria,& Missas iuxtà dispositiones diuersarum personarum in ea celebrari,ibiq;etiam fieri exequias Regum, aliasque publicas functiones; Marchiones autem de Cortes in ea nullum aliud ius
3 habuisse,nisi certarum capellaniarum,& vsus sepulchri, ex quibus inferri non potest ad Patronatum capellæ, cum aliud sit esse Patronum capellaniæ, aliud esse
4 Patronum capellæ, sicut aliud est iuspatronatus ecclesiæ, aliud iuspatronatus beneficiorum in ecclesia, vt respondit,*Rota in Abulen.iurispatronatus 16.Iun.1628 coram bon. memor. Coccino, §. Et quatenus præfata*;
5 Et quemadmodum in iurepatronatus ecclesiæ, seù capellæ non venit ius sepulchri,nisi expressè fuerit dictū *Lotter.de re benefic.lib.2.q.4.n.8.& 9.Gratian.decisione*
6 *Mareb.26.num.16.& 17.* Ità è conuerso ex iure sepulchri multo minus potest inferri ad iuspatronatus ecclesiæ,seu capellæ.

Quibus addebant primo testamentum, Philippi de Nauarra,& Ioannæ de Petalta coniugum anno 1449. conditum in quo disposuerunt ipsorum corpora sepeliri intus ecclesiam S. Petri de la Rua in situ, seu loco superuiuenti bene viso vbi sepulchrum fieret, atque mandarunt ibidem erigi capellaniam perpetuam assignando illi certam dotem *d.Summ.num.8.*

Secundo diuersas licentias à Marchionibus petitas. & ab Æconomis concessas pro paranda capella de Lugubri,& pro celebrando Sacro ab Abbate Sancti Ioannis della Penna cum sola præseruatiua iurium ecclesiæ *Summ num.11.& 12.*

Et tertio laudum latum à Prorege Regni Nauarræ anno 1581. præuio compromisso æconomorum, & Gubernatoris status de Cortes, in quo expressè declaratur capellam esse propriam ecclesiæ eodem *Summ. num.13.& 14.*

Scribentes vero pro Marchione præ cæteris impugnantes argumentum eductum ex testamento Philippi de Nauarra tanquam facto ab extraneo, cum ille non esset ex Marchionibus de Cortes, neque in eo nominetur Marescialllus Nauarræ; Atque expressè declarantes Marchionem non prætendere proprietatem
7 capellæ, quæ est ipsius ecclesiæ, sed solum illius vsum, de quo ad certos effectus laicos esse capaces dixit,*Rot. coram Card.Seraph.decis.652.n.1.vers.Respectu enim, & sub num.2.vers.Et ad istos vsus.*

Illius iustificationem ex pluribus desumebant,nem-
8 pè ex insignijs lapideis antiquissimis Marchionum de Cortes fixis tam in arcu capellæ, quam in sedilibus, & in sepulchro absque eo, quod ibidem aliorum insignia reperiantur eius *Summ.num.2.3.4.& 5.* quæ valdè conferunt ad huiusmodi probationem *Card.Serap. decis.635.ante num.1.vers.Et insuper adesse in ea,& coram eodem decis.652. num.2. vers. Et ea.* Præsertim
9 quando eandem antiquitatem cum ecclesia præseferunt, & probantur infixa in limine fundationis *Card.*

Canal-

Caus. decis. 159. num. 8. Coccin. decis. 230. num. 1. cum alijs relatis in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, § Sexto insignia, & in Aretina Plebaniæ 6. Febr. 1654. cor. me, §. Ex armis.

Ex quo ab immemorabili tempore capellam, de
10 qua agitur nuncupata fuit Marchionum de Cortes *d. Summ. n. 4. ad trad. per Bald. cons. 205. n. 2. lib. 2. Crancet. cons. 11 t. n. 78. Rot. decis. 254. n. 9. p. 4 tom. 2* cum quibus denominationibus concordat antiquissima enunciatiua instrumenti emissa de anno 1454. occasione vnionis quarundem Ecclesiarum stipulati in Capella controuersa ibi: *In villa Esilla Regni Nauarræ Diœcesis Pamplonen. in Ecclesia S. Petri de Rua in Capella q: Nob. & egregij viri D. Philippi de Nauarra Marescialli Nauarræ Summ. num. 6.*

Ex decreto in actu visitationis facto per ordinarium anno 1581. quod nulla mulier cuiuscunque gradus, & conditionis præter Marchionissas de Cortes sedere posset in Capella *Summ. num. 9.* Atque ex sententijs, altera eodem anno lata in iudicio criminali super manutentione Status de Cortes illiusque Marchionum in possessione habendi intus Cappellam tapetes cum armis, & lampades accensas & altera anno 1634. in consimili iudicio super manutentione in vsu seu possessione vel quasi sepulchri existentis in dicta Capella *Summ. num. 8.*

Et demum ex quo Marchiones de Cortes continuo ornarunt capellam paramentis sericis cum eorum armis, & cum debito salario deputarunt Capellanos maiores, & minores ad nutum amouibiles, qui qualibet die in eadem capella celebrant, & de sero responsorium canunt vtendo indumentis ad huiusmodi effectũ factis per Marchiones cum eorũ armis *Summ. n. 9.*
11 ex quibus inferri ad iustificationem Patronatus quoad dictos vsus bene in his terminis respondit *Rota coram Card. Seraph. d. decis. 635. & d. decis. 652. per tot.*

Ex quibus vtraque parte informante resolutum fuit costare de bono iure marchionis etiam ad effectum manutentionis quoad vsum sepulchri, nominandi capellanos ad nutum amouibiles, eisdemque paramenta præstandi, ornandi capellam, ibique habendi tapetes, & in ea sedendi per Marchionissas de Cortes priuatiue quoad alias mulieres; an vero ex prædictis actibus inferri possit ad ius prohibendi mutationem Iconæ dictæ capellæ poterit particulariter videri.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Lunæ 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Sententia transit in rem iudicatam, nisi fuerit ab ea appellatum intra decendium, quod incipit currere a die latæ sententiæ non autem a die habitæ notitiæ, quando citatio ad sententiam fuit personaliter exequuta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia facit transitum in iudicatum, si ab ea intra decendium non fuerit appellatum.*

2 *Decendium ad appellandum incipit currere a die prolatæ sententiæ, quando citatio ad sententiam fuit personaliter exequuta.*

3 *Disdicta per conductorẽ legitime exequuta contra locatorem, & reproducta facit omnino expirare locationem post lapsum temporis in instrumento, conuenti.*

4 *Manutentionis remedium non competit locatori finito tempore locationis, quando agitur de affictu ad tempus limitato.*

5 *Factum impugnare nemo amplius potest, quod ipse semel acceptauit.*

DECISIO DCLIV.

Moniales S. Mariæ de Lentasio locarunt ad Nouennium Hieronymę Sansoniæ pro annua pensione librarum 2000. quasuam Terras sitas in territorio Mediolani, quas prius ipsamet Sansonia diuersis vicibus vendiderat dd. Monialibus pro pretio librarum 40. mil. quæ locatio vsque ad eius obitum, & deinde in locum Pium quatuor Mariarum hæredem Hieronymæ vsque ad annum 1642. perdurauit, quo prægiua disdicta exequuta contra Moniales, petierunt manuteneri in quasi possessione exigendi dict. libras 2000. aduersus prædictum locum Pium, & Decretum manutentionis obtinuerunt in partibus Causa per appellationem in Curia introducta duæ sententiæ reuocatoriæ prædicti Decreti emanarunt; cumque a sententia vltimo loco lata Moniales infra decendium non appellassent dubitaui an constet de re iudicata ad fauorem loci Pij, & Rota affirmatiuè respondit.

Quæ resultare videtur, ex quo sententia fuit lata die 31. Maij 1658. appellatio vero fuit interposita sub die 14. Iunij eiusdem anni; vnde cum non fuerit intra
1 decendium appellatum sententia fecit transitum in iudicatum *cap. quod ad consultationem 15. de sentent. & re iudic. Rota decis. 176. num. 2. p. 5. & decis. 178. p. 6. rec.*

Neque ad euitandam rem iudicatam prodest, quod fuerit appellatum à die habitæ notitiæ, quia cum præ-
2 cesserit citatio ad sententiam personaliter exequuta, vtique decendium ad appellandum cœpit currere a die prolationis sententiæ *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 12 num. 9. §. 1. casus, & dixit Rota decis. 396. num. 1. par. 2. rec. & cor. Eminentiss. D. Card. Ottobobono decis. 44. n. 1.*

Eoque magis concurrentibus validitate, & iustitia sententiæ, quæ ex reuolutione actorum, & ex facti serie resultat, si quidem obligatio Hieronymæ, & postea loci Pij illius hæredis de soluendo libras 2000. pro pensione terrarum, de quibus agitur remanet
3 sublata per disdictam legitimè exequutam contra Moniales de Lentasio, quæ cum fuerit reproducta operatur, vt ea mediante conductor patefaciat animum suum non perseuerandi in locatione, & quidem post lapsum temporis in instrumento conuenti faciat locationem omnino expirare, *Decian. cons. 52. num 20. & num. 37. lib. 3. Rota decis. 210. num. 6. apud Zacch. de oblig. Camer. & coram R. P. D. meo Bculaqua in Romana Locationis 10. Martij 1656. §. ad pensiones.*

Vnde cum non agatur de redditibus annuis perpe-
4 tuis, sed de affictu limitato ad tempus, vtique tempore finito non competit Locatori remedium manutentionis *Bald. in l. vnic. ad fin. vers. respondeo ad primũ C. vti possidetis Gratian. discept. forens. cap. 310. num. 75. Rota in Romana manutentionis coram Vbaldo post Posth. decis. 181. num. 9.*

Neque potest ex parte Monialium allegari ignorantia disdictæ; etenim aduertendum est quod disdicta præcessit sub die 18. Aprilis 1652. & pro parte Monialium sub die 22. Iunij eiusdem anni fuerunt affixa edicta ad effectum vt posset alteri easdem met terras
5 locare, ex quo etiam liquet Moniales acceptasse disdictam, & proinde non valent amplius hoc factum impugnare per *Text. in cap. quod semel placuit de regul. iur. in 6.*

Non obstat, quod in dictis terris non reperiatur cursus aquarum Nauigij Marchesanæ quemadmodum Hieronyma promisit in instrumento venditionis, cuius posteà obligatio transiuit ad locum Pium hæredem: quià non per hoc cogi potest locus Pius perseuerare in locatione sed tantummodo remanet actio monialibus pro obseruatione contentorum in instrumento venditionis, & quatenus aliquod damnum exinde passæ fuerint experiri actionem pro damnis, & interesse.

Et ità vnica tantum &c.

ROMANA DOTIS Seu Attentatorum.

Luna 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Litis pendentia in Rota operatur vt omnia gesta coram alio iudice super eadem causa, sint attenta, maximè si fuit præsentata. Inhibitio Rotalis, quæ siuè iusta, siuè iniusta semper est metuenda.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente in Rota, omnia gesta coram alio Iudice sunt attentata.*

2 *Absque vitio attentatorum, non potest adiri alius Iudex super bonis comprehensis in lite iam in Rota pendente.*

3 *Inhibitio Rotalis, siuè iniusta, siuè iusta semper est metuenda, nec ad alios iudices spectat cognoscere de eius iustitia.*

4 *Admissio ad causam obtenta cum clausula* constito de *interesse est conditionalis, & nullam litem inducit, nisi prius doceatur de interesse.*

5 *Interesse petentis admitti ad causam, non est necesse, quod concludenter probetur, sed sufficit de eo dare fumum per semiplenas probationes.*

6 *Creditor pendente controuersia inter plures prætendentes creditum ad se spectare non potest agere. nisi vt pecuniæ ponantur in tuto, si sit periculum deperditionis.*

DECSIO DCLV.

CVM per mortem Portiæ Cecchinæ prædefunctæ sine filijs Franciscus, & alij de Sigismundis tanquam illius hæredes ab intestato vellent pro dotis restitutione molestare Equitem Tiberium Simoncellum de Baschis eius virum super locis 16. Montis Communitatum Tertiæ Erectionis emptis cum pecunijs dotalibus Portiæ, ideò dictus Eques Tiberius obtinuit mihi committi causam iactationis, & iactationum pro defensione suæ possessionis.

Verum quià Antonius Dauius, & Exequutores testamentarij hæreditatis Viuariç prætendebant dotem Portiæ ex pacto in instrumento dotali apposito ad illos fuisse reuersam prænijs duabus alijs commissionibus obtinuerunt ad eandem causam admitti docto tamen de interesse, & in statu & terminis; Et successiuè fuit signata altera commissio ad instantiam dictorum de Sigismundis vt Rota procederet cum facultatibus A. C. vigore quarum commissionum sub diebus 20. Febr. 11. & 23. Martij 1658. plures inhibitiones contra dd. Sigismundos emanarunt, & sub die 24. Maij dicti anni ad instantiam eorundem præcessit citatio cum inhibitione non solum contra Equitem Tiberium, sed etiam contra Dauium, & exequtores testamentarios ad causam venientes *Summario Dauij n.5 vsque ad num.12.*

Postmodum prætendentes Sigismundi causas huiusmodi esse auocandas à Rota, illasque remittendas ad A.C. adiuerunt plenam Signaturam, quæ sub die 18. Augusti 1658. rescripsit: *omnia ad Rotam cum facultatibus eiusdem A.C. vt in Summario in calce responsionis Dauij num.3.*

Cum verò post hæc Eques Tiberius pro restitutione dotis Portiæ resignasset dicta loca montium, & depostuisset eorum pretium in Sacro Monte Pietatis, Sigismundi nouum iudicium introduxerunt coram Iudice dicti montis vti hæredes ab intestato Portiæ, & obtinuerunt mandatum de consignando pro sc. 1640. retractis ex pretio dd.locorum, prout eisdem fuerunt consignata, non citatis in hoc iudicio nec Exequtoribus testamentarijs, nec Dauio.

Quapropter hodie fuit à me dubitatum, an constet de attentatis, & Domini affirmatiuè responde-
runt; nam excusari non possunt, tum quia lis iam
erat introducta inter dictas Partes, & pendebat in
Rota tàm ex supradictis commissionibus, quam ex re-
scripto Signaturæ, & attenta huiusmodi litis penden-
tia, omnia gesta coram dicto Iudice sunt attentata, vt
in his terminis dixit *Rota decis.148.num.7.p.5.recent.*
& coram Eminentiss.D.Card.Otthobono decis.33.num.1
& seqq. & in Romana, seù Albanen. Beneficij 27. Fe-
bruarij 1654. §. Pendente coram me; Tum quia loca
montium, quorum pretium fuit consignatum Sigis-
mundis, erant in commissionibus descripta, & super
2 illis tanquam de bonis comprehensis in lite pendente
in Rota non poterat adiri alius Iudex absque vitio at-
tentatorum, vt alijs allegatis decisum fuit in *Craco-*
uien. attentatorum 17. Iunij 1655. §. hæc omnia coram
bon.mem.Bichio; Tum demum quià verè præcessit in-
3 hibitio rotalis dictis Sigismundis præsentata, quæ siuè
iusta, siuè iniusta semper est metuenda, nec ad alios
Iudices spectat cognoscere de eius iustitia, *Aebill.decis.*
29.num.6.de appell.Caputaquen.decis.93.lib.2. Card.Ca-
ualer.decis.574.num.1. in dicta Craconien.§.eo magis. &
in Leodien.officij,seù Capellania Episcopalis 4.Maij 1654
in princ.coram me.

Non obstat, quod tam Dauius, quam exequutores
obtinuerint commissiones admissionis ad causam cum
4 clausula *constito de interesse*, quæ cum conditionem
importet, nullam litem inducit, nisi prius doceatur
de interesse iuxta *decis.Crescent.3.de rescr. & alijs alle-*
gatis in Reatina Castrorum 13.Maij 1655. §.Præterea
coram R.P.D. meo Albergato.

Quià quoad interesse Dauij satis constare visum fuit ex instrumento dotali Portiæ ab eisdem Sigismundis producto, vbi fuit stipulatum, quod dos in casu restitutionis veniret eidem restituenda, & ex literis patentibus Secretarij dignoscitur dicta loca esse specialiter hypothecata pro dotis restitutione ad formam instrumenti dotalis; vnde si dos vigore huius stipulationis debet Antonio restitui, & per consequens dicta loca montium eidem obligata clarè apparet de illius interesse.

Exequutores vero docent de eorum interesse, ex
quo fuerunt admissi articuli ad probandam dotem
prædictam fuisse persolutam ex pecunijs hæreditatis
Viuariç, & super hoc deponit vnus testis in hoc iudi-
cio cum interrogatorijs dictorum de Sigismundis exa-
5 minatus, ad effectum enim docendi de interesse pe-
tentis admitti ad causam non exigitur concludens
probatio, sed sufficit de illo dare fumum & appa-
renter docere per semiplenas probationes, *Rota coram*
Coccino decis.47.num.19. Buratt.decis.13.num.7.Emi-
nentiss.D.Card. Otthobon. decis.181. & 259.num.3. &
in Romana Census 23.Iunij 1653.§.Respectu quidem co-
ram me.

Neque possunt excusari attentata sub prætextu quod causa consignationis depositi esset diuersa ab alia introducta in Rota, quia contrarium conuincitur non solum ex commissionibus vbi specialiter fuit facta mentio de dictis locis montium, sed etiam quia lis in Rota vertebat super restitutione dotis, & dicta loca fuerunt ad istum effectum resignata, vnde cum eorum pretium fuerit pariter consignatum Sigismundis ob eandem causam restitutionis dotis, & quidem absque decreto Rotæ sunt clara attenta ex supra deductis

Vlterius non Releuat, quod Eques Tiberius consenserit consignationi prędicti depositi ad fauorem Sigismundi, quia pendente controuersia inter plures prætendentes creditum ad se spectare, non poterant Sigismundi agere pro illius consequutione nisi ad summum vt pecuniæ ponerentur in tuto si fuisset pericu-

ricu-

riculum deperditionis *l. in bonæ ff. dei 52. ff. de petit. hæred. Franch. decis. 596. num. 1. & seqq.* & iam Eques Tiberius deposuerat pecunias in monte pro restitutione dotis, & sic existebant in tuto.

Et ita vtraque &c.

VASIONEN. VICARIÆ.

Lunæ 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Appellatio suspensiua admittitur ab institutione præsentati ad beneficium, quando ad eam fuit processum iudicialiter, & in contradictorio iudicio, proindeque omnia post dictam appellationem gesta remanent attentata, quæ etiam per viam manutentionis ad fauorem anterioris possessoris veniunt reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non datur ab institutione præsentati, quando ad eam fuit processum extraiudicialiter ideoque sine vitio attentatorum potest capi possessio.*

2 *Secus autem quando ad eam fuit processum iudicialiter in contradictorio iudicio, & per sententiam definitiuam.*

3 *Possessio capta infra decendium, vel post interpositam appellationem à sententia definitiua lata in contradictorio iudicio, super institutione præsentati, non excusatur ab attentatis.*

4 *Possessor cum titulo habito ab Ordinario est legitimus contradictor aduersus Prouisum Apostolicum ad effectum vt ordinarie, non autem executiuè procedatur quando non agitur de Beneficio reseruato, vel alias Sedi Apostolicæ affecto.*

5 *Vnio beneficij de iure non præsumitur effectuata.*

6 *Vltimus status Beneficij debet attendi ad sustinendam collationem Ordinarij.*

7 *Manutentio conceditur probanti eius anteriorem possessionem.*

8 *Attentata reuocantur ad fauorem anterioris possessoris per viam manutentionis.*

DECISIO DCLVI.

Possidente Petro Vallon Vicariam Sanctæ Mariæ de Nazaret Oppidi Valriati Vasionen. Diœcesis vigore collationis habitæ ab Ordinario die vltima Septembris 1652. *Summ. num. 1. & 2.* Gregorius Bouet, vti præsentatus a collegio de Ruuere prætendente sibi vnitam præfatam Vicariam sub die 10. Aprilis 1658. à D. Vicelegato Auenionen. sententiam diffinitiuam obtinuit contra Petrum, & contra Promotorem fiscalem mensis Episcopalis, in qua pronunciatum fuit esse exequendas literas suæ prouisionis, ipsumque Bouet esse immittendum in possessionem dictæ Vicariæ *Summ. num. 5.* & non obstante quod Petrus infra legitima tempora nempè 13. eiusdem mensis Aprilis à dicta sententia appellasset *Summ. n. 6.* Gregorius 5. Iulij sequentis possessionem adeptus fuit *Summ. num. 7.* Ideo hodie decisum fuit constare de attentatis, & Petro dandam esse manutentionem.

Quo enim ad attentata Domini sequuti fuerunt distinctionem à doctoribus & a Rota semper approba-
1 tam, quod si ad institutionem præsentati proceditur extraiudicialiter, non datur appellatio suspensiua & sine vitio attentatorum potest capi possessio sed quando, prout hic, ad institutionem proceditur iu-
2 dicialiter in contradictorio iudicio, & per sententiam diffinitiuam, tunc ab huiusmodi sententia datur ap-
3 pellatio suspensiua, & possessio capta infra decendium, vel post interpositam appellationem non excusatur ab attentatis ita declarant *Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. p. 2. tom. 5. quæst. 11. num. 1. & 2.* tradit. *Lancellott. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 49. per tot.* & signanter *n. 4. & 5. Rota coram Pen. decis. 542. num. 3. in Bonon. Parochialis 7. May 1607. coram Card. Sacrato apud Marches. de commiss. p. 2. fol. 37. num. 2. coram Greg. decis. 251. num. 4. ibique Add. num. 11. & in recent. decis. 197. n. 1 p. 5. & in alijs.*

Non obstat, quod Gregorius à D. Vice Legato obtinuerit prouisionem Apostolicam, quia cum non aga-
4 tur de beneficio reseruato; vel alias Sedi Apostolicę affecto Petrus vti possessor cum titulo habito ab Ordinario legitimus erat contradictor ad effectum; vt ordinariè, non autem executiuè esset procedendum, & admittenda appellatio, vt respondit *Rota coram Buratt. decis. 242. num. 5. & 6. & in recent. decis. 585. n. 29. & 30. cum seqq. p. 5.*

Nec obstat, quod Vicaria prætendatur vnita Collegio; quia preter quod non constat de vnione legitime facta, & effectum sortita, & tamen de iure pro non
5 effectuatione pręsumitur *Rota decis. 627. num. 3. p. 3. recent.* tollit hanc difficultatem vltimus status, tanquam de libero iustificatus ex collatione facta ab Ordinario anno 1599. ad fauorem Ioannis Cambaut effectum sortita, ex quo per eius obitum successit præsens va-
6 catio *d. Summ. num. 1. 4. & 8.* hic enim vltimus status attendi debet ad sustinen. collationem Ordinarij *cap. consultationibus de Iurepatr. Rota decis. 154. num. 3. p. 1. & decis. 435. n. 1. p. 2. recent. cum concord. allegatis in Leodien. Personatus 16. May 1650. coram me §. Quia præter quod.*

Quo verò ad manutentionem res caret dubitatione
7 dum Petrus iustificat suam possessionem anteriorem *Summ. num. 2.* & de iure ad fauorem anterioris posses-
8 soris reuocantur attentata per viam manutentionis iuxta vulgatam *decis. Card. Seraph. 1176. num. 6.*

Et ita per contradictas &c.

CÆSARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

Declaratoria contra Canonicos, & interdictum contra capitulum est relaxandum, si infra legitima tempora non constet de debita paritione literis exequutorialibus Rotæ, & an sufficiat ad hunc effectum verbalis oblatio parendi, an potius requiratur positiua paritio.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria contra canonicos, & interdictum contra capitulum est relaxandum, si infra legitima tempora non constet de debita paritione literis exequutorialibus Rotæ.*

2 *Literę exequutoriales principaliter attenduntur ad effectum paritionis pro euitanda declaratoria, cum per extensum contineant, & explicent ea, quæ per sententias in compendio declarantur.*

3 *Sententia virtualiter continet omnia per extensum in exequutorialibus exposita, & quæ sunt ipsius sententiæ consequutiua.*

4 *Oblatio verbalis ad euitandam declaratoriam non admittitur, quando requiritur aliquod factum præcisum a condemnatis explendum, sed est necessaria positiua & actualis paritio.*

5 *Declaratoria vt relaxetur, attenditur quæuis responsio & quilibet actus, ex quo argui, & dignosci possit animus non parendi.*

6 *Personæ Ecclesiasticæ præ cæteris tenentur mandatis Rotalibus, seu verius Apostolicis, statim reuerenter obedire.*

DECISIO DCLVII.

Petebant Agentes Capituli Beatæ Mariæ de Pilari declaratoriam decerni contra Canonicos, & interdi-
1 ctum contra Capitulum S. Saluatororis, quia expeditis literis exquutorialibus vigore rei iudicatæ cum comminatione censurarum per Signaturam canonizatis il-

lisque capitulariter, & personaliter eis pluries præsentatis, ac in actis reproductis, seruatisque solitis quatuor terminis debitam paritionem vt opus est non exhibuerunt ex traditis per *Felyn. in cap. ad proban. n.6. de re iudic.& per vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 19.* quos perpetuo sequuta fuit Rota.

Nec suffragari verbalem oblationem factam in die informationis ab altero ex canonicis Sancti Saluatoris nomine proprio & procuratorio capituli, quod sua Ecclesia & capitulum fuit, & est paratum, & paratissimum obedire sententijs rotalibus, & decreto de exequendo facto *die 3. Iulij* 1658. omniaque, & singula in ijsdem sententijs contenta, & expressa adimplere, & obseruare.

Primo quia huiusmodi oblatio est captiosa, cum in ea nulla penitus facta fuerit mentio de exe-
2 quutorialibus, & tamen ad illum effectum ipsæ principaliter attenduntur, cum per extensum contineant & explicent ea, quæ per sententias in compendio declaratur, vt tradit *Vestr. vbi supra cap. vlt. n. 16.* non subsistente, quod sint excessiuæ, quia nihil continent quod non conueniat cathedralitati, vt ex ipsis literis exequutorialibus dignoscitur *Summ. Pilarensium*
3 *num. 1.* & ideo dum sententiæ rotales antiquiorem, & actualem Cathedralitatem declarant fauore Ecclesiæ B. Mariæ virtualiter comprehendunt omnia, quæ per extensum in dictis Exequutorialibus fuerunt exposita Cathedralitatis consecutiua vt dixit *Rota coram bo. me. Coccin. decis. 136. num. 3.* & licet decisiones in causa præcedenter æditæ de aliquibus tantum actibus Cathedralitatis loquantur fauore Pilarensium, id tamen non taxatiue, sed demostratiue deductum fuit ad effectum elidendi exceptionem per canonicos Sancti Saluatoris obiectam, quod ecclesia Beatæ Mariæ remansisset priuata Cathedralitate, ad quem effectum in eis firmatur quod probata eius primordiali impressione etiam vnicus actus sufficit pro illius integra retentione, & continuatione.

Secundo quia tunc demum admittitur oblatio verbalis quando non requiritur aliquod factum præcisum, & positiuum a condemnatis explendum, at quando id exigitur prout hic, ex quo expresse præcipitur Capitulo, & Canonicis Sancti Saluatoris, quod recognoscant Ecclesiam Beatæ Mariæ in antiquiorem, & actualem Cathedralem, eiusque Capitulum, & Canonicos habeant, & recognoscant cum omnibus priuilegijs, iuribus, honoribus, prærogatiuis, & præeminentijs Ecclesię Cathedrali Cęsaraugustanę quomodolibet debitis, & debendis *Sum. d. n. 1.* verbalis oblatio
4 tanquã ventosa ostentatio non recipitur, sed requiritur positiua, & actualis paritio, alias datur declaratoria, vt respondit *Rota apud Posth. de manut. decis. 121. n. 1. coram bo. me. Merlino decis. 592. num. 3. in Alexandrina Pensionis 11. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Celso in Leodien. Canonicatus Sancti Martini 31. Ianuarij 1653. §. neque capitulo, & in Catacen. beneficiorum 14. Maij 1655. in fin. coram me.*

Tertius quia per reiteratas vices literæ exequutoriales capitulariter Canonicis S. Saluatoris præsentatæ fuerunt, semperque ipsi loco paritionis responderunt, quod si Capitulum haberet aliquid respondendum dictę requisitioni infra tempus solitum responderent *Summ. num. 2. & 3.* & quod magis vrget duas Processiones generales de mensibus Ianuarij, & Februarij currentis anni fecerunt *nouo Summ. num. 3.* non conuocatis Canonicis Beatæ Mariæ, nec eis nobiliori, & honorificentiori loco præstito prout tenebantur ratione antiquioris, & continuatæ Cathedralitatis, ac ad formam mandatorum Sacrę Rotæ *d. nouo Summ. num. 2.* quod in decisionibus huius causæ comprobatur, vt *coram bo. me. Coccin. in recent decis. 353. n. 77. vers. quam plures denique p. 5. coram bo. me. Bichio 6. Martij 1656. §. 5. concordiam vers. & vlterius disponitur, & coram me 27. Maij 1658. sub §. Tum etiam ex quo.*

Hinc enim habetur positiua contrauentio paritioni omnino contraria, ob quam excusari non possunt
5 ab incursu censurarum, ad quem effectum attenditur quæuis responsio, & quilibet actus, ex quo argui & dignosci possit animus non parendi, vt respondit, *Rota in Colonien. Vicariæ 14. Maij 1649. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono inter eius impress. decis. 174. num. 3. & 4.* qui tanto magis detestabilis est, cum versemur in personis Ecclesiasticis quę præ cęteris tenentur mandatis rotalibus, seu verius Apostolicis statim reuerenter obedire *Can. in memoriam 19. distinct. Rota coram eodem Eminentis. Otthobono decis. 75. n. 3. & decis. 196. n. 8. & contra ipsum met Capitulum & Canonicos S. Saluatoris in Cęsaraugustana distributionum seu attentatorum 13. Nouembris 1647. coram me in fine.*

Verum quia pro capitulo Sancti Saluatoris deducebantur plures actus ad ipsos priuatiuè vigore transactionum initarum cum canonicis B. Mariæ, & sententiarum prolatarum *eius Summ. num. 4.* nec non plures habere redditus ipsis particulariter donatos; ideo per Dominos resolutum fuit dandam esse declaratoriam, & respectiue interdictum, nisi infra menses paruerint admittendo Canonicos S. Marię ad omnes actus Cathedralitatis reseruato tamen Ecclesię S. Saluatoris iure agendi post paritionem pro priuatiua canonizatione dd. prætensorum actuum, & redditũum vt iuris fuerit; Et ita vtraque &c.

COMEN. MANSIONARIATVS.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus qui ex lege fundationis, tenetur residere; alias per eius absentiam certi temporis vacet beneficium, ipso facto non incurrit pœnam priuationis, nisi post sententiam Iudicis declaratoriã: & an ad hunc effectum absentia debeat esse interpolata, vel continua.

SVMMARIVM.

1 *Patronus non potest ad nouam electionem deuenire, si prior præsentatus fuit à iudice iniustè priuatus de beneficio.*
2 *Absentia continua requiritur, vt quis priuetur beneficio, nec sufficit interpolata.*
3 *In pœnalibus non admittitur extensio de casu in casum.*
4 *Dubietas excusat à pœna priuationis beneficij.*
5 *Pœna priuationis licet à beneficiato absente, ipso facto incurratur absque iudicis sententia, intelligitur tamen post declaratam illius absentiam.*

DECISIO DCLVIII.

ERectum, & dotatum reperitur in Ecclesia Cathedrali Comensi Collegium Mansionariorum de iurepatronatus DD. de Gallijs sub hac expressa lege, ibi: *Dichiara in oltre, che se alcun Mansionario starà assente dal Choro più di trè mesi in vn'anno perda per quell'anno tutta la sua parte de' frutti della residenza, &c. e se alcuno starà assente dal Choro più di sei mesi continui ò interpolati, se sarà costituito in ordine Sacro perda* ipso facto, *e senza altra interpellatione monitione, ò dichiaratione le distributioni quotidiane, &c. e per il secondo anno se sarà parimente assente il Mansionariato vachi ipso facto, nè detto beneficiato possa ritenere più detta Mansionaria, ma senz'altra interpellatione, monitione, nè dichiaratione ne resti ipso facto, & in conscienza priuo, & non faciat fructus suos, & il Padrone del iuspatronato possa, e debba nominare, e presentare vn'altro in suo luogo e detta presentatione, e nomina sia in ogni modo valida, &c.*

da, &c. prout latius ex tenore fundationis *Summario Ardenghi, num.* 1.

Verum cum prætenderetur, quod Martius Iouius obtinens vnum ex dd. Mansionariatibus diù fuerit absens à seruitio Vicarius Comensis 13. *Octob.* 1651. per decretũ declarauit eum priuatum beneficio Mansionariatus, omnibusque iuribus ei annexis, & connexis, ac *die* 12. *Maij* 1654. D. Marchio Iacobus Gallius modernus Patronus habita notitia priuationis præsentauit Claudium Aedenghum *eodem Summ. num.* 3. *&* 4. Sed interposita à Iouio appellatione in Curia emanarunt duæ sententiæ inter se contrariæ; Tandem causa mihi commissa dubitaui an Claudius sit instituendus, & negatiue responsum fuit.

Certum enim est quod à die 15. *Augusti* 1651. vsque ad diem 15. *Octobris* eiusdem anni, quo emanauit decretum priuationis nec minus effluxerunt tres menses, pro quorum absentia non poterat Iouius priuari Mansionariatu, sed dumtaxat fructibus dd. anni iuxtà legẽ
1 in fundatione præscriptam, & consequenter non potuit Patronus ad nouam electionem deuenire, vt in his terminis responsum fuit in *Seguntina Canonicatus doctoralis* 1. *Febr.* 1658. *Neque valet, &* 18. *Martij eiusdem anni sub* §. *Primo coram R.P.D. meo Verospio.*

Nec suffragatur ad hunc effectum subsequuta absentia Iouij spatio ferè trium annorum post decretum priuationis vt ex partitis ex libro Punctatoris extractis *Summ. responsionis Ardenghi, num.* 2. *&* 3. Quia quidquid sit de eius legalitate, ac legitima partitarum extractione hæc absentia post priuationem decursa non potest conualidare decretum latum de ann. 1652. nec concludere absentiam in tempus præteritum.

Præterea nec etiam probatur absentia integri anni, qui ex lege fundationis ad effectum priuationis requiritur, non obstante quod in priuatione fructuum, ab-
2 sentia sex mensium admittatur, etiamsi fuerit interpolata; Quia cum huiusmodi qualitas non fuerit in subsequenti casu priuationis Mansionariatus repetita
3 ad eum porrigi non debet, sed ad effectum priuationis absentia requiritur continua, cum in pænalibus non admittatur extensio de casu ad casum *Bald. cons.* 421. *num.* 6. *lib.* 3. *Dec. cons.* 90. *n.* 3. *vers. nec dici potest Greg. decis.* 225. *n.* 11. & in omnem casum sola dubietas de-
4 seruire posset pro legitima causa excusationis ex quo Iouius nõ resederit ex allegatis in *Neapolitana hereditatis* 30. *Ianuar. præteriti,* §. *Verum quia Patres cor. me.*

Non obstat, quod priuatio ipso facto censeatur in-
5 ducta perinde ac si nulla esset necessaria Iudicis declaratio quoad absentiam anni 1652. cum sequentibus, quia dicta verba sunt intelligenda de sententia priuationis, & incursu pænæ post declaratam absentiã, vt bene declarat *Castropal. oper. moral. tom.* 1. *tract.* 3. *tit. de leg. pæn. & irrit. disput.* 2. *punct.* 2. *numer.* 8. *cum seqq. Merlin. decis.* 900. *num.* 5. *&* 6. *& in Nullius Prouinciæ Theatina* 10. *Ianuary* 1636. *coram bon. mem. Coccino,* §. *Quod autem cum seqq. & latius in dicta Seguntina Canonicatus doctoralis coram R.P.D. meo Verospio.*

Et ità resolutum vtraque, &c.

MAIORICEN. CONGRVÆ.

Luna 5. *Iuly* 1660.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Omnia gesta pendente lite in Rota, & post præsentatam inhibitionem Rotalem sunt attentata, & veniunt reuocanda.*

2 *Inhibitio Rotalis siuè iusta, siuè iniusta semper est timenda, nec spectat ad Iudices de partibus, cognoscere an sufficiat nec ne.*

DECISIO DCLIX.

Spreta pendentia litis in Rota, & inhibitione rotali personaliter præsentata Vicario, & operarijs de Buguer 13. *Nouembris* 1650. *Summ. informantis, n.* 1. *&* 2. Vicarius Generalis Maioricen. 17. *Octobris* 1658. sententiam protulit, in qua condemnauit Rectorem ecclesiæ de Campaner ad soluendum hæredibus Gabrielis Buades annuas libras 40. pro tempore, quo dictus Gabriel inseruiuit pro Vicario dictæ ecclesiæ *Summ. n.* 3. & non attento, quod iterum dicta inhibitio personaliter præsentata fuerit 4. *Martij* 1659. *Summar. num.* 4.
1 Attentata attentatis cumulando in exequutionem dictæ sententiæ relaxauit mandatum 16. *Maij* 1659. & pignora posuit subhasta *Summ. num.* 5. Ideò per contradictas hodie resolutum fuit constare de attentatis reuocandis ex deductis per *Rotam apud Cæsar. de Graf. decis.* 6. *per tot. de caus. poss. & propr.*

Præcipue quia dictus Vicarius generalis noluit præfatam inhibitionem attendere sub prætextu, quod mẽtionem faceret solum de causa, & lite antiqua *Summ. dict. num.* 5. inde enim grauiora redduntur. Attentata, quia non spectat ad Iudices de partibus cognoscere,
2 an inhibitio Rotalis afficiat, necne, sed illam siuè iustam, siuè iniustam reuerenter suscipere, & timere debent remittendo partes ad Signaturam, vel ad Rotam pro illius declaratione, & moderatione, & interim nihil innouare vt responsum fuit in *Toletana fructuum* 16. *Maij* 1586. *coram Card. nali Hieronymo Pamphilio apud Marchesan. de commiss. p.* 2. *fol.* 80. *num.* 4. *in Vicen. beneficij, seu attentatorum* 7. *February* 1648. *coram bon. mem. Dunozetto, & in Bononien. attentatorum prima Iulij* 1658. *coram me.*

Et ità altera tantum, &c.

NEAPOLITANA SEPARATIONIS THORI.

Luna 5. *Iulij* 1660.

ARGVMENTVM.

Vxor litigans cum viro, An, & in quo loco sit sequestranda pendente lite, arbitrio iudicis relinquitur.

SVMMARIVM.

1 *Vxor litigans cum viro, etiam vbi agitur de causa separationis thori est custodienda penes honestam matronam, dummodo, ibi violentia sibi inferri non possit à viro, vel eius parentibus.*

2 *Monasterium Religiosarum solet Rota eligere loco honestæ matronæ pro custodienda vxore cum viro litigante.*

3 *Vxor cum viro litigans non debet cogi ad ingrediendum monasterium pro illius custodia lite pendente, stante causa infirmitatis per attestationes medicorum probata*

4 *Vxor cum viro litigans, si fuit ingressa monasterium ad sui custodiam pendente lite ob superuenientem infirmitatem ad suos consanguineos est remittenda.*

5 *Vxori litiganti cum viro danda est securitas, & libertas, vt possit causam suam liberè agere.*

DECISIO DCLX.

Proposui dubium an, & in quo loco sit sequestranda D. Marchionissa pendente lite, & in hac materia Ro-
1 ta sequitur dispositionem *Text. in cap. ex transmissa de restit. spoliat. & in cap. cum locum de sponsal.* etiam quãdo agitur prout hic, de causa separationis Thori, vt *coram Pen. decis.* 435. *num.* 1. *& decis.* 497. *pariter num.* 1 *coram Buratt. in simili causa Neapolitana decis.* 684. *num.* 1. *& in lite super diuortio corã Durano decis.* 262. *ante num.* 1.

Sed difficultas versatur circa locum, vbi sit sequestranda quia *Textus in dicto cap. ex transmissa* disponit coniugem cum viro litigantem custodiendam esse pẽnes honestam matronam, dummodo ibidem Violentia sibi inferri non possit à viro, seu eius Parentibus, ibi;

Alteri probæ, & honestæ mulieri vsque ad causæ decisionem custodienda studiosius committatur in loco, vbi vir, vel parentes eius mulieri nullam possint violentiam inferre.

Et licet Rota, quę præsertim in partibus certam per-
2 sonarum notitiam non habet loco honestæ matronæ eligere soleat monasterium Religiosarum, *vt coram Pen.decis.497.num.4.& decis.665.pariter,num.4. & coram Buratt.decis.588.num.3.& 4.*

Nihilominus non propter hoc se restringit ad eligendum monasterium, sed prouidet iuxta contingentiam casuum, ac perspectis circunstantijs fauorum, & causarum; Quapropter *coram Pen. d.decis.497.in fine* per hæc præcisa verba respondit, ibi: *Additum tamen fuit tunc non fuisse in monasterio Claudiam reponendam si aliqua eius infirmitas legitimè probaretur*; Et stante
3 causa infirmitatis probatæ per attestationes medico-
4 rum Rota noluit cogere mulierem ad ingrediendum monasterium; Quinimmò dixit, quod si esset ingressa veniret educenda, & libere ad suos consanguineos remittenda propter naturalem propriæ vitæ defensionē, & curam, *vt in recent.decis.108.num.4. cum duob. seqq. part.6.* Et stante prouecta ætate, ac mala valetudine mulieris ex attestationibus extraiudicialibus probata *coram Buratt.d.decis.684.* noluit eam collocare in monasterio, sed decreuit permanere apud matronam pro-
5 vt vsque tunc permanserat, addendo, quod vxori litiganti cum viro dari debet securitas, & libertas, vt possit causam suam libere agere, *vt num.3.& 4.* & demum *coram Duran.d.decis.262.* Rota impartita fuit licentiā mulieri exeundi à monasterio vt posset commodius in domo Patris sui vnacum filijs commorari; Nam licet monasterium videatur locus tutior, attamen termini diuersificantur concurrentibus circumstantijs facti, videlicet commodioris educationis filiorum domus paternæ, patrisque qualitatis, *vt sub num.1. & 2. vsque ad fin.*

Ideoque cum hoc pendeat ab arbitrio iudicis, qui, vt dictum est secundum contingentiam facti debet prouidere, Domini omnibus mature consideratis cum agatur de muliere nobili sexagenaria, & mala valetudine detenta, censuerunt non esse collocandam in monasterio, sed sequestrandam penes honestam matronam, vt vtrique parti consulatur, & ne mulier viuat in omnimoda sua liberate perinde ac si esset Vidua.

Et ità vtraque, &c.

CALARITANA PENSIONIS.

Ven.3. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Declaratoria antequam relaxetur contra inobedientes mandatis Rotalibus, illorum personalis intimatio requiritur ad inducendam in citato certam scientiam contentorum in eis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria sententia pro incursu censurarum solet à Rota promulgari contra contumaces, & inobedientes Rotalibus, seu verius Apostolicis mandatis, non docto infra legitima tempora de paritione.*
2 *Declara, dummodo mandata Rotalia fuerint personaliter intimata.*
3 *Scientia certa contentorum in mandatis Rotalibus requiritur ad effectum relaxandi declaratoriam contra inobedientes, nec sufficit præsumpta.*
4 *Scientia Patris facit præsumere scientiam filij.*
5 *Pater in beneficialibus filij non habet ius aliquod.*
6 *Declaratoria sententia pro incursu censurarum requirit plenas, & concludentes probationes, nec sufficiunt præsumptiones.*
7 *Citatio simpliciter ad valuas sufficit ad effectum relaxandi declaratoriam contra dolosè latitantes, seu alias quomodolibet contemnentes mandata Rotalia.*
8 *Declara tamen vt non sufficiat vnicus actus perquisitionis pro exequenda personaliter citatione, sed plures, & iterati requiruntur.*

DECISIO DCLXI.

Postquam sub die 15. Maij anni præteriti coram me decisum fuit concedendam esse manutentionem Ambrosio Machino in quasi possessione exigendi annuam pensionem sibi reseruatam Apostolica auctoritate super fructibus Canonicatus Ecclesiæ Calaritanæ, successiuè expediuit quoque mandatum de manutenendo cum comminatione censurarum; Cumque prætenderetur eidem non fuisse paritum à Georgio Martino Canonico, petijt Ambrosius contra illum relaxari declaratoriam, quam proposito dubio, denegandam esse Domini censuerunt.

Licet enim ex inueterato Rotæ stylo contra contu-
1 maces ac inobedientes rotalibus, seu verius Apostolicis mandatis elapsis solitis terminis iuxta notoriam praxim ad parendum præfixis, & non docto de paritione ad coercendos contemptores donec reuerenter parendo resipiscant, soleat promulgari declaratoria sententia pro incursu censurarum iuxta *decis.Mohed: prima de sent.excom. & Achill.de Grass.decis.5.n.2. eod.tit.* Attamen cum agatur de materia valdè præiudiciali incidendi per sententiam excommunicationis in grauissimas pœnas ecclesiasticas ne dubitari contingat de certa, ac indubitata scientia, & notitia contentorum
2 in mandatis Rotalibus pro forma à iure præscribitur illorum personalis intimatio *cap. sacro de sent. excom. Rota decis.48.num.18.part.4.tom.2. recentior. & coram Card.Seraph.decis.1296.num.1.*

Hæc autem in præsenti casu omnino deficere visa fuit, cum solummodo data fuerit quædam fides Notarij in *Summ.num.2.* attestantis se accessisse ad domum Patris Georgij ab eoque petijsse an filius reperiretur in Ciuitate Calaritana, & responso accepto de illius absentia executorem tunc affixisse copias mandati rotalis; Ex huiusmodi autem actu vnico existimarunt Do-
3 mini non fuisse per æquipollens satisfactum personali intimationi, minusque in Georgio inductam certam scientiam, prout omnino requiritur in hac præiudiciali materia, *Rota decis.15. in fine de sentent. excomm. in antiq.& in recentior. decis.90.per tot. part.1. & in Leodien.Abbatissatus 20.Iunij 1644.coram Reuerendissimo Terracinen.*

Nec ex eo, quod Pater sciuerit infertur necessario
4 ad scientiam filij per *text.in l.Item veniunt, §.petitum,*
5 *ff.de petit.hęred.* Tum quia Pater in beneficialibus filij non habet ius aliquod *cap.annum de iud.in 6.* & in his terminis *Rota coram bo.me.Merlin.decis.20. n.5. & 6.*
6 tum ex quo in præsumptionibus dubijs, & æquiuocis nullum est faciendum fundamentum præsertim ad effectum declarationis incursus censurarum requirentium certam, & plenam probationē, *vt in decis.174. num.5.coram eodem Merlin. decis.179. num.5.*

Et quamuis contra dolosè latitantes, seu alias quo-
7 modolibet contemnentes mandata Rotalia, sufficiat simplex illorum affixio *Clement.causam, §. Quod si forsan de elect.Clement.1.de iud.* Ad illam tamen conuin-
8 cendam non sufficit vnicus actus perquisitionis, sed plures, & iterati requiruntur iuxta *decis. Crescent.18. per tot de sent. & re iudic.* nec non & aliæ coniecturæ, seu actus positiui, ex quibus dubitari non possit de certa scientia, quæ omnia in præsenti casu deficiunt.

Ex quibus resolutum fuit non esse dandam declaratoriam vtraque Parte informante, &c.

CÆ-

CÆSARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS.
Ven. 10. Decembr. 1660.

ARGVMENTVM.

Declaratoria contra non parentes mandatis Rotalibus relaxatur, nec sufficiunt ad hanc euitandam verbales oblationes parendi, quoties factum præcisum adimplendum fuit appositum in mandatis Rotalibus, tunc enim antequam constet de præcisa, & positiua obedientia, non est quis audiendus in iudicio, nec etiam super alijs iuribus.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes verbales obedienti mandatis Rotalibus, cum præseruatiua aliqua dicuntur captiosæ, & ideò prodesse non possunt ad euitandam declaratoriam.*

2 *Oblationes verbales obediendi non sufficiunt ad euitandam declaratoriam, quoties in mandatis Rotalibus continetur aliquod factum positiuum explendum.*

3 *Declaratoria vt euitari possit requiritur continuata, & successiua paritio, quando agitur de re habente tractũ successiuum in futurum.*

4 *Omne quod sequitur ex eo quod expressum est, habetur pro expresso, & specificato.*

5 *Oblationes verbales parendi tanto magis admitti non debent, quando constat de actibus paritioni contrarijs, vel aliquo modo de animo non parendi.*

6 *Habens contra se rem iudicatam debet in omnibus ei parere, antequam audiatur super nouis iuribus.*

7 *Transactiones celebratæ ante rem iudicatam, non possunt post eam deduci ad effectum euitandi illius paritionem à Capitulo.*

8 *Translatio facta carens beneplacito Apostolico est personalis, ideoque non afficit successores.*

9 *Obseruantia excluditur per vnicum actum difformem.*

10 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum allegari non potest, cessante obseruantia contrarium.*

11 *Immemorabilis debet probari per testes qui possint deponere de visu per 40. annos ante motam litem.*

12 *Immemorabilis excluditur, ex mala fide ex litibus resultante.*

13 *Quasi possessio priuatiua in incorporalibus non acquiritur cessante patientia, & acquiescentia aliorum.*

14 *Duo Capitula circa ius Cathedræ omniumque ab eo dependentium, possunt facere vnum corpus formale, & in reliquis possunt esse duo capitula, & duo ecclesiæ distinctæ, & separatæ.*

DECISIO DCLXII.

Resolutum fuit 5. Iulij præteriti dandam esse declaratoriam contra Canonicos, & interdictum contra Capitulum S. Saluatoris nisi infra mensem paruerint exequutorialibus à S. Rota relaxatis admittendo Canonicos S. Mariæ de Pilari ad omnes actus Cathedralitatis reseruato Ecclesiæ S. Saluatoris iure agendi post paritionem pro priuatiua canonizatione prætensorum actuum vt iuris fuerit, causaque super ipsis iterum discussa Domini steterunt in decisis, quia seruata fuerunt omnia de iure seruanda, & oblationes verbales in curia factæ à D. Canonico Doctorali nomine proprio, & procuratorio Capituli S. Saluatoris ex pluribus visæ non sunt sufficientes, neque admittendæ.

Et primo quia altera nullam facit mentionem de exequutorialibus sub erroneo prætextu excessiuitatis, quæ non subsistit, vt firmatum fuit in præcedenti decisione, altera verò simpliciter continet, Canonicos velle parere omnibus per Rotam declarandis sub expressa præseruatiua, ibi: *Reseruatis ijs, quæ suæ Ecclesiæ, & Capitulo competunt iure particularis priuilegij contractus, transactionum sententiarum, & præscriptionis etiam immemorabilis donec, & quousque per Sac. Rotam declara-*
1 *tum.* Huiusmodi enim oblationes istis actibus, & reseruationibus factæ omninò captiosæ sunt, & valde periculosæ, cum ad aliud non tendant nisi ad excludendũ effectum mandati Rotalis, seu verius Apostolici, quasi non afficiant censuræ, vel eis non sit parendum nisi in nuda, & simplici Cathedralitatis denominatione, vel in actibus, in quibus videbitur ipsis Canonicis contumacibus, quę propterea prodesse non possunt vt benè respondit, *Rota coram Penia decis. 881. n. 5 secundum impress. Lugdun.*

Secundo quia exequutoriales continent factum positiuum à condemnatis explendum, ibi: *Et mandamus quatenus dictam Ecclesiam Beatæ Marię Virginis de Pilari, &c. illiusque Capitulum, & Canonicos talis Cathedralis cum omnibus priuilegijs iuribus, honoribus prærogatiuis, & præeminentijs Ecclesiæ Cathedrali Cęsaraugustanæ quomodolibet debitis, & debendis habeatis teneatis,*
2 *& respectiuè cognoscatis.* Ideo non sufficiunt oblationes verbales, sed realis, & actualis paritio requiritur, vt præter decisiones in præcedenti allegatas *Mer-*
3 *lin. decis. 481. num. 1.* Cumque agatur de re habente tractum successiuum in futurum necessaria est continua, & successiua paritio *Buratt. decis. 268. num. 2. & in Alexandrina Pensionis 11. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Celso, §. fin.*

Nec refert, quod sententiæ non descendant ad specialia, & propterea requiratur liquidatio, qua non præcedente non possint Canonici S. Saluatoris de contumacia redargui, quia cum contineant generalem declarationem antiquioris, & actualis Cathedralitatis Ecclesiæ B. Mariæ omnia in ventre comprehendunt, & liquidant, quæ veniunt in necessariam consequentiam declaratæ Cathedralitatis licet ad literam singulariter
4 non sint expressa, omne enim quod sequitur ex eo, quod expressum est, habetur pro expresso, & specificato iuxtà text. *in l. si ità scriptum vbi DD. ff. de liber. & Posthum. Buratt. decis. 125. num. 4.*

Tertiò demùm quià constat de expressa recusatione capituli eiusque voluntatem parendi, dùm semper fecit actus omnino contrarios paritioni, & præcipuè vltra recensitos in alia decisione nuper laborante in extremis Reuerendiss. Archiepiscopo Cæsaraugustano, & declarante, quod si non sumebat Sanctissimum Viaticum, id totum contingebat, vt euitaret scandala, & dissentiones forsan oriundas inter has duas ecclesias, Canonici S. Saluatoris se se opposuerunt protestantes reperiri, & existere in quasi possessione illud subministrandi Archiepiscopis pro tempore, vt latius in *Sum-*
5 *mario Pilarensium, num. 1.* Vndè tanto magis augetur expressa, & positiua inobedientia, & spernendæ sunt huiusmodi oblationes ad *gloss. in cap. duo sunt 96. distinct. Merlin. d. decis. 481. num. 6.*

Non obstat repetita exceptio, quod plures actus Cathedralitatis ad Canonicos S. Saluatoris priuatiuè pertineant ex transactionibus, sententijs, & præscriptione etiam immemorabili.

Quià iustè in alia decisione reseruatũ fuit prædictis Canonicis ius agendi post paritionem pro priuatiua canonizatione dictorum prætensorum actuum, quià
6 habent contra se rem iudicatam, ideoque in omnibus ei parere debent antequã audiri possint super verificatione nouorum iurium *l. peremptorias C. sentent. rescin. non poss. & leg. prima C. de iur. & fact. ignor. Capuaq. decis. 323. num. 5. part. 1. Andr. decis. 72. num. 7.* præter-
7 tim quoad transactiones ante illam celebratas cùm non possint post eam deduci ad effectum euitandi eius paritionem *Castrun d. l. prima, num. 5. vers. præmitte ad euidentiam, Mohed. decis. 3. sub num: primo versic. Maximè quod exceptio de transact. Rota recentior. decis. 91. num. 91. part. 7.*

Cer-

Certius quià omnia, quæ sub prætextu priuatiuæ quasi possessionis nunc etiam afferuntur in præcedentibus instantijs semper allegata fuerunt, & per Rotam discussa, & reiecta, vt plenissimè habetur in elaborata decisione bon. mem. Coccin. in recent. decis. 353. part. 5. coram bon. mem. Bichia 21. Iunij 1655. & 6. Martij 1656. & coram me 27. Maij 1658.

Et quamuis præfata satis sint pro relaxatione declaratoriæ cum particularis discussio prætensorum actuû non sit præsentis indaginis, nihilominus exabundanti & ad magis ostendendum malum ius Capituli parere
8 recusantis ponderatum fuit quod transactiones tanquam carentes beneplacito Apostolico, sunt merè personales, ideoque non afficiunt successores *cap. veniens de transact.* quodque nec ipsæ, nec sententiæ arbitramentales, quę vlterius nullitatis vitio laborant ob defectum iurisdictionis dum Ecclesia de Pilari mediatè subiecta est Sedi Apostolicę (vt firmauit *Rota decis. 43. num. 3. & decis. 157. ante numer. 1. p. 6. recent. & coram me in hac causa 27. Maij 1658. §. non obstat*) nunquam obseruatę fuerunt cum Pilarenses in Contradictorio iudicio in Rota plura mandata fer: fer: obtinuerint directè contra contenta in ipsis transactionibus, & sententijs vt *in dicto Summ. n. 5. 6. 8. 9. & 12.*
9 *cum duobus seqq.* obseruantia enim excluditur per vnicum actum difformem, *Rota decis. 112. num. 5. vers. & vnicus p. 2. recent.* & cessante obseruantia allegari non
10 potest beneplacitum præsumptum *bo. me. Coccin. decis. 301. num. 3. & coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis. 220. num. 22.*

Immemorabilis vero quasi possessio priuatiue quoad certos actus improbabilis est ob lites inter has Ecclesias ab antiquissimo tēpore pendentes super omnimoda vniate in tēporalibus, & spiritualibus cum integra retentione omniū iuriū Cathedralitatis, quæ inceperūt ab anno 1170. vt habetur ex concordia *anni 1221. dicto Summ. n. 5.* ex commissione *anni 1536. n. 7.* ex Epistola Synodalium Diœc. transmissa ad S. M. Paulum V. *anno 1614. & 1615. num. 11.* & ex vltima commissione rotali de *anno 1623. Summ. num. 15.* in quibus omnibus continetur ab Ecclesia de Pilari semper prætensum integre retinuisse, & retinere omnia iura Cathedralitatis vnde pro improbabilitate immemorabilis duo resultāt
11 alterum ex impossibilitate inueniendi Testes tam annosos, qui ante motas lites deponere possint de visu per 40. annos *Card. Seraph. decis. 1450. & 1460. num. 2. Gregor. decis. 434. num. 12. Comitul. decis. 138. num. 5.*
12 alterū ex mala fide ex dictis litibus resultante, quę immemorabilem excludit *Card. Seraph. decis. 707. n. 6. Rota in recent. decis. 295. num. 17. p. 5. & in Calaguritana Decimarum de Ocon 1. Iuly 1654. coram me sub §. concordia autem*, & exinde cessat patientia, & acquiescen-
13 tia Pilarensium, sine quibus in incorporalibus non acquiritur quasi possessio priuatiua, *Card. Mantic. decis. 107. num. 6. Card. Seraph. decis. 436. num. 3. & in recent. decis. 443, num. 11. p. 5*

Nec releuant Testes celati. in *Summ. additionali Capituli S. Saluatoris num. 1.* deponentes de priuatiuo exercitio iurisdictionis quasi Episcopalis sede vacante cum deputatione Vicarij Capitularis etiam ab immemorabili, quia præter quod fuut examinati in partibus pendente lite in Rota sine literis remissorialibus & sine citatione Partis hoc præcisè articulatum fuit *coram bo. me. Dunozetto in 4. 5. & 6. articulis*, & denegata fuit remissoria ob impossibilitatem probationis, & irreleuantiæ late comprobatam in *dict. decis. coram me emanata 27. Maij 1658.* in qua receditur ab alia resolutione prius capta coram eodem.

Nec obstat prætensum ius decimandi priuatiue in Territorio Diœcesis Cæsaraugustanę, cum etiam ad fauorem Ecclesię B. Mariæ Canonizatum fuerit in *dict. decis. Coccin. 353. num. 74. p. 5. recent. Motman. in recent. decis. 177. num. 6. p. 6. & Bichy 21. Iunij 1655. §. facultas exigendi*.

Cæterum quæ deducebantur de vnionibus per Summos Pontifices factis, de donationibus Regum Hispaniarum, & de fundationibus pijs facile remouentur animaduertendo, quod Pilarenses non prætendunt nisi iura siue corporalia, quæ annexa sunt connexa, & dependentia a iure Cathedratico, & ab ipsa Cathedralitate in his duobus capitulis tanquam vnico corpore formali vnitiue contenta; cætera autem à Cathedralitate independentia communia non sunt, nec veniunt communicanda, potest enim stare simul, quod circa ius Cathedræ omniumque ab eo dependentium
14 duo capitula faciant vnum corpus formale in reliquis vero sint duo capitula, & duo Ecclesiæ distinctè, & separatę. vt originaliter respondit *Rota coram Pen. decis. 699. n. 9. in Aretina vnionis 2. Iunij 1645. §. quod negotia, & 1. Aprilis 1647. sub §. neque dicatur coram Reuerendiss. D. Terractnen. & 2. Iunij 1651. sub. §. nam huiusmodi coram Eminentiss. D. Card. Corrada, & prius coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis. 4. n. 21. & 22.*

Et ità vtraque parte informante.

TAVRINEN. BONORVM.

Luna 24. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

Appellans, nisi fuerit prosequutus appellationem intra terminum assignatum a iudice a quo, causa remanet deserta, & sententia transit in iudicatum. Reintegratio quando sit concedenda, & quænam extrema veniant probanda ad hunc effectum in spolio iudiciali, & extraiudiciali.

SVMMARIVM.

1. *Sententia transit in iudicatum, si pars non appellauit intra terminum à Iudice præfixum.*
2. *Iudex à quo potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam Appellationem, eique ex causa abbreuiare.*
3. *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non datur, si læsio non adsit, & sententia sit valida, & iusta.*
4. *Reintegratio debetur probanti eius anteriorem possessionem, & iniustam rei conuenti.*
5. *Reintegratio vt concedatur in spolio iudiciali, est de necesse probandum quod Iudex nulliter, & iniustè processerit.*

DECISIO DCLXIII.

Lata sententia reintegrationis sub die 17. Februarij 1657. ad fauorem Lachellis, & aliorum Cohæredum Præpositi Antonij Calliani contra D. Eq. Meltium Priorem Lombardiæ, a qua licet fuerit appellatum, ob non prosequutam tamen in tempore appellationem quæsitum fuit an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda, seu potius de causis restitutionis in integrum & affirmatiue quoad primam, negatiue vero quoad secundam partem responsum fuit.

Quia intra terminum à iudice præfixum 40. dierum ad introducen. appellationē, & 20. ad faciendum fidem de illius introductione iuxta stylum illarum partium
1 idē Prior, nec causam introduxit nec appellatiuē fuit prosequutus, causa remansit deserta, & sententia transiuit in indicatū *cap. cum sit Romana §. de appell. Burat. decis. 226. n. 3. & in recent. decis. 124. num. 15. p. 6.* Potest
2 enim iudex à quo præfigere terminum appellanti ad prosequendā appellationem, vt notatur ad literam in *cap. apud aures 33. eod. tit.* eique ex causa abbreuiare, vt in *dicta decis. 124. num. 14. cum duob. seqq.*

Quo vero ad secundam Dubij partem visum fuit

3 non eonstate de causis restitutionis in integrum, quia
læsio non adest, super qua fundatur restitutio attenta
validitate, & iustitia sententiæ iuxta *decis. Merlin. 1. numer. 1.*

Validitas resultat ex reuolutione actorum, & iustitia
4 apparet ex eo, quod decreta fuit reintegratio hæredi-
bus præpositi omni iure debita, dum probarunt ante-
riorem eorum possessionem, & iuniorem rei conuenti
Abb. in cap. cum ad sedem num. 17. de restit. spoliat. Surd. cons. 20. num. 24. & seqq. Rota decis. 159. num. 11. p. 4. tom. 3. recent. decis. 251. num. 2. & seqq. p. 6. & decis. 176. num. 2. p. 7.

Quæ probatio vtriusque extremi sufficit in præsen-
ti ad obtinen. reintegrationem, quia hæredes de facto
fuerunt à sua possessione eiecti, non autem auctoritate
5 iudicis, ideo non requiritur alia probatio, quod iudex
nulliter & iniuste processerit, necessaria duntaxat in
spolio iudiciali *Surd. d. cons. 28. num. 24. & seqq. Greg. decis. 485. num. 3. & Buratt. decis. 363. num. 2.*

Et itá resolutum altera tantú parte informante &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Ven. 28. Ianuerij 1661.

ARGVMENTVM.

Vxor mortuo viro, potest ab illius hæredibus dotem sibi promissam repetere, licet culpa, & negligentia mariti non fuerit integraliter exacta; quæ negligentia potest in eo dumtaxat considerari, si promissor fuerit extraneus, & quinam ad hunc effectum dicantur extranei, & quid si pater dotem promiserit.

SVMMARIVM.

1 *Pro dote competit via executiua.*

2 *Obligatio iurata in forma Cameræ habet viam exequutiuam.*

3 *Vxori non competit actio aduersus hæredes viri, pro restitutione residui dotis à marito non recepti.*

4 *Dos præsumitur à marito exacta per lapsum multi temporis cum præstatione alimentorum.*

5 *Vxor potest agere pro integra satisfactione dotis sibi promissæ aduersus hæredes mariti, licet aliqua portio ob eiusdem viri negligentiam exacta non fuerit.*

6 *Declara hoc tantum procedere, si extraneus dotem promiserit, non autem quando promissor est pater.*

7 *Maritus non potest dici negligens in exigendo, si patrem vxoris non conuenit ad solutionem dotis sibi promissæ.*

8 *Frater, & patruus dotem promittentes dicuntur extranei, ad effectum, vt maritus dicatur negligens, si illos non conuenerit ad solutionem, eamque non exegerit.*

9 *Maritus dicitur negligens ad exigendam dotem licet à patre promissam, si eo defuncto eius hæredes non conuenerit ad solutionem.*

10 *Possessio debet referri ad titulum præambulum.*

11 *Vxor hæres vsufructuaria mariti cum onere alendi seipsam, & filios præsumitur effectus hæreditarios in causam alimentorum erogasse, donec contrarium probetur.*

12 *Dotis restitutio impediri non potest per exceptionem administrationis, & tutelæ.*

13 *De lucro dotali idem iudicatur, ac de dote.*

DECISIO DCLXIV.

IN decisionibus in hac causa emanatis coram Reuerendissimo D. meo Papien. sub diebus 28. *Iunij* 1658. 28. *Martij*, & 24. *Nouembris* 1659. inter cætera firmatum fuit relaxandum esse mandatum ad fauorem Artemisiæ contra bona hæreditaria q. Ioannis Baptistæ Massæ eius viri pro residuo dotis scut. 50. & pro lucro dotali scut. 175. vndé quoad istas partitas tantum de consensu partium reassumpta hodie disputatione Domini steterunt in decisis.

Etenim dotem Artemisiæ fuisse constitutam in scutis 700. constat ex publico instrumento de anno 1618. in quo Siluius frater tam nomine proprio, quam Pauli eius patris, ac Georgij alterius fratris promisit pro dote eiusdem soluere Io. Baptistæ scuta 300. in contanti, & reliqua scuta 400. in termino vnius anni, pro
quibus rectè firmatum fuit relaxandum esse manda-
1 tum, cum versemur in residuo dotis, pro qua non
solum competit via exequutiua, sed etiam quia adest
2 obligatio iurata, & in forma Cameræ vt in his termi-
nis dictū fuit in *Asculana Pecuniaria, seu dotis 16. Iunij 1647. §. Et quoad viam exequtiuam coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstat, quod ad manus mariti peruenerint so-
lum scuta 590. & cū Artemisia receperit ex effectibus
3 hæreditarijs scuta 650. fuerit plusquam satisfacta;
ideoque sibi nulla competat actio pro residuo dotis, vt
in Romana residui dotis 7. Iunij 1660. §. non obstat in fine coram me.

Quia reliqua sc. 110. vel præsumuntur exacta à ma-
4 rito per lapsum tanti temporis cum alimentorum præ-
statione, vel in omnem casum si ipse non exegit tene-
5 tur illa restituere propter eius negligentiam, quæ non
potest præiudicare vxori, quin adueniente tempore re-
stitutionis valeat agere pro integra satisfactione suæ
dotis contra hæredes mariti per *text. in l. si extraneus 34. ff. de iur. dot. & alijs allegatis dixit Rota in Ciuitatis Vetulæ dotis 1643. §. Nec obstat coram me.*

Quæ conclusio licet procedat in extraneo, non au-
6 tem quādo promissor dotis est pater quasi maritus nō
possit dici negligens, si illum non conuenerit ad dotis
7 solutionem, vt in *d. l. si extraneus*, quià promissio præ-
terquam quod fuit facta à Siluio fratre, qui hoc casu
8 dicitur extraneus, vt in patruo, quem dicit extraneum
Rota decis. 284. num. 10. post Pacif. de Saluian. Tamen si
9 est facta à patre, adhuc esset imputandum marito si
non exegit, qui defuncto socero tenebatur conuenire
eius hæredes, vt est bonus *Text. in l. ob res 20. §. sed si conuenerit*, ibi, *& si non petierit maritus ff. de pact. dot.* quem textum ibidem notabilem dicit *Bald.* & menti tenendum *gloss. in l. si socer 45. §. huius verb. redditurus in fine vers. nec imputan. ff. solut. matr. Bald. Nouell. p. 10. priuil. 24. & 25. vers. Præterea inter tract. magn. fol. mihi 239. à tergo Molin. de contract. disput. 427. post princ. vers. si tamen defuncto eo Vinc. de Franch. decis. 424. num. 5. & Fontanell. de pact. nupt. claus. 6 gloss. 1. p. 2. num. 77.*

Quod verò Artemisia possideat alia bona hæreditaria Pauli, & præcipuè domum in Regione Arenulæ nihil facit, quià ipsa domus prouenit ab hæreditate Georgij, & ab ipsa Artemisia retinetur in vim sententiæ latæ ad illius fauorem anno 1651. ex causa debitorum anteriorum Georgij ab ipsa solutorum, vt animaduertit tertia decisio in fine.

Nec valet replicatio, quod dictam domum possideat
occasione census scutorum 400. super ista impositi, &
sibi in dotem assignati; nam in instrumento dotali non
legitur ista assignatio census, sed dos fuit in quantita-
10 te promissa; ideoque illius possessio referri debet ad
titulum præambulum hæreditarium Georgij in vim di-
ctæ sententiæ A. C. ad *Text. in l. 2. vbi DD. de acquir. possess.*

Demùm exceptio compensationis, ex quo plures ef-
fectus hæreditarij Io: Baptistæ peruenerint ad manus Ar-
temisiæ, nec etiam vrget, cum illos exegerit tanquam
11 vsufructuaria ab eodem viro relicta de quibus debebat
se ipsam, ac tres filios alere, & præsumitur illos ero-
gasse in causam alimentorum donec contrarium pro-
betur ex *allegatis in secunda decisione §. Non obstat*, vltra
12 quod per exceptionem administrationis, & tutelæ non
potest impediri dotis restitutio iuxtà *dec. Seraph. 1455.*

Quod vero attinet ad quartum dotale eum neque

de illius solutione vllo modo doceatur non potest Ar-
temisiæ denegari mandatum pro illius consecutione
13 ad formam Statuti Vrbis *cap.131.lib.1.* idem enim iu-
dicatur de dote, ac de illius lucro, vt dixit *Rot.decis.88
num.9.post Pacif.de Saluian.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 4. February 1661.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim Saluiani denegatur creditori posteriori aduersus causam habentes à creditoribus anterioribus

SVMMARIVM.

1 *Saluiani extrema, sunt creditum cum hypotheca, & possessio rei conuenti.*

2 *Possessio rei conuenti probatur ex substentatione litis.*

3 *Retentio competit creditoribus anterioribus propter quã posteriori denegatur immissio.*

4 *Vxor ob vergentiam viri ad inopiam potest petere, nedum assecurationem dotis, sed etiam quartum.*

5 *Fructus quarti dotalis debentur vxori ad eandem rationem à Statuta taxatam pro dote.*

6 *Viduæ debentur alimenta per primos sex menses à die obitus viri computandos quorum loco succedunt pro dicto tempore fructus dotales iuxta dispositionem* Statut. Vrb.lib.1.cap.133.

7 *Alimenta debita Viduæ per primos sex menses à die obitus viri, iuxta* disp. Statut. Vrbis *non imputantur in sortem, licet ipsa habeat pignus dotale.*

8 *Emptio, seu inuestimentum cum præsumptione quod cum pecuniis dotalibus fuerit factum, importat tantummodo hypothecam specialem, & maiorem securitatem vxoris, non autem fundum dotalem.*

9 *Hæres grauatus habens scientiam fideicommissi, & alienans bona fideicommissaria dicitur in dolo, & tenetur illud reintegrare.*

10 *Fideicommissarijs pro reintegratione fideicommissi competit hypotheca super bonis proprijs alienantis.*

11 *Creditum iam extinctum per dationem bonorum in solutum creditori, reuiniscit cum sua anterioritate ob sequutam illorum euictionem.*

12 *Creditor vigore adiudicationis, & dationis bonorum in solutum, superlucratur fructus tanquam ex re propria perceptos, nec tenetur illos imputare in satisfactione aliorum creditorum.*

13 *Hæres creditor defuncti adeundo hæreditatem, censetur accepisse in solutum bona pro suo credito per imaginariam solutionem.*

14 *Hypotheca non cadit in rem propriam, nec in ea consistere, aut substineri potest.*

15 *Hpotheca extincta, extinguitur etiam Saluianum.*

16 *Fideicommissum à Testatore alienari prohibitum cum qualitate, vt neque momento temporis remaneat extra vocatos, si ei fuerit renunciatum ad fauorem non vocati, statim purificatur ad fauorem aliorum vocatorum non expectata morte renunciantium.*

17 *Renunciatio fideicommissi facta contra preceptum testatoris, non substinetur, nec etiam quoad commoditatem percipiendi fructus, quando est facta pleno iure, & illius verba tangunt substantiam bonorum.*

18 *Vxor vt præsumatur satisfacta de sua dote ex mobilibus, & gemmis viri defuncti, debet iustificari illa extitisse de tempore illius obitus, & tot ad eius manus peruenisse, ex quibus commodè potuerit satisfieri.*

19 *Vxor non tenetur restituere hæredibus viri bona, quæ apud eam non probantur remonsisse, vel culpa, & facto ipsius defecisse.*

DECISIO DCLXV.

PEtebat Iacobellus ex remedio vtilis Saluiani interdi-
cti immissionem in quibusdam bonis olim Martini
Coronæ hodiè posseßis à Patribus Sancti Pauli, & à
1 Petro Paulo de Rosis, & licet probauerit extrema
necessaria creditum nempè cum hypotheca ex instru-
mento census alias impositi vsque de anno 1613. &
vtramque possessionem Martini debitoris, & reorum
2 conuentorum ex alijs instrumentis publicis & litis sub-
stentatione, quæ sufficiunt ad obtinen. in hoc iudicio
vulg.iur. attamen Domini illam hodie denegarunt ex
quo reis conuentis tanquam habentibus causam à Ma-
ria Pruida vxore d. Martini, & à Sulpitia ex fil. Nepte
3 competit retentio pro creditis anterioribus earundem
propter quam posteriori denegatur immissio *Pacific.
de Saluian. inspect.3.cap.2. num.442. Rota coram Emi-
nentiss. D.Card.Otthobono decis.155.n.21.& decis.170.
num.25.& in Romana census seu Saluiani 5. May 1655
§. sed ex quo coram me.*

Huiusmodi enim credita partim sunt propria Ma-
riæ occasione dotis, & fructuum, partim spectant ad
Sulpitiam fideicommissariam Simonis, & partim fue-
runt acquisita per Mariam, eiusque hæredes, & hęredes
Sulpitiæ à creditoribus Martini, à quibus reportarunt
iurium cessionem translatiuè, & non extinctiuè, & quo-
ad credita propria Mariæ. Primo non controuerti-
tur eius creditum dotale in summa scutorum 6000.
quod est anterius credito, de quo agitur vti contractũ
de anno 1611. & hoc vnacum scutis 3350. pro fructi-
bus dotalibus decursis à die assecurationis dotis ob
vergentiam viri Martini ad inopiam 10. *Martij* 1617.
vsque ad illius obitum sequutum 23. *Aprilis* 1623. ad
rationem taxatam per statutum Vrbis scutorum septẽ
cum dimidio ascendit ad summam scutorum 9350.

Parum obstante, quod peritus hanc partitam fru-
ctuum calculauerit duntaxat in scutis 2653.12. quia
omisit constituere Mariam creditricem etiam pro fru-
ctibus lucri dotalis, quod hodie in proprietate ab in-
4 formantibus non petitur neque debetur; Etenim po-
test mulier ob vergentiam viri ad inopiam nedum pe-
tere assecurationem dotis, sed etiam quartum *l. vbi ad-
5 huc C.de iur.dot.* & idem pro vtroque debentur fructus
ad eandem rationem à statuto taxatam pro dote *Bald.
in l.vbi adhuc num.54.vers. Item ex fructibus, Rota
decis.259. num.9.part.4. diuers.Card.Millia. decis.217.
num.10.in recent.decis.292.num.2.part.1.& in Romana
fructuum donationis propter nuptias 31. Ianuary 1601.
coram Iusto per Fenzon. relata ad statut. Vrb. lib.primo
cap.137.num.39.*

Post obitum vero Martini vsque ad diem 3. Octo-
bris 1630. quo decessit Maria, fructus non solum
ascendunt ad scuta 3960. 94. prout in relatione periti
iudicialiter electi *num.* 7. sed constituunt scutã 4229.
ex quo addenda sunt alimenta ex statuto Vrbis *lib.* 1.
6 *cap.133.* debita viduæ superstiti per primos sex men-
ses à die obitus viri computandos quorum loco suc-
cedunt etiam pro dicto tempore fructus dotales, vt
responsũ fuit in *firmana seu Maceraten dotis 19. Ianua-
ry 1623. vers. secundum autem est tempus coram bo. mem.
7 Pirouano*, ac licite percipiuntur à vidua etiamsi habeat
pignus dotale, nec imputantur in sortem, vt lite-
raliter disponit idem Statutum *cap.137.* & ibi *Fenzon.
num.53.* & dixit *Rota in Romana fructuum de Luraghis
in prcss.post eundem decis.87.5.& quod in hoc casu.*

Neque dicatur statutum loqui quando restitutio
Dotis est facienda in pecunia, ideoque non intret in
casu controuerso saltẽ respectu quatuor locorũ Montis
Fiani, quæ prætenduntur assignata pro fundo dotali.

Nam contrarium desumitur ex toto contextu in-
strumenti, tum quia ibi Dos legitur constituta in quãti
tate scutorum 6000. & adest pactum, quod in casu re-
stitutionis ipsamet quantitas restitui deberet. Tum

etiam

etiam quia dicta loca montium tradita fuerunt marito æstimata,& denique fuit conuentum, quod tàm augumentum pretij, quàm eius diminutio cedere deberet commodo, & damno mariti, ex quibus manifestè conuincitur integram dotem verè consistere in pecunia, non attento, quod in instrumento legatur alia
8 conuentio,vt scilicet in casu redemptionis debeat fieri inuestimentum cum expressione, quod fieret cum pecunijs dotalibus hoc enim tantummodo importat hypothecam specialem, & maiorem securitatē mulieris; non autem fundum dotalem *Text.in l.cum dotem, C. de iur.dot.Socein.sen. cons.57.num.6. vers. Septimus casus lib.1.Honded.cons.41.num.18.lib.1. Rota in recent. decis.476.num.4. part.4. cum alijs allegatis in Macera-ten. Saluiani 11. Martij 1647. §. Quia cum praecesserit coram Eminentiss.D.meo Card.Corrado.*

Respectu autem Sulpitiæ fideicommissariæ Simonis competit retentio pro scutis 1400. ex quo Martinus alienauit domum,& septem loca montium supposita
9 eidem fideicommisso; Quando enim grauatus alienat bona fideicommissaria habens scientiam de fideicommisso dicitur in dolo,& sic tenetur illud reintegrare,
10 & pro reintegratione competit fideicommissarijs hypotheca super bonis proprijs alienantis vt de hac præcisa alienatione dictum fuit *coram me in dicta Romana Census, seù Saluiani 5.Maij 1655. §. Quanto demum*, vbi quoque firmatur Martinum habuisse scientiam de fideicommisso.

Cætera verò credita anteriora acquisita per Mariā consistunt primo in Societate officij scutorum 200. alias à Martino contracta cum Sebastiano Aldigerio 9. *Iunij 1611.vt in folio à partibus concordato*, secundo in censu scutorum 217.contra Martinum imposito die 3. *Nouembris* 1604.ad fauorem Sebastiani Pauiantis vna cum scutis 30.pro fructibus,vt in *relatione Periti,n.37.* Tertio in scutis 92. pro fructibus census impositi ad fauorem Lauræ Coronæ 1612.*folio concordato,num.3.*

Quod autem Maria assignauerit creditoribus in solutum bona Martini in extinctionem dd. debitorum satis respondit *decisio bon.mem.Merlini 65*.quod nempè illa bona fuerint per Mariam creditoribus assignata, quæ per sententiam Iudicis prius propria effecta fuerunt, vt ibidem *num.11. §. Non obstat.*

Remanent alia credita acquisita per hæredes post obitum Mariæ, quæ pariter sunt anteriora credito Iacobelli, nempè census scutorum 100. impositus de anno 1612. ad fauorem Dominici Antifassi, & cessus Patribus Sancti Pauli de anno 1649. *Summario eorundem,num.7.*

Alter census scutorum 140. creatus ad fauorem Margharitæ Antifastæ 31. *Iulij* 1612. vt in *fol.concordato,num.5.& in relatione Periti,num.40.* quæ credita cum fuerint cessa dd.hæredibus translatiuè, & non extinctiuè eorum fructus decursi ascendunt ad ingentem quantitatem, vt in *Calculo Patrum, num. 11. 12. 13. & 40.*

Non obstat, quod tam Maria, quam illius hæredes de prædictis creditis remanserint satisfacti ex totidem bonis hæreditarijs Martini;Excluditur enim hæc satisfactio, dinumerando bona, quæ remanserunt in eius hæreditate videlicet domus ad S. Marcum, officium Capitolinum,vinea ante Portam Latinam,& dicta loca quatuor Montis Fiani cum nonnullis creditis exigendis, quorum ex actio à partibus non controuertitur in scutis 1150.vt in *Calculo Iacobelli, num.4. in fine, & in Calculo Patrum in partita del dare,num.13.*

Et licet domus ad S. Marcum fuerit deliberata Mariæ pro pretio scutorum 2700. nempè scutor. 1700. pro credito sortis & 1000. pro fructibus; Attamen quia dicta domus posteà fuit eidem euicta ad instantiā illorum de Piordijs per sententiam rotalem à me la-
11 tam, creditum Mariæ propter dictam euictionem reuiuiscit, cùm sua anterioritate per *Text. in leg.qui res 98. in princ.ff.de solut.Gratian.discept.for. cap.706. num.6.Postb.de subbast.inspect.65.num.21.& dixit,Rot. in Romana Saluiani 7.May 1646 coram bon.mem.Peutingerio, §.Creditum versic. Qua euictione impress. post Merlin.de pignor.decis.118.num.3.*

Quouerò ad fructus perceptos ex dicta domo, licet pro parte Iacobelli prætendantur in ingenti quantitate scutorum 4309. verius tamen est illos non deberi nisi à die assecurationis dotis vsque ad diem quo domus fuit adiudicata Mariæ ad computum sui crediti, qui solummodo ascendunt ad scuta 690. vt ex *relatio-*
12 *ne Periti, num. 20. & 21.* Vigore enim dictæ adiudicationis, & dationis in solutum tam Maria quàm habentes causam ab ea superlucrati fuerunt fructus tanquàm ex re propria perceptos, nec tenentur eos imputare in satisfactionem aliorum creditorum,vt dixit, *Rota coram Card.Seraph. decis.1284. n.1. in Ariminen. bonorum 5.Martij 1627. coram bon. mem. Coccin. apud Postb.de subbast.decis.70.num.15.*

Fructus percepti ex vinea non controuertuntur in summa scutor. 1072. sed inde veniunt detrahenda scuta 185.80. quæ per Mariam fuerunt soluta proprietarijs pro Canonibus eiusdem vineæ *Summ.Patrum, n.9.* & sic remanent scuta 886. fructus verò Officij Capitolini taxati ad menstrua scuta 12. iuxtà *relationem Periti,num.23.à die 30. Octobris 1618.* vsq; & per totum mensem Octobris 1630. quo decessit Maria,ascendunt ad scuta 1637.

Quæ summa vnacum scutis 407. 30. prouenien. ex pretio dd.locorum quatuor Montis Fiani, & alijs scutis 550. pro fructibus eorundem calculatis ad rationem scutorū quinq;pro centenario per annos 29.cum dimidio ascendit ad scuta 3480. 50. quæ licet cum pretio vineæ, & alijs partitis supra expressis constituant scuta 5320. 50. nihilominus non æquiualent quantitati creditorum anteriorum, pro quibus competit retentio, cum sola partita crediti dotalis Mariæ superius firmata in scutis 9350. vnacum fructibus hanc summam excedat.

Et quamuis pro Iacobello prætenderetur addendos esse fructus per Sulpitiam ex dicta vinea, & officio perceptos post obitum Mariæ,nihilominus contrarium DD. visum fuit, quià cùm Sulpitia fuisset hæres beneficiata tàm Martini debitoris,vt in *fol.concord.*quam
13 Mariæ creditricis per imaginariam solutionem statim accepisse censetur in solutum dictam vineam, & officium pro suis creditis longè illorum valorem superantibus, & sic abinde citra illorum fructus fecit suos *l.si ei cui, §.Primo,ff.de euict. Marescott.var.resol. lib.1. cap.37.num.1.Rota coram Gregor. decis.67. num.10. & ibi Add.num.15. coram Card.Caual.decis.367.num.2.in recent.decis.207.num.15.part.4.tom. 2. decis.2. num.11. cum seqq. part.6.& coram Eminentiss.D.Card.Ottbob. decis.47.num.10.& 11.*

Non obstat quod Maria acceperit prædicta Bona ex remedio Saluiani interdicti, quià huiusmodi titulus non potuit continuari in Sulpitia eius hærede,quæ vt dictum est, hæres etiam erat Martini debitoris, sed illico,& incontinenti resolutus fuit, & Sulpitia iure proprio eadem bona possidere cæpit tanquam in solutum accepta ministerio legis in satisfactionem suorū
14 creditorum hypothecaria enim, & hypotheca ipsa, quæ est mater Saluiani, non cadit in rem propriam nec in ea consistere, aut substineri potest *l. si rem alienam 29.ff.de pignor.act. l.neque pignus 46. ff.de reg.iur.*

Gregor.decis.195.num.8.Rota in recent.decis.303.n.18. & melius decis.347.num.6. part. 5. Atque mediante
15 dicta receptione in solutum hypotheca, & de consequenti Saluianum remansit extinctum ex adductis per *Pacific.inspect.3.cap.2.num.369.cum seqq.*

Neque ad augendam hæreditatem Martini veniunt computandi fructus bonorum fideicommissi Simonis Coronæ, cum illi spectarent ad Sulpitiam vocatam ad dictum fideicommissum, quemadmodum ipsa obtinuit sententiam immissionis die 30.*Augusti* 1618.*Summar. Patrum,num.*10.

Non obstat, quod Melchior, & Franciscus propter eorum ingressum in Religionem renunciauerint iura dicti fideicommissi Anastasio Patri Martini, cuius ipse remansit hæres.

Quià cùm Anastasius non esset vocatus non potest
16 substineri renunciatio in eius fauorem facta contra expressam voluntatem testatoris, qui alienationem prohibuit cum qualitate, vt neque momento temporis eius bona remaneant extra vocatos, & proptereà stante dicta contrauentione fideicommissum remansit purificatum ad fauorem aliorum vocatorum non expectata morte renunciantium, *Rota decis.645. num.5. cum seqq. coram bon.mem.Merlino,& pluribus allegatis dictum fuit in* Mediolanen.*bonorum* 31. *Maij* 1649.*corã Eminentiss. Card. Corrado apud Salgad. in Labyrinth. credit.decis.55.num.25.*

Non potest substineri respectu commoditatis, & perceptionis fructuum; Tùm quià idem præceptum testatoris expressè vetat transitum bonorum apud alios etiam quoad fructuum perceptionem, tum quià verba renunciationis explicite loquuntur de bonis, & hæreditate nullo iure reseruato *Summ.n.16.& 17.*quæ
17 verba tangunt substantiam bonorum, nec ad solam commoditatem possunt restringi, & hoc casu tanquam donatio facta pleno iure redditur nulla in totum *Mantic.de tacit.lib.21.tit.28.n.16.& 17.Rota decis.135. num.4.cum seqq.part.7.recent.* & in simili responsum fuit *coram me in Rauennaten. seu Ferrarien. decimarum 26.Iunij 1647. §.Obiectum, & 5. Maij 1649. §. Neque obstat coram* Reuerendiss. *D. meo Papien. & 19. Ianuarij 1650.coram R.P.D.meo Verospio.*

Denique vestes Margaritę, & mobilia pro parte Iacobelli prætensa, non ideò iustificantur, vt aliquam sa-
18 tisfactionem supradictorum creditorum inducant; Nàm illa, quæ prætenduntur hæreditaria Martini non probantur extitisse tempore illius obitus, & peruenisse ad manus Mariæ, ex quibus potuerit commodè de sua dote satisfieri iuxtà veriorem sententiam, quam semper amplexa fuit *Rota coram Card. Seraph. decis.1455. num.1.coram Duran.decis.347.num.10.Euratt.dec.862 num.3.& 4. & ibi Add.*Merlin *decis.413.num.13.& in recent.decis.159.num.7.& 8. part.4.tom.2.& in Fauen. dotis 17. Martij 1642. §. minus obstat coram me impress. apud* Merlin. *de pignor.decis.53.num.8.*

Illa verò, quę Maria Fassa fuit habuisse tempore
19 nuptus minus probantur remansisse post obitum Martini, vel culpa, & facto ipsius defecisse, prout requitur ad effectum cogendi illius hæredes ad restitutionẽ, vt responsum fuit *in Anconitana dotis 4.Iulij 1640. in principio coram me,* quæ est *decis.250.part.8.rec.n.1.*

Et ità vtraque, &c.

INTERAMNEN. DOTIS.

Lunæ 7.Februarij 1661.

ARGVMEMTVM.

Solutio non potest amplius impugnari tanquam minus legitimè facta, vbi adest quietantia creditoris ab eo approbata, & pluries ratificata.

SVMMARIVM.

1 *Depositum fuisse reale demonstratur ex impositione census facta ex pecunijs depositatis.*
2 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis actio, & obligatio.*
3 *Quietantia pluries approbata, & per diuersos actus positiuos ratificata, amplius impugnari non potest.*
4 *Renunciare iuri ad eius fauorem inducto quilibet potest.*
5 *Instrumentum approbatum, & ratificatum ab eo, qui illud exhibuit, eoque fuit vsus in iudicio.*
6 *Instrumentum censetur ab eo approbatum qui eius vigore exegit summam in ipso contentam, & n.7.*
8 *Creditor semel satisfactus petere non potest reiteratam solutionem eiusdem crediti.*
9 *Verba* Pro residuo *apposita in quietantia creditoris demonstrant reliquam summam fuisse solutam, & ab eo exactam.*

DECISIO DCLXVI.

Dos Claræ in instrumento dotali legitur constituta in scutis 3000. à Ioanne Valentino Mazzitello eius patre, cuius dotis solutionem hæredes Mazzitelli iustificare prætendebant in scutis 1000. mediante assignatione Casalis facta in eodem instrumento dotali, & in alijs scutis 1500. vigore quietantiæ reportatæ à Gregorio Ciamburlano Claræ marito, qui fassus fuit illa recepisse in diuersis partitis dictam summam constituentibus.

Verùm quià Clara prætendebat scuta 1500. minus legitimè fuisse soluta, & quietantiam in hac parte non suffragari introduxit iudicium in Tribunali A.C. contra Mazzitellos, & ab eodem obtinuit mandatum exequutiuum tàm pro residuo dotis scutorum 500. quàm etiam pro fructibus loco damnorum, & interesse, quod postmodum defuncta Clara ad instantiam eius filiorũ, & hæredum *Rota sub die 27.Aprilis 1657.coram Reuerendissimo D.meo Zarate Episcopo Segobien.* dixit esse exequendum, ideò hodie in deuolutiuo proposito à me dubio, an decretum Rotale sit confirmandum, vel infirmandum pro illius reuocatione responsum fuit.

Solutio enim summæ controuersæ fieri debebat à Ioanne Valentino præuio deposito in Monte Pietatis Interamnen. ad effectum illam inuestiendi in tot censibus ad fauorem Claræ, & cum consensu Innocentij Patris Gregorij iuxta formam decreti A.C. quę forma vel fuit ad vnguem seruata, vel in omnem casum de ea non possunt opponere neque Gregorius, nec Clara, neque Ciamburlani, cùm omnes fuerint de eadem summa satisfacti.

Postquam enim Ioannes Valentinus fecit actuale depositum dd. pecuniarum in Monte Pietatis, ex illis
1 creauit censum ad fauorem Claræ super bonis Castelli, quę census impositio clarè demonstrat realitatem depositi, vt in his terminis dixit, *Rota decis.43. num.8. part.4.recent.* Et licet Ioannes Valentinus deinde recognouerit bonam fidem erga Castellum non vrget quià effectualis extinctio dicti census successit in manibus Gregorij, qui pręuia receptione sortis, & fructuum, quietauit debitorem, eum liberando à summa
2 controuersa, proindeque per talem solutionem sublata fuit quælibet actio, & obligatio *instit. quib. med. toll. oblig in princ. l.nulla C. de solut. cum alijs cumulatis per Surd.decis.308.num.9.*

Neque dicatur, quod quietantia Gregorij non suffragetur in ea parte, in qua ipse fassus fuit recepisse scuta 1500. cum ex subsequenti declaratione Ioannis Valentini appareat ratam scutorum 400. non fuisse solutam, quià remouetur obiectum ponderando, quod pro dicta summa Ioannes Valentinus in se accolauit

censum

censum passiuum ipsius Gregorij, quem postea effe-
ctualiter extinxit *Summ. responsionis Mazzitelli, num. 3.*
Quod autem in inuestimento non fuerit seruata
forma decreti iudicis requirentis consensum Innocen-
tij, hodie non potest impugnari neque a Clara, neq;
ab eius hæredibus, cum dicta quietantia fuerit ab eis-
3 dem approbata, & pluries ratificata per diuersos actus
positiuos, *cap. quod semel de reg. Iur. in 6. cum alijs alleg.
in Romana Transact. 28. Iunij 1658. coram R.P.D. meo
Celso §. nec subsistere*, nam cum forma dicti decreti
4 fuisset inducta ad fauorem tam Claræ quam filiorum,
ipsi quidem potuerunt mediante eorum approbatio-
ne illi renunciare *Ruin. cons. 46. n. 7. lib. 5. Rota in Ro-
mana vinea 23. Iunij 1642. coram bo. me. Bichio, §. qua
conclusio*.

Approbatio autem respectu Claræ desumitur ex eo
quod ipsa produxit dictum instrumentum quietantiæ
ad effectum iustificandi inhibitionem Rotalem con-
tra Creditores mariti, in cuius bonis petijt pro sua
dote manuteneri, & obtinuit sibi adiudicari domum
pro summa scutorum 1500. in dicta quietantia conten-
torum, quam postea semper successiue possedit vsque
ad obitum, vt probant Testes *Summ. Mazzitelli num. 2.*
Hinc enim resultat approbatio, & ratificatio prædi-
5 cti instrumenti, non solum quia in iudicio illud exhi-
buit, & eo vsa fuit, vt dixit *Rota coram Buratt. de-
cis. 229. num. 6. Card. Caual. decis. 26. n. 4. & in recent.
decis. 185. num. 5. p. 6.*

Sed etiam illius vigore summam in eo contentam
6 exegit *Card. Caual. d. decis. 26. num. 5. decis. 739. num. 7.
p. 4. & decis. 56. num. 3. & 4. p. 6. recent. & in Cæsenaten.
Censuum 3. Iulij 1644. & 9. Iunij 1645. coram Eminen-
tiss. D. Card. Carrado*, respectu autem illorum de
Ciamburlanis approbatio, & ratificatio resultat ex
instrumento anni 1649. vbi Gregorius Pater vocando
se verum Debitorem dotis Claræ, eo quia effectiue re-
cepit summam contentam in instrumento quietantiæ
celebrato de anno 1613. pro illius restitutione assigna-
7 uit filijs tot bona in solutum; quæ cum fuerint ab
eisdem recepta non potest dari vrgentior ratificatio
*Calder. cons. 7. Bald. cons. 184. n. 5. lib. 2. Surd. cons. 523.
num. 6. & seqq.*

Et non solum ex dicto instrumento restitutionis
dotis inducitur ratificatio quietantiæ, sed quidem
desumitur actualis exactio Dotis in quantitate contro-
8 uersa, ideoque cum Ciamburlani semel fuerint sa-
tisfacti, petere non possunt reiteratam solutionem
eiusdem crediti *l. bona ff. de reg. Iur.*

Non obstat, quod in eodē instrumento anni 1649.
Gregorius asserat dotem non fuisse solutam in scu-
tis 500. quia omisso quod super illis non cadit præ-
sens disputatio tanquam non comprehensis in instru-
mento quietantiæ prædicta assertio erronea conuinci-
tur ex solutionibus datis pro parte Mazzitelli *in
Summ. num. 1. & 2.* & ex confessione d.d. de Ciambur-
lanis, qui petierunt scuta 500. controuersa pro resi-
duo dotis Claræ *Summ. num. 7.* quæ verba, *pro residuo*,
9 demonstrant reliquam summam fuisse persolutam, &
ab eis exactam *Surd. cons. 52. num. 45. Becc. cons. 97. n. 8.
Gratian. discept. forens. cap. 3. num. 2. Rota coram Seraph.
decis. 617. num. 13. cum alijs per Add. ad Buratt. de-
cis. 108. num. 22.*

Et sic cessat prætensio pro interesse, & interusurijs
quia dum creditum sortis non subsistit, tanto minus
prætendi possunt illius fructus, & interesse.

Et ità vtraque parte informante &c.

ROMANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI
DE BREINIS.

Luna 7. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

Testator si hærede vniuersali instituto promisit declara-
re personas substitutorum, quas postea non declara-
uit, substitutio remanet imperfecta, tanquam si fa-
cta non fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam, nun-
quam competit nisi probetur læsio ex iniustitia senten-
tiarum.*

2 *Hæres institutus, cui Testator nullum dedit substitu-
tum, potest de integra hæreditate ad eius libitum
disponere.*

3 *Testator, si hæredes infrascriptos declarare promisit,
& postea non declarauit, perinde est ac si dicta verba
non fuissent in eius dispositione adiecta.*

4 *Verba* Ricaschi la mia heredità agl'infrascritti *idem
importat, ac si Testator dixisset ad eos, quos postea
scripsero.*

5 *Testator, qui hæredes substitutos declarare promisit,
non facta declaratione censetur mutasse voluntatem,
& consulto omisisse grauamen fideicommissi remanente
institutione hæredis pura, & libera.*

6 *Testator, si superuixit, & non adscripsit in testamen-
to illam substitutionem, quam adscribere destinauerat
videtur illius destinationis pœnituisse.*

7 *Legatum pro dote capellæ soluendum Capellanis a Te-
statore nominandis, non facta ipsorum nominatione
Capellæ debetur, non autem Capellanis.*

8 *Voluntas Testatoris constituendi fideicommissum, quan-
do est perfecta, certa, & indubitata, & solum re-
manet incertum, ad cuius fauorem fideicommissum
constituerit, tunc credendum est id facere voluisse fa-
uore venientium ab intestato.*

9 *Secus quando voluntas fideicommittendi est indelibera-
ta, & imperfecta.*

10 *Pollicitatio simplex non obligat, & qui pollicitus fuit,
nihil fecit.*

11 *Testator, qui superuixit, nec in testamento substitutio-
nem adscripsit, quam adscribere promiserat censetur
circa illam mutasse suam voluntatem, & noluisse hæ-
redem fideicommisso grauare.*

12 *Dictiones* super & infra *sunt de directo contrariæ, &
tanquam repugnantes se ad inuicem excludunt.*

13 *Dictio* Infrascritti *non est apta comprehendere alias
personas, quam expressè inferius descriptas, quæ oculis
corporeis legi possunt.*

DECISIO DCLXVII.

TRes sententias conformes extra Rotam obtinuit Io
Baptista Corradus, eum absoluentes ab impe-
titis per Guillelmum, & litis consortes assertos de
Breinis; eidemque concedentes immissionem in omni-
bus, & singulis bonis hæreditarijs q. Roberti Breinæ,
& respectiuè q. Simonis Petri, sed collitigantes adhuc
non acquiescentes obtinuerunt mihi committi causam
restitutionis in integrum cum clausula *sine præiudicio
exequutionis trium conformium* ideo ad formam com-
missionis proposui dubium an constet de causis resti-
1 tutionis in integrum, & Domini negatiuè responde-
runt, quia, cum sententiæ validæ sint, & iustæ; cessat
læsio, sine qua nunquam competit in integrum resti-
tutio *Abb. in cap. ex literis 4. sub. num. 5. de restitut. in-
tegr. Rota decis. 1. eodem tit. in nou.*

Validitas non controuertitur, & iustitia liquet ex
quo Robertus Testator sibi scripsit hæredem vniuer-
2 salem Simonem Petrum, & eidem nullum dedit sub-
stitutum, ideo potuit iste de integra illius hæredita-
te libere disponere prout fecit ad fauorem Corradi
ad *Text. in l. vnic. §. sin autem aliquid sub conditione C.
de caduc. tollen. & in l. pater filium §. quæsitum, & §. Il-
lius*

lius Agrippa ff. de legat. 3. & in l. Mutiana in fin. ff. de condit. & demonstr.

Non obstat, quod post dictam institutionem adiecerit hæc precisa verba ibi: *E caso che detto mio herede morisse senza figli legitimi voglio, che ricaschi detta heredità all'infrascritti miei Parenti.*

Quia cũ inferius nullos descripserit consanguineos,
3 institutio remansit pura fauore Simonis Petri hæredis scripti perinde ac si dicta verba non fuissent adiecta vt probat *Text. in l. qui plures ff. de usu, & vsufruct. legat.* ibi: *Respondi si Patronus, qui se designaturum personas Libertorum pollicitus est, nullum persona designauit legatum habitationis perfectum esse non videri, non existente cui datum intelligi possit, & melius in l. Paulus 5. ff. de reb. dub. ibi: Cum nomen fideicommissarij testamento adscriptum non sit, nulli personæ neque certa neque incerta datum fideicommissum videri indubitatum est,* & sequuntur *Ruin. cons. 177. num. 3. & sub. num. 9. vers. Verum quia lib. 2. Paris. cons. 82. num. 14. lib. 2. Gabr. cons. 132. quæst. 10. num. 74. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 4. n. 1. cũ seqq. Fusar. de substit. quæst. 466 num. 2. & 3.*

Huiusmodi enim testandi modus ibi: *ricaschi detta
4 ta heredità all'infrascritti miei parenti* idem importat ac si Testator dixisset ad consanguineos, quos postea scripsero, & sic indeliberatam, & imperfectam ostendit fideicommittendi voluntatem, quæ proinde ob
5 non subsequutam descriptionem, & nominationem personarum substitutarum omnino mutata censetur, & consulto omissum fideicommissi grauamen remanente institutione pura, & libera, vt literaliter probat *Textus in l. si testamentum 8. C. de instit. & substit.* ibi: *si testamentum ita scriptum inueniatur; ille hæres esto secundum conditiones infrascriptas; si quidem nihil est adiectum, neque aliqua conditio in testamento posita est supervacuam esse conditionum pollicitationem sancimus, & testamentum purum esse institutionem Aym. cons. 147. num. 6.* dicens voluntatem circa institutionem esse perfectam sed imperfectionem concurrere circa conditiones; quas testator dixit infra describere, & non descri-
6 psit, *Menoch. cons. 224. sub num. 20. vers. & ratio est* dicens quod si superuixit, & non adscripsit illam substitutionem, quam adscribere destinauerat videtur illius destinationis pœnituisse *Rot. apud Cenc. de Cens. decis. 15 num. 5. 6. & 7.* vbi testator reliquerunt legatum pro do-
7 te cuiusdam Capellæ soluen. Capellanis nominandis ab ipso, sed quia posteà eos non nominauit, Rota respondit legatum deberi Capellæ, quia eius respectu dispositio erat certa, & perfecta perinde ac si nullam mentionem fecisset de nominatione per eum faciendo; respectu verò Capellanorum censendum esse testatorem pœnituisse sibi reseruasse talem facultatem.

Et hinc non applicantur *Text. in l. qui filium ff. ad trebell. & in l peto in princ. ff. de legat. 2. relat. per Menoch. cons. 434. à num. 5. vsque ad 9 & per Peregr. cons. 45. à princ. vsque ad num. 5. lib. 5. & de fideicomm. art. 5. n. 12. cum concordantibus allegatis ab informantibus pro Breinis;* Procedunt enim quando voluntas testatoris con-
8 stituendi fideicommissum perfecta est certa, & indubitata, vt quia prohibuit hæredi instituto disponere de eius bonis, & similia, hæredi solum remanet incertum ad cuius fauorem fideicommissum constituerit: Tunc enim bene credendum est id facere voluisse fauore ve-
9 nientium ab intestato; at quando, prout hic, voluntas fideicõmittendi stetit in simplicibus terminis pollicitationis; nec fuit in esse deducta: Tunc non solum est incertum ad cuius fauorem disponere voluerit, sed indeliberata, & imperfecta est voluntas ipsa disponendi, & fideicommittendi, ac per consequens cum ad actum non fuerit reducta, mutata censetur, & non attenditur, vt puntualiter probant textus, & auctorita-
10 tes supra allegatæ, quibus accedit, quod qui pollicitus fuit, nihil fecit, & simplex pollicitatio non obligat, *l. 1. nec semper ff. de hæred. instit. Surd. cons. 129. num. 19. Rota apud Pacif. de Saluian. decis. 150. num. 11. & in rec. decis. 12. num. 28. & 29. p. 8.*

Certius quià testator testamentum perfecit nouas addendo dispositiones, in quolibet actu se subscripsit,
11 illudque notario tradidit, & per annum, & vltra superuixit, nec vnquam vllum amplius fecit verbum de consanguineis substituendis, signum euidens, quod circa substitutionem voluntatem suam mutauit, noluitque hæredem fideicommisso grauare, vt bene considerat *Menoch. dict. cons. 224. num. 20. vers. ergo à sensu cum seqq.*

Non obstat, quod consanguineos descripserit in superiori parte testamenti, quibus plura legata reliquit, quia non inde verbum *infrascritti* impropriari potest, vt significet suprascriptos, nam *super*, & *infra* sunt de
12 directo contraria, & tanquam repugnantia se ad inuicem excludunt *Bars. in l. talis scriptura 30. §. hanc autem num. 4. ff. de legat. 1.* de iure enim dictio *infrascritti*
13 non est apta comprehendere alias personas, quam expressè inferiùs descriptas, quæ oculis corporeis legi possint *Paris. cons. 93. num. 24. lib. 1. Menoch. cons. 347. num. 7. Rota decis. 369. num. 15. & decis. 438. num. 18. p. 4. tom. 2. recent.*

Bartolus autem in *l. qui liberi §. hæc verba in vltima quast. ff. de vulg. & pupill. ac Ias. cons. 15. num. 4. vers. 3. punctualiter lib. 1.* non contradicunt, sed potius comprobant hanc sententiam, quia non dicunt dictionem *infrascritti* intelligendam esse de suprascriptis, sed quod verificabatur in pauperibus eligendis, cum demum postea scripti fuerint in testamento.

Et ità vtraque parte informante, &c.

ROMANA, SEV IANVEN. PECVNIARIA.

Ven. 11. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

Emptor qui integrum pretium rei emptæ creditoribus venditoris persoluit, non potest cogi ad soluendum posterioribus, quamuis ad eorum fauorem se particulariter obligauerit, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua remanet vulnerata, & tres sententiæ conformes requiruntur, quando sententia tangit merita causæ, & percutit substantiam obligationis cameralis.*
2 *Emptor si integrum pretium rei emptæ anterioribus creditoribus venditoris persoluit, non potest cogi ad soluendum posterioribus, quamuis ad eorum fauorem se particulariter obligauerit.*
3 *Contrahentes præiudicare non possunt creditoribus anterioribus.*
4 *Causa finalis obligationis deducitur ex proæmio instrumenti.*
5 *Cessante causa obligationis, cessat quoque, & ipsa obligatio.*
6 *Nemo præsumitur velle suum iactare, maximè si agatur de summa considerabili.*
7 *Obligatio in tantum afficit, in quantum res in eodem statu permaneant, non autem nouis superuenientibus.*

DECISIO DCLXVIII.

Rota censuit mandatum non esse relaxandum, & Ioannem Antonium ad nihil teneri, quia licet ipse promiserit soluere Asplanatis, & Socius in termino quinquennij scuta 1456. per instrumentum publicum camerali obligatione munitum, quod paratam habet exequutionem, attamen quia A.C. per sententiam absolutoriam pronunciauit Ioannem Antonium non teneri,

neri, nec obligatum esse ad dictam solutionem illumq; absoluendum fore, & esse,& instrumentum desuper ce-
1 lebratum cassandum, & abolendum, vtique sententia tangit merita causæ,& percutit substantiam obligationis; ideoque vulnerata remansit via executiua, & tres sententiæ conformes requiruntur *Gonzal:ad reg.8.cancell.glos.6.num.202.& 235.Rot.diuers.decis.132.num.2 p 2.in Romana pecuniaria 5.Iulij 1655.cor.R.P.D. meo Bentlaqua in princ.& in Romana census 14. Febr.1653 in princ.coram me.*

Sed neque via ordinaria posse conuenit Dominis visum fuit, ideo enim Ioannes Antonius se obligauit in dicto instrumento, quia tanquam emptor fundaci tenebatur erogare pretium à peritis æstimandum in satisfactionem debitorũ Donnini mercatoris defuncti inter quæ aderat partita controuersa ad fauorem illorum de Asplanatis, & sociorum; vnde cum ex relationibus peritorum appareat debita Donnini excedere æstimationem fundaci, & pretium ab illis taxatum
2 fuerit à Ioanne Antonio integrè persolutum creditoribus anterioribus vtique remansit liberatus à sua obligatione, nec potest cogi ad soluen. posterioribus quamuis ad eorum fauorem se particulariter obligauerit, cum semper censeatur facta obligatio sub con-
3 ditione quatenus anteriores non adsint, quibus contrahentes præiudicare non possunt, *Rota coram Card. Millin.decis.291.num.2.3.& 9.Buratt.decis.485.n.3.& seq.& in rec.decis.134.n.2.p.4.*

Hinc parum refert, quod Ioannes Antonius in instrumento transactionis vti principalis se obligauerit ad fauorem illorum de Asplanatis,quia cum eius obligatio non sit simplex, & absoluta, sed restringatur ad causam solutionis pretij fundaci, vt patet ex proce-
4 mio eiusdem instrumenti, vnde desumitur causa finalis obligationis *Bart. in l.fin. num.3.ff. de hered. instit. Menoch.de præsumpt.lib.6. præsumpt.2. num.12. Rota coram Eminentiss. D.Card.Otthabon decis.229.num.19.* remanet duntaxat obligatus quandiu est debitor eius-
5 dem pretij, non autem postquam illud integrum creditoribus anterioribus persoluerit, quia cessante causa obligationis cessat quoque & ipsa obligatio *l. 2 C.de allunion.Tiraquell. cessant.caus.p.1.num.224. Rota decis.50.num.3.p.1.recent.*

Et quod obligatio Ioannis Antonij fuerit solummodo correspectiua ad debitum pretij fundaci desumitur quoque ex eo, quod voluit sibi præcauere mediante cautione pro releuatione suæ indemnitatis, quatenus molestaretur à creditoribus anterioribus; si enim voluisset obligari vltra quantitatem debitam non procurasset releuationem in casu, quo Asplanati essent posteriores, & quamuis se obligauerit etiam quoad summam illiquidam, tamen non benè infertur ipsum voluisse teneri vltra quantitatem debitam, cum debeat intelligi voluisse soluere summam licet illiquidam, quotiescunque in eius manibus reperiretur rata pretij sufficiens pro dicta solutione, alias enim voluisset iactare suum, quod non præsumitur, ad *Textũ in l. cum de indebito ff. de probat*, maximè cum agatur de summa considerabili scutorum 1456.vt *Rota decis.213 num.5.part.8.recent.*

Non obstat, quod obligatio fuerit facta à Ioanne Antonio, vt eximeret à subhastatione, & deliberatione suas merces, quæ ad instantiam creditorum sub sequestro manebant in vim mandati A.C.quia cum executio fuerit facta pro debito Donnini, vt patet ex lectura mandati in calce responsionis creditorum, & de eo tempore Ioannes Antonius esset debitor pretij fundaci, quod nondum creditoribus persolnerat, eius obligatio magis facta conuincitur ex causa eiusdem debiti, quæ in tantum afficit, in quantum res in eodem statu permanent, non autem nouis creditoribus insurgentibus ex pretio fundaci consumpto *l.si vnquam C. de reuoc.donat.Rota decis.428.num.21.& seqq.p.1. recent. & in Perusina census 27.Iunij 1653.§.non obstat coram bon.mem.Peutingeria.*

Et ità vtraque parte informante &c.

FARFEN. BONORVM.

Merc. 23. Martij 1661.

ARGVMENTVM.

Ecclesia finita linea primo inuestitorum, si nolit, vel non possit pro se retinere, tenetur reinuestire proximiores, & quantum temporis concedatur istis ad petendum inuestituram, & quando currere incipiat.

SVMMARIVM.

1 *Probans se esse coniunctum in certo et præcisò gradu,censetur proximior, donec contrarium ab altera parte probetur.*
2 *Ecclesia si nolit, vel non possit bona deuoluta pro se retinere proximiores inuestire tenetur.*
3 *Proximior primi inuestiti, si infra annum, & diem à die sententiæ deuolutionis, inuestituram non petierit, non potest amplius illam petere, præsertim re non integra.*
4 *Tempus datum à lege proximioribus ad petendam inuestituram non incipit currere à die deuolutionis, sed à die scientiæ illius.*
5 *Scientia deuolutionis bonorum, debet ab allegante plenè & concludenter probari, ad effectum vt dicatur incursa priuatio à proximioribus ob non petitam inuestituram intra legitima tempora.*
6 *Amplia, vt requiratur scientia specifica in ipsis, quod scilicet bona essent deuoluta, & quod proinde tenerentur intra tale tempus petere renouationem, & hoc non abstante, tacuerint.*
7 *Inuestitura, quæ fuit petita intra legitima tempora à proximioribus censetur tunc concessa, quatenus de iure concedenda foret.*
8 *Qualibet causa etiam colorata, excusat à mora.*
9 *Inuestitura renouatio, quæ fuit concessa extraneo, vel remotiori pendente adhuc tempore vnius anni, & diei non solum remanet nulla, sed proximioribus prorogatur tempus ad illa renouandam vsque ad annos triginta.*
10 *Renouatio inuestituræ debetur fœminis proximioribus in mora non constitutis in defectu masculorum.*

DECISIO DCLXIX.

Deuolutis ad Ecclesiam Farfen. nonnullis bonis alias in emphyteusim concessis ab Eminentiss. D.Cardinali Barberino Abbate, Petro Paulo, Paulo, & Ioanni Baptistæ filijs q. Bernardini Tuschi de Phara pro eisdẽ eorumque filijs, & nepotibus masculis vsque in ipsorum tertiam generationem legitimam masculinam, Procurator D.Cardinalis Abbatis eorundem bonorum possessionem accepit, & quia tenetur inuestire Vassallos proximiores soluta decima ad formam statutorum Abbatiæ, ideò eadem bona locata fuerunt Angelo Salustio vti alteri proximiori vassallo, inter quem, & Dominicum, & alios de Manfredis orta controuersia super prælatione dubitaui, an,& quibus competat prælatio ad effectum immissionis, & pro Manfredis Domini responderunt. Cum moderna inuestitura Salustij non possit sustineri tanquam facta extraneo, vel saltem remotiori in concursu ipsorum, qui in gradu sunt proximiores Fuschis vltimo loco sine successione defunctis.

Probaut enim Manfredi ex fide baptismi, & testium depositionibus alijs iuribus relatis in eorum *Summ.n.3 4.& 5.* ipsos esse nepotes primo inuestitorum cum descen-

descendant ex Gentilesca eorum Amita mediante persona Laurentij eorum patris, & respectiuè eiusdem
1 Gentileschæ filij, & sic iustificando se esse coniunctos in certo, & præciso gradu censentur proximiores donec contrarium non fuerit ab altera parte probatum, *Alex. in l. 15. post n. 15. vers. conclude igitur ff. de aequir. hæred. Tiraquell. de retract. lignag. §. 11. gloss. 5. num. 9. & 10. Roland. cons. 32. vol. 3. Surd cons. 241. num. 26. & decis. 106. num. 8. Rota in recent. decis. 693 num. 2. p. 2.*

Immò tanquam tales agniti fuerunt à ministris Abbatiæ, dum fuerunt citati ad conficiendum instrumentum relocationis, & soluendum Laudemium ipsorum *Summ. num.* 8. atque vlterius in ipso met instrumento inuestituræ confecto cum Salustio expresse legitur relocationem fuisse factam in defectum Dominici, & Iulij germanorum fratrum de Manfredis, vt in *d. Summ. num.* 2.

Et consequenter cum Ecclesia nolit, & ex forma
2 dd. statutorum non possit in simili casu deuolutionis bona deuoluta pro se retinere, renouatio fieri debebat Manfredis tanquam proximioribus iuxtà æquitatem legis comprobatam à *Bart. in l. 1. §. permittitur sub n. 1. vers. & hoc nota ff. de aqu. quotid. & æstiu.* quam pluries amplexa fuit *Rota in Ciuitatis Castelli emphyteusis 23. Februarij 1643. coram Reuerendissimo D. meo Papien quæ est decisio 151. num. 3. & seq. p. 9. recent. in Callien. bonorum 8. Aprilis 1647. §. iniustitia coram eodem in Eugubina Renouationis* Emphyteusis *7. Iunij 1641. quia renouatio, & in Romana Domorum 15. Decembris 1649. §. Non obstat coram bon. mem. Bichio & in Rauennaten. emphyteusis 3. Martij 1637. §. pro cuius affirmatiua corā bon. mem. Dunozetto, & in Rauennaten. bonorum 27. Martij 1651. in princ. coram me.*

Non obstat, quod Manfredi non petierint renouationem: seù inuestituram infra annum, & diem, vt à
3 lege disponitur, sicquè ex propria incuria seù culpa non possunt amplius illam petere, præsertim re non integra.

Quia huiusmodi tempus non incipit à die deuolu-
4 tionis, sed à die scientiæ illius *cap. 1. §. si quis decesserit, & ibi gloss. verb. per annum si de feud. defunct. contr. sit inter dom. & agnat. Alex. cons. 79. sub num. 11. vers. item dictum tempus Gabr. de iur. emphyt. conclus. 1. num. 11. Rota coram Card. Seraph. decis. 610. num. 7. & seqq. & 630. num. 1. & in Eugubina emphyteusis 20. Aprilis 1654. in fine coram R. P. D. meo Celso, & 6. Iulij 1659. §. licet Balleonus coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ab allegante debet plenè, & concludenter pro-
5 bari *Bald. in cap. exparte il 2. num. 38. de appellat. Corbul. de caus. priuat. ob non petit. inuest. inter legit. tempor. n. 10. Gratian. discept 758. num. 1. & dixit Rota in d. Eugubina Emphyteusis coram R. P. D. meo Celso §. minus facit.*

Et quidem non simpliciter ex sola fama, quod an-
6 tiqui inuestiti communiter multò tempore reputarentur pro mortuis, sed specificè cum suis qualitatibus, quod scilicet Manfredi sciuerint Emphyteusim esse deuolutam ob lineam finitam, & quod proinde teneretur petere renouationem, & hoc non obstante tacuerint *Glos. in cap. concertationi verb. sciuerit num. 70. de appell. in 6. Marescott. var. resol. cap. 3. lib. 1. num. 21. cum alijs cumulatis per Modern. Fulg. de iur. emphyt. tit. de renouat. p. 1. num. 19. circa med.*

Nulla igitur in Manfredis probatur scientia præcisa, nisi de tempore, quo fuerunt promulgata edicta super relocatione facienda, nempè à die 21. *Septembris* 1637 & proindè dum ipsi sub die 8. *Octobris* eiusdem anni, & sic in termino 16. dierum à die affixionis illorum comparuerunt, & renouationem petierunt, vtique lapsus termini contra eos allegari non potest, & consequenter nec minus poterat in ipsorum præiudicium alios inuestire, cum talis petitio facta intra tempus debitum fuerit sufficiens pro consecutione iuris ijsdem competentis, quinimo censetur sibi ipsis tunc facta re-
7 nouatio quatenus de iure concedenda foret, vt pluribus allegatis firmat *Rota in d. Callien. bonorum 8. Aprilis 1647. & 24. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo Papien. §. quæ quidem in fine & §. quia non solum.*

Non obstat, quod post trinam monitionem iudicialem ad faciendam renouationem, & soluen. summā debitam iuxtà formam taxæ statutorum Abbatialium Manfredi non comparuerint. Ideoque stante huiusmodi mora, & negligentia potuerit Dominus alteri relocare.

Quià cum dicta summa esset incerta, dum ministri Abbatiæ illam petebant ad rationem decem pro centenario, Manfredi verò illam soluere volebant ad formam aliarum inuestiturarum, & sic in quantiate minus rigorosa, & adhuc non præcesserat æstimatio bonorum ad formam statutorum ob difficultatem coadunandi consilium, *vt in Summ. illorum de Manfredis num.* 8. Hęc sola controuersia, & causa se opponendi circa dictam solutionem illos præseruare potuit à mora, ad quem
8 effectum sufficit quælibet causa etiam colorata, *Text. in l. sciendum 21. C. de vsur. Menoch. de recuper. remed. 1 num. 55. & cons. 381. num. 46. Surd. decis. 40. num. 9. & seq. Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 103 num. 11.*

Ideoque dum inuestitura emanauit pendente adhuc
9 tempore vnius anni, & diei ab affixione edictorum, & fuit concessa Salustio extraneo, vel saltem remotiori, nō solum renouatio remanet nulla, sed fuit Manfredis prorogatum tempus ad illam reuocandā vsque ad annos 30. *Gloss.* communiter recepta *in c. 1. §. Titius verb. per annum in fine si de feud. defunct. Fuer. controu. inter dom. & agnat. Dec. cons. 395. in fine vers. secus si alienatio Gozzadin. cons. 71. num. 3. Rimin. iun. cons. 44. num. 49. & 50. lib. 4. Galdas de iur. Empyt. lib. 1. quæst. 7. num. 34. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 9. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 3. n. 22. Gratian. discept. forens. c. 858. num. 6. dixit Rota coram Card. Seraphin. decis. 630. num. 2. Duran. decis. 421. num. 3. & in Imolen. Bonorum 16. Iunij 1618. coram bon. mem. Coccino apud Fenzon. ad statut. Vrd. decis. 66. §. neque etiam obstat vers. & bene facit in dicta Callien. Bonorum 8. Aprilis 1647. in fine coram Reuerendiss. D. meo Papien. & in d. Eugubina Empyteusis in fine coram R. P. D. Celso.*

Superfluum itaque Dominis visum fuit discutere de
10 iuribus Mariæ, & Angelæ sororum de Manfredis, quibus tanquam proximioribus neque in mora constitutis, in defectum masculinitatis, præuia restitutione in integrum in omnem casum deberetur renouatio, *Rota decis. 198. num. 2. p. 2. diuers. & in supracitata Callien. bonorum coram Reuerendiss. Papien.*

Et ità resolutum fuit Manfredis competere prælationem illisque dandam esse immissionem vtraque parte informante &c.

MEDIOLANEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 28. Martij 1661.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus an transeat ad fideicommissarios, vel potius remaneat penes hæredem directum, & quomodo si sit origine gentilitium, possit fieri hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus acquiritur ex fundatione, & dotatione.*
2 *Iuspatronatus acquiritur per successionem in vniuersa hæreditate patroni.*
3 *Iuspatronatus etiam ad fæminas hæredes spectat.*
4 *Fæminę veniunt appellatione descendentium.*

5 *Statu-*

5 *Statuta strictè veniunt intelligenda, & nequeunt extendi extra casum, & personas ibi non expressas.*

6 *Substitutus post obitum patris instituti succedit in fideicommisso independenter a patre, & ex propria persona.*

7 *Iuspatronatus regulariter non transit in fideicommissarium, sed remanet penes hæredem directum.*

8 *Declara hoc non habere locum quotiescunque constat de expressa voluntate testatoris, & non repugnat forma illius primaua acquisitionis.*

9 *Iuspatronatus origine gentilitium, fieri potest hæreditarium.*

10 *Iuspatronatus qualitatem hæreditariam assumit, si habens potestatem de illo disponendi disposuerit ad fauorem extraneorum.*

11 *Obseruantia plurimum inseruit ad probandam qualitatem iurispatronatus.*

12 *Consensus ordinarij, & eius ratificatio præsumitur in materia iurispatronatus per lapsum tanti temporis iuncta obseruantia.*

13 *Compatronus præsentans ad iuspatronatus præseruat quodlibet ius alteri compatrono non præsentanti.*

DECISIO DCLXX.

Vacauit beneficium in Ecclesia S. Sepulchri Ciuitatis Mediolani per obitum Prosperi Rastelli, & de illo tanquam de libero fuit à Sede Apostolica prouisus Carolus Hieronimus Blancus, sorores vero de Marlianis prætendentes beneficium esse de iurepatronatus & ad ipsas spectare, præsentarunt Paulum Maruellum verum pro parte Prouisi Apostolici commissa mihi causa iactationis & iactationum, quæsitum fuit, an constet de bono iure sororum de Marlianis, & affirmatiue responsum fuit.

Existentia iurispatronatus non controuertitur, cum pluries Rota firmauerit illud fuisse ex fundatione, & dotatione acquisitum per Benedictum Rozzium vsque de anno 1031. vt ex *decis. 482. num. 1. p. 1. & 674. n. 1. p. 2. recent.*

Quouero ad illius pertinentiam præmittendum est quod præfatum iuspatronatus ex Benedicto primo acquirente deuenit in Iacobum Cortesellam, & deinde in Iacobum Sellanouam pro medietate sibi, & eius hæredibus quibuscunque donatum ab eodem Cortesella,
2 pro alia verò medietate ab ipso acquisitum per successionem in vniuersa hæreditate Benedicti Cortesellæ Nepotis ex filio Iacobi Donatoris, vt dixit *Rota in hac causa decis. 70. sub num. 1. & 4. post Viuian. de Iurepatronat.*

Dum igitur Sellanoua, ad quem spectabat integrum iuspatronatus sibi hæredem scripsit Alexandrum Marlianum, eique substituit eius filios, & descendentes in infinitum, & Alexander decessit relictis Mario, Aurelia, & Hippolita, cum Marius obierit sine filijs
3 vtique ad illas licet fœminas spectare debet iuspatronatus, de quo agitur, cum veniant appellatione descendentium *argum. Text. in l. fin. iuncta Auth seqq. C.*
4 *de suis & legit. Menoch. cons. 379. num. 26. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 1. & seqq. Rota decis. 368. num. 6. p. 5. & 280. num. 10. p. 7. recent.*

Parum obstante statuto Mediolani *cap. 278.* exclusiuo fœminarum dato in *Summ. Caroli num. 3.* quia vltra quod loquitur in concursu masculorum, qui non est casus noster, vbi nullus alius concurrit masculus, disponit tantum circa hæreditates Ascendentium per lineam masculinam descendentium ab intestato, & proinde non habet locum in extraneis, qualis erat Iacobus Sellanoua: Statuta enim strictè veniunt intelligenda, & nequeunt extendi extra casum, & per-
5 sonas ibi non expressas *Bald. in l. sed & milites 10. n. 3. vers. & facit ff. de excusat. Tutor Rota coram bon. mem. Merlino decis. 429. num. 9. & 10. & in recent decis. 329. num. 14. p. 6. & 176. num. 26. p. 7.*

Non obstat quod mulieres non sint hæredes Alexandri Patris, quia cum ipsæ sint vocatæ in Testamento Sellanouæ post obitum Alexandri ibi: *instituo hæredem vniuersalem D. Alexandrum Marlianum &c. & post eum eius filios, & descendentes* vtiq; in bonis sella-
6 nouæ & sic etiam in iurepatronatus succedunt independenter a Patre & ex earum propria persona vt in simili dictum fuit in *Lunen. Sarxanen. beneficiorum 3. Decembris 1665. § nec obstat coram me.*

Nec dicatur iuspatronatus regulariter non transire
7 in fideicommissarium, sed illud remanere penes hæredem directum *per Text. in l. quia perinde §. restituta ff. ad Trebell. cum alijs plene allegatis in Bonon. iurispatronatus 1640. coram bo. me. Bichiq in princ.* hoc non ha-
8 bet locum quotiescunque, prout hic constat de expressa voluntate Testatoris, & non repugnat forma primeuæ illius acquisitionis, vt pluribus allegatis dixit *Rota decis 206. num. 14. & seqq. p. 7. recent. in Maioricen. Beneficij 19. Iunij 1648. §. siue ipsimet coram bo. me. Bichi o in Capuana Abbatia 5. Maij 1659. §. & si enim coram R. P. D. meo Priolo & in dicta Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 9. Iunij 1656. §. quia vt respondetur coram me.*

Hæc autem voluntas testatoris manifestè desumitur ex lectura eiusdem testamenti, vbi substituendo Iulium Ferrarium in defectum descendentium Alexandri fuit facta mentio de iurepatronatus, ibi: *Deficiente autem linea filiorum, & descendentium Alexandri volo, & intendo quod omnia iura iurispatronatus, quę habeo in Ecclesia Sancti Sepulchri perueniant in Iulium Ferrarium;*

Dùm enim voluit illud peruenire ad Iulium vltimo loco substitutum, pernecesse voluisse censetur illud comprehendi sub fidicommisso, & per consequens transire ad cæteros fideicommissarios primo vocatos, quales sunt præfatæ mulieres de Marlianis.

Demùm non obstat, quod *Rota in dict. decis. 70. post Viuian. de Iurepatr.* declarauerit huiusmodi iuspatronatus pro parte gentilitium, & pro parte hæreditariū, Ideoque prętendatur, quod saltèm pro medietate gentilitia non spectet ad mulieres, quæ non probant se esse de agnatione fundatoris.

Quia non est nouum, quod iuspatronatus origine
9 gentilitium fieri possit hæreditarium, vt in hac eadem causa firmauit *Rota decis. 247. part. 4. recent.* Maximè aduertendo, quod Sellanoua, qui integrum possidebat iuspatronatus, de anno 1611. de illo disposuit ad fa-
10 uorem Marliani, & eius filiorum, & descendentium in infinitum, quæ dispositio cum trahatur quoque ad successiores extraneos, non est dubium, quin tam inspecta voluntate, quam potestate disponentis iuspatronatus qualitatem hæreditariam susceperit, vt dixit *Rota coram Eminentissimo D. Card. Ottbob. decis. 26. n. 5. & in d. decis. 247. num. 1. & seqq. part. 4. recent.*

Et eo facilius, quia talis dispositio suum effectum sortita fuit non solum in vacationibus, quæ contigerunt de tempore Alexandri, sed etiam de tempore Marij eius filij, cuius hæreditatem adiuerunt dictæ
11 sorores; Obseruantia enim plurimum inseruit ad probandam qualitatem Iurispatronatus *Rota coram Burat. decis. 679. num. 8. & coram Eminentissimo D. Cardinali Ottbob. decis. 151. num. 12.*

Maximè quià ordinarius non est in causa, & per la-
12 psum tanti temporis iuncta obseruantia, eius consensus, & ratificatio præsumitur, *Rot decis. 598. n. 4. part. 1. diuers. & d. decis. 247. num. 4. part. 4. recent*

Quod autem dd. mulieres viuente Mario fratre non
13 præsentauerint, non excludit illarum ius, immò per præsentationē Marij compatroni fuit sibi ipsis quod-

libet

libet ius præseruatum *Calderin. de iurepatr. cons. 15. Rota coram Put. decis. 298. num. 3. versic. Bene tamen lib. 1. Verall. decis. 364. in fine, & 366. part. 2. & coram Card. Otthobon. decis. 26. num. 21.*

Et ità vtraque Parte informante.

ARIMINEN. BONORVM.

Veneris 18. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Quidquid continetur intra fines concessioni adiectos, non præsumitur emphyteuticum, licet bona in emphyteusim concessa incipiant à corpore, nisi fuisse concessa Vniuersitas, nempè Curtis, Fundus, seu Prædium. Ius accrescendi quando locum habeat in concessionibus bonorum emphyteuticorum.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura comprehendit quidquid intra fines in ea designatos continetur, dum quantitas bonorum concessa incipit à corpore.*

2 *Declara hoc tantum procedere, si concessa fuisset vniuersitas bonorum, nempè Curtis, Fundus, seu Prædium.*

3 *Secus autem si tot bona fuerint concessa in talibus fundis, licet quantitas incipiat à corpore.*

4 *Emphyteuticum non præsumitur quidquid continetur intra fines in concessione adiectos, nisi ab allegante probetur.*

5 *Emphyteuta primus aequirens ex titulo oneroso potest præiudicare vocatis.*

6 *Emphyteuta licet primus acquirens non censetur à concessionibus voluisse recedere, dum nec expressè, nec tacitè in contrarium disposuit.*

7 *Ius accrescendi habet locum in emphyteusi, quæ licet ab initio vni facta, si tamen transeat in plures filios, altero decedente sine filijs superstiti acquiritur.*

8 *Iuri accrescendi non censetur renunciatum per diuisionem, dum ibidem expressa eius remissio non legitur.*

DECISIO DCLXXI.

Svb die 18. Iunij præteriti Rota respondit constare de bono iure etiam ad effectum manutentionis, seù immissionis tàm Capitanei Valerij respectu domus cum quatuor apothecis in Ciuitate Arimini, & tornaturarum 20. terræ cum tabulis 64. & pedibus 80. quæ continentur in pluribus inuestituris. In decisione relatis, quàm Elisabettæ respectu omnium aliorum bonorum præter præfata, quæ libera sunt, seù allodialia, & reperta fuerunt in hæreditate Iulij eius filij tempore sui obitus.

Verùm licet pro parte vtriusque impugnaretur resolutio, nihilominus causa iterum reproposita, Domini existimarunt in omnibus standum esse in decisis.

Non obstat enim repetita prætensio hæredum Ca-
1 pitanei Valerij, quod inuestituræ non sint restringendæ ad numerum tornaturarum in eis expressarum, sed comprehendant quidquid continetur intra fines ibi, designatos, dùm quælibet incipit à corpore iuxtà deducta per *Surd. decis. 64. num. 5. vers. Hanc ego cum seqq. & signanter, num. 14.*

Quià obiectum posset vrgere si concessa fuisset Vni-
2 uersitas, nempè Curtis, fundus, seù prædium. Tunc enim partes incipiendo mentis conceptum explicare à corpore, censentur comprehendere quidquid intra fines continetur, & numerus censetur tantum demonstratiuè, non autem taxatiuè adiectus; At in casu nostro concessiones non loquuntur de vniuersitate, sed solùm de petijs terræ tot tornaturarum existentibus
3 in talibus fundis. Hoc enim casu numerus stat taxatiuè, nec prætendi potest nisi quantitas expressa; vt admittit *Socein. sen. cons. 42. num. 9. lib. 2.* & benè declarat *Curt. iun. cons. 131. per tot. & signanter, n. 8. cum seq.*

4 Intratque regula, quod non præsumitur emphyteuticum quidquid continetur intra fines in concessione adiectos nisi ab allegante probetur iuxtà doctrinam *Hostien. in cap. nimis, num. 4. de iur. iur.* quã in his terminis sequuta fuit, *Rota in recent. decis. 150. num. 4. versic. Respondebatur enim part. 1. & decis. 164. num. 133. vers. Et in terminis, par. 6.*

Parique modo non refert obiectum pro Elisabettha
5 deductum, quod Valerius senior fuerit primus acquirens ex titulo oneroso, qui potest præiudicare vocatis ex deductis *coram bo. me. Merlin. decis. 699. n. 4. cum seq.* quià quæstio in proposito non est de potestate, sed de voluntate. Nàm cùm Valerius senior disposuerit in Alexandrum, iste verò in Iulium, & Valerium iuniorem filios, & quidem æquis portionibus vtique non
6 censetur à concessionibus voluisse recedere, dùm nèc expressè, nec tacitè contrarium disposuit iuxtà *cons. Aret. 53. & firmatur in decisione, §. Quia ille.*

Ideoque firmum omninò remanet ius accrescendi fauore superstitis in præfatis concessionibus mediante
7 pacto explicito conuentum, quod etiam intrat de iure quia concessiones vni ab initio factæ fuerunt, quo casu licet deinde transeat in plures filios, altero tamen decedente sine filijs superstiti acquiritur, *Bart. in l. si mihi & Titio 110. numer. 4 ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 159. num. 15. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis quæst. 39. sub num. 2. vers. Sed quando Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 75. n. 3. Rota decis. 176. num. 9. part. 1. recent.*

Nec facit diuisio inter Valerium iuniorem, & Iuliũ celebrata, quià (vt respondetur in decisione, §. *Non ob-*
8 *stat*) ex ea non censetur renunciatum iuri accrescendi, dùm ibidem expressa eius remissio non legitur, vt præter auctoritates in ea allegatas *Card. Caual. decis. 622. num. 3. cum seqq. Merlin. decis. 323. n. 1. ad med. & n. 2.* & in puncto, quod non tollat ius accrescendi de futuro *Card. Mantic. decis. 373. num. 5.*

Et ità vtraque Parte informante.

FLORENTINA ORATORII.

Lunæ 2. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Filius ex coniugata præsumitur filius mariti: hæc tamen præsumptio est iuris tantum, quæ eliditur per contrarias probationes, nempe per testes, etiam de auditu, in antiquis præcipuè, & de publica voce & fama deponentes concurrentibus maximè vrgentibus coniecturis. Nec contra testes in hac materia personales exceptiones admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex coniugata genitus de iure præsumitur potius ex marito, quàm ex adultero natus.*

2 *Filiatio vt iustificetur non solum requiritur matrimonij probatio, verum etiam probanda est cohabitatio coniugum de tempore conceptionis, & facilis accessus viri ad vxorem.*

3 *Filium quem esse adulteri, qui allegat, probare tenetur de tempore conceptionis maritum ad eius matrem accessum non habuisse, vel ob grauem infirmitatem illã cognoscere non potuisse.*

4 *Præsumptio quod natus ex coniugata non sit ex adulterio Christianæ pietati conformis esse videtur.*

5 *Præsumptio* l. miles *est inducta fauore filij allegantis se esse filium mariti matris suæ.*

Præsumptio inducta fauore alicuius non debet in eius odium retorqueri. ibid.

Filius allegans se esse ex adultero genitum habet præsumptionem iuris contra se. ibid.

6 *Filiationis concludens probatio est quod de tempore conceptionis moraliter impossibilis esset omnium aliorum accessus ad matrem, præter patris asserti.*

7 Præ-

7 *Præsumptio quod natus ex coniugata sit filius mariti est iuris tantum, & ideo per contrarias probationes eliditur.*

8 *Testes, aliàs inhabiles admittuntur ad probandam rem, quæ occultè geri solet, & cõtra eos personales exceptiones non recipiuntur.*

9. *Testes bonæ conditionis, & famæ in quacumque materia admittuntur.*

10. *Testes de auditu in antiquis sufficienter probant, ob difficultatem inueniendi alios, qui deponant de visu.*

11 *Filiatio in antiquis optimè probatur per testes deponentes de publica voce & fama.*

12 *Tempus annorum 60. ad effectum probandæ filiationis, est antiquum.*

13 *Fama probata dicitur etiam si testes non deponant à quibus audiuerint.*

14 *Testes bene deponunt de tempore, licet non deponant per verba fuit & est si tamen ex circumstantijs facti deducatur illos requisitum tempus percutere.*

15 *Filiatio ex vrgentibus coniecturis comprobatur.*

16 *Legitimatio facta de filio ex coniugata suscepta, eiusq; institutio in quota hæreditatis magnum præbet adminiculum ad probandum quod non sit filius mariti.*

17. *Dispensatio ad suscipiendos sacros ordines alicui vti filio talis viri ex muliere coniugata concessa filiationis roborat probationem.*

18 *Filiatio arguitur ex præsentatione vnius ad beneficium tanquam de familia.*

19. *Filiatio desumitur ex enunciatiua aduersæ partis in qua enuncietur filius is de cuius filiatione contenditur.*

20. *Filius ex coniugata genitus quod non sit filius mariti coniectura vehemens est si eum maritus nunquam agnouerit in filium.*

21 *Præsumptio quod natus ex coniugata sit filius mariti facile eliditur, si eam allegans geminatis confessionibus affirmauerit contrarium.*

DECISIO DCLXXII.

DEcisum fuerat in hac causa 31. *Maij* 1655. *coram bo.me. Bichin*, & prius in alia decisione impressa *in recent. decis. 363. p. 5.* non constare de filiatione Horatij ex Laurentio, de Puccis ac proinde iuspatronatus, de quo agitur per obitum Roberti vltimi ex descendentibus Antonij de Puccis fundatoris de gentilitio euasisse hæreditarium, & spectare ad D. Octauiani Capponiam vxorem & hæredem vniuersalem dicti Roberti, verum pluries reproposito articulo tandem DD. censuerunt recedendum esse à decisis.

Licet enim Maria Bellafagiana tempore conceptio-
1 nis, & natiuitatis Horatij nupta esset Michaeli Ernimio de Luculena, itaut potius ex marito, quam ex adultero natus, ac genitus de iure præsumatur iuxta *Text. in l. Miles §. Defuncto ff. ad l. Iul. de adult.*

Nihilominus siue sit attendenda illa opinio, quod
2 ad istum effectum non sufficit sola probatio matrimonij, nisi insimul iustificetur cohabitatio coniugũ tempore conceptionis filij, vel facilis accessus mariti ad vxorem, vt videtur esse de mente *Text. in l. filium ff. qui sunt sui, vel alien. iur.* in illis verbis ibi: *qui cum vxore sua assiduè moratus &c. Surd. cons. 1. num. 54. vers. & non obstat, & num. 55. Rota coram Merlin. decis. 488. num. 18. & 19. & repet. in recent. decis. 409. ijsdem numeris p. 5. in Auenionen. alimentorum 28. Ianuarij 1650. §. quia prætermissis coram Eminentiss. D. Card. Corrado Prodatario, & in Viterbien. fideicommissi 2. Maij 1653. coram R.P.D. meo Verospio in fine, vers. dum maxime.*

Siue verior sit sententia, quod præsumptio dictæ
3 legis adeo fortis, & efficax sit, vt allegans se esse filium adulteri ipse probare teneatur, quod tempore suæ conceptionis maritus non haberet accessum ad eius matrem vel ob aliquam grauem infirmitatem eam non posset cognoscere vt voluerunt *Paris. cons. 64. num. 5. & 6. vol. 3. Brun. cons. 15. num. 20. Petr. de fideicommisso quæst. 11. num. 36. Sperell. decis. 164. num. 14. Rota in Romana de Bonellis 29. Nouembris 1613. §. præsertim vers. & debet omnino, & 28. Nouembris 1614. sub §. accedit coram bo.me. Vbaldo Seniore*, vbi quod potius præsumendum est honestum possibile quod filius sit
4 natus ex matrimonio, quam possibile inhonestum quod filius sit natus ex adulterio, cum huiusmodi præsumptio Christianæ etiam pietati videatur conformis, *Rota in Bonon. fideicommissi de Victorijs 5. Maij 1655. §. & quamuis prædicta coram Reuerendiss. Zarate Episcopo Segobien. & in Romana seu Sabinen. fideicommissi 24. Maij 1658. coram R.P.D. meo Beuilaqua §. nec refert.*, vbi quod tunc præsumptio *l. miles* inducta
5 est fauore filij, nec debet in eius odium, & præiudicium retorqueri, quando allegat se esse filium mariti suæ matris, secus autem quando allegat se esse filium adulteri, quia tunc habet præsumptionem legis contra se.

In proposito versamur extra terminos huius difficultatis, quia hodie concludenter videtur probatum per plures Testes remissoriales, quod de tempore, quo Maria Horatium concepit retinebatur á Laurentio in palatio eius Villæ nuncupatæ *Olineto* ad instar auis sub artissima custodia, vnicuique prohibito accessu, quodq; Michael eius maritus habitabat in loco Luculenæ distante a dicta Villa per 25. seu 30. milliaria circiter, eratque sexagenarius timidus, & imbecillis e contra vero Laurentius Amasius vir potens, & nobilis, ac magna animi ægritudine, quæ Zelotipia dicitur, affectus, & signanter tempus conceptionis percutiunt, & de eo deponunt primus, tertius & nonus super quarto articulo per hæc, & similia verba ibi: *Et super quarto, disse esser vero, che nel tempo che esso Signor Lorenzo Pucci ingrauidò detta Maria, e che fù concepito, e generato il detto Signor Horatio, il marito staua, & habitaua lontano, cioè a Luculena, che è lontano dalla villa d'Olineto penso in circa 25. o 30. miglia &c. e sò che detto marito di detta giouane non poteua in modo alcuno hauer accesso alla detta sua moglie, sì per la detta lontananza, come ho detto, come anco per che d. Sig. Lorenzo per l'amor grande che portaua alla detta Bellafagiana, e per hauer di lei vn figliuolo non permetteua, che il marito, che era contadino, e persona bassa ne qualsivoglia altro si fosse accostato in alcuna maniera a detta giouane e perciò la teneua a Olineto a casa sua molto ben custodita e guardata: vt latius in vltimo Summ. DD. de Puccis num. 4.*

Dum igitur prædicti Testes testificantur nedum natiuitatem Horatij in propria Domo Laurentij, sed etiam continuam retentionem Mariæ eius matris de præciso tempore suæ conceptionis sub tam arcta custo-
6 dia, & in loco adeo distante a Domicilio viri, vt proinde moraliter impossibilis ad eam omnino esset tam ipsius quam aliorum accessus, probata vtique remanet ad istum effectum eius filiatio ex ipso Laurentio
7 adultero, & excluditur præsumptio legis quæ (vt omnes conueniunt) est iuris simpliciter, non autem iuris, & de iure, & sic tollitur, & suffocatur ex contrarijs probationibus, & præsumptionibus, vt bene in terminis respondent *Alciat. cons. 40. num. 7. vers. & regula §. defuncto lib. 6. Gozzad. cons. 13. num. 45. vers. decimo quarto omnes & num. 46. Roland. a Vall. cons. 22. num. 32. vers. vbi inquit, quod absentia lib. 3. Giouagn. cons. 21. num. 1. in fin. vers. quod in casu isto lib. 1. Crescent. decis. 1. circa med. vers. si tamen illa qui fil. sine legit.*

Non obstat, quod ex dictis testibus plurique sint perso-

personæ humilis conditionis, & omnes deponant de auditu,

Prima enim exceptio remouetur tam ratione loci,
quam ratione materiæ, cum agatur de re gesta in loco
8 rurali, & quæ occultè geri solet, saltem absque parti-
cipatione virorum, qui probi sint, nobiles, & honesti,
indeque ad eam probandam admittuntur testes aliàs
inhabiles, nec contra eos recipiuntur exceptiones per-
sonales, ad *text. in l. veniens il 2. in fine de testib. Rota*
in terminis in Romana filiationis 10. Iunij 1611. coram
bon. mem. Pirouano §. fin. decis. 314. num. 37. p. 6 recent. in
Romana hæreditatis de Gratianis 28. May 1649. coram
me, & in dicta Viterbien. fideicommissi coram R. P. D.
meo Verospio §. horum autem, ac in proximis ad effe-
ctum probandi copulam pro nullitate matrimonij in
Romana nullitatis matrimonij 19. Februarij 1646. coram
bon. mem. Arguelles.

Cumque de cætero sint personæ bonæ conditionis, &
9 famæ admitterentur, etiam in quacunque alias materia
cap. si quis vbi Batr. & Felyn. num. 8. de test. specul. eod.
tit. §. 1. num. 61. Cas. de Grass. decis. 9. num. 5. de test. Rota
post secundum vol. cons. Farin. decis. 83. num. 3. & coram
Buratt. decis. 553. num. 11. & decis. 735. n. 12.

Secundo nec etiã obstat aduertendo, quod testes non
deponunt simpliciter de auditu non specificando à
quibus audiuerint, sed quilibet asserit audiuisse à
suis maioribus specificando identificè, patrem, auum,
& patruum, & alios *dict. Summ. num. 3. & 4.* ideò cum
10 agatur de re valdè antiquà, cum Horatius natus fue-
rit anno 1554. & lis mota anno 1630. circiter, vtique
testes de auditu admittuntur ob difficultatem inue-
niendi alios, qui possint deponere de visu, *Bart. in l.*
conuenticula num. 6. de Episc. & Cleric. Abb. in cap. licet
ex quadam num. 1. de testib. Aretin. cons. 37. num. 3. post
med. Alex. cons. 187. num. 21. lib. 2. Dec. cons. 321. num. 8.
Corn. cons. 135. num. 20. lib. 1. Card. Mantic decis. 154. n. 3
Buratt. decis. 172. num. 13. & 27. certius cum vltra au-
ditum à maioribus deponant etiam de publica voce,
& fama, percutiendo, vt colligitur ex tota serie dispo-
sitionum etiam ipsum tempus ante motam litem, quod
11 gratis aliàs controuertebatur, filiatio enim in antiquis
optimè probatur à Testibus de publica voce, & fama,
Rota apud Put. decis. 506. num. 2. & 3. & per tot. lib. 2. in
correct. & coram Buratt. decis. 147. num. 5. in quibus fir-
12 matur, quod tempus annorum 60. ad hunc effectum
est antiquum, famæ verò probata esset etiam si testes
13 non dicerent à quibus audiuerint, vt tradit *Bald.* com-
muniter receptus *in cap. per tuas post princ. verb. publicè*
de probat. Cassador. decis. 3. n. 4. eodem tit. Caputaq. decis. 7
par. 8. & coram Andr. decis. 45. num. 6. nec est necessè
14 quod deponant per verba fuit, & est, quoties, vt hic
ex circumstantijs facti colligitur deposuisse etiam de
tempore ante motam litem, vt respondet *Rota in rec.*
decis. 383. n. 14. p. 8. cum alijs per Add. ad Greg decis. 277
n. 10. vers. si tamen tota facti serie.

Prætereà concurrunt etiam quamplures coniecturæ
quæ vrgentes sunt, & vehementes, & hanc filiationem
15 optimè concludunt; primo enim adducuntur facta, &
gesta per Laurentium, nam non solum passus fuit, quod
Horatius nasceretur in propria domo, sed imò curauit
quod Sac. Baptismatis fonti vti proprius filius exhibe-
retur, & tanquã talis in libro baptismali describeretur,
cum proprijs sumptibus, cura & vigilantia semper vti à
se genitum aluit, & educauit, cumq; vti ab ipso susceptũ
16 ex muliere coniugata legitimari curauit anno 1557. à
DD. de Campegijs & anno 1557. illum tanquam eius
filium, & de familia Puccia Procuratorẽ constituit ad
præsentandũ ad Ecclesias Parochiales S. Bartholomæi, &
S. Nicolai Collis Pacti de iurepatronatus d. familiæ, qui
præsentauit Andream de Gauinis, & præsentatio effe-
ctum sortita fuit mediante actuali institutione, ac de-
mum anno 1595. in suo vltimo testamento annua
scuta 400. iure institutionis, & omni alio meliori modo
eidem reliquit, quę actualiter ipsi soluta fuerunt *dict.*
Summ. num. 19. 20. 31. 32. 33. 38. & 39.

Secundo illamet ipsius Horatij, aliaque ab eo procu-
rata; de anno enim 1564. tanquam filius naturalis
17 Laurentij ex muliere coniugata dispensationem im-
petrauit à Sede Apostolica ad suscipiendos Ordines
Sacros, eiusque vigore de anno 1576. vti filius Lauren-
tij iam ad Sacros Ordines, & ad beneficia dispensatus
ab eadem Sede Apostolica prouisus fuit de Subdiaco-
natu Ecclesiæ Cathedralis Florentiæ, & anno 1586. ad
eius fauorem tanquam filij Laurentij vnici, ex patronis
reseruata fuit super fructibus parochialis Ecclesiæ San-
cti Bartholomęi de iurepatronatus familiæ Pucciæ an-
nua pensio ducatorum 80. auri de camera. De anno
autem 1594. orta lite coram Ordinario Florentino
inter Horatium, & Ascanium Puccium hæredem Lau-
rentij occasione officij Militis S. Petri, emanauit sen-
tentia ad fauorem Horatij, & tam in articulis, quam
in positionibus, & sententia Horatius enunciatur fi-
lius Laurentij talisque pariter enunciatur tam in alia
sententia ab eodem Ordinario lata de anno 1596. in
causa reductionis laudi, quam in libris publicis gabel-
larum, & Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis Florentiæ eo-
dem *Summario num. 22. 23. 24. 26. 27. 30. 35. & 37.*

Tertio gesta à tota familia Puccia, & præcipue tan-
quam filius Laurentij præsentatus fuit à Iacobo Puccio
ad simplex beneficium, seu Capellaniam sitam in Ec-
18 clesia Parochiali Sancti Michaelis de iurepatronatus
dictæ familiæ, & successiuè ab Ordinario institutus,
Rota in Bonon. fideicommissi Bartholomæi de Bolognetis
5. Iunij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono
§. concurrit, ac pluries Horatius inuitatus fuit ad pran-
dium in die festiuitatis S. Sebastiani Conuentus San-
ctissimæ Annunciatæ, quo die ex lege fundationis in-
uitari debent duo de familia Puccia *dicto Summ. n. 40.*
& 42. & sic habetur positiua probatio totius familiæ,
quæ id non permisisset, nisi verè, & realiter fuisset talis.

Quarto demum concurrunt actus facti à Roberto
de Puccis, & ab ipsa D. Octauia Capponia collitigante
eius hærede; nam Robertus anno 1576. Horatium
19 tanquam filium Laurentij Procuratorem constituit ad
præsentandum ad dictam parochialem Ecclesiam San-
cti Nicolai Collis Pacti, & insuper in proprijs libris
eum descripsit, & adnotauit vti filium Laurentij
Octauia verò sequuta morte ipsius Horatij alium præ-
sentauit ad subdiaconatum Ecclesiæ Cathedralis Flo-
rentiæ sub expressa assertione, quod vacabat per obi-
tum Horatij filij Laurentij de Puccis *eod. Summ. n. 35.*
39. & 41.

Ex quibus circunstantijs tam vrgentibus, & vehe-
mentibus facti veritas sufficiẽter remanet comprobata;
præsertim quia nullus adducitur actus à marito factus,
ex quo desumi possit, quod Horatium vnquam agno-
20 uerit in filium suum, & dum hodie duntaxat agitur
de præiudicio Roberti, seu dictæ Octauiæ eius hære-
dis ad effectum solius successionis in hoc iurepatrona-
21 tus, vtique stantibus geminatis confessionibus tam ip-
sius Roberti, quam eiusdem D. Octauiæ hæredis præ-
sumptio legis pro ipsis non est admodum efficax, imò
in ipsorum præiudicium ex præfatis eorum confes-
sionibus, & actibus per eos gestis facilius eliditur, &
remouetur, vt benè tradunt *Paris. cons. 7. num. 44. cum*
seqq. & num. 84. lib. 2. Decian. cons. 1. num. 127. vers. 2. re-
spondeo lib. 3. Scip. Theodor. allegat. 18. num. 48. & seqq.
vbi quod non licet hæredi controuertere has assertio-
nes

nes defuncti cum alijs per *Rot.coram Merlin.decis.488. num.30.& in d.Romana filiationis 27.Iunij 1650. coram Eminentiss.D.Card.Corrado*.

Nec applicantur auctoritates, & decisiones in contrarium allegatæ, cum procedant in casibus valdè diuersis à nostro in quibus præcipuè agebatur de præiudicio tertij; qui nunquam agnouerat, neque tractauerat collitigantem vti filium adulteri, & in quibus non aderant probationes nec coniecturæ ita concludentes eius filiationem cum præcisa qualitate quod sua mater detineretur tempore conceptionis,& partus in propria domo adulteri sub artissima custodia prohibito accessu tam mariti quam aliorum.

Firmata itaque filiatione Horatius omninò successibilis erat in hoc patronatu ob amplissimam legitimationem DD. de Campeggijs, quorum priuilegium in verbis expresse habilitat legitimatos ad succedendum in quibuscunque bonis etiam Ecclesiasticis, vt habetur ex lectura illius *apud Lup.de illegit. comment.3.§.1.sub num. 33. & latè respondit Rota coram Card. Seraphin. decis.5. per tot.*

Et ità vtraque parte informante &c.

ROMANA VINEÆ.

Lunæ 2. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica cum de sui natura non sit transitoria ad hæredes, ideo non immutatur per clausulas *in perpetuum, & ad habendum*. Solutio laudemij determinat contractum ad emphyteusim, & illum a locatione distinguit.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transit ad extraneos, licet concessa fuerit pro hæredibus, & successoribus.*

2 *Linea vltimo loco acquirentis non inuestiti attendenda est in emphytheusi ad effectum deuolutionis.*

3 *Clausula* in perpetuum *posita in concessione de sui natura ad extraneos non transitoria importat perpetuam concessionem tantummodo inter personas comprehensas, nec illam extendit ad extraneos.*

4 *Clausula* ad habendum *intelligitur semper secundum naturam contractus, cui adijcitur, nec illam immutat, maximè si fuerit cæterata.*

5 *Clausula* ad habendum *quando nihil operetur, licet amplissimè extensa sit.*

6 *Locationis contractus etiam de bonis ecclesiasticis transit ad extraneos.*

7 *Pactum quod in casu non solutionis canonis per triennium bona deuoluantur ad Ecclesiam vna cum omnibus melioramentis declarat contractum esse emphyteusis, non locationis.*

8 *Laudemij solutio demonstrat contractum esse emphyteoticum.*

9 *Laudemium non soluitur nisi de emphyteusi, & non debetur nisi alienans verè, & propriè sit emphyteuta.*

10 *Emphyteusis ecclesiastica natura non immutatur etiā si apud extraneos per plures annos extiterit absque beneplacito Apostolico alienata.*

11 *Alienatio bonorum ecclesiasticorum absque beneplacito Apostolico facta nullum ecclesiæ parit præiudicium.*

12 *Constitutio Vrbani Octaui substituit beneplacitum apostolicum præsumptum, & solam centenariam præscriptionem præscriuauit, concurrentibus requisitis.*

13 *Centenaria non habet locum aduersus ecclesiam alienantem absque beneplacito apostolico.*

14 *Deuolutio intrat quotiescumque sine consensu proprietarij bona alienantur.*

15 *Pactum capiendi possessionem propria auctoritate non extenditur ad casus non expressos.*

16 *Possessio auctoritate propria de iure capi non potest à domino directo ob prætensam deuolutionem ex capite lineæ finitæ, vel alienationis præsertim vbi deuolutio non est clara.*

17 *Sententia, etiam non subsistens, contrà deuolutionem lata, ostendit tamen deuolutionem non esse claram, & indaginem requirere.*

DECISIO DCLXXIII.

Resolutum fuit constare de deuolutione ad fauorem
Ven.Monasterij S.Crucis in Hierusalem, quia cum
non controuertantur dominium Ecclesiæ, identitas
Vineæ, & obitus Olimpiæ Barlæ sine descendentibus,
1 & agatur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ de sui na-
tura non transit ad extraneos quamuis concessa pro
hæredibus, & successoribus, vt alijs allegatis plenè re-
sponsum fuit in *Caietana Bonarum 3.Decembris 1646.*
& 10. Iunij 1648.coram me quarum prima impressa
est in 9. p.recent.decis.427.num.10.

Vtrique extincta linea illorū de Barlis per obitū dictę
2 Olimpiæ, quæ linea attendenda est, dum ipsi vineam,
de qua agitur, titulo emptionis acquisiuerunt ab in-
uestitis anno 1600. præuio expresso consensu Proprie-
tariorum *Andr. de Ijer.in cap 1. num.8. vers.alij dicunt*
qui success. tenean.cum alijs alleg.in decis.128.num.1.cum
seqq.p.6.recent. & in Romana census 28.Iunij 1658. co-
ram R.P.D. meo Beulaqua §. nec releuationem in fine.

Locus est deuolutioni non obstantibus clausulis *in*
perpetuum & ad habendum; prima enim apposita in
3 concessione de sui natura ad extraneos non transitoria
perpetuat quidem concessionem inter personas com-
prehensas, illam tamen non extendit ad extraneos non
vocatos *§.emphyteusim, vers.licentia auth.de non alien.*
Card.Mantic.de tacit.lib.27.tit.10.num.21. Rota in rec.
decis.381.num.7.p.6.& in dict.Caietana coram me.
Secunda vero semper intelligitur secundum naturam
4 contractus, cui adijcitur, nec illam immutat sed restri-
ctionem recipit ad eius limites, vt probant auctorita-
tes allegatæ in eadem *Caietana, & signanter in prima*
impressa à num.11.cum seqq. & in Romana deuolutionis
domus 4.Decembris 1651.§.contrarium tamen coram
bon.mem Biebio, maximè quià non fuit extensa, sed
cęterata, *Buratt.decis.89 .n.5.& 6.Merlin decis.792*
num.24. & sic modificata ab illis verbis: *prout de simi-*
libus rebus fieri solet, quibus stantibus præcedens clau-
5 sula *ad habendum*, nihil operatur, quamuis amplis-
simè fuisset extensa, vt respondit *Rota coram Cardin.*
Seraphin decis 794.num.8.& decis.1290.num.12.coram
Coccino decis.75 num.10.in recent. decis.86. num.18. &
decis.310.num.18.& 19.p.5. apud Salgad. in Labyrinth.
credit.decis.35.num.4.& 5. & in alia Romana deuolutio-
nis domus 5. Maij 1660. coram Reuerendissimo D. meo
Papien.

Non obstat, quod contractus sit locationis non
6 autem emphyteusis, qui de sui natura transit ad extra-
neos iuxta *decis Buratt.334.per tot.*

Quia licet in verbis concessionis promiscuè loquan-
tur de locatione, ac de emphyteusi, nonnulla tamen
concurrunt, quæ absolutè indicant, & demonstrant
contractum non esse locatitium, sed emphyteuticum,
ac signanter pactum, quod in casu non solutionis ca-
7 nonis per triennium vinea deuolueretur ad monaste-
rium vna cum omnibus melioramentis, vt in terminis
ponderauit, *Rota coram Card.Seraphin. decis.286.n.13.*
8 & præ cęteris actualis solutio laudemij Abbati, & mo-
nachis facta, vt consensum præstarent venditioni fa-
uore illorum de Barlis *Summ.Monasterij num.4.* laude-
9 mium enim non soluitur nisi de emphyteusi, & non
debetur nisi alienans propriè, & verè sit emphyteuta
Capic. Latr. decis.18. num.12. vers.quod quando Buratt.
decis.60.

decis.60.num.5.Rota in recent. decis.14. num.46. & 47. & decis.128.num.1.part.6. in Romana deuolutionis vineæ 14.Maij 1646.cor.Reuerendiss.Papien. §.Quæ sanè effectuatio, vers. Pro cuius etiam , & in dicta Romana deuolutionis domus 4.Decembris 1651.coram bon.mem. Bichio, §. His positis,versic.Et denique , vbi in specie cum hoc fundamento respondet ad *d. decis.334. eiusd. Buratt.* in obiecto allegatã,cùm in eius casu non adesset conuentio,nec solutio Laudemij .

Non obstat,quod vinea alienata fuerit in extraneos
10 & penes eos per plures annos extiterit ; Quiâ dùm
defecit beneplacitumApostolicum,non fuit immutata
natura emphyteusis Ecclesiasticæ exclusiua extraneorũ,
11 neque Ecclesiæ præiudicatum, vt in terminis fuit re-
sponsum *in dicta Caietana bonorum coram me in prima, num.15.& in secunda sub §. Nec contrarium , & in Rauennaten.bonorum 14. Iunij 1649. coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen.§.Vltra quod.*

Deficit siquidem Apostolicum beneplacitum nam
12 expressum non exhibetur , præsumptum verò sustulit
Constitutio 159.Vrbani Octaui sanct.mem.quæ sub §.15. circa fin. vers. Nec etiam, solum præseruauit centenariam præscriptionem , concurrentibus de iure requisitis, & immemorabilem,quæ per sacros Canones , seù Concilia vniuersalia, vel Constitutiones, & ordinationes Apostolicas non sint reprobatæ .

Prætensa autèm centenaria in facto non subsistit . Tùm quià ab anno 1549.quo primo loco hæc vinea in emphyteusim concessa fuit vsq, ad annum 1641. promulgatæ constitutionis per viam legis generalis non effluxerunt nisi anni 92. Tùm etiàm quià non est at-
13 tendenda ista concessio,& in specie ob defectum beneplaciti Apostolici per duas sententias in iudicatum transactas, exequutas , & à partibus acceptatas declarata fuerit nulla , & inualida, sed attendenda est noua concessio anni 1563. per Ecclesiam facta cum expressa reseruatione beneplaciti Apostolici postquam vigore dd. sententiarum possessionem vineæ actualiter assequuta fuerat,cuius vigore dicebatur eidem incorporata,vt dixit, *Rota coram Card. Caual. decis.398. sub n.8. vsque ad fin. in Portuen.Seagni 10. Iunij 1641. coram Card.Panzirolo in recent.decis.89.num.44.cum seqq.p.9. in Rauennaten.domus 17.Martij 1651. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen. §. Quoniam versic. Tum denique , & plenius in dicta Romana deuolutionis domus 3.Decembris 1651. & 21. Iunij 1653. coram R.P.D.meo Verospio* . A dicto autem anno 1563. vsq; ad annum 1641. sunt tantum anni 78. omninò insufficentes pro centenaria ,

Immò etiàm ex capite dd.alienationum , quæ post
14 venditionẽ factam Barlis sequutæ fuerunt , clara redditur deuolutio, cùm omnes factæ fuerint sine consensu Proprietariorum *cap. potuit de locat.& in l.final. C. de iur.emphyt.*

Quià verò pro monasterio petebatur mandatum de associando,super quo dubium in Rota proposui,super eo Domini habuerunt difficultatem , quià pactum ca-
15 piendi possessionem propria auctoritate est restrictum ad casum solutionis Canonum per triennium ; Et vltra eum de iure ob prætensam deuolutionem ex capite lineæ finitæ,vel alienationis , non potest Dominus directus ingredi possessionem propria auctoritate, vt tradunt, *Gabr.cons.88.num.23.lib.1.Afflict.decis.97. num.2.& 3. Rota in recent.decis.85.num.4. vers.Non*
16 *obstat,quod Abbas, part. 2.* Saltèm quando deuolutio non est adcò clara, & perspicua, vt nullam prorsus indaginem requirat , nullamque patiatur exceptionem, vt declarauit, *Rota coram Andr.decis.61.num.7.ad med. & apud Postb.de manut.decis.111.num.8. & decis. 168. num.7.& in Romana domus 25. Febr.1647. §.Præterita verò cum seq. & 9. Decembris 1650.§.Nec refert, corã*
17 *R. P. D. meo Celso* , quod casui nostro non conuenit tàm ex supradeductis,quàm etiàm,ex quo in prima instantia pronunciatum fuit contra deuolutionem, quod etiamsi non subsistat , nihilominus ostendit rem non esse adeò claram , vt requiritur ad effectum associationis .

Et ità fuit resolutum lineam esse finitam , & factum esse locum deuolutioni vtraque , &c.

CIVITATIS CASTELLANÆ PRIMOGENITVRÆ.

Ven. 27. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Filij licet nati post purificatam conditionem,an & quando ex coniecturata mente testatoris censeantur ad primogenituram vocati ad exclusionem secundogenitorũ quibus medio tempore fuerat ius quæsitum ad ipsam primogenituram .

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura, quæ fuit ingressa lineam vnius primogeniti,non potest transire ad aliam, nisi prius illa totaliter euacuata .*

2 *Sententia contumacialis lata in criminalibus præsumitur prolata , non ex eo quod reus haberet malam causam, sed potius in pœnam contumaciæ .*

3 *Sententias aliorum Iudicum Rota non attendit , actis non exhibitis .*

4 *Probationes facta in criminalibus pro informatione Curiæ nullum gradum probationis faciunt in Ciuilibus .*

5 *Delictum patris, in quo incrat confiscatio nõ afficit filios respectu illorum bonorum , quæ ab eo non proueniunt , sed ad eos pertinent ex propria eorum persona .*

6 *Filij ex primogenito nati post delictum patris pro quo fuerat priuatus à testatore , non possunt auocare bona primogenituræ à secundogenito, cui fuerant acquisita .*

7 *Declara hoc non procedere quando ex coniecturis constat testatorem voluisse illos præferre . quamuis natos post purificatam conditionem, & quamuis dominium bonorum primogenituræ per aliquod tempus steterit in suspenso .*

8 *Proximiores etiamsi nascantur post euentum conditionis admittuntur ad fideicommissum,& auferunt illius bona à remotioribus quando agitur de dispositionibus successiuis , & perpetuis comprehendentibus etiam nascituros .*

DECISIO DCLXXIV.

Pincius de Lippicis anno 1621. instituit sibi hæredem vniuersalem Lippicum eius ex fratre pronepotem , eique substituit ordine primogenituræ ipsius filium primogenitum , & deinde ipsius primogeniti descendentes ordine successiuo vnum post alium de primogenito in primogenitum in perpetuum,& in infinitũ; Deficente verò linea primogeniti vocauit secundogenitum,eiusque descendentes eodem ordine, & forma , cuius linea defecta tertiogenitum substituit sub simili primogenitura , & sic deinceps declarando eandem dispositionem seruari etiam in casu mortis ciuilis propter capitale delictum alicuius primogeniti , ex quo incurraret bannum , & confiscatio bonorum , quo casu illum priuauit successione , & primogenitura per decem dies ante cogitationem delinquendi , vocando alium immediatè sequentem primogenitum , sed in casu, quo sic ciuiliter mortui ad pristinum statum Summi Pontificis benignitate, aut alterius auctoritatem habentis reintegrarentur,expresse mandauit,quod absque aliqua sententia , vel declaratione Iudicis statim,& eo ipso intelligerentur,& essent restituti ad eius hæreditatem præterquam quoad fructus medio tem-

pore

pore à fideicommissario successore perceptos Summar. Io. Francisci, num. 1. 2. & 3.

Defuncto testatore successit dictus Lippicus, qui percussus tormento manuario, obijt 10. May 1633. relictis Theophilo primogenito, & Francisco secundogenito filijs, dictusque Theophilus vigore prædictæ primogenituræ possessionem bonorum hæreditariorum Pincij fuit assecutus, & deinde duos filios suscepit Lippicum scilicet iuniorem primogenitum natum anno 1639. qui hac lite pendente decessit, & Io. Franciscum secundogenitum.

Verùm quià anno 1641. in Tribunali Gubernatoris Vrbis lata fuit sententia criminalis declarans Theophilum authorem fuisse necis paternæ, illumque vti Parricidam condemnatum in pœnam vltimi supplicij cum confiscatione bonorum Summ. Francisci, num. 4. Ideò introducta causa in iudicio immissionis super successione in bonis dictæ primogenituræ subiectis inter Franciscum secundogenitum Lippici senioris, &
4 Lippicum iuniorem nuper defunctum, ac Io. Franciscum filios Theophili, illaque ad Rotam deuoluta, dubitatum hodie fuit de cuius bono iure constet, & Do-
1 mini existimarunt constare de bono iure Io. Francisci. Cùm enim controuersa primogenitura ingressa fuerit lineam Theophili primogeniti, non potest transire ad aliam, nisi prius illa totaliter euacuata iuxtà theoricam Bald. in l. cum antiquioribus 19. n. 18. vers. Nana quià primogenitur, C. de iur. deliber. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 30. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. cap. 12. num. 12. Anton. de Amat. resol. 1. num. 29. cum seqq. Fontanell. decis. 34. 35. & 36. per tot. Gamm. decis. 355. n. 10. Rota in recent. decis. 294. num. 5. part. 7. & decis. 165. n. 1. cum seqq. part. 8.

Non obstat, quod Theophilus Parricidium commiserit, quodque eius filij nati fuerint post commissum delictum.

Quià præter quod id solùm probatur ex sententia
2 contumaciali lata in criminalibus, quæ prolata præsumitur non ex eo quod reus haberet malam causam, sed potius in pœnam contumaciæ, l. Papinianus, §. Meminisse, vbi Bart. ff. de inoffic. testam. l. & ideò, ff. de euict. Ruin. cons. 19. num. 8. & 9. lib. 5. Bursatt. cons. 138. num. 55. Decian. cons. 96. num. 52. lib. 3. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 18. num. 167. & 168. Rota decis. 117. num. 6. part. 3. rec. & in his terminis in Lucana successionis 21. Iuny 1630. coram Reuerendiss. Terracinen. in recen. decis. 394. n. 19. cum seqq. part. 5.

Non attenta assertione in ea emissa, quod repertus
3 fuisset culpabilis, siuè quià acta non fuerunt exhibita, & sine actis Rota huiusmodi sententias non attendit, vt respondit, coram Card. Seraph. decis. 723. num. 12. in recent. decis. 665. num. 3. & 4. part. 1. decis. 391. numer. 9. part. 2. & decis. 492. num. 10. & 11. part. 5. siuè etiàm
4 quià probationes desuper factæ tanquam emanatæ pro informatione curiæ nullum gradũ probationis faciunt in ciuilibus, Gabr. cons. 178. num. 32. in fine, & 33. lib. 2. Menoch. cons. 366. num. 24. Crescent. decis. 2. num. 6. de test. Rota post secundum vol. cons. Farin. decis. 89. sub n. 2. & in Bonon. pecuniaria 19. Ianuary 1646. coram bo. me. Bichia, in recent. decis. 381. num. 17. part. 9.

Responsum fuit, quod aut prætenditur, quod deli-
5 ctum patris afficiat filios, & id non procedit respectu illorum bonorum, quæ non proueniunt à patre delinquente, sed ad filios pertinent ex propria ipsorum persona, vt ex Bald. in l. hæreditar. num. 6. & 7. Cod. de his, quib. vt indign. Honded cons. 72. num. 40. lib. 1. & alijs plenè allegatis respondit, Rota in terminis consimilis Parricidij in Romana fideicom. de Cincijs 17. May 1627. coram Cardinali Vitile in recentior. decis. 479. num. 22. & 23. part. 3.

Aut verò prætenditur, quod statim aperta fuerit
6 primogenitura ad fauorem secundogeniti, quodque propterea filij deinde nati ex dicto primogenito non possunt auocare bona hæreditaria à secondogenito, cui fuerant acquisita iuxtà dispositionem Text. in l. cum pater, §. Hæreditatem il primo, ff. de legat. 2. Molin. vbi supra lib. 1. cap. 13. num. 36. & 37. cum alijs per Rot. in Bononien. fideicommissi de Barberijs 5. Decembris 1650. §. Præterea coram Eminentissimo D. Card. Corrado Prodatario, & 19. Febr. 1652. §. fin. coram bo. mem. Bichio, & vltra quod certum est in facto, quod Theophilus donec vixit semper possedit bona, de quibus agitur, quodque eius filij concepti, & nati fuerunt ante sententiam contumacialem, & solum post illius mortem naturalem Franciscus hanc prætensionem deduxit cõ-
7 tra eius filios infantes. Quoties ex coniecturis appareat, quod testator admittere voluerit, & præferre filios primogeniti quamuis natos, & conceptos post purificatam conditionem, ipsi auocant bona à substituto, seù à secundogenito illique præferuntur etiamsi dominiũ bonorum primogenituræ subiectorum per aliquod temporis spatium steterit in suspenso, quod non est inconueniens, vt tradunt Socc. sen. con. 51. num. 41. cum seqq. lib. 4. Ruin. cons. 22. num. 11. & seqq. lib. 2. Rimin. iun. cons. 564. num. 14. & seqq. Menoch. cons. 830. num. 18. Peregrin. de fideicomm. art. 22. num. 64. in fin. Rota coram Merlin. decis. 404. num. 14. & in puncto in dicta Lucana successionis 1. Febr. 1630. coram bon. mem. Dunozetto & 21. Iuny eiusdem anni coram Reuerendiss.mo D. Terracinen. in recentior. decis. 346. num. 9. vsque ad fin. & decis. 394. num. 23. cum seqq. part. 5. in quibus ponderantur coniecturæ, quæ in omnibus casui nostro applicantur.

Et signanter illa est efficacissima, quæ resultat ex vocatione filiorum etiam nasciturorum optimè educta ex ipsa constitutione perpetuæ primogenituræ. Cùm
8 enim agatur de dispositionibus successiuis, & perpetuis comprehendentibus etiam nascituros, tunc proximiores etiamsi nascantur post euentum conditionis admittuntur, & auferunt à remotioribus bona fideicommissi Soccin. sen. in l. si cognatis, num. 30. in fine, ff. de reb. dub. Cagnol in l. fin. n. 235. C. de pact. Natt. cons. 675. num. 6. Roland. cons. 70. num. 47. lib. 3. Socc. iun. cons. 172. num. 11. lib. 2. Ruin. d. cons. 22. numer. 12. Surd. cons. 125. num. 22. Fusar. de substit. q. 318. num. 97. & 125.

Satisque apertè testator declarauit non abhorrere, quod dominium bonorum primogenituræ per aliquod tempus in suspenso remaneat, dum expresse disposuit, quod in casu, quo delinquens reintegraretur admittendus etiàm esset ad recuperationem bonorum exceptis fructibus medij temporis, signum euidens, quod noluit, quod peruerteretur ordo primogenituræ.

Et ità vtraque Parte informante, &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM

S. Ascensij, & Daualillo.

Ven. 3. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Transactio, vt sustineatur sufficit sola lis de facto, vel solus timor futuræ litis, & quod res reddatur dubia, ex auctoritate vnius doctoris tantum, quamuis contraria opinio postea præualuerit, & quando ex capite læsionis rescindatur.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à solutione decimarum nunquam censetur concessa nisi in priuilegis adsit expressa derogatio cap. nuper de decimis.*

2 *Ad transactionis validitatem sufficit sola lis de facto, immò solus timor futuræ, quodque materia reddatur dubia*

dubia ex auctoritate vnius Doctoris tantum.

3 *Amplia, licet postea contraria opinio praeualuerit.*

4 *Priuilegium exemptionum à decimis concessum pauperi monasterio, si idem monasterium deinde plurima bona possederit reuocatur tanquam alteri lesiuum.*

5 *Declara hoc non procedere quando priuilegium transfinit in contractum, puta transactionis initæ cum ipso monasterio.*

6 *Item declara supradictam conclusionem procedere quãdo Parochiales adeò grauantur, vt ipsarum Rectores congruè sustentari non possint.*

7 *Lesio quæ deducitur ad rescindendam transactionem diù obseruatam, debet per concludentes probationes iustificari.*

8 *Transactio præsumitur de iure valida, donec contrarium per concludentes probationes ob altera parte probetur*

9 *Testes deponentes super interrogatorys præferuntur alys super articulis deponentibus.*

10 *Testes fortius probant contra indncentem.*

DECISIO DCLXXV.

Svb die 26. Iunij 1658. resolutum fuit coram me validam esse transactionem celebratam anno 1437. inter monastrium B. Mariæ de Estrella, ac Beneficiatos S. Ascensij super solutione Decimarum, & primitiarũ, in qua monasterium se obligauit pro decima soluere vnum de quinquaginta ex speciebus tritici, vini, & hordei rantùm, & in hac parte esse infirmandam sententiam latam à Reuerendissimo Domino meo Zarate Episcopo Segobien. Verum repropofita causa 7. Februarij 1659. cum plura in contrarium deducerentur, Rota declarauit transactionem sustineri quoad decimas bonorum præsentium, non autem futurorum; Cumque super viribus vtriusq decisionis iterum causa fuerit per duas vices discussa, hodie Domini primam confirmando censuerunt transactionem subsistere etiam quoad bona futura.

Siquidem hæc transactio, de cuius validitate amplius non est ambigendum, cùm emanauerit occasione litis præuia licentia, & consensu ordinarij causa cognita iuncta confirmatione Apostolica, & obseruantia longissimi temporis, vt latè deducitur in prima decisione, loquitur tàm de bonis acquisitis, quàm etiàm in futurum acquirendis, vt patet ex eius lectura *primo Summario impresso monastery, num. 22.*

Nec quoad bona futura dubitari potest de iusta, & legitima causa transigendi, quià licet priuilegium Benedicti XIII. relatum in prima decisione in verbis non concedat exemptionem, nisi pro bonis præsentibus; Nihilominùs Martinus Quintus communicauerat Monasterio de Estrella omnes gratias, indulta, & priuilegia toti Ordini eiusque monasterijs concessa, inter quæ aderat priuilegium ab eodem Benedicto XIII. concessum monasterio Beatæ Mariæ de Espesa, quod expressè loquitur etiam de bonis futuris, illudque de mandato ordinarij ad instantiam monasterij de Estrella publicatum fuerat contra Capitulum, & Beneficiatos Sancti Ascensij *secundo Summario impresso monastery, num. 3.*

Quamuis autèm generalis communicatio Martini
1 Quinti nullam faciat mentionem solutionis decimarum, nec contineat expressam derogationem *cap. nuper de decim.* & sic non censeatur communicata exemptio à solutione decimarum iuxtà sententiam, quam hodie amplectitur Rota, vt in decisionibus cumulatis in secunda decisione; Attamen cùm de tempore initæ transactionis materia esset ambigua, adeout de ea Rota quoque aliquando dubitauerit, hæc sola dubietas
2 præbere potuit iustam causam transigendi, cum pro validitate transactionis sufficiat sola lis de facto *gloss. in l. 1. C. de transact.* immò timor futuræ litis, quoque materia reddatur dubia ex auctoritate vnius Doctoris, *vt in Ferrarien. fideicõmissi de Tassonis 22. Iunij 1661.*
3 *coram R. P. D. meo Bourlemont*, hinc rescindi non valet licèt de præsenti contraria opinio præualeat ex deductis *coram Eminentissimo D. Card. Otthobono decis. 25. num. 11. cum seqq. & in Romana Donationis 29. Aprilis 1642. coram Renerendiss. Tarraconen.*

Nec videtur vrgere fundamentum secundæ decisionis deductum ex dispositione *Text. in cap. suggestum 9.*
4 *de decim.* quod nempè eùm monasterium antiquitus esset in magna paupertate, hodie verò plurima bona possideat ascendentia ad scuta 200. mil. transactio veniat rescindenda ex capite lęsionis.

Vltra quod enim aliqui ex Dominis existimabant
5 dispositionem dicti Textus non habere locum in proposito casu, siuè quià priuilegium transiuit in contractum præfatæ transactionis iuxtà declarationem *Abbatis ibidem, num. 6.* quem sequitur *Soccin. iun. conf. 60. num. 58. & 59. lib. 3. Roland à Vall. conf. 13. num. 69. & seq. lib. 3. Cranett. conf. 294. num. 8. vers. Non obstat vltimum Natt. conf. 397. num. 13. vers. Respondetur cum seq.*
6 *Menoch. consil. 156. num. 34.* siuè quià tunc solum intrat quando Parochiales adeò grauantur, vt ipsarum Rectores congruè sustentari non possint, vt in *capit. 2. §. Vbi autem de decim. in 6.*

Euitatur difficultas, quià in facto non probatur paupertas Monasterij de tempore celebrati contractus, nec etiàm successiua excrescentia diuitiarum; Etenim ex probationibus, quę ad iustificandam paupertatem adducuntur aliqui non percutiunt tempus contractus, vt est enunciatiua emissa in Bulla Benedicti XIII. confirmatoria donationis Episcopi Abulen. quæ tanquam facta de anno 1403. præcessit per annos 34. transactionem celebratam anno 1437. Aliæ non sunt concludentes, vt est solutio marapetinorum 1750. facta à Monasterio pro decima de anno 1430. quià licèt hæc minima solutio, quæ vix constituit scuta sex monetæ correspondeat exiguæ quantitati bonorum, non tamen excludit maiorem quantitatem, cùm fieri potuerit pro certa rata corporum, vel etiam contingere potuit pro residuo maioris summæ; Bulla verò vnionis Ecclesiæ de Villarieca anni 1454. licet habeat narratiuam verificatam per sententiam exequutoris in literis deputati, nempè prouentus, & redditus monasterij, adeò tenues existere, vt 50. libras Turonen. paruorum non excedant, non propterea comprobat paupertatem, quia non fuit narratum simpliciter omnes redditus ascendere ad lib. 50. sed quidem detractis oneribus, quæ poterant opulento patrimonio correspondere.

Attenta pręsertim Chronica S. Hieronymi data in *Summ. Patrum 14. Iuny 1659. num. 1.* ex qua apparet Monasterium de Estrella à sua erectione plura bona possedisse, quam comprobant Constitutiones Summorum Pontificum, & plura instrumenta publica relata dicto *Summar. num. 2.* ex quibus eo magis redduntur
7 turbidæ probationes beneficiatorum, qui dùm ex capite lęsionis impugnant transactionem diù obseruatam, & per Rotam in vtraque decisione approbatam
8 illam iustificare tenentur per concludentes probationes aliàs firma remanet iuris præsumptio, quæ militat pro illius validitate *cap. venerabilis de dol. & contum. Rota decis. 86. num. 4. part. 6. recent. cum allegatis in prima decisione in princ.*

Remanet quoque turbida alia probatio beneficiatorum super excrescentia bonorum à monasterio acquisitorum post transactionem; Quia licèt sex Testes deposuerint bona, quę de pręsenti monasterium possidet ascendere ad ducatos. 200. mil. in examine

tamen

tamen facto, cum interrogatorijs super liquidatione deposuerunt possidere tantum sanecas 603. terræ, & operas 2341. vinearum *vltimo Summ. Monastery n. 6.* quæ æstimatio iuxtà instrumenta emptionum, & venditionum pro beneficiatis adducta non excedunt ducatos 25. mil. *vt ex calculo relato eodem Summ. num.* 8.
9 magis autem creditur depositionibus testium super
intertogatorijs, quam super articulis, & cum fuerint
10 inducti à beneficiatis, fortius probant contra ipsos
inducentes *Gabr. de test. conclus. 1. num. 9. Cæsar de Graff. decis. 7. n. 2. de prabrn. Rota in recent. decis. 109. n. 5. p. 2.*

Quatenus vero instrumenta exhibita pro parte beneficiatorum probent nonnullas acquisitiones factas à monasterio, non ideò resultat læsio, quia viceuersa monasterium plura alia bona distraxit, illa concedendo in emphyteusim perpetuam Incolis S. Ascentij, pro quibus Beneficiati recipiunt decimas ab emphyteutis.

Et ità vtraque, &c.

ROMAMA CONCVRSVS CREDITORVM.

Veneris 10. Iuny 1661.

ARGVMENTVM.

Creditores ex causa societatis initæ super officio vacabili facta per socium venditione, vel resignatione eiusdem officij, non præferuntur in eius pretio alijs creditoribus anterioribus ipsius socij, quamuis particularibus, & ex alia causa, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Officia vacabilia Ramana Curiæ respectu tituli, & dominij non sunt in comercio, nec cadunt sub hypotheca creditorum.*

2 *Pretium officij vacabilis cadit sub hypotheca ad fauorem creditorum sequuta etiam officij venditione, & resignatione.*

3 *Pretium officij vacabilis solutum ab emptore inter creditores hypothecarios venditaris, distribuendum est secundum vniuscuiusque anterioritatem.*

4 *Creditor societatis super rebus spectantibus ad societatem præfertur creditoribus particularibus socij licet anterioribus.*

5 *Societas inita super officio vacabili non comprehendit, nec titulum, nec dominium ipsius officij, sed dumtaxat admittuntur socij ad participationem fructuum, & emolumentorum ipsius.*

6 *Societas inita super officio vacabili sicuti non comprehendit titulum, nec dominium officij, ita nec etiam eius pretium sub ea venire potest.*

7 *Societas inita super officio, illico, & eodem momento extinguitur, quo venditur, vel resignatur officium.*

8 *Prælatio, quæ competit creditoribus socialibus restringitur ad ea, quæ sub societate continentur, & quæ ad illum pertinent.*

9 *Officia vocabilia Romanæ curiæ cadunt dumtaxat sub comercio quoad participationem fructuum, qui etiam in totum possunt communicari socio, non mutata persona officialis.*

10 *Societas potest iniri super fructibus certæ rei.*

DECISIO DCLXXVI.

Dominicus Petrucciolus dum erat Notarius A.C. plura contraxit debita, sequuta verò officij resignatione, eiusque pretio depositato in Sacro monte pietatis, & ex eo satisfactis de sorte creditoribus habentibus super officio expressam decreti reseruationem, quoad residuum orta fuit controuersia super prælatione inter alios creditores dictam reseruationem non habentes; ideo placuit Eminentissimo D. Cardinali Corrado Prodatario consulere Rotam, an creditores ex causa societatum initarum super officio, de cuius pretio agitur sint præferendi cæteris creditoribus anterioribus ex causa cambiorum, vel alijs: dubio hodie discusso Domini negatiuè responderunt; officia enim
1 vacabilia Romanæ curiæ respectu tituli, & dominij
non sunt in commercio, nec cadunt sub hypotheca creditorum, vt in *Constitutione* 154. decreuit *Sanct. mem. Vrbanus Octauus*, & tradunt *Spad. cons. 87. n. 3. Gratian discept. 50. n. 27. Card. Seraph. decis. 1294. n. 3. in recent. decis. 116. n. 12. p. 4. tom. 2. & in Romana Officij notariatus 4. Decemb. 1651. coram R.P.D. meo Verospio.*

Et quamuis sub huiusmodi hypotheca veniat pre-
2 tium, hoc tamen verum est, & intelligitur sequuta
officij resignatione, & venditione, vt declarant *Castrac. de Societ. cap. 41. num. 22. Gratian. d. discept. 50 num. 27. vers. si enim contingat alienari, Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæst. 14. n. 18. vers. sic, & æstimatio Card. Seraphin. dict. decis. 1294. num. 7. vers. si enim contingat, & in dicta decis. 116. num. 14.*

Idçoque facta venditione pretioque ab emptore so-
3 luto, inter creditores hypothecarios venditoris illud
distribuendum, & consignandum est secundum vniuscuiusque anterioritatem *cap. qui prior de regul. Iur. in 6. l. qui Balurum in fine & l. creditor qui prior in princ. ff. qui pot. in pign. hab. Castracan. d. cap. 41. n. 3. Rota in terminis in Romana pecuniaria 21 Iuny 1619. coram Dunozetto Seniore apud Fenzon. ad statut. Vrb. decis. 16. in princ. quã refert, & sequitur Merlin. vbi supra d. quæst. 14. sub n. 17 vers. & ideo Rota*, atque ita decisum fuit, licet hæc quæstio mota non fuerit, in *Romana pretij officiorum 27. Nouembris 1658. & 1. Decemb. 1659. coram R.P.D. meo Beuilaqua*, vbi detecta reseruatione decreti obreptitia, & subreptitia Card. Ceua creditor posterior ex causa societatis condemnatus fuit ad restituendum pretium officij sibi consignatum Monialibus Turris Speculorum, quæ erant ex alia causa creditrices anteriores.

Non obstat, quod creditor societatis super rebus
4 spectantibus ad societatẽ præferatur creditoribus par-
ticularibus socij, licet anterioribus ex deductis per *Salgad. in labyrinth. credit. p. 1. cap. 9. num. 50. cum seqq.*

Hæc enim conclusio non applicatur huiusmodi societatibus officiorum, in quibus non cadit pretium, de quo agitur, sed fructus duntaxat, & emolumenta officij, quamuis enim officiales ex constitutione 12. *Pij Quarti* societates contrahere possint super officijs
infra ipsorum valorem, sub eis tamen non venit titu-
5 lus, nec dominium officiorum, quod non est in com-
mercio, sed credentes pecunias ad societatem admittuntur duntaxat ad participationem fructuum, & emolumentorum, vt clarè habetur ex formula instrumenti societatis impressa penes *Zacch. de societat. fol. 1:* & relata in *Summ. creditorum socialium num. 2.* ibi, *& interim illa durante facere eundem participem super omnibus dicti officij fructibus proportionabiliter, & pro rata &c.* & concorditer tradunt *Boccacc. de societ. n. 206. Castracan d. cap. 41. num. 15. & 16 Zacch. n. 38. Duard. lib. 2. cap. 6. quæst. 15 num. 14. Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 2. num. 17. Rot. coram Pen. decis. 421. num. 3. cum seqq. repetita apud Zacch. ibidem decis. 32. & coram Cardin. Millin. decis. 251. num. 4. vers. & ideo, & num. 8 vers. quia per ipsum contractum repetita apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 835. num. 2.* & consequenter dum sub societati-
6 bus non venit titulus, nec dominium officij, nec etiam
eius pretium sub eis venire potest, vt dixit Rota *in dict. Romana pecuniaria apud Fenzon. d. decis. 16. § non obstat pretium, vers. quia dum non habet.*

Idque probatur alia ratione; cum enim pretium officij persoluatur officiali facta per eum resignatione, & venditione ipsius officij & omne solum cadat sub hypotheca creditorum, vt iam probatum est, vtique
7 perueniit ad eius manus extinctis iam societatibus,
quæ illico, & eodem momento extinguuntur quo venditur,

ditur, vel resignatur officium *l.verum §. vlt ff. pro socio*
§. soluitur instit. eod. Gabr. cons. 63. num. 15. & 16. lib. 2.
Boccace. vbi supra num. 9. vers. item finitur renunciatione
& num. 151. Castracan. cap. 42. num. 3. Cardin. Mantic. d.
tit. 2. num. 18. vers. & ideo per vendit. Farin. cons. 162.
num. 13. vers. hinc videmus lib. 2. Zacch. vbi supra n. 7.
& num. 281. Card. Seraph. decis. 389. num. 3. Card. Millin.
decis. 233. num. 1. ac proinde nullo prorsus modo à cre-
8 ditoribus socialibus super eo prætendi potest prælatio,
cum ipsa de iure ad ea restringatur, quæ sub societate
continentur, & quæ ad illam pertinent iuxta disposi-
tionem *Text. in l. Procuratoris §. si plures ff. de tribut. act.*
bene Castrens. cons. 285. num. 3. vers. cum enim creditores
lib. 1. Magon. decis. Lucen. 1. num. 1. cum seqq.

Nec subsistit, quod huiusmodi officia non sint in
commercio in præiudicium Principis, secus autem in
præiudicium Vocatorum, & contrahentium quando
respectu tituli, & Dominij huiusmodi distinctio nec
noua est, nec practicari potest, cum prohibeatur il-
lorum dispositio, & hypotheca à cõstitutionibus apo-
stolicis, & ab omnibus doctoribus supra relatis purè
& simpliciter quoad omnes reijciatur, solumque res-
pectu priuatorum dicta officia in commercio existunt
9 quoad communicationem, & participationem fru-
ctuum, qui etiam in totum possunt communicari
non mutata persona Officialis vt bene respondit *Rota*
coram Card. Millin. d. decis. 251 num. 10.

Authoritates vero ab altera parte allegatæ non sunt
momenti, nam decisio Blanchetti, quæ est 38. *apud*
Zacch. de Societ. sub num. 3. etiamsi dicat, quod dans
pecunias ad societatem admittitur ad partem officij
intelligenda tamen est ad partem emolumentorum
officii, non autem ad partem tituli nec Dominii iu-
xta declarationem deinde factam a *Rota coram Penia,*
& Millin. in decis. supra allegatis & a tot Doctoribus
comprobatam, & iuxta formulam instrumenti supra
relatam.

Spada autem *cons. 40. sub num. 21.* licet dicat, quod
societas non fit super pecuniis, sed super officio fir-
mat tamen quod pecuniæ dantur, vt communicentur
fructus officii, & quamuis dubitatiue subdat ibi: *Et*
forte illius dominium atque vlterius dicat apud ipsum
non esse absolute verum, quod Officialis non commu-
nicet officium, nihilominus *sub. num. 22.* eius funda-
mentum restringit (& sane prudenter) ad communi-
cationem fructuum allegando *Castracan. cap. 3. num. 2.*
& per tot. qui absolute concludit sub huiusmodi Socie-
tatibus non venire nisi fructuum, & emulentorum
communicationem, & participationem, ideoque in-
telligendus est iuxta deducta per *Castracan.* quem alle-
gat, vt tradit *Bart. in l. non solum 9. §. si liberationis n. 7.*
in fin. vers. & glossa ista ff. de liber. legat.

Minusque subsistit illicitum esse, & vsurarium con-
trahi societates super fructibus, quia in casu nostro
& similibus contrahuntur super officiis, sed dantes
pecunias admittuntur duntaxat, vt toties dictum est
ad participationem fructuum, quod esse omnino lici-
10 tum honestum, & a iure permissum ex *Vbald. de duob.*
fratrib. p. 3. num. 25. in puncto respondit *Rota coram*
Pen. d. decis. 423 num. 3. vers. ac de iure

Et ità vtraque parte informante &c.

ROMANA LEGATI DOTIVM.

Veneris 10. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Confraternitas hęres instituta, quæ ex præcepto Testato-
ris tenetur pauperes puellas dotare, quibus in testa-
mento nulla fuit adiecta conditio præstandi cautio-
nem debet libere, & absque vlla cautione dotis præsta-
re, non obstantibus eius statutis mandantibus recipi
certam cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis quæ pauperibus puellis veniunt subministrandæ ab hærede, debent illis libere solui, & absque vlla cautione, si a Testatore illa non fuit requisita.*

2 *Dos ab extraneo constituta præsumitur donata, nec ad donantem reuertitur nisi expresse dotem sibi reddi pactus fuerit.*

3 *Verba* di buon padre, e madre *respiciunt dumtaxat actum electionis, & qualitatem puellarum, quas testator ab hærede dotari mandauit, non autem qualificant actum solutionis dotium.*

4 *Confraternitas non censetur dotare de proprio, sed dicitur dumtaxat nuda ministra alienæ voluntatis, quando ius eligendi puellas dotandas ad ipsam non spectat, sed a Testatore fuit totaliter alteri relictum.*

5 *Testator dum non mandauit puellas dotari iuxta formã statutorũ Cõfraternitatis, sed simpliciter, & absque vlla conditione non præsumitur se voluisse conformare cum ipsis ideoque a verbis ipsius non est recedendum.*

6 *Obseruantia quæ alterauit dispositionem Testatoris nocet dumtaxat illis personis, cum quibus ita fuit practicatum, non autem alijs, ab eis causam non habentibus.*

7 *Obseruantia nihil releuat, vbi adest alia obseruantia contraria.*

8 *Amplia vt sufficiat ad illam excludendam vnicus actus contrarius.*

DECISIO DCLXXVII.

MAndauit Aloysius Zanus in suo Testamento quod
Societas B. Mariæ de Planctu eius hæres singulis
annis in perpetuum ex fructibus suæ hæreditatis tenea-
tur dotare sex pauperes puellas in summa scutorũ 25.
pro qualibet, reseruata totali duarum nominatione
bo. me. Principi Paulo Burghesio, eiusque filijs, &
successoribus in infinitum pro filiabus eius famulo-
rum, & vassallorum, verum quia Officiales Societatis
soluere renuebant puellis nominatis relictas dotes ab-
sque cautione de illas restituendo tribus casibus,
nempe discessus ab Vrbe sine licentia, obitu sine fi-
lijs & inhonestatis, ideo dubitaui an dotes sint libere
consignandæ, & domini libere esse consignandas cen-
suerunt.

Dum enim in Testamento non legitur adiecta con-
ditio pauperibus puellis recipientibus hæc subsidia
1 dotalia præstandi huiusmodi cautionem, debent illa
libere consequi, cũ perperam petatur vinculum cautio-
nis per Testatorem non desideratum, vt in his termi-
nis dixit *Rota coram Card. Arigonio in Romana do-*
tis 29. Martij 1596. in princ. præsertim cum agatur de
2 dote ab extraneo constituta, quæ donata præsumitur
nec ad donantem reuertitur nisi expresse dotem sibi
reddi pactus fuerit iuxta *Text. in l. vnic. §. accedit C. de*
rei vxor. act. & in l. vlt. C. de Iur. dot. Socein. Sen. cons.
291. num. 12. lib. 2. & cons. 100. num. 4. vers. præterea vi-
demus lib. 3. Paris cons. 12. num. 109. lib. 2. Mantic. de ta-
cit. lib. 13. tit. 13. num. 3. vers. at si extraneus & in his præ-
cisis terminis *Duran. decis. 171. num. 1. cum seqq.* & si-
gnanter *num. 6. & 15.*

Non obstat, quod mandauerit puellas eligendas
esse ibi: *di buon padre, e madre, & altri requisiti so-*
liti, quia hoc respicit duntaxat actum electionis, &
qualitatem puellarum, non autem qualificat actum
solutionis dotium, nec illarum traditionem, & con-
signationem amplectitur, ad quæ propterea huiusmo-
di verba non trahuntur, vt in puncto *Buratt. decis. 129.*
num. 3. vers. non obstant. verba cum seqq. & in Romana
electionis puellarum 27. Nouembris 1624. coram Piro-
vano §. quia fuit responsum.

Nec obstat quod in hac Societate, prout in omni-

bus

bus alijs adsint statuta, & consuetudo recipiendi similem cautionem, hoc enim posset habere locum in dotibus, quas huiusmodi loca pia de proprio paupe-
4 ribus puellis distribuunt, secus autem quando electio non spectat ad Societatem, sed à Testatore fuit totaliter alteri relicta, quo casu societas exequendo duntaxat alienam voluntatem non censetur dotare de proprio, & per consequens nullum commodum exinde consequi potest, cum dicatur tantummodo nuda ministra, vt bene distinguit *Rota coram Duran. decis. 171. à num. 4 & videtur* quoque sentire *coram Buratt. decis. 432. num. 6. & 7. & 500. num. 2. vers. circa tertium & num. 4.*

Neque dicatur; quod Testator præsumatur se vo-
5 luisse conformare eum statutis Societatis, quia dum non mandauit puellas dotari iuxta formam statutorum, sed simpliciter, & absque vlla conditione, a verbis illius non est recedendum *Hond. cons. 48. n. 47. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 6. num. 28. Buratt. d. decis. 129. num. 8.*

Obseruantia autem non fuit probata, & probata non releuaret, siuè quia duntaxat nocere posset perso-
6 nis quæ acceptarunt dotes sub illa lege præstandi huiusmodi cautionem, non autem alijs, ab eis causam non habentibus, *Peregrin. cons. 73. num. 19. in tertia, & 5. responsione lib. 5. Coccin. decis. 343. ad fin. & Buratt. d. decis. 129. num. 5.* siuè etiam quia adest obseruantia
7 contraria, ex quo alias huiusmodi dotes fuerunt liberè consignatæ, *Surd. cons. 13. num. 33. Rota decis. 19. n. 6. & decis. 72. num. 28. p. 2. diuers. & decis. 112 num. 5. p. 2.*
8 *recent.* vbi quod sufficit vnicus actus contrarius ad excluden. obseruantiam, & consuetudinem.

Et ità vnica tantum &c.

ROMANA DONATIONIS.

Lunæ 13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij, tanquam correspectiua ad illud fit irreuocabilis sicuti ipsum matrimonium, & quando donatio dicatur facta intuitu certi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta pro certo matrimonio dicitur actus correspectiuus ad illud, & cum ipsa dote confunditur, itaut efficiatur irreuocabilis, quemadmodum ipsum matrimonium.*

2 *Donatio quando vni coniugum fuit facta pro certo matrimonio, interest alteri quod donatarius sit diues, & commodius viuat, eique competit actio, vt nunquam donatio reuocetur.*

3 *Causa finalis donationis est matrimonium quando non fuit consideratum in genere, sed in specie certum, & determinatum.*

4 *Donatio dicitur facta contemplatione certi matrimonij si fuit promissa in capitulis matrimonialibus.*

5 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij parum interest an praecedat, vel subsequatur matrimonium.*

6 *Contractus initus ex certa causa, illa non sequuta, nullatenus est attendendus.*

DECISIO DCLXXVIII.

OCcasione matrimonij contracti vsque de anno 1634 cum Solindio Tibaldutio, & Francisca Vulpina inter cætera conuentum fuit in capitulis matrimonialibus, quod Calidonia mater, & Romualdus frater Franciscæ eidem donarent inter viuos quædam bona de quibus hodie agitur; quæ donatio roborata fuit mediante instrumento posteà celebrato sub his verbis concepta, ibi: *D. Calidonia, & D. Romualdus in exequutionem capitulorum, ac alias &c. donarunt cesserunt, renunciarunt, prout quilibet ipsorum cedit, & renunciat &c. ad effectum, vt dicta Francisca condecentius, & iuxtà eorum gradum se nubere valeat, & intuitu dicti matrimonij, vt supra cum D. Solindio contracti, & consumati & vt dicta Francisca se, & eius familia, & descendentes substentare, & viuere valeant.*

Verum quia Francisca de anno 1649. inscio viro retrodonauit eidem Romualdo, & Calidoniæ, quæ iterum donauit Flauij intuitu matrimonij contracti cum Costaccio; hinc orta fuit controuersia inter prædictũ Solindium, & Costaccium super viribus dd. donationum, & quia totum negotium pendet ab eo an Francisca potuerit in præiudicium viri, & filiorum retrodonare, proposui dubium super validitate retrodonationis, & illam non esse validam DD. responderunt.

Etenim prima donatio facta per Calidoniam filiæ fuit promissa in capitulis matrimonialibus intuitu certi, & determinati matrimonij cum certa persona contrahendi, & successiuè in instrumento dotali magis particulariter fuit expressa causa finalis donationis, illam nempè fuisse factam contemplatione matrimonij cum Solindio contracti, & ad effectum, vt Francisca decentius nubere posset, & eius familia, & descendentes commodè substentare valerent; vndè dicta dona-
1 tio tanquam facta pro certo matrimonio dicitur actus correspectiuus ad illud, & cum ipsa dote confunditur itaut efficiatur irreuocabilis quemadmodum ipsum matrimonium, ne alter ex coniugibus qui intuitu huiusmodi donationis contraxit de facili ab altero decipiatur; *Io: Franc. à Pont. cons. 25. num. 1. Peregrin. cons. 79 num. 10. lib. 3. Menoch. cons. 303. num. 13. Paschal. de uirib. patr. potest. cap. 4. num. 36. & 37. Molin. de rit. nupt. num. 25. & 35. Franch. decis. 205. per tot. Add. ad Buratt. decis. 861. §. nec donatio, & coram Merlin. decis. 515. n. 4.*

Non obstat, quod donatio fuerit facta duntaxat Franciscæ absque mentione mariti, vel filiorum, immò ab ea fuerit acceptata pro se suisque heredibus, vel successoribus quibuscunque, quia vltra quod de filijs videtur habita ratio ex dictis verbis, *vt eius familia, & descendentes commodè substentari valeant.* Dixerunt Domini aliud esse, quod ex donatione vni facta quæratur ius alteri super bonis donatis, adeout donatarius non possit illa obligare, vel alienare, & hic non est præsens casus; aliud verò, quod reuocari non possit, qui est casus noster, & pro hoc sufficit donationẽ esse factam contemplatione certi matrimonij, hinc
2 enim non ex iure acquisito super re donata, sed ex interesse, quod habet alter coniux, vt donatio promissa sortiatur effectum, quodque donatarius sit diues, & commodius viuat, actio competit alteri coniugi, vt prima donatio firma maneat, & reuocatio retractetur, vt optimè ratiocinatur *Io: Franc. à Pont. cons. 80. n. 15. lib. 1.* quem refert, & sequitur *Rota coram Merlin. dict. decis. 515. num. 6. & 7.*

Neque dicatur matrimonium non fuisse causam finalem donationis cum expressa etiam fuerit causa amoris, & affectionis, præmisso enim, quod hæc est nimis generica in concursu aliarum expressarum in in-
3 strumento, & de stylo apponi solita obiectum posset habere locum quando fuisset consideratum matrimonium in genere, non autem quando fuit contemplatum certum matrimonium, quo casu dicitur causa finalis ex allegatis per *Add. ad Buratt. decis. 861. lit. A. Rot. in recent. decis. 127. num. 12. p. 6.*

Donationem autem fuisse contemplatione certi ma-
4 trimonij satis deducitur, ex quo promissa fuit in capitulis matrimonialibus, quod sufficere tradunt *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4 gloss. 9. p. 5. num. 19. & seqq. & Rot. apud. Duran. decis. 40. num. 27.* & etiam quia claris verbis expositum fuit in dicto instrumento donatio-

ne n fieri intule u matrimonij contra. i cum Solindio,
5 nihil enim refert, quod donatio præcedat, vel subsequatur matrimonium, dummodo hat eius contemplatione, vt in *d. decis. Duran. num.* 3.

Ponderarunt etiam domioi pro inualiditate retrodonationis, quod Calidonia, ad cuius fauorem emanauit, in capitulis matrimonialibus Flauiæ anno 1651. agnouit veritatem, & subsistentiam primæ donationis & quod causæ in donatione expressæ, vel non fuiut veræ vel non habuerunt effectum; pro causa enim fuit iudici expositum, quod Francisca alimenta percipiebat à matre propter absentiam viri, & tamen congruè illa percipere poterat ex propriis bonis, dum dotem habebat consistentem in locis montium. Item expositum fuit vt Romualdus frater, qui insimul cum matre donauerat posset facilius inuenire vxorem, quàm ducere intendebat pro conseruatione suæ domus, & agnationis, quæ causa nunquam habuit effectum, cum ipse nunquam nuptias celebrauerit, atque ideò causa
6 non sequuta retrodonatio non videtur attendenda, *Fontanell. d. claus. 4. gloss. 1. num. 53. & seqq. Rota in Romana seu Ianuen. 16. Februarij præteriti coram me.*

Et itá vtraque parte informante &c.

CIVITATIS PLEBIS CAPELLANIÆ.

Merc. 15. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

In concursu ad beneficium semper ille, in quo concurrunt omnes qualitates á fundatore requisitæ est præferendus alteri non habenti, nisi vnam, vel plures ex dictis qualitatibus requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio ad beneficium debetur ei, qui habet omnes qualitates à fundatore requisitas in concursu alterius illas non habentis, quamuis in eo aliqua ex illis concurrat.*

2 *In præsentato ad beneficium, quando plures requiruntur qualitates, omnes concurrere debent, nec sufficit verificatio vnius.*

3 *In concursu ad beneficium prælatio debetur ei, qui non indiget dispensatione apostolica super incompatibilitate beneficiorum.*

4 *Dictio* come sopra *repetit omnes qualitates superius repetitas.*

5 *Clausula* Dummodo de tempore datæ præsentiũ &c. *præseruat ius validum alteri quæsitum.*

6 *Verbum* de Parentela *comprehendit tam agnatos, quam cognatos vtriusque sexus.*

7 *Declaratio illa est potentior, quæ oritur ex facto, quam illa quæ ex verbis deducitur.*

8 *In testibus regulariter attenditur prima depositio, non secunda facta ex interuallo ob timorem subornationis.*

DECISIO DCLXXIX.

Sententiam rotalem adiudicantem capellaniam, de qua agitur Ioanni Fatio, excluso Fælice Cencio hodie DD. ex facto melius dilucidato infirmandam esse censuerunt, quia Cencius vltra qualitates a fundatore requisitas, quod scilicet eligenda sit de parentela testatoris persona Religiosa nulli alio oneri incumbens, teneaturque quindecim missas singulis mensibus in perpetuum celebrare, ac frequentare diuina officia fuit concorditer ab exequutoribus præsentatus, & succes-
1 siuè ab Ordinario institutus, quo casu Fatio venit præferen. non habenti supradictas qualitates quamuis sit in pari gradu Testatori coniunctus, vt responsum fuit in *Cracouien. Præpositura S. Floriani 28. Nouemb. 1651 coram R. P. D. meo Verospio §. in concursu.*

Quando enim, vt hic plures in præsentato requirun-
2 tur qualitates omnes concurrere debent, nec sufficit verificatio vnius *Eminentiss. Card. Ottbobon. decis. 151. n. 8*

Quod autem Fatius sit incapax, & inhabilis ad obtinen. controuersam capellaniam pleuè iustificatur ex datis in *Summ. Fælicis num. 5.* vbi apparet Fatium esse beneficiatum in eadem ecclesia, cui onus incumbit celebrandi tres missas qualibet hebdomada, quod nequit absque dispensatione Apostolica per se ipsum adimple-
3 te; idcoque Cencio tali dispensationi non indigenti debetur prælatio, vt aduertit *Rota in Calaguritana beneficij de Clauixo 26. Iunij 1654. coram me, & in Calaguritana Beneficij de Arnedo 14. Maij 1655. coram R. P. D. meo Celso §. maximè quià.*

Nec subsistit, quod testator mandans capellanos non debere subire alia onera solum loquatur de capellanis extraneis ad nutum intra primos quindecim annos eligen. non autem de consanguineis post lapsum 15. annorum præstan. quia contrarium hodie conuincitur ex lectura testamenti relati in *Summ. Cencij num. 1* in quo habetur testatorem indistinctè fuisse loquutum, & tam extraneos, quàm consanguineos æquè voluisse, ibi, *Vn capellano, che sia persona religiosa, e non habbia altri oblighi, e sia obligato celebrare in d. altare, e capella messe 15. per ciascun mese in perpetuo, e sia anche obligato frequentare li diuini officij in d. chiesa &c.* Quinimò ex verbis subsequentibus tale onus censetur potius iniunctum consanguineo, quam extraneo intra primos 15. annos electo, siuè prælentato, ibi: *Item il capellano da nominarsi per li dd. 15. anni solo sia tenuto quanto li pare, e piace frequentare li diuini officij, quali poi passati si debba osseruare come sopra &c.* quæ verba, *quali poi passati si bebba osseruare come sopra*, non possunt referri nisi ad consanguineos eligen. post lapsum 15. an-
4 norum, dictio enim, *come sopra*, repetit omnes qualitates superius recensitas laté *Barbos. super hac dict. 441 num. 1.*

Neque ad hunc effectum attendenda venit dispensatio, quàm Fatius á Sede Apostolica super incompatibilitate reportauit, de qua in *Summario Cencij num. 9.* tum quià emanauit sub narratiua, quod esset proximior nulla facta mentione litis, ac sententiarum in causa latarum, quodque Fælix spatio quinquennij iam erat in possessione, & sic redditur subreptitia; tum
5 etiam quia continet clausulam *dummodo de tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum*, quæ proptereà ius Cencij omninò validum præseruauit, quod anteà ex præsentatione, & subsequuta institutione sibi fuerat quæsitum, vt in terminis præsentationis firmat, *Rota coram Eminentiss. Card. Ottbob. decis. 120. num. 9. & decis. 263. num. 18.*

Hinc etiam cessat, quod Cencius non probauerit proximitatem testatoris per gradus destinctos, minusq; quod sit de agnatis iuxta declarationem eiusdem testatoris, vt prætenditur successiuè factarum, nam respectu proximitatis concludenter probatur ex testibus datis *in Summario Fælicis num. 4.* deponen. testatorem, ac patrem Fælicis natos fuisse ex Vantia, & Tullia sororibus germanis, & pro fratribus communiter fuisse habitos, & tentos ex hac probatione resultat Fælicem esse testatori coniunctum in tertio gradu de iure canonico, & in quarto de iure ciuili.

Corruit etiam respectu agnationis, quia ex testamento claré liquet testatorem non vocasse agnatos, sed solũ ordinasse, quod præsentandus sit de parentela, quod
6 verbum comprehendit tam agnatos, quam cognatos; vtriusque sexus, vt præter adductos in decis. in hac causa emanata *coram R. P. D. meo Verospio §. nec releuat* statuitur in *can. parentelæ 35. quæst. 5. Buratt. decis. 755. num. 10. & 11. ibique Add. num. 19. cum alijs in Romana Legati 4. Iulij 1640. coram Reuerendissimo Compostellano §. Attamen in recent. decis. 255. num. 6. p. 8.*

Nec

Nec habita fuit in consideratione attestatio duorũ
ex sex exequutoribus, quod testator comprehendere
voluerit solum agnatos, quia præter quod vnus ex eis
in articulo mortis se retractauit allegando fuisse subornatum, dùm omnes concorditer cum alijs quatuor
elegerunt Cencium, non poterant deindè ex interuallo
separatim ab alijs contrariam declarationem facere;
Ideoque cùm ex prima præsentatione facta in personam Cencij fuerit consumpta, & consequenter ius
quæsitum præsentato, ei standum potius videtur, quàm
7 contrariæ declarationi ad aliud finem factæ cum
illa declaratio sit potentior quę ex facto resultat, quàm
illa, quæ ex verbis deducitur *cap. dilecti il secundo, ibiq;*
8 *gloss. verb. facto de appell.* & regulariter etiam in testibus attenditur prima depositio non secunda facta ex
interuallo ob timorem subornationis *Rota decis. 19. de testib. in nou. Eminentissimus Cardinalis Otthob. decis. 58. numer. 38.*

Et ità pro infirmatione sententię resolutum fuit
vtraque parte informante, &c.

TERRACINEN: CAPELLÆ.

Mercurij 15. Iunij 1661.

ARGVMEMTVM.

Purificatio conditionis non requiritur in omnibus substitutionibus, sed sufficit quod verificetur in illa, de qua agitur, quandò Testator singulariter singulis substitutis, & particulariter vnicuique substituit per diuersam, & separatã orationem, licet in substitutionibus adessent dictiones repetitiuæ, quę in isto casu censentur potius similitudinariè appositæ.

SVMMARIVM.

1 *Constitutione purificata mens Testatoris est exequenda.*

2 *Condionis purificatio non requiritur in omnibus substitutionibus per testatorem factis in distincta, & separata oratione, sed sufficit quod ipsa impleatur in persona illius, cui facta fuit substitutio, de qua agitur.*

3 *Dictiones* Item etiam, *& similes, tunc solum sunt repetitiuæ qualitatum præcedentis orationis, quando oratio in qua ponuntur est imperfecta ratione verbi, vel suppositi, & habet dependentiam, & connexionem cum præcedenti.*

4 *Secus autem quando ponuntur inter orationes æqualiter perfectas, tunc enim censentur potius similitudinariè apposita, quam repetitionis gratia.*

5 *Onus in factis indiuiduis post mortem plurium demandatis, non dicitur, nec pluralitas resoluitur in singularitates, sed euentus conditionis per mortem omnium desideratur.*

6 *Declara hoc procedere in illis dumtaxat factis indiuiduis, quæ non solum ordinata fuerint completiuè post mortem plurium, sed etiam explenda sunt mediante tota, & integra hæreditate Testatoris, adeovt ex aliqua tantum ipsius portione expleri non possint.*

7 *Secus autem si ex portione tantum vnius aliquod factũ veniat explendum.*

8 *Dictio* Dicta *tanquam personalissima restringit dispositionem ad personam expressè nominatam.*

9 *Testator pluribus substituendo vnicuique singulariter, & particulariter, & postea mandans aliquid expleri ex portione vltimi decedentis, censetur intellexisse illud esse explendum, licet ad eius fauorem non euenerit casus aliarum substitutionum.*

10 *Fauor piæ causæ & suffragium animæ Testatoris vbi concurrit, illa sumi debet interpretatio, qua ei plenius consulatur.*

11 *Discretiuus modus loquendi ostendit diuersitatem tam dispositionis, quam voluntatis disponentis.*

DECISIO DCLXXX.

Dixerunt Domini esse locum erectioni Capellæ S. Catherinæ de Senis; Postquam enim Petrus Testator hæredes vniuersales instituit Fuluiam, Zenobiam, & Pasipheam eius filias particulariter considerando
obitum vniuscuiusque ipsarum ad diuersas substitutiones deuenit, & primæ decedenti sine filijs substituit
superstites pro æquali portione; Occurrente verò obitu alterius ex dictis filiabus sine filijs, substituit pro
medietate vltimam superuiuentem, & ex alia medietate mandauit erigi Capellam Sanctissimi Saluatoris de
iurepatronatus familiæ de Benuenutis, & demùm si
tertia, & vltima filia absque filijs legitimis, & naturalibus decessisset, mandauit ex illius bonis construi,
& ædificari vnam aliam capellam sub inuocatione
S. Catherinæ de Senis; Vndè cùm tertio, & vltimo lo-
1 co obierit Pasiphea, nullis post se relictis filijs, fuit purificata conditio, sub qua erectio huius capellæ fuerat
in testamento ordinata, & sic venit exequenda voluntas testatoris iuxtà *cons. Nicol. Bellon. 19. num. 3.* quem
refert, & sequitur *Rota decis. 436. part. 1. & decis. 269. part. 5. recent. vtrobique num. 1.*

Nec subsistit, quod conditio non fuerit adimpleta,
ex quo Fuluia secunda filia decessit cum filijs, quia
erectio capellæ controuersæ per orationem distinctam
& separatam ordinata fuit post obitum tertię filiæ sine
filijs ex bonis tantùm, seù portione ad ipsam tertiam
filiam spectante, non autem post obitum Fuluiæ secundo loco defunctæ, cui testator particularem fecit substitutionem, nempè superuiuentis, & alterius capellæ
Sanctissimi Saluatoris, de qua hodie non est quæstio,
2 Dùm enim testator singulariter singulis, & particulariter vnicuique per distinctam, & separatam orationem
diuersimodè substituit, non requiritur purificatio cõditionis in omnibus, sed sufficit, quod ipsa impleatur
in persona illius, cui facta fuit substitutio, de qua agitur *gloss. in l. Pater filium 14. §. fin. verb. substit. ff. ad leg. Falcid. Bart. in l. hæredes mei 57. §. cum ità num. 5. ff. ad Trebell. Soccin. sen. cons. 94. n. 5. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 13. num. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 188. num. 2. Fusar. de substit. q. 473. num. 14. & dixit Rota decis. 145. num. 2. part. 1. & decis. 49. num. 4. part. 9. rec.*

Non obstant dictiones implicatiuæ, quibus concepta legitur substitutio, ibi: *Item occurrente casu (quod Deus pariter auertat) scilicet, quod tertia, & vltima filia hæres superuiuens etiam absque filijs, vt supra, decesserit voluit, &c.* quia tales *dictiones*, Item, etiam, & similes,
3 tunc solum sunt repetitiuę qualitatum præcedentis
orationis, quando oratio, in qua ponuntur est imperfecta ratione verbi, vel suppositi, & habet dependentiã,
4 & connexionem cum præcedenti; At quando ponuntur inter orationes æqualiter perfectas, prout in casu,
de quo agitur, vbi substitutio facta vltimæ filiæ nullã
connexionem habet cùm cæteris alijs substitutionibus, quę sunt inter se totaliter distinctæ, & separatæ, &
continent diuersitatem grauaminum, & substitutorũ,
hoc vtique casu huiusmodi dictiones censentur potius
appositæ similitudinariè ad significandum ordines
verborum, & continuationem sermonis, quam ad inducendam copulam, seù repetitionem, vt optimè explicant *Bald. cons. 153. n. 2. & seq. lib. 5. Ruin. cons. 176. num. 8. lib. 2. Decian. cons. 17. num. 34. & seq. lib. 1. Pereg. de fideicomm. artic. 16. num. 12. Gratian. discept. forens. cap. 828. num. 10. cum seqq. & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 18. Iunij 1642. §. Nec vrget vers. Responsum fuit coram me.*

Non obstat, quod in factis indiuiduis post mortem
5 plurium demandatis non diuidatur onus, nec plura-

litas resoluatur in singularitates, sed euentus conditionis per mortem omnium desideretur, vt voluit *Calderin. cons. 4. & cons. 42. de testam.* quem sequuntur alij relati per *Fusar. de substit. q. 473. num. 67.*

Procedit enim obiectum in illis duntaxat factis indiuiduis, quę non solùm ordinata fuerunt complexiuè
post mortem plurium, sed etiam explenda sunt me-
6 diante, tota, & integra hæreditate testatoris, adeovt ex
aliqua tantùm ipsius portione expleri non possint, in
quibus terminis loquuntur *Calderin. & sequaces*. In
casu autem proposito factum indiuiduum erectionis
capellę sub inuocatione Sanctæ Catherinæ ordinatum
fuit post obitum solius tertiæ filiæ sine filijs, & ex eius
bonis, seu portione duntaxat expleri debet, ibi: *Mandauit ex bonis dicta vltima filię sic decedentis constitui, & ędificari vnam aliam Capellam sub denominatione Sancta Catherinæ de Senis,*

Hoc enim casu tantummodo attendendum est an
7 euenerit conditio in persona illius, ex cuius portione
dictum factum explendum est, non autem quid successerit in personis aliarum, quarum persona per testatorem ad alios effectus destinata fuit, vt docent *gloss. & Bart. cum alijs supra allegatis, §. Nec subsistit*. Dictio
8 enim *Dicta* tanquam personalissima restringit dispositionem ad personam expressè nominatam, *Rip. in leg. filius familias, §. Diui num. 111. ff. de legat. 1. Aym. cons. 98. Burat. decis. 742. num. 8. ibiq; Add. num. 12.*

Nec turbat, quod Pasiphea tertio loco defuncta consequuta non fuerit medietatem portionis Fuluiæ secundo loco mortuę, ex quo ista decessit cum filijs.

Quià dùm testator substituendo vnicuique singula-
9 riter, & particulariter in controuersa substitutione
mandauit quod construatur capella ex bonis vltimæ filiæ sine filijs decedentis, censetur vtique intellexisse dictam constructionem demandare non solum in casu quo ex præcedentibus substitutionibus sola portio institutionis, quæ sufficiens est in bonis tertiæ filiæ reperiretur tempore suę mortis sine filijs ad text. in *§. Præterea instit. de fideicom. hæred. & in l. Pater 3. §. Quidem Libertis, ff. de legat. 3.*

Propterea hoc suadet non solum fauor piæ causæ,
10 & suffragium animæ testatoris propter onus dictæ
capellę iniunctum duarum missarum qualibet hebdomada in perpetuum, vt propterea illa præferri debeat interpretatio, qua ei plenius consulatur *Tiraquell. de priuil. piæ causę priuil. 62. per tot.* cum aliis allegatis *in Rauennaten. bonorum 1. Febr. 1647. coram Eminentissimo D. Card. Corrado, §. eoque magis.*

Sed etiam discretiuus modus loquendi ipsius testatoris, nam quando voluit, complexiuè, & coniunctim per mortem omnium filiarum substituere, hoc vtique verbis claris expressit, vt fecit in fine testamenti, ibi: *Et occurrente obitu omnium supradictorum hæredum filiarum absque legitimis, & naturalibus filijs vt supra in talem casum legauit DD. Herculi, & Antonio de Herculanis cognatis suis vnam possessionem arboratam, &c.*
11 Discretiuus enim modus loquendi ostendit diuersitatem tàm dispositionis, quàm voluntatis disponentis, *Paris. cons. 50. num. 19. lib. 4. Menoch. cons. 215. num. 69. & 70. Surd. cons. 154. n. 7. & 8. Merlin. decis. 890. n. 11.*

Et ità vtraque, &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 20. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Ad inualidandum testamentum sub prætextu dementiæ Testatoris, debet probari dementia de tempore præciso conditi testamenti, nec sufficit probatio illius ante, vel post testamenti, sed attenduntur potius testes de sana mente quam de insana deponentes; Et quomodo in hac materia testes inter se contrarii ad concordiam reducantur, & an testes qui testamentum tanquam validum subscripserunt, recipiantur postea ad deponendum super insania testatoris, contra ipsius testamenti validitatem, & quando; & an testamentum factum ad suggestionem Notarii sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Testator semper præsumitur de iure sanæ mentis tempore conditi testamenti.*

2 *Dementia testatoris ad inualidandam illius dispositionem, non sufficit si sit probata ante, vel post testamentum, sed debet probari de tempore præciso conditi testamenti.*

3 *Notario deponenti in testamento de sana mente testatoris fides est adhibenda.*

4 *Subscriptio testium facta in singulis folijs inducit vehementem præsumptionem veritatis omnium contentorum in testamento.*

5 *Testes deponentes de sana mente testatoris tempore conditi testamenti, sunt præferendi cæteris deponentibus de insania ante tempus testamenti.*

6 *Testamentum per longum temporis spatium obseruatum, non modicum præstat argumentum sanæ mentis in testatore.*

7 *Ignorantia iuris in muliere non potest considerari, vbi patet, quod nimis callidè, & sagaciter se gessit.*

8 *Testes qui testamentum subscripserunt non admittuntur ad probandam Phrenesim in testatore, tanquam allegantes propriam turpitudinem.*

9 *Subscriptio Testium in testamento inseruit pro solemnitate actus, non tamen impedit, quin ipsi postea examinati deponere possint testatorem tunc temporis, non fuisse mentis compotem.*

10 *Declara hoc tantum procedere, vbi constat testes fuisse deceptos, & inductos ad subscribendum testamentum, quod asserebatur factum à testatore sanæ mentis, qui re vera erat furiosus.*

11 *Secus verò quando nullatenus constat de aliqua testium deceptione, vel insania testatoris tempore testamenti.*

12 *Amplia, vt hoc casu prima subscriptio, non secunda depositio attendatur, quamuis iurata.*

13 *Error substantialis testamenti ad hoc vt probetur, requiritur idem numerus testium, qui requiritur in confectione.*

14 *Testes licet pauciores numeri de sana mente testatoris deponentes, præferuntur cæteris pluribus de insania, vel furore deponentibus.*

15 *Testamentum præsumitur conditum tempore habili, vbi constat testatorem habuisse lucida interualla.*

16 *Testamentum factum ad interrogationem alterius est validum, si testator habebat bonum sensum, & articulatè loquebatur,*

17 *Testator dicitur articulatè loqui, si ad interrogationem alterius respondit.*

18 *Testator præsumitur fuisse sanæ mentis de tempore testamenti, si omnia ordinate, & prudenter disposuit.*

19 *Testamentum factum ad sugestionem, & interrogationem Notarij de iure sustinetur, quando constat de præcedente testatoris præordinatione, & voluntate testandi.*

20 *Testamentum præsumitur factum, & stipulatum iuxtà mentem testatoris, vbi nulla potest considerari fraus, aut causa extorquendi nominationem hæredis, concurrente maximè legalitate Notarij.*

DECISIO DCLXXXI.

FVit coram me præuiis duabus decisionibus 24. *Ianuarij 1659.* & 14. *Febr.* subsequentis anni denegata immissio Margharitæ, & Magdalenæ sororibus de Viennot substitutis in testamento condito à Ioanne

Pa-

Patruo, vt prætendebatur phrænetico, & ad suggestionem Notarii; Verùm bis proposita causa, ac tota facti serie exactiùs, & diligentius perpensa, multisque nouiter deductis Domini recesserunt à decisis.

Siquidem obiecta phrænesis siue dementia Ioannis firmata in vtraque decisione visum fuit dominis non
1 dùm pro parte Annæ plenè, & concludenter iustificata, vt requiritur attenta naturæ, & iuris præsumptione militante pro sanitate mentis ad text. in *l. nec codicillos Cod. de codicill. cum alijs relatis in Fauentina legat. 28. Aprilis 1653. coram R. P. D. meo Celso*, & quidem præcisè de tempore conditi testamenti, *ad text. in l. 2. ff. de testam. Socein. in l. Furiosum, nu. 2. C. qui testam. Facer. poss. Card. Caual. decis. 366. num. 7. & in Meleuitana hæreditatis 15. Aprilis 1644 coram me, §. Idque eo magis, & in dicta Fauentina legati, §. Maximè*, adeout non
2 sufficiat testes deponere de phrænesi, siuè dementia ante, vel post testamentum, vt in his terminis dixit, *Rota in recentior. decis. 384. num. 3. part. 1. & decis. 233. num. 25. part. 7.*

Attenta præsertim assertione Notarij facta in testamento *Summ. sororum primæ positionis, num. 1.* ibi: *Essendo il testatore in suoi buoni sensi, intelletto, e memoria per la Dio gratia, benche ammalato, &c.* cui propterea
3 venir adhibenda fides, vt in his terminis dixit, *Rota decis. 233. num. 32. part. 7. recent. Buratt. decis. 211. n. 7. & in dicta Fauentina Legati, §. Fatilius verò*, iunctis
4 subscriptionibus septem testium in singulis folijs iuxta formam statuti Auenionen. quæ quidem subscriptio vehementem inducit veritatis præsumptionem, ac omnium in testamento contentorum approbationem, *Surd. cons. 414. num. 76. & seqq. Rota decis. 263. n. 26. & 27. & decis. 581. num. 34. & 35. part. 4. tom. 2. recent. & in Romana hæreditatis 13. Ianuary 1659. cor. R. P. D. meo Albergato, §. Minùs ad hunc effectum, versic. Subscriptio verò.*

Nec non autem attestatione Parochi, qui Sanctissimum Viaticum subministrauit eadem die conditi testamenti hodie coadiuuata ab alijs duobus testibus, qui interfuerunt tempore subministrati Viatici, ac specificè de visu, & certa scientia deponunt de sana mente testatoris *dicto Summ. sororum, num. 8.* ibi: *Et era in buon senso, e giuditio, e lo riceuette in presenza di molte*
5 *persone, che l'accompagnorono.* Quibus propterea maior venit adhibenda fides, quàm alijs affirmantibus de dementia per quinque sex, vel septem dies ante testamentum *Buratt. decis. 526. num. 19. ibiq; Add. num. 29 Rota decis. 570. num. 17. part. 4. tom. 2. & decis. 384. n. 4. part. 1. recent.*

Et quod plurimum mouit Dominos eadem Anna per actus positiuos testamentum, de quo agitur, approbauit, illudque spatio 20. & vltra annorum obseruauit, dùm inuentarium tutelare confecit, ac insimul cum Simone contutore hæreditatem adiuit, suamque tertiam partem ex testamento accipere declarauit, quam semper retinuit quousque mortuis filijs anno 1644. prætendere cæpit, successionem ab intestato *d. Summ.*
6 *num. 9. & 10.* huiusmodi enim obseruantia spatio tot annorum non modicum præstat, argumentum sanæ mentis, *Bero. cons. 56. num. 11. lib. 2. Rota coram bo. me. Merlin. decis. 772. num. 12.*

Nihil refragante responsione data in decisionibus quod Anna prædicta omnia ignoranter gesserit; Quià ex nouiter deductis ad informantibus pro sororibus prætensa ignorantia prorsus excluditur; Tùm quià infirmitas testatoris iam erat nota d. Annæ inhabitante eodē tempore cū Marito, ad quem continuò accedebat, vt probant testes dati *nouo Sum. sororum, n. 2.* Tùm quià eadem Anna insimul cum Simone subscripsit eadem die obitus Ioannis quandam quietantiam ob impotentiam viri ex phrænesi, quæ superuenerat dicto *nouo Summ. num. 3.* Et quemadmodum post obitum filiorum curauit præuijs literis monitorialibus examinari testes super phrenesi, & ex hoc capite annullare testamentum; vtique fecisset viuentibus filijs; At quià annullare testamentum viuentibus filijs erat ei nimis damnosum, ex quo priuata remansisset tertia parte hæreditatis, dùm integra hæreditas ab intestato ad filios deuoluebatur. Hinc desumitur, quod data opera distulit hanc nullitatem in medium afferre, &
7 sic cessat ignorantia iuris in muliere, dum ex his patet, quod nimis callidè, ac sagaciter se gesserit.

Non releuant testes pro parte Annæ inducti ad proban. phrænesim ac dementiam testatoris, inter quos quinque adsunt, qui in testamento se subscripserunt, nempe Petrus Tamisier, Maturinus Martinus, Spiritus Imonier, Carolus Fides, & Claudius Mestral eius hodierno *Summ. num. 16.*

Etenim responsum fuit præfatos testes in præsenti
8 non esse admittendos tanquam allegantes propriā turpitudinem, & attestantes contra eorum primam depositionem resultantem ex subscriptione testamenti, vt in his præcisis terminis testatur *Capic. decis. 192. n. 5. Seff. decis 119. num. 32. & seqq. Rota d. decis. 581. num. 35 part. 4. tom. 2. recentior. & in dicta Romana hæreditatis, §. Minus ad hunc effectum vers. Subscriptio verò coram R. P. D. meo Albergato.*

Neque ad hunc effectum applicatur *cons. Spad. 90.*
9 *num. 3.* allegatum in decisionibus, vbi quod subscriptio inseruit quidem pro solemnitate actus, non tamen impedit, quin testes posteà examinati deponere possint pro veritate testatorem tunc temporis non fuisse mentis compotem, quià consilium Spadæ, tunc
10 demùm procedit, quando verè constat testes fuisse deceptos, & inductos ad subscribendum testamentum quod asserebatur factum à testatore sanæ mentis, qui re vera erat furiosus, hoc enim casu, quià res aliter se habebat, possunt deinde testes pro veritate deponere de statu testatoris tempore testamenti, vt benè declarat *Bart. in l. 1. num. 11. ff. quemadm. testam. aper. Surd. cons. 414. num. 56. & seqq. Capit. dict. decis. 192. num. 7.*
11 Secus verò quando, vt hic nullatenus constat de aliqua deceptione, vel insania testatoris tempore testa-
12 menti, minusque quod dicti testes ad ità scribendum fuerint inducti, tunc enim prima subscriptio, non secūda depositio quamuis iurata venit attendenda iuxtà veriorem sententiam *Aretin. in cap per tuas, num. 33. de probat. Seff. dict. decis. 119. num. 7.* cum aliis adductis per *Gratian. discept. 843. num. 17.*

Vlterius dicebatur quod ad probandum errorem
13 substantialem testamenti requiritur idem numerus testium, qui requiritur in confectione *Ias. in l. errore, num. 7. vers. limita, C. de testam. ibiq. Alex. n. 10. Castr. n. 5. Bald. in l. si imperator l. a prima n. 18. ff. de stat. hom. Dec. cons. 105. num. 3.*

Reliqui verò testes nihil probant, quià vltra exceptiones personales adductas ab informantibus pro sororibus dicto primo *Summ. earumdem, num. 11.* eorum aliqui fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriā, Alii verò licèt formiter, omnes tamen non concordant in dicto, nec percutiunt tempus præcisum testamenti, præcipuè dùm in contrarium adsunt testes for-
14 miter examinati, & signanter Parochus dicto *Summ. num. 8.* deponentes de sana mente testatoris, quibus in concursu magis est deferendum quamuis sint pauciores, quàm aliis numero pluribus de phrænesi, & insania deponentibus iuxtà veriorem sententiam, quam Rota perpetuò amplexa est, vt *in recent. decis. 384. n. 9. part. 1.*

part.1.cum alijs deductis in dicta Melentana hereditatis coram me, §.Sed ex duebus, & in dicta Fauentina Legati §.Maximè quia.

Et saltèm negari non potest, quod attenta varietate
testium hinc inde, vt reducantur ad concordiam fir-
mari debeat testatorem aliquando insanisse, aliquando
15 dilucida habuisse interualla ad effectum præsumendi
testamentum fuisse conditum tempore habili, vt respó-
sum fuit in *Romana fideicommissi de Gracchis 1.Decem-
bris 1618.coram bon.me.Remboldo, quam refert, & seq.
Rota in recent.decis.570.num.16.part.4. tom.2. Merlin.
decis.772.num.11.Add.ad Buratt.decis.256.num.29.*

Alterum secundæ decisionis fundamentum, quod
sufficiat probatio etiam dubia, quando agitur de testa-
mento facto ad interrogationem, & sugestionem No-
tarii cessare visum fuit; Quià cùm ex supra deductis
16 liquidò constet de sana mente testatoris saltèm tem-
pore testamenti vera est, & communiter recepta con-
clusio testamentum ad alterius interrogationem va-
lerè si testator, vt hic, habebat bonum sensum, &
articulatè loquebatur, vt pluribus adductis auctorita-
tibus respondit, *Rot.decis.581.num.29.30.& 31.par.4.
recent.* vbi sub *num.44.* firmat, quod censetur articula-
17 tè loqui, qui ad alterius interrogationem respondit
sic. Quod autem in casu nostro testatoe fuerit sanæ
mentis de tempore testamenti desumitur ex ordinata
dispositione facta in eius testamento *dict. Summ.num.1*
vbi legitur proprios filios insimul cum Anna vxore hę-
redes vniuersales pro tertia parte instituisse, & in casu
obitus filiorum sine filijs substituisse Simonem Viennoe
eius fratrem pęna caducitatis adiecta dictæ Annæ si ad
secundas nuptias conuolauerit, aliaque ordinatè, ac
18 prudenter disposuisse; ex hac enim qualitate testandi
nulla maioe, ac probabilis sanę mentis coniectura
desumi potest, vt ponderatur in supradicta *decis.581.
num.45.& 46.*& in his præcisis terminis aduertit *Rot.
coram Buratt.decis.211.num.20.& 21.Duran.decis.174
num.12.& in recent.decis.370.num.2.p.4. & decis.233.
num.29. p.7. & in dicta Melcuitana hæreditatis coram
me, & in allegata Fauentina Legati §.tum etiam coram
R.P.D. meo Celso.*

Eoque magis præcedente testatoris præordinatione
aut voluntate testandi; ad quem effectum Notarium
accersiri iussit, vt constat ex depositione *Chonet dicto
Summ.num.7.* nec non aliorum duorum testium *dicto
num.7.lit.G.& H.* quo casu testamentum factum ad
19 Notarii interrogationē de iure substinetur, vt probat
*Soccin.iun.cons.183.num.31.lib.2.Surd.d.cons.414.n.56
& seqq. Grammat. decis.73. num.4. propè fin. & num.6.
Rota decis.139.num.2.lit. B. post princ.vol.cons. Farinc.*

Præcipuè dum nulla in proposito casu considerari
20 potest fraus, aut causa extorquendi nominationem
hæredum, attento quod non fuerunt instituti hęredes
extranei, sed proprii filii, quibus magis proficuum
erat patrem intestatum, quam testatum decedere ad
hoc, vt tota hæreditas ad eos deuolueretur, concurente
vlterius legalitate Notarii, qui testamentum rogauit,
vt considerat *Rota decis.263.num.29.& seqq.p.4.recent.
& in d.decis.181. in fine p.4.tom.2.*

Et ità vtraque parte informante &c.

HORTANA FIDEICOMMISSI.

Mercurij 22.Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Masculorum appellatione veniunt tam masculi ex ma-
sculis, quam masculi ex fæminis, vbi a Testatore non
fuit habita ratio conseruandæ agnationis, & ex qui-
bus contemplatio agnationis excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Masculorum appellatione veniunt tam masculi ex ma-
sculis, quam masculi descendentes ex fęminis, vbi
non agitur de conseruatione Agnationis, vel subie-
cta materia, aliter non suadet.*

2 *Ratio conseruandæ agnationis excluditur, si Testator
extraneos ad successionem in substitutione vocauerit.*

3 *Ratio conseruandæ agnationis excluditur, si Testatar
cognationem vocauerit,*

4 *Verbum* Cognatio *comprehendit etiam descendentes
ex fæminis.*

5 *Qualitas masculinitatis adiecta substitutis in parte
dispositiua vocatis, censetur etiam repetita in positis
in conditione, quando agitur inter easdem personas,
secus autem si inter diuersas.*

6 *Verba* liberi descendentes &c. *tanquam generalia,
comprehendunt tam masculos, quam fæminas.*

7 *Masculi descendentes ex fæminis, eo facilius admit-
tuntur quando masculi ex masculis non extant, neque
concurrunt.*

8 *Masculorum appellatione veniunt masculi descendentes
ex fæminis, non obstante quod mater fuisset exclusa,
& hoc ex proprietate sermonis, cum in ipsis verifice-
tur etiam qualitas masculinitatis.*

9 *Agnatio ciuilis a testatore considerata, potest æque be-
ne conseruari per masculos descendentes ex fæminis.*

DECISIO DCLXXXII.

EO præcipue fundamento quod Marcus Antonius
Cataldus Testator habuerit respectum ad conserua-
tionem propriæ agnationis die 15. Martij 1660.res-
ponsum fuerat eius fideicommissum suffragari Ludo-
uico, & fratribus de Rallis substitutis, ex quo Mes-
sini tanquam descendentes ex fæmina, & sic de aliena
familia, & agnatione non faciunt deficere conditio-
nem, sub qua dicti fratres vocati fuerunt, at causa
hodie reproposita, & diligentius perpenso toto testa-
menti contextu Domini recesserunt a decisis.

Recepta enim est conclusio, quod vbi non agitur
1 de conseruatione agnationis, vel subiecta materia
aliter non suadet appellatione masculorum veniunt
tam masculi ex masculis, quam masculi descenden-
tes ex feminis §.1.& 2.*Auth.de hæred.ab intest venien.
Fulgos.cons.85.num.1. Surd.cons.308.num.14.Gionagn.
cons.11.num.45.& cons.12.n.2.vers.& quidem quando
lib.2.Fusar.de substit.quæst.404.num.7. & seqq.& dixit
Rota decis.15.num.1.& 2.p.2.diuers. decis.463. quæ est
decisio 402.p.9. tom.2. recent.num.25.cum seqq. & 17.
Iunij 1647.coram bo.me. Biebio.*

In proposito autem ratio conseruationis agnatio-
nis nullibi legitur in Testamento expressa, immo li-
cet admitti possit fuisse consideratam in descendentia
fratrum Testatoris primo vocatorum clare constat
non fuisse contemplatam in sequenti substitutione
2 non solum quia Testator substituit Leoni, & eius vlti-
mo descendenti Horatium filium illegitimum Octauij
Clerici, eiusque filios, & descendentes, qui cum
non dicantur agnati, nec iura agnationis conseruent,
ex eorum vocatione ista ratio penitus excluditur
*Bald.cons.67.num.1. lib.4. Hond. cons.57.n.45.& seqq.
vol.1.Rota coram Greg.decis.433.num.36 repetita in re-
cent.decis.267.num.6.p.2.& decis.395.num.4.p.1.*

Sed etiam quia dum voluit excludere Ecclesiam;
vel Monasterium expressè declarauit id facere pro con-
seruatione suorum bonorum in Familia, & agnatio-
ne, ex quibus verbis ibi: *nec non quod Monasterium,
vel Ecclesia tam in conditione, quam in vocatione non
intelligantur esse loco filij declarans prædictam prouisio-
nem facere non particulariter ad exclusionem Monasterij
sed pro conseruatione suorum bonorum in familia, & co-*
3 *gnatione*, non autem restrictiue appositis ad cognatio-
nem sororum aperte eliditur hæc ratio conseruandæ

agna-

4 agnationis verbum enim *cognatio* comprehendit etiam
descendentes ex fœminis *l. non facile §. cognationis ff. de
grad. affin. Peregr. cons. 1. n. 11. lib. 5. Tiraquell. de vtroq;
retract. §. 1. gloss. 9. num. 12.*

Non obstat; quod sub illis verbis, & *si accideret
casus, quem Deus pro sua benignitate auertat quod ali-
quando non extarent filij, liberi, & descendentes masculi
dictorum substitutorum, tunc vltimo decedenti substi-
tuit &c.* Testator intellexerit de masculis ex masculis
quemadmodum tales vocauerat in dispositione.

Conclusio enim quod qualitas masculinitatis adie-
5 cta substitutis in parte dispositiua vocatis censeatur
etiam repetita in filijs positis in conditione, proce-
dit vbi eędem personæ dispositiuè vocatæ ponuntur
in conditione, at hic sunt diuersæ, quia primo loco
substituti sunt Leo, & octauius fratres Marci Anto-
nij, illis vero decedentibus secundo loco substituti
fuerunt tam filij legitimi, & naturales Leonis, quam
Horatius filius naturalis Octauij, in conditione autem
positi fuerunt filij, & descendentes istorum substitu-
torum, qui non fuerunt dispositiue vocati. Ideo pro-
pter diuersitatem personarum non censetur in eis re-
petita qualitas masculinitatis, adiecta substitutis,
*Add. ad Buratt. decis. 272. num. 19. vers. item, & in re-
cent. decis. 151. à num. 16. vsque ad 24. & decis. 581. n. 5.
p. 5. & decis. 144. num. 4. & 5. p. 7.*

Maxime dum non concurrit eadem ratio conser-
uandæ agnationis & Testator vsus fuit verbis generali-
bus ibi: *si non extarent filij, Liberi, & descendentes*
6 quæ verba sunt apta comprehendere tam masculos,
quam fœminas, vt aduertit *Gionagn. cons. 12. num. 14.
lib. 2. & in his terminis plures congerit Mantic. de co-
niect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 13.*

Eoque facilius veniunt admittendi masculi descen-
7 dentes ex fœmina, quia masculi ex masculis non extant
neque concurrunt, vt tradunt *Ruin. cons. 120. num. 9.
lib. 1. Moliu. de rit. nupt. quæst. 24. num. 213. Mantic. de
tacit. lib. 22. tit. 16. num. 13. vers. Item illa regula* ac insu-
per quia in testamento Marci Antonij fuit solummo-
do contèmplata in omnibus substitutionibus qualitas
masculinitatis, quæ non minus reperitur in masculis
8 descendentibus ex fœminis, quam in masculis ex ma-
sculis, vt propterea illi etiam ex proprietate sermo-
nis veniant appellatione descendentium masculorum
non obstante, quod mater fuisset exclusa, vt bene
in his, terminis ratiocinatur *Rota in pręallegata Bo-
non. Successionis coram bo. me. Bichio decis. 402. num. 27.
& 29. p. 9. tom. 2. recent.*

Demum non obstat, quod Testator iniunxerit filijs
Virginiæ, & Septimiæ onus suscipiendi eius cogno-
men, & arma, quod tamen non reperitur adiectum
alijs masculis descendentibus ex fœminis, quia vltra
quod ex supra deductis apparet ne dum esse purifica-
tam eorum conditionem propter existentiam filiorum
Faustinæ, attamen ex tali onere non bene, infertur
ad exclusionem cæterorum masculorum, quinimmo
censeri debet etiam Messinis adiectum, cum ciuilis
9 agnatio a Testatore considerata æque bene possit etiã
per illos conseruari *Peregr. d. cons. 1. num. 11. lib. 5. dixit
Rota decis. 6. num. 1. 5. confirmatur hoc p. 1. diuers. & no-
tat Larrea decis. Granaten. 34. num. 49.*

Et ità vtraque parte informante &c.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Mercurij 22. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Appellatione non interposita, nec commissa causa infra
decendium sententia transit in iudicatum, licet po-
stea Iudex dederit Reuerentiales; manutentio in quasi
possessione exigendi annuas pensiones, non conceditur etiam probanti exactionem, quando causa solu-
tionis erat temporalis, & tempus est elapsum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum si ab ea intra decendium
appellatum non fuit.*

2 *Res iudicata non potest excusari, vbi causa non fuit
commissa in termino decem dierum, licęt iudex dede-
rit Reuerentiales.*

3 *Manutentio non competit exigenti annuas pensiones,
vbi causa solutionis non est perpetua, sed temporalis
elapso dicto tempore.*

4 *Locatione cessante, cessat etiam promissio soluendi
pensiones.*

5 *Pactum de affrancando vltra tempus in venditione
conuentum nihil operatur.*

6 *Pactum affrancandi est species alienationis, cum ex eo
inducatur abdicatio dominij.*

7 *Pactum affrancandi concedi non potest absque benepla-
cito Apostolico in præiudicium ecclesiæ.*

DECISIO DCLXXXIII.

IN decisione edita coram me sub die 28. Iunij 1660.
fuit dictum constare de re iudicata ad fauorem Loci
Pij quatuor Mariarum, illo tantum audito, at hodie re-
proposito dubio ad instantiam vtriusque partis DD.
1 steterunt in decisis, quia cum appellatio vere non
fuerit interposita intra decendium, sententia transi-
uit in iudicatum, *Auth. hodie C. de appell.* & licet iu-
2 dex postea dederit reuerentiales, quia tamen causa
non fuit commissa in termino decem dierum res iudi-
cata excusari non potest *Scacc. de appell. quæst. 14. n. 6.
& 7. Rota decis. 276. num. 1. p. 1. diuers. & coram Buratt.
decis. 264. num. 1. & ibi add.* subsistit quoque iustitia
sententiæ, quia illa denegauit manutentionem Mo-
nialibus de Lentasio Colligantibus, quæ prætende-
bant existere in possessione exigendi à dicto loco pio
annuas lib. 2000. licet enim per aliquod tempus locus
3 pius illas persoluerit, causa tamen solutionis non
erat perpetua, sed temporalis, & ideo tempore ela-
pso non competit Monialibus aliquod remedium pos-
sessorium pro illarum exactione ex *alleg. per Posth. de
manut. obseru. 64. num. 13. & 14. & in decis. 5. vnde cum
non agatur.*

Causa enim huiusmodi solutionis est temporalis,
vti proueniens ex instrumento locationis celebrato
inter Moniales, & Hieronymam Sansonam Auctricem
eiusdem loci pij, quæ ad nouennium ab eis conduxit
terras, quas paulo ante vendiderat pro dicta annua
responsione lib. 2000. quæ bona cum post mortem
Hieronymæ deuenerint ad locum pium illius hæredem
ille dictam annuam responsionem persoluit, verum
quia per disdictam exequutam contra moniales sub
die 18. Aprilis 1652. cõtractus locationis expirauit, vt
dictum fuit in *Bonon. Prædij 27. Ianuarij 1642. §. quod
autem coram me* vtique nulla actio deinceps remansit
penes moniales pro exactione pensionis, quia cum
pensio esset correspectiua ad contractum locationis
4 illo resoluto iuxta regulam correspectiuorum, quod ces-
sante locatione cessset etiam promissio soluendi pensio-
nes *l. filio §. matri ff. de adimen. legat. Rota coram Card.
Mellino decis. 172. per tot.*

Non obstat quod Hieronyma voluerit iniungere lo-
co pio onus perpetuum soluendi dd. lib. 2000. dum
nullam mentionem fecit de locatione, sed solum di-
xit ibi. *Carichi da pagarsi ogn'anno al Monastero Len-
tasio per vn capitale di lire 40. mil. liberabile lire 2000.*
Adeout ex hoc prætendatur Hieronymã voluisse locũ
piũ teneri ad dictam solutionem vsquequo in vim pa-
cti de affrãcando redimeret bona pro pretio lib. 40. m. il

Obiectum enim remouetur ponderando, quod pa-
ctum

9 obitum coadiuti ante executionem, gratia coadiuto-
10 ris expirauerit, remansit tamen in suo robore gratia futuræ successionis penitus diuersa, & ab altera independens *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 9. numer. 53. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 25. num. 29. Rota decis. 456. num. 5. part. 1. recent. cum alijs relatis in Calaguritana Canonicatus 20. Nouembris 1647. coram bon. mem. Peutingerio.*

Et ità altera tantum, &c.

MESSANEN. ERECTIONIS IN COLLEGIATAM.

Lunæ 27. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica erectionis in Collegiatam alicuius ecclesiæ, quando in omnibus est iustificata venit exequenda, licet omissis alijs narratis, sufficiat ad hunc effectum iustificare congruam assignationem dotis, & populi numerositatem, cum ex ijs duobus soleat principaliter moueri Pontifex ad concedendas huiusmodi erectiones.

SVMMARIVM.

1 *Gratia erectionis ecclesiæ in collegiatam ad hoc vt exequatur sufficit iustificare congruam, & realem dotis assignationem, & numerositatem populi.*

2 *Testes licet examinati absque citatione partis deseruiũt pro adminiculo ad conficiendam pleniorem probationẽ.*

3 *Bona emphyteutica, & deuolutioni obnoxia, non possunt assignari pro dote ecclesiarum, & beneficiorum, quæ de sui natura debent esse perpetuæ.*

4 *Possunt tamen vendi dicta bona, eorumque pretium inuestiri in censibus, vel stabilibus liberis, ad hoc vt ipsa dos perpetuetur, & substineatur.*

5 *Ex erectione ecclesiæ in Collegiatam sequitur Diuini cultus augumentum tanquam effectus ex ea resultans.*

6 *Litis pendentia bene probatur ex commissione, citationibus, & iurium productionibus.*

7 *Gratia ad hoc vt sit exequenda sufficit iustificare narrata eo modo, quo narrantur, nec vlterior iustificatio requiritur.*

8 *Clausula* sine præiudicio litis pendentiæ *in literis apostolicis adiecta præseruat iura illi, de cuius bono iure fuerit à Iudice declaratum.*

9 *Relationi factæ ab ordinario circa statum beneficiorum, & ecclesiarum suæ Diœcesis, plurimum est deferendum.*

10 *Actus gesti lite pendente nihil collitiganti præiudicant.*

11 *Clausula* sine præiudicio alicuius *in literis apostolicis adiecta, debet intelligi de alio præiudicio, quam de expresso, ac de alio, quam resultante ex propria natura, & qualitate ipsius gratiæ.*

12 *Gratia, quæ de sui natura est alteri præiudicialis, non expostcit mentionem præiudicij tertij, nec desiderat derogationem regulæ de iure quæsito non tollendo.*

DECISIO DCLXXXV.

Iterum proposui dubium mihi transmissum ab Eminentissimo D. Card. Corrado Prodatario, quod in alia disputatione non fuit resolutum; An literæ Apostolicæ erectionis in Collegiatam Ecclesiæ S. Nicolai Messanen. Diœcesis sint iustificatæ, itaut veniant exequendę, & Domini censuerunt esse iustificatas, & exequendas.

Iustificatio resultat ex eo, quod omnia narrata, videlicet realis dotis assignatio, numerositas populi, splendor loci, ampla ecclesiæ structura augumentum Diuini cultus, & demum quod ecclesia S. Nicolai antiquitus fuerit matrix, ac super illius reintegratione lis pen-
1 deat in Rota, sufficienter iustificantur, & tamen ad istum effectum sufficeret iustificare assignationem dotis, ac numerositatem popoli, cùm istæ duæ qualitates principaliter mouere soleant Pontificem ad concedendum huiusmodi erectiones, vt dixit, *Rota in Meliuitana erectionis Collegiatæ 9. Decembris 1637. coram Reuerendissimo Compostellano in recent. decis. 258. n. 9. p. 7.*

Assignatio enim congruæ dotis nouem Canonicatuum, & quatuor dignitatum vt in literis narratur, probata remanet tàm ex testamento, & instrumento diuisionis bonorum hæreditariorum q. Matthei Calà fundatoris *Summario ecclesiæ S. Nicolai primæ positionis, num. 2. & 3.* quàm ex publico instrumento assignationis factæ per Franciscum, Petrum, & Nuncium de Ferrau eodem *Summ. num. 5.* iunctis testibus coram exe-
2 quutore examinatis eodem *Summ. num. 4.* qui licet sine partis citatione, nihilominùs deseruiunt pro adminiculo ad conficien. pleniorem probationem, vt responsum fuit in eadem *Melcuitana erectionis Collegiatæ 12. Decembris 1633. coram bon. mem. Pirouano in recentior. decis. 283. num. 4. part. 7.*

Non obstat, quod bona in dotem assignata tanquam
3 pro maiori parte emphyteutica, & deuolutioni obnoxia non valeant assignari pro dote ecclesiarum, & beneficiorum, quæ de sui natura debent esse perpetuæ, *Doct. in cap. nemo de consecrat. dist. 1. & in cap. placuit. 1. quæstion. 2.*

Quià prætèrquod ab Agentibus pro ecclesia S. Nicolai constanter asseritur bona assignata tuta esse, & perpetua; Verum hæc inspectio examinanda est in partibus coram exequutore, qui curare poterit vel quod as-
4 signentur alia bona sufficientia libera, & allodialia, vel quod vendantur emphyteutica, illorumque pretiũ inuestiatur in censibus, vel stabilibus liberis ad hoc vt ipsa dos perpetuetur, & sustineatur, vt benè respondit *Rota in dicta Messanen. coram Pirouano dicta decis. 283. n. 20. & 21. p. 7. rec.* & faciunt adducta per *Lambertin. de iurepatr. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 2. num. 3. in fine vers. Benè etiam diceremus.*

Numerositas populi, ac splendor Oppidi Ciuitatis nuncupatæ Tortoreti tàm quoad viros scientia & virtate conspicuos, quàm quoad monasteria, ecclesias, Archiconfraternitates, aliaque loca pia, quodque à Rege Catholico pluribus decoretur priuilegijs, & prerogatiuis, & quod ecclesia S. Nicolai sit in sui structura, & ædificijs ampla, ac omnibus ad Diuinum cultum necessarijs ornata remanet concludenter iustificatum tàm ex testibus coram exequutore eodem *Summ. n. 4.* quàm ex alijs in curia examinatis hodierno *Summario ecclesiæ S. Nicolai, num. 3.*

Augumentum cultus Diuini enunciatiuè narratum
5 in literis sequitur ex ipsa erectione tanquam effectus ex ea resultans, vt in terminis similis erectionis *Rota d. decis. 258. num. 23. part. 7. recent.*

Quod autem ecclesia Sancti Nicolai olim fuerit matrix, & antiquior, ac pendeat lis in Rota super reintegratione ad primæuum matricitatis titulum plenè iustificatur; Siquidem matricitas antiquior non solùm ex testibus coram exequutore eodem *Summar. num. 4.* Verum etiàm ex alijs vsque de anno 1604. coram A.C. examinatis eodem *Summ. num. 7.* deponentibus ecclesiam S. Nicolai dùm antiquitus in Oppido Tortoreti vigebat ritus Græcorum fuisse matricem sub prædicto ritu, cum quibus etiàm concordat relatio ordinarij
6 hodierno *Summ. num. 4.* Respectu verò litis adest commissio rotalis vna cum pluribus citationibus, & iurium productionibus eodem *Summ. primę positionis, num. 6.* ex quibus benè probatur litis pendentia *Coccin. decis. 164. n. 1. & coram Eminentissimo D. Card. Ottbobono decis. 33. num. 1.*

Dum igitur narratiua matricitatis, & pendentiæ li-
7 tis eo modo, quo fuit narrata iustificatur ex testibus, commissione rotali, & actibus iudicialibus vlterior iustifica-

stificatio non exigitur, vt fuit responsum in *Lucana Parochialis de Rigafracta 26. May 1634. coram bo. me. Coccino in Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644. coram bo. me. Bichio, in recent. decis. 305. num. 11. part. 9. & in Leodien. Canonicatus 28. Martij 1653. §. Nihilominùs coram me*. Ex eadem autem narratiua satis clarè Papa dignoscere potuit ecclesiam Sancti Nicolai de præsenti non existere in actuali possessione matricitatis, sed
8 super ea pendere litem in hoc Sacro Tribunali, cuius matricitatis iuribus noluit præiudicare stante clausula *sine præiudicio litis pendentis* in literis erectionis adiecta, sed ea præseruare ecclesiæ, quæ matrix declarata fuerit ad textum *l. Item fiet post princ.* ibi, *sine vllo litis præiudicio, ff. de testam. tut. Oldrad. cons. 237. in fine Rota decis. 391. sub num. 1. part. 4. recent.*

Non obstant enunciatiuæ amplissimæ vltra centum annos relatæ in *Summ. primę positionis ecclesiæ S. Mariæ, num. 7.* in quibus ipsa enunciatur matrix, & antiquior, nec non decreta ab ordinarijs facta in visitationibus signanter anni 1607. in quibus non solùm ecclesia S. Mariæ dicitur matrix, & antiquior, sed vlterius, quod ecclesia S. Nicolai sit filialis, eique subiecta dicto *Summ. num. 2.* quodque propterea tanquam matrix decorata fuerit pluribus præeminentijs in pulsatione campanarum, & delatione Crucis in processionibus ibidem *num. 3.* de quibus etiàm deponunt testes in Rota examinati vsque de anno 1606. coram fel. mem. Gregor. XV. hodierno *Summ. Ecclesiæ S. Mariæ, num. 1.* Et demùm quod vti matrix fuerit semper ab ordinariis pro tempore visitata, & ad eam aliæ Parochiales semper accessisse, & accedere pro Sacramento confirmationis, & oleo Sancto dicto *Summ. num. 3.* Ipsamque vti matricem, & antiquiorem præcedere alias ecclesias in omnibus actibus, & processionibus dicto *Summ. n. 4.* & dictas præeminentias fuisse approbatas ab Archiepiscopo Messanen. de anno 1557 *num. 5.*

[illegible] pro responsione animaduertebant Domini, quod cùm ex testibus formiter examinatis de anno 1604. coram A.C. & ex relatione ordinarii, de quibus supra constet ecclesiam S. Nicolai olim fuisse matricē, & antiquiorem, dum in Regno Sicilię, & in specie in Oppido Ciuitatis nuncupatæ Tortoreti vigebat ritus Græcorum, multiplicatis deinde fidelibus sub ritu Latino Romano de anno 1416. (sunt verba ordinarii) *Archiepiscopus Messanen. ad tollendas lites inter Græcos, & Latinos assignauit Presbyteris Gręcis, &c. ità & taliter quod Latini in ecclesia S. Mariæ, & Gręci in ecclesia Sancti Nicolai Sacramenta recipiebant, vna remansit matrix ecclesia Græcorum, & alia Latinorum*, vbi etiam subdit, *Et in hoc omnes conueniunt*; Tales namque enunciatiuę matricitatis ecclesiæ S. Marię emissę de annis 1439. 1471. 1474. & 1479. de quibus in eodem *Summario ecclesię S. Mariæ primæ positionis, numer. 7.* post assignationem factam presbyteris Latinis ecclesiæ S. Mariæ ab Archiepiscopo Messanen. anno 1416. verificari debent respectu aliarum ecclesiarum eiusdem Ciuitatis Tortoreti sub inuocatione eiusdem Beatæ Mariæ sub cura, & gubernio Latinorum, non autèm respectu ecclesiæ S. Nicolai, quæ ante dictam assignationem anno 1416. iàm erat matrix, & antiquior sub ritu Græcorum habens sub se, vt deponunt testes S. Nicolai *Summ. num. 7.* in suffraganeas ecclesias S. Saluatoris, S. Dominici, S. Ioannis, S. Martini, S. Michaelis, & S. Lucæ, quę eidem ecclesiæ S. Nicolai fuerunt assignatæ, vt in similibus terminis responsum fuit in *Cæsaraugustana Cathedralitatis 6. Martij 1656. coram bon. mem. Bichio, §. Sententia Archiepiscopi vers. Vt propterea vers. Hinc*
9 *igitur coram me*. Dictę enim relationi factæ ab ordinario circa statum ecclesiarum, & beneficiorum suæ Diœcesis plurimum deferendum est *Comitol. decis. 115 num. 15. Card. Seraph. decis. 1026. num. 3.*

Reliqua adducta ex testibus anno 1606. examinatis, & ex decretis ordinarij anni 1607. & ex prærogatiuis debitis ecclesię S. Mariæ tanquam matrici, non videntur, obstare, cùm emanauerine post motam, & introductam litem in Rota super reintegratione ad premæuū matricis titulum ecclesiæ Sancti Nicolai, & postquam sola ecclesia S. Mariæ erat in quasi possessione exercendi actus matricitatis priuatiuè quoad ecclesiam San-
10 cti Nicolai. Ideoque tanquam actus gesti pendente lite non præiudicant eidem ecclesiæ Sancti Nicolai, nec priorem, & antiquiorem statum matricitatis excludunt ex deductis *coram Card. Mantic. decis. 207. numer 10. & in recent. decis. 643. num 1. part. 2.*

Minusuè subsistere visum fuit, quod cesset populi consolatio in literis expressa, dum maior pars illius conqueritur de huiusmodi erectione propter scandala, & dissentiones, quæ oriri possent inter has ecclesias, vt ex dicta relatione Ordinarij hodierno *Summ. S. Nicolai num. 4.* Quià ordinarius in dicta relatione non dicit, quod populus, seu eius maior pars loci Tortoreti conqueratur de huiusmodi erectione, sed solū quod maior pars degentium sub Parochiali S. Mariæ, ibi: *Maior partem populi existen. sub cura dictæ maioris ecclesiæ exclamare contra dictam erectionem*, Et sanè si verè adesset dissensus totius populi, vtiq; Ordinarius non consensisset huiusmodi erectioni, prout positiuum consensum præstitit eodem *Summ. num. 5.*

Denique non obstat clausula, *Sine alicuius, & etiam*
11 *litis pendentiæ huiusmodi præiudicio in literis adiecta*; Quià intelligi debet de alio præiudicio, quàm de expresso, ac de alio, quam resultante ex propria natura, & qualitate ipsius gratiæ *Oldrad. cons. 330. in fin. Card. Seraph. decis. 756. num. 2. & decis. 1445. numer. 4. Buratt. decis. 375. num. 8. Rota in recent. decis. 129. num. 6. par. 1.*
12 Cumque agatur de gratia, quæ de sui natura alteri est præiudicialis, non exposcit mentionem præiudicij tertij, nec desiderat derogationem regulæ de iure quæsito non tollendo *Dec. cons. 113. num. 17. versic. Non obstat, Cassad decis. 1. de priuil. Card. Seraph. decis. 762. num. 4. & dicta decis. 1445. numer. 5. & 6. Buratt. decis. 193. num. 24.*

Quaproter ex dicta clausula non potest ecclesia S. Mariæ se opponere huiusmodi erectioni, sed solùm suis locis, & tempore agere poterit pro retentione, & pręseruatione iurium, ac præeminentiarum quatenus de iure non obstante dicta erectione sibi competere possint.

Et ità vtraque parte informante, &c.

PAMPILONEN. CAPELLÆ.

Lunę 27. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Inuito patrono non potest immutari Icon Capellæ neq; eius forma in meliorem reduci, licet iste non esset patronus quoad proprietatem, sed tantùmmodo vsuarius Capellę quoad certos vsus, ad quem vsum probandum leuiores sufficiunt probationes, licet plenę requirantur ad probandum iuspatronatus ad effectum conferendi, seu pręsentandi,

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, dum non agitur ad effectum conferendi, seu præsentandi, sed dumtaxat ad effectum iuris honorifici, & pręeminentiarum probatur per leuiores probationes.*

2 *Laicus potest esse patronus, & vsuarius Capellę quoad certos vsus, de quibus laici sint capaces, & insimul ecclesia potest esse domina, & patrona proprietatis ipsius Capellæ.*

3 Pa-

3 Patronus non potest prohibere publicas functiones in sua Capella, eius ornatum, & actus, respicientes maiorem cultum Diuinum.

4 Proprietarius non potest vsum rei immutare etiam in melius inuito vsufructuario.

5 Forma capellæ non potest immutari inuito patrono.

6 Icon capellæ non potest amoueri inuito patrono, vel ad aliam capellam transferri, cum maximum inferri posset præiudicium ob deuotionem, & concursum fidelium.

DECISIO DCLXXXVI.

SVb die 27. Iunij superioris anni Rota respondit constare de bono iure etiam ad effectum manutentionis D. Marchionis de Cortes quoad diuersos actus in fine decisionis recensitos, sed cùm ibidem particulariter reseruatum fuerit videre an ex dd. actibus inferri possit ad mutationem Iconis in eadem capella existentis, contradicente Marchione, causaque hodiè super omnibus repropositaDomini steterunt in decisis, & amplius
1 dixerunt, non licere Iconem immutare, quià patronatus Marchionis ad certos effectus plenè iustificatur ex pluribus in decisione relatis præsertim dum non agitur ad effectum conferendi, seu præsentandi, sed duntaxat ad effectum iuris honorifici, & præeminentiarũ, quo casu leuiores probationes sufficiunt, vt respondit, *Rot. coram Andr. decis. 5. n. 2. & 3.*

Vsus enim, & actus præfati, non tangunt, nec tollunt
2 dominium, nec propietatem ecclesiæ, cum insimul stare possit, quod ecclesia sit Domina, & Patrona capellæ respectu proprietatis tanquam intra eius ambitum, erectæ, quodque laicus sit patronus, & vsuarius quoad certos vsus, de quibus laici sunt capaces iuxtà *decisionẽ Card. Seraph. 652. num. 1. vers. Respectu enim, & num. 5. versic. Et istos vsus confirmata coram Card. Pamphilio sen. 28. Maij 1586.*

Non obstat, quod etiam œconomi capellam pluries ornauerint ibiq, Sacra Anniuersaria, Exequias Regum aliasque publicas functiones celebrauerint; Quia cum
3 hæc omnia respiciant maiorem cultum Diuinum, nec prohiberi possunt iuxtà *decis. Card. Seraph. 652. num. 1.* Nec scribentes pro Marchione illa contendunt, saluis iuribus ipsius.

Quouerò ad mutationem Iconis Domini pariter
4 responderunt ad fauorem Marchionis, cùm Proprietarius non possit vsum rei immutare, etiam in melius inuito vsufructuario *leg. vlt. in fin. ff. de vsu, & habit. cum alijs per Borguin. Canale. de vsufruct. mulier. relict. n. 159*
5 & in proximis, quod non possit mutari forma capellæ; inuito patrono *ex glass. in cap. Vrbis 25. verb. in capella post med. vers. Sicut Dominus de iurepatr.* respondit, *Rota decis. 1550. num 1. part. 1. diuers.* Neque eo reclamante
6 controuersam Iconem amouere vel ad aliam capellam transferre, cui maximum inferri posset præiudicium ob deuotionem, & concursum fidelium, vt in hac materia ratiocinatur *Genuen. in sua praxi Archiepisc. Neap. cap. 92. num. 11.*

Et ità vtraque, &c.

BONONIEN. DOMVS.

Veneris 1. Iulij 1661.

ARGVMENTVM.

Contractus emptionis, & venditionis inter partes per apocam ab eis subscriptam celebratus cum reseruatione desuper conficiendi publicum instrumentum, non rescinditur ante illius confectionem, dum partes reseruarunt confectionem huiusmodi instrumenti: non ad perficiendum contractum, sed ad maiorem illius probationem, maximè si partes non posuerint aliquã clausulam, resolutiuam.

SVMMARIVM.

1 Apocha à partibus subscripta, & testibus munita continens obligationem Cameralem, paratam habet executionem.

2 Emptor ante perfectum contractum venditionis potest pœnitere, nec tenetur ad solutionem pretij, sed potius recuperare potest iam solutum.

3 Venditio facta cum pacto conficiendi instrumentum non rescinditur ante illius confectionem, si partes voluerunt reseruare confectionem instrumenti, non ad perficiendum contractum, sed ad maiorem illius probationem.

4 Amplia maximè quando partes non apposuerunt aliquã clausulam resolutiuam, sed immò voluerunt, quod interim apocha venditionis haberet vim publici instrumenti.

5 Emptor, qui soluit ad computum rei vendita re non tradita potest dumtaxat agere pro traditione, & implementa aduersus venditorem, non autem recedere à contractu.

6 Res quæ fuit in dotem tradita dicitur exiuisse de fideicommisso, perinde ac si illi unquam fuisset subiecta.

7 Emptor non potest retinere pretium rei venditæ sub prætextu euictionis, si illa non sit imminens, nec aliqua lis fuerit introducta.

DECSIO DCLXXXVII.

PEtebat Aldobrandus rescissionem contractus emptionis domus inter ipsum, & Pauiam venditorem per apocham initum sub die 5. Febr. 1656. & ideo prætendebat esse locum restitutioni librarum 3000. alias Pauiæ solutarum ad computum pretii vna cum damnis, & interesse, venditor verò è contra petebat relaxari mandatum pro residuo pretij vsque ad libras 6000. in eadem apocha conuenti; Vndè dubitaui an sit relaxandum mandatum pro residuo pretij ad fauorem Aldobrandi, & responsum fuit mandatum esse relaxãdum pro residuo pretij.

Pauia enim pro illius consequutione habet inten-
1 tionem fundatam ex apocha a partibus subscripta, & trino teste munita, quæ cùm contineat obligationem Cameralem, paratam habet exequutionem iuxta doctr. *Angel. in l. 4. §. Condemnatum, num. 4. ff. de re iud. semper à Rota receptam.*

Ad effugiendam verò solutionem principaliter opponebatur pro parte emptoris, quod contractus venditionis remanserit imperfectus, dùm partes reseruarunt confectionem instrumenti publici; Ideoque ante
2 perfectionem contractus fuerit locus pœnitentiæ, itaut emptor non teneatur ad solutionem pretij, sed potius recuperare possit iam solutum, vt in *Anconitana prætensa venditionis 14. Iunij 1655. coram bo. me. Bichio, §. Secunda quid.*

Sed obiectum remouetur ex eo, quod pactum confi-
3 ciendi instrumentum non respicit perfectionem contractus, dum ille iam per apocham erat perfectus, & instrumentum desuper celebrandum in substantia non debebat esse diuersum, sed cum eisdem pactis, & conditionibus in apocha contentis, vt clarè legitur in *Sum. Pauiæ, num. 2.* quod manifestè demonstrat partes sibi voluisse reseruare instrumenti confectionem non ad perficiendum actum, sed tantùm ad maiorem probationem iuxtà *glass. communiter receptam in l. contractus verb. in scriptis, vers. Secus si à principio, Cod. de fid. instrum. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 10. versic. Sed diuersim Bursatt. cons. 100. num. 19. Gratian.* qui multos congerit *discept. 842. num. 20. & dixit, Rota decis. 517 num. 1. & decis. 721. per tot. part. 1. diuers. & decis. 353. num. 3. part. 9. recent.*

Maximè quià partes non apposuerunt aliquam
4 clausulam, resolutiuam, nempè, quod aliàs apocha nullius esset momenti, immò potius voluerunt, quod in-

terim haberet vim publici instrumenti, vt benè aduertit *Bursatt.d.cons.100.num.18. & seq. Mantic. de tacit. d.lib.1.tit.10.num.7.vers sed diuersam*, & *Rota coram Buratt decis.898.num.7.*

Quod autem domus non fuerit emptori tradita,
cum reperiretur alteri locata, non arguit imperfectionem contractus, neque ex hac agi potest ad illius rescissionem; etenim per solutionem librarum 3000. ab
emptore factam in computum pretij vel conuincitur
5 perfecta venditio, vel saltem cum versemur in contractu nominato, & re non integra remanet dumtaxat emptori actio pro traditione, & adimplemento,
non autem recedere à contractu ad *Text. in l. non idcirco C.de contrahen.empt.Natt.cons.171.num.1.& 2.& dixit Rota cor. Greg.decis.130.n.3.& in recent.decis.616 n.11.p.5.& decis.183.n.18.p.9.*

Non obstat quod domus controuersa fuerit subiecta fideicommisso instituto à Laurentio de Turre,
& ideò prætendat emptor retinere pretium, vel agere
ad rescissionem, ex quo sibi non fuerit tradita res libera.

Quia cum dicta domus fuerit data in dotem Iuliæ
6 filiæ eiusdem Laurentij, quæ nupsit Pauiæ exiuit de
fideicommisso, & remansit libera perinde ac si illi nunquam fuisset subiecta, *l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.Gabr cons.111. num.7.& seqq.lib.2. Rota decis.312.num.26.p.3.& decis.209.num.2.p.1.recent.*

Demum non obstat, quod dos Iuliæ constituta in summa librar.9225. inspecta qualitate personarum, & patrimonij fuerit excessiua, & ideo emptor possit molestari à vocatis.

Quia vltra quod talis excessua non iustificatur in facto, & regulariter ille non præsumitur, nisi probetur; vel saltem emptor est securus respectu domus, quę certè non excedit dotem congruam, dum eius valor librarum 5225. non ascendit ad dotem sororis collocatæ in monasterio. Visum fuit dominis sufficienter
emptori prouisum mediante cautione vel inuestimento; maximè cum agatur de fideicommisso conditionali non dum purificato, super quo adhuc nulla, mota
7 fuit, lis, vel controuersia, ideoque hoc modo non potest emptor pretij solutionem effugere *l.si potest perfectam C.de euict.Mangil.de euict.quæst.85.num.1. Rota decis.281. num.32.p.2. diuers. & locum Cardin. Caual. decis.602.per tot.*

Et ità vtraque parte informante &c.

MELEVITANA PAROCHIALIS.

Ven.1. Iuly 1661.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ quando sunt iustificatæ paratam habent exequutionem.*

2 *Concurrens ad beneficium, vt dicatur ad eum approbatus requiritur maior pars examinatorum Synodalium pro illius approbatione.*

3 *Beneficium in concursu debetur ei, cuius literæ sunt iustificatæ, non obstante gratia collitigantis, quæ vitio obreptionis laboret.*

DECISIO DCLXXXVIII.

IN concursu habito 1648. occasione vacationis Ecclesiæ parochialis Sancti Laurentij Meleuitanę Diœces. per obitum Didaci Vella inter cęteros examini se subiecerunt Mattheus Habela, & Dominicus Magro, Habela ex septem examinatoribus fuit à tribus tantū approbatus, Magrius verò ab omnibus; verum Habela sub narratiua, quod fuerit in concursu approbatus gratiam Apostolicam extorsit, e contra Magrius alias literas Apostolicas obtinuit sub alia narratiua, quod Habela falso supposuit se ab examinatoribus Synodalibus iuxta formam Sac. Concilij Tridentini approbatum, quibus in Rota exhibitis, dubitauit, an sint exequendæ & pro earum exequutione responsum fuit.

Literæ enim Apostolicæ quando sunt iustificatæ
1 paratam habent exequutionem *iuxtà Text.in cap.si capitulo, vbi gloss.in verb.exequatur de concess.prabend.in 6. Card.Ottbobon.decis.58.n.1.*

Iustificatio resultat ex quo Habela falso supposuit
se fuisse ab examinatoribus synodalibus approbatum,
& tamen constat ex datis in *Summ. Dominici num.1*
2 ex septem examinatoribus à tribus tantum fuisse approbatum, cum ad hunc effectum requiratur maior pars, vt notat *Massobr.in prax.habend.concurs.requisit.4 dub.7. num.2. Vinion.de iurepatr.lib.10.cap.1.num.43. Barbos.in collect.ad Concil.sess.24.c.18.de reform.n.115. & 116.Garz.de benef.p.9.cap.2.n.109.in fine.* vbi refert resolutionem Sacrę Congregationis Concilij.

Quarè cum gratia Habelæ vitio obreptionis labo-
3 ret, & Dominicus fuerit ab omnibus examinatoribus
approbatus, & tanquam talis ab Episcopo electus,
vtique ei debita est parochialis, vt in *decis.612. num.1. cum seqq. coram Merlina.*

Et ità altera tantum &c.

NOVARIEN. HÆREDITATIS.

Ven. 1. Iuly 1661.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim *l fin. C. de Ædict. diu.Adr.toll.* vel vtilis Saluiani debetur fideicommissario, concurrentibus scilicet fideicommisso, eius purificatione, & bonorum identitate, & ex quibus hæc extrema dicantur sufficientes probata; Legitima detrahi non potest à filio ex fideicommisso paterno, si ei fuerit prohibita illius detractio adhibita cautela Soccini secus autem si simpliciter fuerit prohibita, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Quis præsumitur sine filys decessisse, donec contrarium probetur.*

2 *Amplia hoc sine dubio procedere, quando non apparet filios non fuisse procreatos.*

3 *Amplia istam præsumptionem, si nemo compareat, qui prætendat se filium.*

4 *Hæres grauatus præsumitur sine filys decessisse, dum illius hæredes occuparent bona, quæ occupare non possunt, stante fideicommissa ad fauorem filiarum.*

5 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex eadem descriptione facta in inuentario hæredis grauati, & illius hæredum.*

6 *Bona per filium hæredē grauatum possessa vsque ad eius obitum præsumuntur esse fideicommissaria nisi probentur aquisitiones ipsius intermedię.*

7 *Legitima detrahi non potest à filio hærede vniuersali instituto adhibita per patrem cautela Soccini.*

8 *Filius adeundo hæreditatem paternam, ex testamento in quo adhibita cautela Soccini, et prohibetur detractio legitimæ, censetur approbasse omnia in testamento contenta cum suis qualitatibus.*

9 *Declara hoc non procedere, si cautela Soccini seruata non fuerit, tunc enim sola legitima prohibita, & generalis acceptatio testamenti non afficit, sed specialis, & indiuidua legitima renunciatio est necessaria.*

DECISIO DCLXXXIX.

VEnerab. Capellæ Sanctissimæ Virginis sitæ in Ecclesia Sancti Gaudentij Ciuitatis Nouariæ immissionem competere in bonis q. Marci Antonij Cauiæ vel ex remedio *l.fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* vel vtilis Saluiani hodie resolutum fuit, quia constat de fideicommisso eiusque purificatione in casu obitus Io:Baptistæ

tistæ hæredis grauati sine filijs; fideicommissum ad fauorem capellæ est literale *eius Summ. num.* 1. obitus
1 Ioannis Baptistæ plenè iustificatur *num.* 4. quodque decessisset sine filijs de iure præsumitur donec contrarium probetur *l. ex facto* 17. §. *si quis autem ibique Bart. Bald. & alij communiter ff. ad Trebell. Cardin. Mantic. decis.* 32. *num.* 1. *&* 2. vbi quod sine dubio procedit
2 quando non apparet filios fuisse procreatos *Adden. ad Buratt. decis.* 444. *num.* 1. *Rota in Bonon. fideicomm.* 28. *Iunij* 1651. *coram R.P.D. meo Celso* §. *etenim*.

Coadiuuatur ista præsumptio, ex quo non solum
3 nemo comparet, qui prætendat se filium Io: Baptistæ, vt dixit *Rota coram Comitul. decis.* 71. *num.* 13. Verum
4 etiam quia si verè Io: Baptista cum filijs decessisset stante dispositione paterna, nec minus ipsimet Canonici hæredes Ioannis Baptistæ eius bona occupare potuissent, vt aduertit *Rota decis.* 79. *num.* 13. *p.* 5. *recent. & in Romana fideicommissi* 8. *Iunij* 1648. *coram bo. me. Arguelles*.

Hæreditas bonorum fideicommisso subiectorum non potest hodie in dubiũ reuocari, prout sufficienter
5 iustificata remanet ex inuentario confecto per Ioannẽ Baptistam *Summ. num.* 3. quam ex alio confecto per Canonicos sequuto eius obitu, vbi eadem bona in specie descripta reperiuntur *Summ. num.* 4. ex hac enim combinatione inuentariorum clarissimè desumitur bona in eis descripta fuisse Marci Antonij fideicommittentis ex traditis per *Peregrin. de fideicomm. art. . . num.* 1 *& seqq. Rota coram Greg. decis.* 575. *num.* 3. *ibique Add. lit. B. & in Bonon. de Bologninis* 2. *Maij* 1653. *coram R.P.D. meo Celso, & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis* 4. *Februarij . . . . . .* §. *secundo autem in fine & in Interamnen fideicommissi* 26. *Februarij* 1656. §. *quodque coram R.P.D. meo Benilaqua*, & cum pro parte Canoni-
6 corum non probentur acquisitiones intermediæ factę à Io: Baptista, vehemens oritur præsumptio bona per eũ vsque ad obitum possessa fuisse Marci Antonij patris, vt in his terminis responsum fuit in *Bonon. Bonorum* 18 *Martij* 1652. *coram bo. me. Dunozetto* §. *non obstat & in allegata Bonon. de Pancaldis* §. *neque identitas*.

Detractio legitimę ex persona Io: Baptistæ, nec mi-
7 nus prætendi valet, eo quod fuit à Marco Antonio Patre hæres vniuersalis institutus sub ea lege, & prohibitione ne legitimam detraheret, & quatenus detrahere vellet in ea tantum institutus esset iuxtà cautelam traditam à *Soccin. iun. cons.* 122 *num.* 8. *& seqq.* vtique
8 Ioannes Baptista auctor Canonicorum in exequutionẽ dispositionis hęreditatem adeundo approbasse dicitur omnia in testamento contenta cum omnibus suis qualitatibus *Eminentiss. D. Card Ottbobon. decis.* 100. *num.* 1 *& seqq. Add. ad Gregor. decis.* 489. *num.* 27. *vers. & cum filius, & in Romana fideicomm. de Ceulis* 26. *Maij* 1642 *coram Reuerendiss. Compostellano, & in Fanen. bonorũ* 19. *Iunij* 1648. *coram bo. mem. Arguelles, & latè in Reatina fideicommissorum* 8. *Iunij* 1656. *coram* R.P.D. *meo Celso in* §. *legitimam vero*; secus vero si cautela Soccini seruata non fuisset, tunc enim sola legitimæ pro-
9 hibitio, & generalis acceptatio testameri non afficeret, sed specialis indiuidua, atque expressa legitimæ renunciatio esset necessaria, vt benè declarat *Rota in Perusina fideicommissi de Rodulphis* 14. *Iunij* 1642. *coram me* §. *non obstat, & in Meleuitana Viridarij* 8. *Iunij* 1654. *coram bon mem. Peutingerio* §. *nec refert, &* §. *Vnde cum testator*.

Et ità resolutum fuit per contradictas &c.

AVENIONEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 28. *Nouembris* 1661.

ARGVMENTVM.

Habens pro se immemorabilem, concludenter iustificatam, potest allegare quęcunque priuilegia exemptiua & meliorem titulum de mundo, nec dicitur interrupta immemorabilis per litem introductam, quoties decretum fuit latum pro possessore, & quomodo huiusmodi immemorabilis præscripta probetur.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis bene probatur ex Testibus habentibus legitimam ætatem, & deponentibus de visu à tempore eorum recordatus, ac de auditu à maioribus, qui pariter audiuerunt à senioribus*.

2 *Immemorabilis probatur ex testibus deponentibus, quod nihil nunquam visum, nec auditum fuerit in contrarium, nec non de publica voce, & fama per verbum fuit vel est*.

3 *Habens pro se immemorabilem potest allegare quodcunque Priuilegium Apostolicum, ac meliorem titulum de mundo*.

4 *Immemorabilis eo magis remanet iustificata, si ad illam corroborandam deducatur decretum iudicialiter emanatum pro exemptione possessoris*.

5 *Amplia hoc magis procedere, si huiusmodi decretum apparet exequutioni demandatum, & ab inde citra obseruatum*.

6 *Præscriptio interrupta per controuersiam iudicialem, & mala fides inducitur*.

7 *Præscriptio non interrumpitur per litem, quando decretum fuit latum pro possessore*.

8 *Mala fides inducta in possessore per litem in possessorio inductam, excluditur ex taciturnitate longissimi temporis in petitorio, ex quo resultat tacita confessio partis aduersæ eius mali iuris*.

9 *Immemorabilis possessio semel probata suffragatur tam in possessorio, quam in petitorio*.

10 *Immemorabilis tribuit facultatem allegandi præscriptionem quouis tempore, ideoque potest allegari quod ante litem inductam iam erat completa immemorabilis*.

11 *Immemorabilis in quolibet edicto, vel alia dispositione censetur præseruata, nisi de ea fiat specialis mentio*.

12 *Immemorabilis, quod fuerit in edicto præseruata conuincitur ex obseruantia subsequuta non soluendi*.

13 *Habens pro se immemorabilem potest allegare meliorem titulum de mundo, qui etiam transeat ad hæredes, quid quid sit de alijs præscriptionibus, vel Priuilegijs limitatis & restrictis ad certam familiam*.

14 *Obseruantiæ interpretatiuę plurimum est deferendum, licet non sit præscripta*.

DECISIO DCXC.

ORta controuersia inter Reuerendiss. D. Marinum Archiepiscopum Auenionen. & D. Paulum de Fortias Dominum de Monreal super solutione molituræ in Molendinis & Coquen. panes in furnis Castri Biturritarum coram Eminentiss. D. Cardinali Legato pariter Auenionis, & ab eodem in causa deputatus dubitaui an D. de Moureal teneatur soluere Molituram, & fumagium, & non teneri fuit per DD. resolutum,

Cum D. de Moureal iustificet ab immemorabili
1 tempore se & illos de Sala siue la Gard eius Authores esse in pacifica possessione molendi, & coquendi panem libere, & absque vllo onere, vel solutione pro vsu domus, & familiæ in dictis Molendinis, & furnis ex Testibus formiter examinatis relatis in *eius Summ. num.* 3. *&* 4. habentibus legitimam ætatem, & deponentibus de visu a tempore eorum recordatus, ac de auditu à maioribus, qui pariter audiuerunt ab alijs Senioribus, quodque nihil vnquam visum & auditum
2 fuerit in contrarium, nec non de publica voce, & fama per verbum fuit & est iuxta requisita *gloss. in cap.* 1, *verb. memoria de præscript. in* 6. *semper a Rota receptam*.

Probata igitur immemorabili potest D. de Monreal il-

3 al illius vigore allegare quodcunque priuilegium
Apostolicum ac meliorem titulum de mundo iuxta
gloss. in cap. super quibus verb. non extat memoria de
verb. signif. Abb. in cap. auditis num. 23. de praescrip. Rota
decis. 18. num. 2. & decis 614. num. 1. & 2. p. 2. recent.

Coadiuuantur depositiones Testium, & decreto
facto anno 1581. per Cardinalem de Arminiach tunc
Archiepiscopo Auenionen. cum voto sui consilij super
restitutione molituræ indebitè exactæ cum expressa
mentione talis exemptionis ibi; *Manuten. D. de la*
4 *Gard. in sua possessione immunitatis d. Summ. n. 5.* quod
cū hodie deducatur solum ad corroborationē eo ma-
gis immemorabilis remanet probata, vt dictū fuit in
Placentina, seu Abulen. decimarum 12. Decembris 1650.
5 *§. nec dicatur coram R. P. D. meo Celso*, præsertim dum
tale decretum apparet exequutioni demandatum, &
abinde citra obseruatum fuit, quod bene demonstrat
bonum ius D. de Monreal.

Neque facit, quod in voto consilij fuerint reserua-
ta D. Archiepiscopo iura agendi in petitorio, ex quo
6 inferebant eius informantes, quod saltem ex illa iudi-
ciali controuersia fuerit interrupta præscriptio, &
inducta mala fides *l. cum notissimum vbi gloss. verb. so-*
lam conuentionem C. de præscript. 30. annorum Bart. in
l. ex hoc edicto num. 4 ff. de eo, per quem factum erit, Bu-
ratt. decis. 5. num. 1.

Quia cum hodie constet de antiquissima possessio-
ne Authorum D. de Monreal etiam post litem tunc
motam, in qua decretum de manutenendo fauora-
bile reportarunt, certe illa lis ad interrumpendam
præscriptionem obesse non potuit quia interruptio
7 non inducitur per litem quando decretum, prout hic
fuit latum pro possessore, vt in his terminis alijs alle-
gatis dixit *Rota coram Martin. Andr. decis. 54. num. 23.*
& in Maioricen. beneficij 29. Iunij 1648. §. minus deest
bona fides coram bo. me. Bichio.

Quoad vero ad malam fidem illa excluditur ex taci-
8 turnitate longissimi temporis illius Archiepiscopi,
& successorum non prosequen. litem in petitorio, ex
quo resultat tacita confessio mali iuris, attenta quasi
9 possessione immemorabili; quæ semel probata suf-
fragatur tam in petitorio, quam in possessorio, vt
dictum fuit in *Placentina decimarum de alanza 11.*
Martij 1650. §. immemorabilem coram bo. me. Pentinge-
rio verum etiam cum immemorabilis contineat tem-
10 pus infinitum, & tribuat facultatem allegandi præ-
scriptionem quouis tempore, potest D. de Monreal
allegare quod ante tempus decreti, & reseruationis
initium in petitorio iam erat completa immemorabi-
lis iuxta *cons. Oldrad. 254. num. 18. & 19. in Burgen.*
quindenniorum 16. May. 1600. coram Corduba in princ.
Pen. decis. 178. num. 2. & in Toletana decimarum 16,
Martij 1648. § & non est coram R. P. D. meo Celso.

Nec etiā obstant locationes anni 1554. 1564. 1592.
in quibus vti testes interfuerunt Franciscus, & Cle-
mens de Sala *Summ. D. Archiepiscopi num. 6.* nec non
etiam edictum promulgatum anno 1583. à D. Fran-
cisco de Sala tunc Viguerio super eo, quod omnes
cuiuscunque status, gradus, qualitatis & conditionis
nullo excepto, accedant ad Molendina mensæ Archie-
piscopalis, vel concordent cum eius Officialibus *d.*
Sum. num. 3. litera B.

Nam placuit responsio Locationes continere clau-
sulam præseruatiuam ibi: *cum iuribus, oneribus, hono-*
ribus, &c. inde fit quod ideo Franciscus, & Cle-
mens tunc non reclamarunt; quia bene sciebant vigore
dictæ clausulæ præseruatiuæ eorum ius saluum, & il-
læsum remansisse, quo vero ad edictum responsum fuit
in eo non fuisse comprehensos dd. de Sala, seu la Gard
exemptos vigore immemorabilis, quæ in qualibet dis-
positione censetur præseruata nisi de ea fiat specialis
mentio *Felyn. in rubr. de præscript. num. 18. in fin Mares-*
cott. var. resol. cap. 101. num. 1. & 4. lib. 2. & in dict. Bur-
gen quindenniorum §. f. v. & in Placen. canonicatus co-
ram bo. me. Coccino decis. 614. num. 1. p. 2. recent. & me-
lius in confirmatoria *coram eodem in rec. decis. 286 per*
tot. p4. & ex obseruantia subsequuta non soluendi con-
uincitur locationes eis non præiudicasse, nec sub edicto
fuisse comprehensos ex traditis *per Rot. penes Posth de*
manut. decis. 139. num. 9. & 10. & in S. Seuerini decima-
rum 28. Iunij. 1647. §. Nec pariter obstat coram Reue-
rendiss. D. Tarraconen.

Nec obstat, quod Authores D. de Monreal in tan-
tum fuerint exempti in quantum fuerint Viguerij Ca-
stri Bituritarum vt ex *Testibus relatis in Summ. D. Ar-*
chiepiscopi num. 5. litera A. iunctis instrumentis *lit. B.*
C. D. E. eodem. num. 5. ex quibus apparet, Clementem
fuisse Viguerium, quia Testes deponentes de quasi
possessione immemorabili simpliciter, & indistincte
loquuntur, nulla habita ratione ad officium, vt ex
eorum lectura, & tamen constat non solum Clemen-
tem post dimissum officium, sed Paulum, aliosque
familię de Sala, qui nunquam fuerunt Viguerij, fuis-
se gauisos tali immunitate, signum euidens, quod
exemptio ipsis competebat non ratione officij, sed
ex titulo immemorabilis, idque etiam comprobatur
ex decreto Cardinalis de Armigniach vbi præseruatur
huiusmodi exemptio, nulla facta mentione officij.

Prout non viget, quod admissa tali exemptione
pro vsu domus, & familiæ immemorabilem suffragari
duntaxat in familia de Sala, ideoque extendi non pos-
se ad illam de Monreal, cum per obitum Catharinæ
vltimę ex familia de Sala, hęc familia remanserit
extincta.

Quia id posset habere locum si exemptio deduceretur
tur ex præscriptione quadragenaria, vel alio titulo
seu priuilegio limitato, & restricto ad eam famīliam,
13 D. de Monreal potest docere fuisse contractas huius-
modi exemptiones solutionis ex meliori titulo de
mundo, qui transiuit ad filios & descendentes Ca-
tharinę tanquam titulum magis proficuum, & vtilem
cum ista sit virtus immemorabilis, vt dixit *Rota de-*
cis. 150. n. 4. cū duob. seqq. p. 5. recent. quemadmodum de-
sumitur ex obseruantia subsequuta, dum filij, & de-
scendentes Catharinæ nunquam soluerint molituram
14 nec sumaginum cum obseruantiæ interpretatiuæ plu-
rimum deferendum sit licet non sit pręscripta *Card.*
Caual. decis. 80. num. 5. & decis. 14. num. 5. p. 6. recent.

Quod vero dicebatur D. de Monreal plura acquisi-
uisse bona, in facto non releuat, dū exemptio est restri-
cta pro vsu proprio Domus, & suæ familiæ tantum,
vt supra dictum est,

Et ità vtraque &c.

CIVITATIS PLEBIS CAPELLANIÆ.

Luna 5. Decembris 1661.

ARGVMENTVM.

In adiudicatione beneficij ille est præferendus, in quo
concurrunt qualitates a fundatore requisitæ.

SVMMARIVM

1 *Dispensatur à Pontifice super qualitate requisita à fun-*
datore, ad effectum obtinendi Beneficium habetur pro
babili, ac si nulla in contrarium adesset voluntas te-
statoris.

2 *Qualitas requisita a Testatore sub generali dispositio-*
ne debet verificari tam in consanguineo, quam in ex-
traneo, dum in vtroque militat eadem ratio.

3 *Dictio*, vt supra *repetit qualitates præcedentis dispo-*
sitionis.

Facto

4 *Facto plus est rem declarare, quam verbis.*
5 *Dispensatio Apostolica extorta sub falsa narratiua, nullaque facta mentione possessionis, nec litis, nil suffragatur.*
6 *Clausula* Dummodo de tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum *præseruat ius alteri quæsitum.*
7 *Lis non potest dici extincta per rem indicatam, nisi sententia fuerit exequutioni demandata contra possessorē.*
8 *Verbum* Parentela *comprehendit tam Agnatos, quam cognatos.*
9 *Testes nulliter examinati pendente lite absque citatione partis non sunt attendendi &c.*

DECISIO DCXCI.

Resolutum fuit sub 15. Iunij proximi præteriti sententiam rotalem contra Cencium latam esse infirmādam hodie repropositā causa Domini steterunt in decisis, quia vltra qualitates a Testatore requisitas Cencius præsentationem ab exequutoribus Testamentarijs & successiue institutionem ab Ordinario reportauit Fatius vero cum possideat Beneficium in eadem Ecclesia, cui onus incumbit celebrationis trium missarum qualibet hebdomada, propterea ex lege fundationis redditur incapax, & inhabilis, vt firmatur in decisione quæ reuidetur §. 2. & *seqq.*

Non obstat repetitum obiectum quod ista qualitas a fundatore requisita, vt scilicet eligendus nulli oneri sit addictus solum censeatur adiecta Capellanis extraneis, non autem consanguineis, & in omnem casumcum Fatius fuerit a Sede Apostolica dispensatus ha-
1 beatur ad hunc effectum pro habili, ac si nulla in contrarium adesset voluntas Testatoris *Cardin. Otthob. decis. 187. n. 11. & in Carpentoraten. hæreditatis 15. Martij 1660 coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Etenim respectu oneris contrarium desumitur ex lectura Testamenti, vbi Testator prius disposuit circa electionem Capellani, nulla facta mentione extranei, vel consanguinei iubendo, quod Capellanus eligendus teneatur celebrare 15. missas pro quolibet mense, & quod aliud onus non habeat deinde vero dum mandauit præferri eius consanguineos, non recessit a prima
2 dispositione aliter disponendo circa electionem, sed duntaxat illis iniunxit prærogatiuam perpetuitatis, ideoque dictum onus tanquam requisitum sub generali dispositione omnes comprehendere debet, præsertim dum militat eadem ratio tam in extraneo, quam in consanguineo *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 7. prohem. num. 104. & 105. Rota decis. 339 num. 6. p. 5. recent.*

Et hoc idem comprobant verba immediate sequentia, quia dum Testator voluit excipere Capellanum eligendum intra primos 15. annos nempe vt possit ad libitum frequentare diuina officia vsus fuit his verbis ibi: *quali poi passati si debba osseruare come sopra*, ex quo manifeste apparet Testatorem voluisse quoad onera, omnes æquiparare, dictio enim, vt supra, repe-
3 tit qualitates præcedentis dispositionis *Bart. in l. si quis seruum § fin ff. de leg. 2. Rota decis. 209. num. 6. circa finem p. 1. recent.* quinimo perpendit 1. decisio, dum onus potius videtur iniunctum consanguineo eligendo post lapsum 15. annorum, quam extraneo ibi; *quali poi passati si osserui come sopra.*

Et idem Fatius bene agnouit hanc qualitatem esse necessariam in consanguineo, dum obtinuit dispensationem Apostolicam, alias enim si fuisset solum requisita in Capellanis extraneis, vtique eam non impe-
4 trasset, & facto plus est rem declarare; quam verbis *cap. dilecti fil. cap. vt nostrum de appell.*

Quoad vero ad dispensationem a Fatio obtentam iterum Domini censuerunt non suffragari tanquam ex-
5 torta sub falsa narratiua quod sit proximior nulla facta mentione possessionis minusque litis; & sententiarum desuper latarum *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 40. num 107.* & cum contineat clausulam, *dummodo de tempore datę presentium non sit alteri ius quæsitum.* per eam censetur ius Cencij preseruatum, vt præter adductos in *decis. §. nec ad hunc effectum* dixit *Rota coram Card. Caual. decis. 478. num. 6. & in Aquilana iurispatronatus 4. Iunij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Corrado Prodatario.*

Nec satisfacit responsio data ab informantibus pro Fatio quod mentio litis non erat facienda, attento quod illa per sententiam A.C. in iudicatum transactā ob non interpositam appellationem remansit extincta.

Quia cum Cencius de tempore latæ sententiæ esset
7 in possessione capellania propterea lis non potuit dici extincta per rem iudicatam, nisi fuerit contra ipsum exequutioni demandata *Caputaq. decis. 172. p. 2. Mohed. decis. 2. n. 2. vt lit. pend. Gratian. discept. forens. cap. 758. num. 19. & 20.*

Alterum decisionis fundamentum circa proprietatem pariter subsistit, quia vt ibi firmatur §. *hinc etiam Cencius* probat se esse de parentela testatoris requisita
8 in fundatione quod verbum comprehendit tam agnatos, quam cognatos, non obstante cōtraria attestatione duorum ex executoribus, quod testator senserit solum de agnatis, quia vt bene respondetur in *eadem decisione §. nec habita fuit,* talis attestatio non venit attendenda, tum quia vnus ex eis in articulo mortis se retractauit, tum etiam quia cum concorditer vna cum alijs Cencium præsentarunt, benè declararunt talem fuisse voluntatem testatoris.

Denique non releuant testes nuper ad perpetuam rei memoriam examinati, quod testator prohibuerat exequutoribus nominare Cencium, quia vltra quod
9 nulliter fuerunt examinati pendente lite absque citatione Cencij, talis prohibitio non legitur in testamento, & expresse contradicit positiuæ nominationi ab exequutoribus concorditer factæ cum subsequuta possessione.

Ex quibus Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

LEODIEN. RESCISSIONIS CONTRACTVS, *Ven. 23. Ianuarij 1662.*

ARGVMENTVM.

Remedium can. reintegrandæ licet regulariter non concedatur ei, qui facto proprio cecidit à possessione hoc tamen non procedit in Ecclesia, quæ possessionem amisit ex contractu nullo tanquam celebrato absque beneplacito Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio conceditur constito de anteriori possessione actoris, & de recenti rei conuenti.*
2 *Reintegrationis remedium non intrat, si quis cecidit à possessione facto proprio.*
3 *Ecclesia ex contractu nullo non transfert possessionem in contrahentem.*
4 *Moniales præstando consensum in contractu nullo non præiudicant Ecclesiæ.*
5 *Ecclesia non potest eius bona permutare sinè beneplacito Apostolico, & iusta causa.*
6 *Ecclesia quod fuerit læsa in contractu permutationis satis dicitur constare ex quo insurgant creditores non expresi in instrumento, & num. 7.*
8 *Bona Ecclesię vt possint alienari ob æs alienum debet constare de debito, & quod creditores vrgeant apud iudicem.*
9 *Venditionis contractus diuersus est ab illo permutationis.*

10 Con-

10 *ContraЗus, cuius natura sit dignoscitur ex lectura in-*
strumenti .
11 *Cōtractus talis præsumitur, qualis à Contrahentibus de-*
nominatur .
12 *Contractus censetur permutationis, quando valor bono-*
rum excedit pecuniam numeratam .
13 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in permutatione*
bonorum Ecclesię, & num.14.
15 *Ecclesia sumens in se onus obtinendi Beneplacitum Apo-*
stolicum non potest à contracta recedere ante quam il-
lud obtineat, vel doceat fecisse diligentias necessarias
pro illo obtinendo .
16 *Declara id procedere , quando beneplacitum fuisset re-*
seruatum ad cautelam , & de iure non requiretur, alias
secus .
17 *Ecclesia potest à contractu recedere ante obtentum Be-*
neplacitum Apostolicum , vbi illud de iure erat neces-
sarium .
18 *Ecclesię consensus dicitur deficere in alienatione eius*
bonorum, dum deficit Beneplacitum Apostolicum .

DECISIO DCXCII.

SEquuta vsque de anno 1655. inter Abbatissam, &
Moniales Monasterij Vallis Hostræ Dominę propè
Huum , ac Ludouicam de Mistre permutatione non-
nullorum bonorum. Quia tamen in eo contractu
Apostolicum beneplacitum non interuenit , hinc in-
troducto iudicio pro parte Monialium super nulli-
tate huiusmodi permutationis duę in partibus ad ea-
rũ fauorem emanarunt sententiæ deinde appellationis
causa ad Rotã delatæ dubitaui an Monasterio sit dan-
da reintegratio,& fuit per DD affirmatiuè resolutum.

Constat enim ex instrumento permutationis de an-
teriori possessione monialium cedentium ad fauorem
Ludouici Terras,de quibus *Summ.Monalium,numer.1.*
De possessione verò Rex conuentæ pariter constare
1 visum fuit ex litis substentatione, quibus stantibus ha-
bet locum remedium Canonis reintegrandæ , *Abb. in*
cap.cum ad sedem de restit.spoliat.Gabr.conclus.5.n.67.
eod tit. Rot.decis.186.num.2.& 4.part.7.recent.

Nec refert , quod moniales per actum traditionis
bonorum videantur facto proprio à possessione ceci-
2 disse, quo casu cessat remedium reintegrationis, *Rip,*
in cap.sępè, num.27.de restit.spoliat. Surd.cons.49.n.3.
Cassador. decis. 4.num. 6. versic. Proprio namque facto
eodem titul.

Quià conclusio non procedit quando constat de
3 nullitate contractus, & agitur nomine Ecclesiæ,cum
ex contractu nullo Ecclesia non cadat à possessione
sua , nec illam transferat in contrahentem , quamuis
moniales alienationi consenserint , & habuerint se pro
4 spoliatis , cùm non possint Ecclesiæ præiudicare *Ca-*
putaq.decis.170.per tot.part.5.Card.Seraph.decis.1417.
num.3.Greg.decis.116.num.1.& ibi Add.num.5.Merlin.
decis.702.n.5.& seqq.cum alijs allegatis in Lucana bo-
norum 17. Iunij 1652. coram me, §. Ad secundum re-
spondebatur .

Nullitas contractus resultat tàm ex defectu solem-
5 nitatum quàm iustæ causæ vtilitatis , vel necessitatis ,
quæ insimul in hac materia concurrere debent *cap.1.*
de reb.eccles.non alien Clemen.1.eod.tit.Mantic.decis.41
num.1.Coccin.decis.445.num.1.cum alijs in Leodien. do-
miniorum 25. Iunij 1649. §.Quoniam alienatio coram
Eminentiss.D.Card.Corrado Prodatario.

Quod autèm in præsenti solemnitates requisitę non
6 interuenerint patet,ex quo non constat de beneplacito
Apostolico in instrumento reseruato , minusque per-
mutationem huiusmodi fuisse vniuersalem , & profi-
cuam Monasterio , quinimò euidenter damnosam , &
7 læsiuam , dum contra moniales plures insurrexerunt
creditores in instrumento permutationis non expressi
d.Summ.monalium,num.7.& seqq. Nec vlla adest cau-
8 sa deueniendi ad hanc distractionem bonorum, præter
quod non solum concurrere debet æs alienum sed vl-
terius,quod creditores vrgeant apud Iudicem,vt dixit
Rot.in Pampilonen.alienationis 15. Ianu.1649. §.Præ-
terquod coram bo.me.Bichio .

Non vrget,quod potius versemur in contractu ven-
9 ditionis,quam permutationis, Tum quià contrarium
10 conuincitur ex lectura instrumenti, vbi pluries fit mẽ-
tio de permutatione *d.Summ.num.1.* Vndè talis cense-
11 tur contractus,qualis à contrahentibus denominatur
l.qui fundum, §.Qui Agrum.ff.de contrahen.empt. Tum
etiam quià cùm hinc inde bona fuerint tradita,& assi-
gnata iuxtà naturam permutationis , talis proinde re-
putari debet contractus non obstante, quod pro parte
monialium interuenerit pecunia pro æquando valore
12 bonorum permutatorum dum valor bonorum pecu-
niam numeratam longè excedit , vt ex instrumento
d.Summ.num.1. & in his terminis tradunt Canonistæ
in cap. ad quæstiones de rer.permut. & ibi Abb. num.4.
Zabarell.num.3.Io.Andr.num.3.Guidop.quæst.92. Gra-
tian.discept.forens.cap.206.num.22.& cap.885.num.20
13 *& 21. Boer.decis.144. per tot.* & propterea beneplaci-
tum Apostolicum erat omninò necessarium *Redoan.*
de reb.eccles.non alienand.quæst.2 cap.4. per tot. Rota
decis.70.num.1.part.1.recent. & in dicta Leodien. domi-
niorum,§.Non obstat.

Et cessat omnis difficultas, quià siuè sit contractus
venditionis siuè permutationis respectu bonorum à
14 monialibus Ludouicę in solutum datorum beneplaci-
tum erat omnino necessarium , vt expresse disponitur
in *extrauag.ambitiosæ de reb Eccles. non alien.* ibi : *om-*
neque pactum per quod dominium Ecclesia transfertur .

Non obstat , quod Moniales assumpserint in se
onus illud obtinendi , ideoque non valeant a contra-
15 ctu recedere antequam fuerit obtentum , vel doceant
fecisse diligentias pro illo obtinendo , vt aduertit
*Rota d.decis.218.num.14.p.7.recent.*quia id sane posset
16 procedere quando beneplacitum fuisset reseruatum
ad cautelam , & de iure non requireretur , secus vero
17 quando de iure requiritur ; tunc enim ante impetra-
tionem locus est pænitentiæ , & interim licuit Monia-
libus a contractu tam iniusto recedere , vt in his ter-
minis tradunt *Gratian discept.forens.cap.514.num.7.*
Duran.decis.397.num.12. Rota d.decis.218. num.15. &
seqq. & permutatio fuit nulla nedum ex defectu sole-
18 mnitatum, sed etiam consensus, qui censetur defice-
re eo ipso , quod deficit beneplacitum consensui cor-
respectiuum;*Rota decis 277.num.12.p.4.tom.2.rec.*

Et ità monasterio tantum informante resolutum
fuit dandam esse reintegrationem facta tamen resti-
tutione Ludouicę bonorum permutatorum quatenùs
penès monasterium existant.

MEDIOLANEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 23. Ianuarij 1662.

ARGVMENTVM.

Ex institutione ab beneficium facta ab Ordinario de eo,
qui fuit præsentatus , præsumitur existentia , & perti-
nentia iurispatronatus ad fauorem præsentantis,etiam
in præiudicium tertij, concurrente præsertim pacifica
possessione instituti,seu præsentati spatio 40.annorum
continuata, prout etiam probatur pertinentia iurispa-
tronatus ad fauorem successoris , probata quasi pos-
sessione præsentandi in eius Auctore .

SVMMARIVM.

1 *Donatarius pro medietate iurispatronatus , non potest*
integrum iuspatronatus in eius descendentes trans-
ferre .

2 *Præ-*

2 *Præsentatus ad beneficium, non instituitur ab ordinario, non præcedente vacatione beneficij, existentia iurispatronatus habilitate præsentati, & præsentatione facta in tempore.*

3 *Ex institutione ad beneficium facta ab ordinario, de eo qui fuit præsentatus, præsumitur existentia, & pertinentia iurispatronatus, omniaque necessaria ad huiusmodi institutionem obtinendam.*

4 *Assertio ordinarij facta in instrumento institutionis ad beneficium, de præsentatione instituti, plenè probat contra tertium.*

5 *Institutus ab ordinario spatio 40. annorum ab ipso toleratus in possessione beneficij, præsumitur infra legitima tempora, & à legitimo patrono præsentatus.*

6 *Ordinarij non sunt nimis faciles ad instituendum præsentatos ad beneficia.*

7 *Ordinarius asserens beneficium esse de iurepatronatus, plurimum probat, cum huiusmodi attestatio tendat in eius præiudicium.*

8 *Pertinentia iurispatronatus ad fauorem successoris, probatur ex quasi possessione præsentandi, in eius auctore probata.*

DECISIO DCXCIII.

Confirmarunt hodie Domini decisionem coram me editam 28. Martij superioris anni, in qua firmatur constare de existentia, ac pertinentia iurispatronatus ad fauorem sororum de Marlianis, nec amplius pro parte Blanchi reuocabatur in dubium quin potuerit controuersum iuspatronatus transire in fideicommissarios, ac de gentilitio effici hæreditarium.

Nec obstat Sellanouam non fuisse patronum nisi pro medietate iurispatronatus ex donatione sibi facta de anno 1520. per Iacobum Cortesellam vnicum patronũ, vt firmatur *in decis. 70. apud Viuian. de iurepatr.*
1 Ideoque non potuisse in Alexandrum Marlianum, eiusq; descendentes integrum iuspatronatus transferre, sed solùm medietatem sibi donatam, ad Text. in *l. nemo potest. ff. de reg. iur.*

Placuit enim responsio, quod Sellanoua aliam partem non donatam acquisiuit, vti substitutus Cæciliæ filiæ Benedicti nepotis Cortesellæ donatoris, vt colligitur ex eadem *decisione sub num. 4.* & per consequens benè potuit integrum iurispatronatus transferre in Marlianos, & alios substitutos.

Quod verò præsentatio Sellanouæ in personam Rastelli non iustificetur aliunde, quàm ex institutione facta ab Ordinario Mediolanen. quæ non videtur sufficiens in præiudicium tertij.

Animaduerterunt Domini, quod ante institutionẽ
2 ordinarij præcedere debent vacatio beneficij, existentia iurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentatio facta in tempore, vt tradit, *Viuian. in praxi iurispatronatus lib. 12. cap. 4. num. 2. Rota decis. 337. num. 1. p. 2. rec.*
3 Hinc sequitur, quod ex subsequuta institutione omnia
4 præsumuntur præcessisse, attento præsertim quod ex publico instrumento institutionis, in Rota exhibito apparet, Ordinarium specificam mentionem facere de præsentatione Sellanouæ in personam Rastelli, quo casu talis assertio plenè probat etiam in præiudicium tertij, vt in his terminis dixit, *Rota corã Pen. decis. 912. num. 1. & seqq. & coram Buratt. decis. 172. num. 3.*

Eoque magis quià Rastellus ab Ordinario institu-
5 tus controuersum Canonicatum spatio 40. & vltra annorum possedit; Vndè validissimum resultat argumentum, quod Ordinarius tanto tempore eum non
6 tolerasset, nisi intra legitima tempora fuisset à legitimo patrono præsentatus; Ordinarij enim non sunt adeò faciles ad instituendum præsentatos ad beneficia, vt inquit *Rota decis. 11. num. 1. circa fin. de iurepatr. in nou. Put. decis. 237. lib. 2. Rot. in recent. decis. 518. num. 3. part. 1. & decis. 536. num. 12. & 15. part. 5.* Et propte-
7 reà Rota plurimum solet eius attestationi in hac materia deferre, cùm tendat in eius præiudicium, *Coccin. decis. 230. num. 3. Card. Seraph. decis. 1141. num 8. & in Aretina Plebaniæ 6. Februarij 1654. coram me, §. Existentiæ.*

Denique non obstat, quod quasi possessio præsentandi acquisita per Sellanouam transire non potuerit in sorores de Marlianis absque noua apprehensione; Quià ad effectum pertinentiæ sat est prædictas sorores
8 causam habere ab existenti in quasi possessione præsentandi, nã ex quasi possessione præsentandi sui Authoris probatur pertinentia ad fauorem successoris, vt dixit, *Rot. decis. 337. n. 3. p. 2. rec. cum alijs adductis in Aquilana iurispatronatus 1. Iulij 1650. §. Non obstat il secundo cor.* Reuerendiss. D. Papien. Quod autem sorores de Marlianis causam habeant à Sellanoua ex persona Alexandri patris firmatur in decisione, §. *Cumque de anno.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA SOCIETATIS.

Lunæ 30. Ianuarij 1662.

ARGVMENTVM.

Finita societate per mortem vnius ex socijs possunt illius hæredes etiam ante firmatum calculum totius societatis obtinere mandatum pro restitutione capitalis contra consocium, qui illud restituere promiserat in instrumento societatis, cum hoc præsumatur remansisse saluum in negotio, & sit creditum certum, & vndequaque liquidum, donec doceatur de illius diminutione.

SVMMARIVM.

1 *Duæ sententiæ conformes habent vim trium, & ideò sunt exequendæ ex dispositione statuti vrbis, dum fuerunt latæ inter ciues, & incolas.*

2 *Capitale negotij, & societatis semper in dubio præsumitur saluum, donec non doceatur de contrario.*

3 *Socius licet pro certa summa conueniri non possit à consocio, nisi prius firmatis calculis, hoc tamen non procedit, vbi liquidatio crediti non pendet à redditione rationis, sed creditum per se est certum, & liquidum.*

4 *Res iudicata facit rem claram, manifestam, atque indubitabilem.*

5 *Capitale societatis assignatum in mercibus æstimatis debet in pecunia restitui, cum æstimatio communiter faciat emptionem, & venditionem.*

6 *Æstimatio communiter facit emptionem, & venditionem.*

7 *Capitale societatis, illa finita potest peti à socio qui illud de proprio posuerat, etiam ante redditionem rationis, cum dicatur certum, & liquidum creditum, nisi reddatur aliquo modo turbidum, vel probetur quod in negotio emerserit damnum.*

8 *Mandatum relaxatum contra bona, & personam hæredis beneficiati, sustinetur si ipse citatus personaliter vt principalis non comparuit, neque opposuit de Inuentario.*

DECISIO DCXCIV.

Dissoluta societate per mortem Petri Pauli Victorij, Leondra mater Tutrix, & Curatrix Catherinæ cõmunis filiæ, & hæredis præuio instrumento transactionis dimisit negotium lignorum penes Leonellum, & Sterpinum consocios; Prætendens verò Catharina rescissionem transactionis Iudicium instituit contra Franciscum Leonellum hæredem transigentium, & R. P. D. Arcoltus Locumtenens A. C. per sententiam diffinitiuam declarauit transactionem vti erroneam, dolosam, & nullam rescindendam esse, & insuper condemnauit Franciscum ad redden. rationem admini-

strationis negotij, illudque relaxandum iuxtà formam instrumenti societatis, quæ sententia fuit successiuè in Rota à me in omnibus, & per omnia confirmata, ac decretum, & relaxatum mandatum quodeunque necessarium, & opportunum, quibus cùm Signatura Iustitiæ rescripserit cum clausula, *sine praiudicio duarum conformium*, Catharina obtinuit relaxari, & expediri mandatum in sententijs decretum in scutis 6000. pro valore capitalis societatis, cuius vigore Leonellus carceratus, ac posteà relaxatus cum cautione de se repræsentando in carceribus ad omne mandatum mediante obligatione vxoris facta sine præiudicio nullitatis mãdati, & exequatur ad euitan. repræsentationem; Ideò dubitaui an constet de nullitate mandati, & exequutionis, vel potius sit locus repræsentationi, negatiuè quoad primam partem affirmatiuè verò quoad secundam resolutum fuit,

Siquidem Franciscus Leonellus per duas sententias fuit condemnatus ad redden. rationem, & dimittendum negotium iuxtà formam instrumenti societatis; Vndè cum Signatura rescribendo cum clausula *sine præiudicio*, noluerit admittere appellationem suspensiuam, ritè, & rectè potuit contra eundem relaxari mãdatum exequutiuum, & exequutioni demandari cum
1 sententiæ tanquàm conformes, & latæ inter Ciues, & Incolas, & dispositione *Statut. Vrbis cap. 178. lib. 1.* habeant vim trium, & rei iudicatæ, vt alijs allegatis dictum fuit *in Romana fideicommissi, seù Saluiani 1. Iulij 1652. §. Agitur enim*,

Non obstat, quod sententiæ condemnent duntaxàt Leonellum ad redden. rationem, & ad relaxan. negotium, non autèm ad solutionem scutor. 6000. Ideoque non potuisse relaxari nisi mandatum ad factum non autèm exequutiuum pro summa certa.

Quia mandatum fuit relaxatum pro capitali, quod Authores Leonelli in instrumento societatis promiserunt restituere Victorio, qui de proprio illud posuerat; Ideò dum fuit condemnatus Leonellus ad restituendum negotium, quod consistit in capitali certo, nec probauit illud fuisse deperditum, seù diminutum
2 pro eo potuit fieri exequutio, cum illud remaneat liquidum, & semper in dubio præsumatur saluum, donec non doceatur de contrario *Bald. cons. 493. num. 3. post princ. vol. 4. Soccin. iun. cons. 24. num. 36. & 41. lib. primo, Auendan. de exequend. mand. p. 2. cap. 29. num. 5. vers. Et hoc infertur cum seq. Escobar. de ratiocin. cap. 21. num. 7. Magon. decis. Lucen. 1. num. 35. Surd. decis. 184. num. 11. & Rota Ianuen. decis. 124. num. 2.*

Auctoritates verò, quæ in contrarium adducuntur
3 quatenùs firmant socios non posse pro certa summa conueniri, nisi prius firmatis calculis, cùm in redditione rationum possit etiam creditor remanere, non applicantur in proposito, quia procedunt vbi liquidatio crediti pendet ab ipsamet redditione rationis non autèm quando prout hic creditum capitalis vndequaque iàm est liquidùm, tùm ex relatione peritorum asserentium totum capitale remansisse saluum, tùm etiàm ex iuris præsumptione resultante ex eo quod Leonellus condemnatus ad reddendam rationem, illam reddere noluit, nec vllo modo probauit diminu-
4 tionem capitalis, immò potius huiusmodi præsumptio augetur ex ipsamet re iudicata, quæ facit rem claram, & manifestam, atque indubitabilem, *Caputaquen. decis. 336. in fin. p. 1.*

Nec obstat altera nullitas, & iniustitia mandati, ex quo capitale societatis pro maiori parte per Victoriũ fuit assignatum in mercibus, & creditis, ideoque in ijsdem rebus deduci debebat, non autem in pecunia.

Hoc enim potuisset admitti quotiescunque Leonellus probasset existentiam dd. mercium, & creditorum, eorumque restitutionem obtulisset, aliàs aut. n. attento longo temporis cursu annorum 42: præsum. ... non extare tãnquam verisimiliter alienatæ, & respectiuè
5 exacta; Immò cum merces à principio per Victoriam assignatæ fuerint æstimatæ, non est dubium in earum
6 locum pretium deberi, cùm æstimatio communiter faciat emptionem, & venditionem, *l. quoties C. de iur. dot.* cuius text. dispositionem habere locum etiam inter socios tradit *Coru. cons. 54. n. 3. vers. Et verum foret lib. 1. Felin. de Societ. cap. 19 num. 48.*

Nec pariter subsistit, quod contractus societatis fuerit à principio vsurarius tanquam continens pactum, quod capitale remaneat saluum; Nàm cessat obiectum ex ijsdem verbis instrumenti, ibi: *E tutto l'vtile, che vi si trouarà, reintegrato prima detto Vittorio di detto suo capitale detratte le spese, e dedotto tutto quello si dourà dedurre, si debba partire, &c.* Dùm enim deduci debent expensæ & omne id, quod venit deducendum, de necessitate sequitur Victorium voluisse duntaxat seintegrari de capitali, quatenùs negotium esset in lucro, vt benè dignoscitur ex illis verbis: *E tutto l'vtile, che si trouarà.* In casu autèm damni respectiuè voluisse periculum capitalis subire comprobant alia verba, ibi: *Dedotto tutto quello si deue dedurre*; Vndè cum instrumentum, de quo agitur in duas partes diuidatur, prima scilicet contineat deuisionem vtilium, secunda verò determinet restitutionem capitalis, licet pro illius executione quoad vtilia, quæ sunt incerta, requiratur
7 concludens iustificatio, attamen pro capitali, quod est creditum certum, & liquidum non denegatur quotiescunque huiusmodi creditum aliquo modo non redditur turbidũ, vel probatur quod in negotio emerserit damnum, vt præter superius relatos *in §. Quia mandatum*, explicant *Sim. de Pret. cons. 25. num. 16. & seq. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 8. princ. quæst. 41. ad med. vers. Contrarium tamen verius*;

Non obstat, quod contra persona, & bona Francisci vti heredis cum beneficio legis, & inuentarij Simonis Leonelli, & Sterpini non poterat relaxari mandatum nisi prius ipso citato ad redden. rationem de bonis inuentariatis; sufficit enim pro nunc respondere, quod nullibi constat illum esse hæredem beneficiatum, cùm potius contrariũ appareat ex apprehensione bonorum hereditariorum q. Simonis Leonelli facta vigore mandati de immittendo ab eodem obtenti vti hærede simpliciter *Summ. Catharinæ, num. 2.* & in omnem casum exequutio substineretur propter dolum, & contumaciam ipsius Francisci canonizatam nedum in decisio-
8 nibus huius causæ, sed etiam apparet ex eo, quod citatus personaliter vti principalis ad viden. relaxari mandatum *Summ. num. 6.* non comparuit ad redden. rationem neque opposuit de inuentario, Quapropter potuit contra ipsum ad relaxationem mandati, & etiam ad capturam deueniri, vt originaliter docet, *Bald. in l. fin. §. Et si præfatam, num. 3. C. de iur. deliber. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 45. n. 16. Carleual. de iudic. tit. 3. disput. 9. num. 7. tom. 2. & admisit, Rota decis. 37. numer. 7. & seq. part 6. recent.* Et ità vtraque, &c

CAVRIEN. REDVCTIONIS BENEFICIORVM.

Merc. 1. Febr. 1662.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur possessori, & in iudicio summarijssimo admittuntur etiam leuiores probationes.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio venit concedenda possessori eodem modo, & forma quibus reperiebatur tempore motæ litis.*

2 *Probationes leuiores sufficiunt in iudico summarijssimo manutentionis.*

3 Ti-

3 *Titulus non discutitur in iudicio manutentionis, sed sufficit sola insistentia facti.*

DECISIO DCXCV.

AD instantiam Capituli Ecclesiæ Cathedralis Caurien. sanct. mem. Iulius Secundus anno 1511. Beneficium curatum, quod tunc in commendam obtinebat q. Christophorus de Castro suppressit, illiusque fructus redditus, & prouentus mensę capitulari applicauit diuiden. inter quatuor Beneficiatos socios nuncupatos, qui in Diuinis Officijs inseruire, curam animarum exercere, aliaque onera eidem beneficio curato incumbentia gerere tenerentur, vt latius continetur in *Summ. Beneficiatorum, num.* 1. Cumque de tempore motæ litis anno 1570. Capitulum existeret in possessione quadragenaria quieta, & pacifica possessione recipiendi seruitium in Ecclesia non à quatuor, sed à septem Beneficiatis, eosque præsentandi quoties vacatio contingeret, Hinc introducto iudicio inter Capitulum, & Beneficiatos coram Ordinario Caurien. super reductione dd. septem beneficiatorum ad quatuor iuxtà formam dictæ Bullę Iulij Secundi emanauit sententia ad fauorem beneficiatorum dicto *Summ. n.* 2. introducta deinde appellationis causa in Rota, ac pluribus abhinc annis indecisa pendente, ad instantiã eiusdem Capituli dubium hodie propositũ an et sit dandum mandatum de manutenendo in possessione recipiendi seruitium in ecclesia à septem beneficiatis, nec non eundem numerum prǽsentandi occurente vacatione, & resolutum affirmatiuè.

Constat enim ex decem testibus examinatis vsque de anno 1570. relatis in *Summ. Capituli, num.* 1. nedum de existentia septem beneficiatorum, qui semper Ecclesiæ seruitium præstiterunt, Verùm etiàm ex alijs successiuè examinatis de quasi possessione quadragenaria quieta, & pacifica eiusdem Capituli præsentandi dd. septem beneficiatos quoties venit casus vacationis, eosque sic præsentatos de fructibus participasse eodẽ
1 *Summ. num.* 2 *&* 3. Vnde merito ei venit concedenda
manutentio in eodem statu, & ijsdem modo, & formas quibus reperiebantur tempore motæ litis, *vulg. §. Retinendæ instit. de interd.*

Coadiuuantur depositiones testium ex visitationibus ab Episcopis pro tempore factis de annis 1531 & 1553. dicto *Summ. num.* 5. nec non ex confessionibus beneficiatorum antecessorum emissis tàm in supplicatione Papæ porrecta pro habenda confirmatione concordię inter Capitulum, & Beneficiatos initæ occasione litis ortæ super reductione dd. beneficiorum, quam in eodem Instrumento concordiæ, eodem *Summ. n.* 4. *&* 7. ex quibus eo magis testium fides augetur, licet in
2 hoc iudicio summarijssimo manutentionis huiusmodi
iustificatio longè exuberet, cùm leuiores probationes sufficiant, *Menoch de retinen. remed. vlt. num.* 34. *Card. Seraph. decis.* 1154. *num.* 13.

Quod verò in Bulla vnionis, ac suppressionis Beneficij curati fuerit Capitulo iniunctum, vt ex illius fructibus quatuor Beneficia erigeret propterea non potuerit loco quatuor Beneficiorum erigere septem;
3 Cùm enim hæc exceptio respiciat petitorium non ve-
nit attendenda in præsenti iudicio, vbi titulus non discutitur, sed sufficit sola insistentia facti, præsertim cùm Capitulum possit forsan ostendere hanc facultatẽ erigendi septem Beneficia sibi competere ex aliquo alio indulto, seù priuilegio Apostolico.

Et ità resolutum vtraque, &c.

SVTRINA AVGVMENTI DOTALIS.

Lunæ 6. Februarij 1662.

ARGVMEMTVM.

Sententia manifestè nulla, & iniusta nunquam transit in iudicatum. Vbi præcessit citatio ad sententiam non personaliter executa potest ab ea quandocunque appellari cum decendium hoc casu non currat, nisi à die habitæ notitiæ. Nullitas contractus gesti à minore non potest opponi ab eius hęredibus, si ille nunquam eam allegauit, sed potius in testamento propriam obligationem approbauit.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio loco solutionis habetur.*
2 *Manutentio conceditur iustificata possessione.*
3 *Manutentio est concedenda etiam in gradu restitutionis in integrum.*
4 *Appellatio valide interponitur infra decendium à die habitæ notitiæ si citatio ad sententiam non fuit personalis.*
5 *Sententia manifestè nulla nunquam transit in iudicatum*
6 *Nullitas ex defectu citationis est de iure insanabilis.*
7 *Sententia lata citato Procuratore non habente mandatũ Procuræ est nulla, etiamsi habeat mandatum præsumptum in alijs causis.*
8 *Mandatum Procuræ expressum ad vnum casum non suffragatur quoad alios non expressos.*
9 *Processus non potest fieri per contradictas postquam ex aduerso comparuit legitimus Procurator.*
10 *Minor non potest obligari sinè solemnitatibus, & causa.*
11 *Nullitas contractus unquam deducta à minore qui potius contractum approbauit in testamento non potest ab hæredibus allegari.*
12 *Solutio facta pro residuo præsupponit alias partitas præcedentes fuisse solutas.*

DECISIO DCXCVI.

DOtem scutor. 4000. quam Ioannes Baptista Buschettus pater in testamento constituerat Mariæ, Camillus frater auxerat vsque ad scuta 6000. illaque soluere promissit Curtio eiusdem Mariæ viro de anno 1645. vt in Capitulis matrimonialibus datis in *Summario vtriusque partis*, quæ cum fuerint redacta in publicum instrumentum de anno 1648. idem Camillus d. dotem persoluit vsque ad scuta 5400. nempe scuta 1000. in localibus, & scuta 4000. in tot censibus, pro reliquis vero scutis 600. promisit soluere fructus ad rationem sex pro centenario vsque ad illorum effectiuam solutionem.

Defuncto Camillo Flaminia eius filia, & hæres cæpit prætendere rescissionem dicti instrumenti dotalis quoad augumentum scutorum 2000. vti factum ab ipso Camillo de tempore, quo erat in minori ætate constitutus, & sententiam fauorabilèm reportauit à Iudice ab A.C. deputato, quam prætendebat transitum fecisse in iudicatum; At in secunda instantia dubitaui an coniugibus sit danda manutentio, vel potius eisdem obstet res iudicata, & affirmatiuè quoad primam, negatiuè verò quoad secundam partem responsum fuit.

Constat enim de quasi possessione dd. coniugium, dum respectu partitæ scutorum 1200. ipsi exegerunt fructus censuum in dotem assignatorum à Communitate Roncilionis debitrice, vt probant testes relati in eodem *Summ. num.* 5. 6. *&* 7. quouero ad summam scutorum 600. fructus dotales exegerunt tàm à Camillo debitore, quàm etiàm à Flaminia herede, vt habetur nedum ex depositionibus eorundem testium; Verum etiàm ex eo, quod Camillus in eius testamento mandauit quandam pecuniarum summam eisdem coniugibus mutuatam compensari in excomputationem fructuum dotalium eisdem debitorum, & in futurum
1 debendorum pro dicta summa scutorum 600. quæ cõ-
pensatio loco solutionis habetur per *Text. in l. si debitor 4. ff. qui pot. in pign. hab. l. vel permutauit 19. ff. de liber. caus. Rota in Romana pecuniaria* 20. *Iunij* 1650.

coram R.P. D. meo Celso, §. Responsio in fine, & §. Non obstat.

Vnde probata dicta quasi possessione exigendi ijsdẽ
3 coniugibus concedenda venit petita manutentio *vulg.
§. Retinenda instit. de interdict.*

Non obstat quod per sententiam, quæ asseritur fecisse
transitum in iudicatum ipsi fuerint condemnati
ad restituendum dicta scuta 1400. Flaminiaque hæres
Camilli absoluta respectu partitæ scutorum 600.
5 quia non propterea eis impediri posset manutentio,
dum cõmissa repetitur causa restitutionis in integrum
*Rota apud Cæsar. de Graff. decis. 4. num. 1. & 4. de caus.
poss. & propriet. repetita in part. 1. diuers. decis. 350.
per tot.*

Certius quià visum fuit Dominis rem iudicatam
excludi non solum ex eo, quod pro parte coniugum
4 fuit appellatum intra decendium à die habitę notitię,
prout sufficit, quando, vt hic, citatio ad sententiam non
fuit personaliter exequuta, vt tradit *Scacc. de appellat.
lib. 3. cap. 2. q. 12 num. 7. & 13.* & alijs allegatis dixit,
*Rota coram Eminentissimo D. Card. Otthob. decis. 155.
num. 10. & decis. 170. num. 14.*

Sed etiam quià sententia prædicta vti laborans ma-
5 nifesto vitio nullitatis nunquam transire potuit in
iudicatum *Doct. communiter in l. 4. §. Condemnatum, ff.
de re iudic. Falin. in cap. super literis, n. 15. de rescript.
Rota decis. 11. num. 1. & 3. part. 6. recent.* lata enim fuit
citatis Iacometto, & post eius obitum Martellotto vti
6 Procuratoribus coniugum, de quorum procuræ mandato
nullibi constat, quæ quidem nullitas veluti ex tribus
de iure insanabilis est *cap. in nostra, vbi Doct. de
Procurat. Rota coram Card. Caualer. decis. 396. num. 2. &
in Tiburtina Castri S. Angeli 18. Iunij 1646. coram Reuerendiss.
D. Meltio Episcopo Papien. §. Si inspiciatur
in fine.*

Nec sufficit pręsumptio mandati in personam Mar-
7 tellotti deducta ex productione iurium, & expensis per
ipsum factis; Quià ex datis pro parte Flaminiæ *Summ.
num. 7.* constat illas fuisse factas in alijs causis diuersis
ab ista, de qua hodie agitur. Vndè licet ex prædictis
resultare possit præsumptio mandati respectu illarum
causarum, in quibus ille fecit impensas, & iurium productiones,
non per hoc potest extendi ad alias causas
8 omninò diuersas, vt in fortioribus, quod mandatum
expressum ad vnum casum non suffragetur quoad alios
non expressos *Rota decis. 312. num. 3. p. 4. recen.*

Neque subsistit, quod insimul processum etiam fuerit
per contradictas, quià vsq; ad diem sententiæ assertæ
contradictæ non iustificantur, immò potius excluduntur,
dùm fuit citatus Martellottus vti Procurator, qui
mandatum sufficiens non habebat.

Illæ verò, quæ dantur in *Summar. Flaminiæ, num. 8,*
apparent seruatæ sub die 12. Aprilis 1660. vsque ad
diem 16. eiusdem mensis, & sic postquam pro parte
coniugum comparuerat in actis legitimus Procurator,
qui exhibendo mandatum procurę appellationem
interposuit aduersus prædicta sententiam sub die 5.
Aprilis eiusdem anni *Summ. coniugum, num. 10.* Exhi-
9 bito enim legitimo procuræ mandato non potest deinde
per contradictas procedi *Rota decis. 179. num. 1.
part. 1. & decis. 486. num. 2. vers. Tamen illud decretum
part. 2. recent. Add. ad Gregor. decis. 430. num. 7. Add. ad
Buratt. decis. 943. num. 15.*

Potest vlterius prædicta sententia de iniustitia redargui,
quia licet Camillus de tempore, quo dotem
auxit sorori esset minor, & vti talis non possit obligari
nisi concurrentibus solemnitatibus, & causa. Attamen
10 cùm nunquàm petierit reductionem dotis ex capite
nullitatis suæ obligationis, sed immò in eius testamento
mandauerit à suis hæredibus persolui scut. 600
ab ipso debita pro residuo dictæ dotis, non possunt
eius hæredes præfatam nullitatem opponere a Camillo
nunquam obiectam, sed eius factum omninò seruare
tenentur *l. si ab eo, C. de liberal. caus. Rota d. decis. 358.
num. 18. part. 9. tom. 2. recent.*

Cumque demandauerit dictam solutionem scuto-
11 rum 600. fieri pro residuo de necessitate videtur approbasse
etiam omnes alias partitas præcedenter solutas
ex traditis per *Rotam Genuę decis. 132. num. 2. Buratt.
decis. 344. num. 18. Rota in recent. decis. 261. num. 3.*

Et ita vtraque parte, &c.

ROMANA TESTAMENTI.

Luna 6. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Articuli in curia passim admittuntur etiam dicticitis testificatis, constito, de illorum aliquali releuantia, præsertim quando comprobantur à iuris præsumptione.

SVMMARIVM.

1 *Articuli in curia passim admittuntur si constet de aliquali releuantia.*

2 *Delictum non præsumitur in Notario bonæ conditionis, & famæ.*

3 *Scripturæ suppositio non præsumitur in Notario bonæ conditionis, & famæ, præsertim quando illa est difficilis, & aliundè haberi potest iustificatio identitatis scripturę, & num. 4. & 5.*

6 *Processus in curia non publicatur sed solum datur summarium.*

7 *Probatio probationem non excludit.*

8 *Æqualitas seruari debet in iudicijs, & data vni facultate probandi, non denegatur alteri ex collitigantibus, sed perfecto examine videndum est, quę probatio sit pręferenda.*

9 *Examen nouum conceditur etiam super eisdem quando primum fuit sine citatione partis, & ad perpetuam rei memoriam.*

10 *Examen non denegatur quoties articuli continent materias nouas, vel melius specificatas circa substantiam.*

DECISIO DCXCVII.

Approbato per Rotam modo testandi nuncupatione implicita per relationem ad schedulam Notario consignatam ex eo solùm sub die 22. Iunij præteriti coram R.P.D. meo Taia resolutum fuerat non constare de validitate testamenti Catharinæ de Fabijs, quià dubitabatur de identitate dictæ schedulæ ob possibilem suppositionem alterius folij, quàm illius traditi per testatricem, dum Notarius non clausit, nec sigillauit testamentum in eius præsentia, sed extra cubiculum, vbi illa morabatur, iuncta illius graui infirmitate, ac quasi moribunda.

At pro iustificatione huiusmodi identitatis, & exclusione præsuppositi mali status testatricis pro parte
hęredis plures articuli producti fuerunt, petendo super
eis examen testium in curia. Ideo ob malam valetudinem
Domini mei proposui dubium an articuli sint
admittendi, & Domini inclinarunt in partem affir-
1 matiuam, quià de stylo Rotæ passim admittuntur in
curia si constet de aliquali releuantia materiæ articulatæ
*Caputaq. decis. 47. part. 1. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14
num. 6. vers. Ideò eadem fermè ratione.*

Releuantes siquidem visi fuerunt articuli, dùm continent folium controuersum scriptum esse manu Patochi, & à testatrice subscriptum, dictumq; Parochum esse virum legalem, bonisque qualitatibus prædictum, testatricis confessarium, & de quo ipsa summoperè cõfidebat, eamque vlterius, tàm de tempore confecti testamenti; quàm posteà eadem die, & duobus sequentibus semper in proposito loquutum fuisse,

Hinc

Hinc enim aut suppositio alterius folij obijcitur
aduersus Notarium, & præter quod tale delictum
1 non præsumitur in Notario bonæ conditionis, & famæ
dum non ab ipso, sed à Parocho conscriptum
3 fuit, & à Testatrice subscriptum moraliter non erat
illi admodum facile aliam consimilem scripturam
conficere manumque Parochi, & Testatricis imitari,
quinimo huiusmodi manu formiter recognita, sufficiens
haberi poterit identitatis iustificatio, vt dixit
Rota coram Duran.decis.180.num.6.

Aut vero deducitur contra Parochum, vt scilicet
Notario vnum pro alio tradiderit, & vltra quod
4 stante legalitate, integritate, & probitate eius personæ
in articulis contenta, eo minus aduersus eum simile
delictum præsumi poterit, dum probari præten-
5 ditur subscriptionem in eo appositam confectam fuisse
propria manu Testatricis, ex quo deduci poterit
pluralitem Testamentorum non præsumi *iuxta gloss.
in l.omnium in figuratione casus vers.quod probatur eo
ipso C.de Testam.Alex.cons.5.n.12 lib.7.Corn.cons.180
num.7.lib.3.*

Non obstat, quod pro exclusione prædictæ identitatis,
& super malo statu Testatricis ab altera parte
plures Testes examinati fuerint, eorumque didicita
testificata, & dicta testium per Rotam discussa,
6 Quia cum in Curia non publicetur processus, sed
detur solum Summarium non dicuntur didicita testificata
*Gregor.decis 497.num.4. ibique Abb.num.8.cum
alijs relatis in Fauentina Beneficij 27.Iunij 1644. coram
me in recent.decis.303. num.13.p.9.*

Probatio autem ex dd.Testibus educta non potest
dici contraria, cum non concludat folium controuersum
non fuisse scriptum a Parocho, neque a Testatrice
subscriptum nec excludat articulatas qualitates ipsius
Parochi, minusuè aliquo modo abesse posset
7 examini per Actorem petito, Tum quia regulariter
probationem non excludit, tum etiam quia data facultate
probandi vni ex collitigantibus, vt in Iudicijs
8 seruetur æqualitas, ea denegari non debet alteri,
quamuis intendat probare contrarium, sed perfecto
examine videndum erit, quænam probatio potior
sit, & præferenda *Oldr.cons.311. num.3. in fin.7.& 8.
Decius cons.162.circa fin.vers.præterea aduertendũ Rot.
decis.229.num.4. p.2.recent.& decis.70.num.7.in fine
cum seqq.p.6.*

Sicuti non est momenti, quod pro Actore iam
antea examinati fuerint aliqui testes, quia de iure
9 si primum examen fuit sine citatione partis, & ad
perpetuam rei memoriam, vt in proposito casu etiam
super ijsdem articulis conceditur secundum *Rot.decis.11.sub
num.1.vers.nec obstant notata de probat.in
nou.Card.Canaler. decis.425. num.2. Merlin. decis.462.
num.4.* si vero primum examen fuit validum, & tunc
10 nec etiam denegatur secundum, quoties articuli materias
continent nouas, vel melius circa substantiam
distinctas, & specificatas *Abb.in cap.fraternitatis n.8.
de Test. Coccin.decis.22.sub.num.2.cum alijs relatis in
d.Fauentina Beneficij coram me in recent. d.decis.303.
num.18.p.9.*

Et ità vtraque parte informante &c.

BONONIEN. DONATIONIS

Veneris 10. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Manutentio in concursu est concedenda primo donatario,
quamuis possessionem habeat ex solo constituto
secundus verò realem traditionem, & actualem possessionem
obtinuerit, & quando possessor est simplex
vsufructuarius, & deinde in ipsum ex donatione, seu
ex alio capite consolidatur dominium, censetur mutasse
causam suæ possessionis, absq; alia animi declaratione,
itaut ei concedenda sit manutentio, etiam
quoad propietatem.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio est concedenda in concursu probanti eius anteriorem possessionem.*

2 *Possessio probatur ex clausula Constituti, & Precarij.*

3 *Ex clausula constituti, omnis, & quæcumque possessio constituentis, tam ciuilis, quam naturalis transfertur in constitutarium.*

4 *Possidens ex clausula constituti est manutenendus tam contra constituentem, quam contra omnes ab eo ex iure posteriori causam habentes.*

5 *Possidens tanquam vsufructuarius, si ei superueniat titulus proprietatis ex donatione, censetur mutasse causam possidendi absque alia animi declaratione.*

6 *Manutentio in concursu conceditur primo donatario quamuis possessionem habeat ex solo constituto, secundus, vero realem traditionem, & corporalem possessionem obtinuerit.*

7 *Exceptio respiciens petitorium, non admittitur in possessorio, sed interim conceditur manutentio anteriori possessori.*

DECISIO DCXCVIII.

ANgelus Michael, & Ouidius fratres de Bettis instituta
hærede vsufructuaria Margharita Ouidij
filia donec vixerit in celibatu hæredem proprietarium
sibi ipsis scripserunt Antonium Mariam eiusdem
Ouidij nepotem ex Hercule filio prædefuncto, qui
ex causa ingressus in Religionem 8.Iunij 1658 omnia
bona donauit eidem Margharitæ Amitæ cum clausula
constituti, & præcarij; verum quia die 2.Octobris
eiusdem anni Antonius Maria dictam donationem reuocauit
aliam fiduciariam faciendo ad fauorem
Com.Camilli Maluetij sub die 8.Ianuarij 1659. qui
vigore huius donationis ab Auditore Generali Bononiæ,
prius obtinuit tenutam bonorum donatorum
& deinde citata Margharita; mandatum de manutenendo
in illorum proprietate, saluo eidem iure vsus
fructus. Interposita appellatione & causa mihi commissa
cum facultate manutenendi quem de iure, dubitaui,
cui esset dandum mandatum de manutenendo,
& ad fauorem Margharitæ informantis responsum
fuit.

Probat enim suam anteriorem possessionem non
solum ex testibus formiter examinatis per optimas
1 rationes deponentibus Margharitam post mortem
Ouidij bona controuersa possedisse percipiendo fructus,
& faciendo omnes actus possessorios, quos face-
2 re solent veri Domini, & possessores, sed etiam ex
constituto, & precario ad sui fauorem adiectis in di-
3 cta prima donatione, quorum vigore in illam translata
fuit omnis, & quæcunque possessio constituentis
4 tam ciuilis quam naturalis, & ideo est iure optimo
manutenenda, tam contra constituentem, quam contra
omnes ab eo ex iure posteriori causam habentes
*l.quod meo ff.de acquir.possess.Ruin.cons.169.n.16.lib.1.
Rota coram Buratt decis.887. num.3.& in Recanaten.
bonorum 29.Aprilis 1641. coram me in recent.decis.18.
num.28. p.9.*

Nec obstat quod huiusmodi possessio Margharitæ
referenda sit siue ad titulum vsusfructus sibi relicti ab
Angelo Michaele, & Ouidio testatoribus siue ad ius
administrationis pro Antonio Maria ab ijsdem sibi
commissæ, durante eius minori ætate, quia præter
quod Testes deponunt de ipsius vera, & actuali possessione,
tanquam Dominæ, & Patronæ, dum deinde
5 eidem superuenit titulus prædictæ donationis, potuit
eo superueniente sibi mutare causam possidendi, pro-

ut

ut absque alia animi declaratione eam mutasse censetur *Gregor. decis. 546. anm. 1. ibique Add. nam. 15. cum alys per Posth. de mannt. obseru. 54. nam. 23. & in Bonon. bonorum 17. Iuny 1641. coram me, in recent. decis. 38. num. 21. p. 9.*

Non obstat posterior possessio secundi donatarij, quia
6 in concursu manutentio conceditur primo, quamuis possessionem habeat ex solo constituto secundus verò realem traditionem, & corporalem possessionem obtinuerit, vt notant *Doct. comm. in l. quoties C. de rei vindic. Io: Andr. ad specul. tit. de empt. & vend. §. 1. in addit. vers. nota quod si res, Neuizan. cons. 82. num. 36. Posth. vbi supra obseru. 71. num. 27. & 28. Rota apud eundem decis. 228. num. 3. & decis. 271. num. 1. in recent. decis. 770. num. 2. p. 3. & coram Duran. decis. 84. num. 20.*

Non obstante quod prima donatio reuocata fuerit, & reuocari potuerit tanquam facta sub conditione
7 potestatiua, quia huiusmodi exceptio discutienda est in petitorio, concessa interim manutentione Margharitæ primæ Donatariæ, & ex antecedenti constituto anteriorem possessionem habenti, vt respondit *Rota apud eandem Posth. decis. 300. num. 8. & in Bononien. Bonorum de Felicinis 27. Iuny 1650. coram bon: mem: Bichio.*

Et ità vnica tantum parte &c.

MANTVANA BONORVM.

Ven. 10. Marty 1662.

ARGVMENTVM.

Renunciatio feudi, seu subinfeudatio non tollit Ius a renunciante, sed ex defectu personarum quibus fuit facta renunciatio feudum ad ipsum renunciantem reuertitur non autem ad Dominum directum.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutioni non est locus durante linea inuestitorum.*
2 *Feudum subinfeudatum non reuertitur ad Dominum directum per deficientiam subfeudatary, durante linea primi inuestiti.*
3 *Dominus directus de iure non potest neque per renouationem, neque per nouam concessionem præiudicare primis inuestitis.*
4 *Protestatio præseruat iura protestantis.*
5 *Feudi renunciatio prodest solum ys, ad quorum fauorem est facta.*
6 *Feudi renunciatio facta per Vassallum tunc præiudicat renuncianti, quando est facta in manibus Domini per viam refutationis.*
7 *Feudi renunciatio tunc semper excludit renunciantem quando est realis, & indefinita, secus si sit personalis, & restricta ad fauorem alicuius.*
8 *Feudi membrum debet in casu deuolutionis suo corpori consolidari.*
9 *Actus conditionalis non adimpleta conditione resoluitur.*
10 *Clausula* non alias aliter &c. *conditionem suspensiuam importat.*
11 *Nullitas contractus gesti ab ecclesia iam detecta per eius Prælatum potest opponi etiam a quocunque tertio.*
12 *Dominus directus recipiens Canonem, censetur approbare soluentem in feudatarium.*
13 *Bona feudalia ex consuetudine Mantuæ redacta ad instar allodialium, possunt quidem alienari, sed semper retinent naturam feudi.*
14 *Clausula* quatenus opus sit *non releuat, vbi id quod reseruatur de iure requiritur.*
15 *Feudatarius non potest sine Domini consensu feudum in alium transferre.*

DECISIO DCXCIX.

POstquam Reuerendiss. D. Episcopus Mantuæ Dominus directus duas obtinuerat fauorabiles resolutiones contra Comitissam Castrobaream super deuolutione bonorum, de quibus agitur *in loco dell'Angelo* bubulcarum 230. ob mortem Com. Vincentij Cassini vltimi subinfeudati sine descendentibus Serenissimus D. Dux Mantuæ causam habens a primo inuestito totius Curiæ Podij, sub qua bona controuersa continentur ad hanc causam admissus præuia speciali commissione, ac disputato dubio cui præfata deuolutio suffragaretur sub die 28. Ianuarij 1658. Episcopo deuolutionem suffragari dictum fuit, sed reproposita causa, & articulo per tres vices discusso, tandem hodie domini existimarunt recedendum esse a decisis.

Præmisso enim, prout partes non controuertunt, quod præfata bona, vt dictum est, comprehenduntur in instrumento primæ concessionis totius Curiæ Podij factæ anno 1332. per Iacobum Episcopum Mantuæ ad fauorem Aloysij de Gonzaga pro se, ac filijs, & liberis suis masculis, & fœminis in infinitum, quodque inuestitura adhuc durat in persona moderni Ducis se-
1 quitur Ecclesiam dominam directam non posse petere deuolutionem, quia ei non est locus durante linea inuestitorum *cap. 1. de nat. success. feud. Gabr. cons. 88. num. 6. lib. 1. Peregrin. cons. 11. num. 4. in fin. lib. 5. Cyriac. contr. forens. 21, num. 3.*

Et quamuis Maximilianus eius Author dd. bona subfeudauerit, eaque a iure feudali successiue liberauerit ad fauorem, Hieronymi Piperarij, eiusque hæredum nihilominus exinde non impeditur primus inuestitus quin possit obtinere deuolutionem per deficientiam
2 Subfeudatarij, quia iuxta veriorem sententiam subfeudum eidem applicatur, non autem Domino directo vt præter adductos in præterita tradit *Alexand. in l. si finita §. si de Vectigalibus num. 38. ff. de damn. infect. Natt. cons. 119. nam 1. Bursatt. cons. 91. num. 2. vers. attamen, vbi ex commissione lib. 1. Menoch. consil. 358. per tot. Bardellon. consil. 42. num. 14. Afflict. decis. 282. numer. 12. & Rota decis. 390. num. 3. par. 1. recent.*

Nec vrget prima responsio præteritæ decisionis; quod scilicet Comes Cassinus, per cuius obitum bona deuoluuntur, non a primo inuestito, sed ab Ecclesia feudum obtinuerat, quia concessiones, & renouationes per Episcopum factæ tam ad fauorem successorum Piperarij, quam etiam quotumcumque aliorum, & successiue ad fauorem Comitis Cassini non immutarunt statum primæ concessionis, nec vllo modo præiudicarunt Dominis de Gonzaga comprehensis in prima
3 inuestitura, cum Dominus directus de iure non possit neque per renouationem, neque per nouam concessionem præiudicare primo inuestitis, vt probant *Dec. cons. 468. num. 26. Cephal. cons. 23. numer. 46. Gozzad. cons. 53. num. 18. Peregrin. cons. 30. num. 4. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 372. num. 2. Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. quæst. 3. nam. 7. Surd. decis. 189. num. 14. & Rota decis. 176. num. 38. p. 5. recent.*

Eo facilius in casu nostro, quo renouationes factæ fuerunt sub expressa protestatione non præiudicandi iuribus tertij; & signanter iuribus Domini Curiæ Po-
4 dij præsenti *Summario Ducis num. 2.* quæ quidem protestatio omnia iura sibi ipsi competentia præseruat ex allegatis per *Rot. decis. 499. num. 14. & sequent. p. 5. recent.*

Liberatio autem, seu potius renunciatio feudi per eundem Maximilianum peracta, in qua præcedens decisio constituit secundum fundamentum, nec pariter potest Ecclesiæ suffragari, cum non legatur ad ipsius fauorem concepta sed dumtaxat respiciat personam Hieronymi Piperarij, eiusque hæredum, quibus prop-

terea.

terea, & habentibus causam ab eis prodesse tantum-
5 modo poterit, non autem Ecclesiæ dominæ directæ,
ad quā renuncianteis non interest quod porrigatur ex
ratione adducta per *Bart.in l.qui Roma 112.§.duo fratres num.24.vers.ad secundū ff.de verb.obligat.* est enim
in hac materia recepta distinctio, quod renunciatio
6 feudi facta per Vassallum, tunc solum impedit deuolutionem ad renunciantem quando est facta in manibus Domini per viam refutationis, vel quando renun-
7 ciatio est realis, & indefinita ad fauorem cuiuscunque
personæ, non autem quando, prout hic, fuit restricta
ad fauorem alicuius, & eius hæredum, quia tunc dicitur personalis, & deficientibus hæredibus feudum non reuertitur ad Dominum directum, sed ad renunciantem, vel ad eius descendentes ad *Text. in cap.1. de eo,qui fin.fec.agnat.& optimè distinguunt Corn.cons.24 num.16.vol.2.Houd.cons.36.num.40.& seqq.lib.1. Rosental.de feud.diuis.cap.2. conclus.21.per tot. Scrader.de feud.p.8.cap.5.num.27.vers.hac conclusio, Rota coram Patriarca Manzanedo in recent.decis.186.per tot.p.3.*

Verum ex alia quoque ratione Domini existimarunt huiusmodi liberationem non obstare, quia nempè Maximilianus non abdicauit à se totum feudum Curiæ Podij consistens in bubulcis 1334. sed tantummodo liberauit portionem bubulcarum 230. residuo
8 penes se retento; ideoque eueniente casu deuolutionis
illa minor pars liberata non reuertitur ad dominum directum, sed ad dominium immediatum, penes quem reliquiæ feudi principalis, seù ipsum feudum principale remansit, itaut membrum suo corpori reconsolidetur, vt explicant *Soccin.iun. cons.338.num.18. Rosental.de feud.cap.11.concl.18.sub num.1. vers.licet hoc Marianus,& in addit.ibid.lit.C.& alijs alleg.dixit Rota decis.664.num.14.p.3.rec.*

His accedit, quod liberatio prædicta non fuit purè
9 facta ad fauorem Piperarij, sed sub conditione, ibi;
Accedente prius consensu domini directi; quapropter
dum episcopus non solum non consensit, sed illam declarauit nullam, & inualidam, Maximilianus per dictam liberationem non cecidit à iure suo maxime
10 attenta clausula ibidem adiecta, *& non aliter nec alio modo*, quæ conditionem suspensiam importat *Bald.in Auth.ingressi num.12. C.de Sacros.Eccl.Menoch.cons.38. num.17.& seqq.Gratian.discept.forens.cap.949.à num.4. & Rota coram Capuaq.decis.82.num.2.& 3.p.3.* quæ nullitas cum fuerit detecta per declarationem Episcopi Boldrini, ne dum per Ecclesiam, sed etiam per quoscunque tertios potest opponi *Felyn.in cap.Lator.de re iud.Rota decis.175.num.12.p.1.diuers.*

Quibus etiam accedit, quod Episcopi pro tempore semper receperunt à DD. de Gonzaga solitam præstationem ducatorum 15.quę debebatur pro toto feu-
12 do curię Podij ex hac enim receptione videntur quodammodo illos in feudatarios approbasse etiam respectu bonorum subfeudatorum, cumque integrè penès illos retinuerint iura passiua, dicendum quoque est retinuisse actiua ad effectum petendi deuolutionem, vt comprobat *Surd.cons.210.num.48.& seqq.*

Denique non obstat, quod bona controuersa ex
13 consuetudine Mantuæ sint redacta ad instar allodialium, quia id procedit quoad validitatē alienationis, & vt possint ad quoscunque transire; non autem ex hoc potest inferri quod amiserint propriam naturam feudi quam semper retinere firmat idem *Rosental.cap.9 membr.1. conclus.39.num.3. & probat Modern. Aunionen. Sauleger.quæst.ciuil. p.1.cap.39.num.9. & seqq.*

Parum obstante, quod dictæ reseruationi fuerit
14 adiecta alia clausula *quatenus opus sit*, quia consensus Domini directi semper acquiritur, vbi feudatarius feudum liberando eius possessionem transfert in alium
15 subfeudatarium, qui non potest irrequisito domino nouam possessionem apprehendere *Ludouicus Belius cons.1.num.60.Galeott.contron. lib.1. cap.7.num.68.* & ideo non aliter censetur liberatum feudum nisi quatenus dominus velit, & consentiat, ipso autem dissentiente liberatio remanet nulla, *vt ex iuribus supra relatis*.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit &c.

ROMANA DOMVS DE VSAZZIIS.

Luna 13. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Alienatio facta ab hærede grauato extraneo de bonis fideicommissi, non substinetur sub prætextu detractionis trebellianicæ, alijs concurrentibus alienationibus cum omissione inuentarij; vel si ante alienationem fructus ex hæreditate fuerunt percepti, quos propterea in dictam trebellianicam imputare tenetur, & quid si hæres fructus dumtaxat percepit ex hæreditate post factam venditionem.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta ab hærede grauato, etiam ante purificatam conditionem fideicommissi, substinetur intra quantitatem trebellianicæ, si ipse alienans nullos fructus ex hæreditate percepit.*

2 *Amplia, vt neque emptor molestari possit, quamuis grauatus post venditionem superuiuendo, fructus ex hæreditate fuerit assecutus, sed vocatos ad fideicommissum agere debere contra hæredes grauati, pro restitutione fructuum ad ratam Trebellianicæ, deinde perceptorum.*

3 Crotus in l. filius familias §. diui ff. de legat. 1. *habet plures contradictores.*

4 *Hæres grauatus extraneus tenetur imputare fructus, & alimenta in trebellianicam.*

5 *Alienatio facta primo loco ab hærede grauato, de iure in quartam partem Trebellianicam imputatur.*

6 *Hæres grauatus, qui aliquam fecit alienationem, & inuentarium omisit, censetur etiam tot alia bona præcedenter alienasse, & subtraxisse, quæ pro integra detractione trebellianicæ, sufficiant, donec contrarium probetur.*

7 *Trebellianica non potest deduci super re particulari fideicommisso obnoxia, dum extant bona, siuè libera, siue fideicommissa vniuersali subiecta.*

DECISIO DCC.

FRanciscus, & Fabritius de Vsazzijs, vocati ad fideicommissum Iacobi egerunt contra Scagnos tertios possessores pro recuperatione domus fideicommissariæ per Iacobum Iuniorem hæredem grauatum eis venditæ, & à bon.mem. Card.Millino sententiam immissionis reportarunt; verum quia Rota in gradu appellationis 3.*Martij 1608 coram bon.mem.Card.Canaualerio* existimauit emptoribus suffragari exceptionem detractionis trebellianicæ spectantis ad alienantem, vt in *decis. 20. inter eius impressas*, hodie Franciscus Cherubinus, qui mediante persona Vincentiæ, à qua ipse causam habet, successit in iuribus Fabritij fideicommissarij obtinuit disputari dubium an sit standum vel recedendū à decisis *coram Card.Canaualerio* & ex quo non subsistunt in facto fundamenta decisionis, domini recedendum esse putarunt.

Siquidem supponit decisio, quod hæres domum controuersam alienauerit antequam aliquos fructus ex hæreditate perceperit, & cum hoc supposito Rota amplexa fuit opinionē *Croti in l. filius familias §. diui ff.de legat. 1.* qui voluit rem subiectam fideicommisso
1 conditionali pro trebellianica eligi, & alienari posse, etiam ante euentum conditionis, & alienationem factam

ćiam intra eius quantitatem ſubſtineri, ſi facta fuerit
antequam grauatus extraneus aliquos fructus perce-
2 perit, nec emptores inquietari poſſe quamuis graua-
tus poſt venditionem ſuperuiuendo fructus ex hæredi-
tate aſſequutus fuerit, ſed vocatos ad fideicommiſ-
ſum agere debere contra hæredes grauati pro reſtitu-
tione fructuum ad ratam trebellianicæ deinde percep-
torum.

At quidquid ſit de veritate opinionis Croti, quæ
3 habet multos contradictores, & præcipue *Peregrin.
conſ.49.per tot.lib.2.& de fideicomm.art.39.num.4.& 5
Cancer.var.reſol.p.1.cap.2 num 45. in fine Merend. con-
trou.iur.lib.8.cap.46.per tot.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.543.
num.3.Altograd.conſ.vlt.num.23.vſque ad finem vol.2.
Merlin.de legit.lib.2.tit.2.quæſt.3. ſub num.9. cum alijs
allegatis ab informantibus*: in propoſito caſu euitatur
huiuſmodi difficultas cum hodie non ſubſiſtat in facto
Iacobum hæredem nullos fructus ante alienationem
percepiſſe, cum ex datis in *Summario Cherubini n.* 2.
appareat ipſum à die obitus teſtatoris nempe ab an-
no 1580. vſque ad annum 1592. habuiſſe alimenta
ab Eliſabettha vſufructuaria, & percepiſſe fructus lo-
corum montium, & aliorum bonorum ſibi per Eliſa-
bettham aſſignatorum, quæ alimenta, & fructus ha-
4 biti per Iacobum extraneum veniunt in trebelliani-
cam imputandi per *Textum l.deducta 58. §.ante diem
ff.ad Trebell. Ruin.conſ.148. num.5.lib.3. Rimin. iun.
conſ.590.in fine Peregrin.de fideic.art.3.num.37.Surd.de
alim.tit.9.quæſt.34.num.2. Mangil.de imput. quæſt.125.
num.1. Rota in recent.deciſ.438.num.51.& 54. in fine*.

Immò vltra fructuum perceptionem Iacobus de
anno 1588. nonnulla loca montium hæreditaria di-
ſtraxerat vſque ad ſummam ſcut. 715. quorum prop-
5 terea alienatio tanquam primo loco facta annis qua-
tuor ante venditionem domus ſequutam anno 1592.
de iure in quartam trebellianicam imputatur iuxtà
Text.in vulg.l.Marcellus §. res quæ ff. ad trebell.

Cumque Iacobus non confecerit inuentarium, &
6 dictam alienationem fecerit cenſetur etiam tot alia
bona præcedenter alienaſſe, & ſubtraxiſſe, quæ pro in-
tegra illius detractione ſufficiant donec contrarium
probetur *Peregr.d.art.39.n.54. Card. Canal.deciſ.540.
num. 2.& 3.*

Et eo magis quià cum domus eſſet particulari fi-
7 deicommiſſo obnoxia ſuper ea non erat locus detra-
ctioni trebellianicæ, dū alia bona ſiuè libera, ſiue ſubie-
cta fideicōmiſſo vniuerſali ſuperextabāt *l.1.§.unde Ne-
ratius ff.ad trebell.Cranett.conſ.19.num.15.Rota in rec.
deciſ.337.num.19.p.5.cum alijs congeſtis in Rauennaten.
bonorum 1. February 1647. §.trebellianica coram Emi-
nentiſs.D.Card.Corrado*.

Et ità vtraque parte informante &c.

PARMEN. FEVDI.

Mercurij 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Eccleſia, dum non vult bona emphyteutica pro ſe reti-
nere, tenetur inueſtire proximiores maſculos, & his
deficientibus proximiores fœminas, quamuis in pri-
ma inueſtitura non comprehenſas; & ſi agatur de
feudo debet fœmina pariter inueſtiri, quæ per ſubſti-
tutum poteſt ſupplere, vbi etiam debeat præſtare ſer-
uitium perſonale, & ſi ſit in poſſeſſione bonorum,
venit manutenenda contra poſteriorem poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

*1 Poſſeſſio ad obtinendam manutentionem probatur ex de-
latione fructuum facta per colonos ad domum poſſiden-
tis, de tempore, quo alius non erat in poſſeſſione.*

*2 In ſummariſſimo manutentionis iudicio, ſufficiunt le-
uiores probationes, & attenduntur teſtes examinati,
ante motam litem ad perpetuam rei memoriam.*

*3 Manutentio in concurſu eſt concedenda anteriori poſſeſ-
ſori aduerſus poſteriorem.*

*4 Eccleſia, dum non vult bona emphyteutica pro ſe reti-
nere, ſed extraneos inueſtire, tenetur concedere reno-
uationem proximiori ſuperſtiti.*

*5 Amplia, vt deficientibus maſculis, teneatur reinueſtire
fœminas proximiores, quamuis in prima inueſtitura
non comprehenſas, dummodo eius pacta non alteren-
tur.*

*6 Fœmina proximior debet præferri in renouatione inueſti-
turæ bonorum feudalium, cum non prohibeatur ſup-
plere per ſubſtitutum, vbi etiam præſtari debeat ſer-
uitium perſonale.*

7 Amplia, maxime, ſi agatur de fundo Eccleſiæ.

DECISIO DCCI.

Defuncto Geneſio de Remis die 26.Septembris 1657
Comitiſſa Remia eius filia petijt præferri in inue-
ſtitura bonorum tam feudalium, quàm emphyteuti-
corum, quæ aliàs per Eccleſiam Parmenſem fuerunt
conceſſa Franciſco, & Silueſtro de Remis pro ſe filijs,
& deſcendentibus maſculis in perpetuum cum ſucceſ-
ſiua renouatione ad fauorem dicti Geneſij eius patris;
verum quia Reuerendiſſimus Epiſcopus Parmen. no-
uam inueſtituram fecit ad fauorem illorum de Babo-
nis extraneorum; hinc interpoſita appellatione pro
parte Comitiſſæ, & cauſa primo ad A.C.& poſtea ad
Rotam deuoluta, mihique commiſſa dubitaui, an
Comitiſſæ Remiæ ſit concedendum mandatum de
manutenendo, vel de immittendo, & affirmatiue
quoad manutentionem reſponſum fuit reſpectu præ-
dij *della Pieue*, in reliquis verò iniunctum, vt videa-
tur de bono iure.

Poſseſſio Comitiſsæ reſpectu huius prædij *della
Pieue* probatur ex depoſitionibus trium teſtium eius
Summ.num.3. qui de facto proprio teſtantur omnes
fructus recollectos ſuper dicto prædio fuiſse poſt mor-
tem Geneſij aſportatos ad domum eiuſdem Comitiſ-
1 ſæ, quæ fructuum delatio facta per Colonos de tempo-
re, quo alius non erat in poſseſſione, optimè deſeruit
pro ſufficienti probatione poſseſſionis ad effectum,
de quo agitur, vt tradit *Bart. in l. qui vniuerſas 30.
§.quod per Colonum num.1 ff.de acquir.poſſ. & in l.titia
48.ff.de ſolut.Soccin ſen.conſ.13. num.15. lib.4. Rota
coram Cæſar.de Graſſ.deciſ.10. num.3. de cauſ.poſſeſſ. &
propriet.deciſ.167.n.4.p.4.diuerſ.Card.Canal.deciſ.629.
num.5.& in rec.deciſ.13.num.21.p.5.*

Non obſtat, quod teſtes examinati fuerint ad per-
2 petuam rei memoriā abſque partis citatione; quia vti
examinati ante motam litem, ſufficiunt in hoc iudi-
cio manutentionis vbi leuiores probationes admit-
tuntur *Rota in Roſſanen. Eccleſia 24. Maij 1658. in
princ. coram R.P.D. meo Priolo, ac prius coram Card.
Seraph. deciſ.585. in princ. & in Bonon. affictus coram
Card.Pirili apud Foſib.de manut.deciſ.269.num.4.& 5.*

Neque releuat poiseſſio Eccleſiæ, quia cum appre-
henſa fuerit de facto abſque citatione partis poſt qua-
tuor menſes a die obitus Geneſii, & ſic poſt actualem
poſseſſionem Comitiſsæ, quæ ſtatim ſequuta morte
3 patris cœpit percipere fructus, vt probant teſtes ſupe-
rius relati non impedit proinde manutentionem de-
bitam eidem Comitiſsæ anteriori poſseditrici, vt
dictum fuit in *Romana domus coram R.P.D. meo Celſo
impreſſ.poſt Salgad.Labyrint.credit. deciſ.67.per tot.&
in Romana hæreditatis 4.Iulij præteriti coram me.*

Sicut etiam non eſt momenti, quod Prædium
controuerſum pro parte ſit feudale, & pro parte
emphyteuticum pro ſolis deſcendentibus maſculis;
Etenim reſpectu partis emphyteuticæ, dum eccle-

ſia no-

4 sia noluit pro se retinere, ex quo inuestiuit extraneos,
tenebatur renouationem concedere proximiori super-
stiti ex æquitate legis comprobata per *Bart.in l.prima,
§.Permittitur, vers. Et hoc nota, ff.de aqu.quotid.& æstiu.*
5 & deficientibus masculis proximiori fœminæ, quamuis
non comprehensę in prima inuestitura, dummodo eius
pacta non alterentur, vt pluribus allegatis dictum fuit
*in Rauennaten. bonorum emphyteuticorum 27. Mar-
tij 1651. §.Quia coram me.*
Respectu verò partis feudalis non prohibetur fœmi-
6 na supplere per substitutum vbi etiam præstari debeat
seruitiu personale, vt in *Sarsinaten.feudi 22.Iunij 1645.
§.Vltima coniectura coram bo.mem.* Dunozetto, maximè
7 cùm agatur de feudo ecclesiæ; Aut saltem non est cla-
rum eidem Comitissę non competere renouationem,
vt propterea ipsi interim sit concedenda manutentio
hac exceptione cum alijs requirentibus altiorem in-
daginem ad petitorium reiecta,
Et ità vtraque, &c.

HORTANA FIDEICOMMISSI.

Merc. 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Masculorum appellatione veniunt etiam masculi ex fœ-
minis, vbi non agitur de fideicommisso agnatitio:
tunc enim masculinitatis expressio importat solum
sexus prædilectionem; maximè concurrentibus conie-
cturis.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione veniunt tam masculi, ex mascu-
lis, quam masculi descendentes ex fœminis, vbi subiecta
materia aliter non suadet.*
2 *Filiorum appellatione non veniunt descendentes ex fœ-
minis vbi in testamento fuit habita ratio conseruandi
agnationem.*
3 *Masculinitatis expressio importat sexus duntaxat præ-
dilectionem, quando ex alijs partibus testamenti cessat
ratio conseruandi agnationem.*
4 *Spurius non dicitur agnatus, nec conseruat agnationem.*
5 *Cognationis appellatione veniunt etiam descendentes
ex fœminis.*
6 *Fœminæ earum vita durante conseruant agnationem
paternam, non autem earum filij, & num.7.*
8 *Agnationis contemplatio non resultat ex vocatione de-
scendentium ex fœminis cum onere assumendi nomen,
& arma familiæ.*
9 *Masculinitatis qualitas independenter adiecta substitu-
tis non censetur repetita positis in conditione.*
10 *Masculus vocatus in defectum vltimi masculi non po-
test esse eiusdem familiæ.*

DECISIO DCCII.

FRatres de Rallis tanquam filij Septimiæ vocati ad
fideicommissum Marci Antonij Cataldi casu quo
non extarent filij, liberi, & descendentes masculi Leo-
nis, & Horatij substitutorum, prætendebant conditio-
nem fuisse purificatam non obstante existentia illorum
de Messinis, qui mediante Faustina filia Lepidi descen-
dunt à Leone substituto, & cùm emanauerint coram
me duæ resolutiones inter se contrarię, hodie dubitaui
an sit standum in primo, vel secundo loco decisis, &
Domini confirmarunt secundam decisionē sub die 22.
Iunij præteriti.
Non impugnabatur conclusio in decisione firmata,
quod vbi non agitur de conseruatione agnationis, vel
subiecta materia aliter non suadet appellatione filio-
rum veniunt tàm masculi, ex masculis, quàm masculi
descendentes ex fœminis ex ibidem allegatis in §. *Re-
cepta*, sed dicebatur fuisse habitam rationem conser-
1 uandę agnationis, & testatorem voluisse duntaxat vo-
care masculos ex masculis, quo casu descendentes ex
fœmina remanent exclusi, *vt in Bonon.fideicommissi de
Barberijs 5. Aprilis 1650. §. Tertio coram Eminentiss.
D.Card.Corrado.*
Verùm cessat primum fundamentum, quià ratio
conseruandæ agnationis non potest resultare ex quo
testator in omnibus substitutionibus vocauerit mascu-
3 los, quià dum alia in testamento expressè disposita
dictæ rationi repugnant, expressio masculinitatis im-
portat prædilectionem sexus non autèm agnationis
conseruationem *Surd.cons.329.num.11. Rota in Roma-
na fideicommissi 28. Aprilis 1653. coram Reuerendissi-
mo Segobien. §.Obiectum vers.Præterquàm.*
Post mortem enim Octauij Substitutus fuit Hora-
4 tius Spurius, & deinde eius descendentes; Ideò cùm
isti de iure non sint agnati, iura agnationis conseruare
non possunt, *ad text. in l. si Spurius 4. ff. vnde cognat.
Mant de tacit.& ambig.lib.22.tit.10.num.7. Rota coram
bo.me.Merlin.decis.389. num.14.*
Insuper quando testator exclusit monasteria non
5 dixit hoc facere pro conseruatione agnationis, sed ad
effectum conseruandi bona in familia, & cognatione,
cuius appellatione comprehenduntur etiam descen-
dentes ex fœminis vt præter relatos *in decisione. §. Sed
etiam tradit Peregrin.de fideicomm. art.22.num.39.*
Atque vlterius explicitè vocauit masculos descen-
dentes ex Virginia, & Septimia eius sororibus; Li-
6 cèt enim fœminæ earum vita durante agnationem pa-
ternam conseruare dicantur, hoc tamen non procedit
7 in ipsis filijs, & descendentibus, qui sunt de aliena fa-
milia, & agnatione, vt dixit *Rota coram Greg.decis.293.
8 num. 19.* Parum obstante, quod illis fuerit iniunctum
onus assumendi cognomen, & arma, cum hoc possit
æquè benè etiàm per filios Faustinæ adimpleri, *Rota
decis.6. num.1.§.Confirmatur part.1. diuers.& in dicta
secunda decisione, §.final.*
Aliud verò fundamentum, quod qualitas mascu-
linitatis adiecta substituris censeatur etiam repetita po-
9 sitis in conditione corruere visum fuit ex responsione
aliàs data, quod scilicet stante diuersitate personarum
conditio non dependet à substitutione, & propterea in
positis in conditione non censetur repetita qualitas
masculinitatis per masculum adiecta substitutis, *Rota
decis.151.à num.16. vsque ad 24.part.5.recent.cum alijs
relatis in dicta secunda decisione, §. Conclusio enim.*
Diuersitas personarum est clara, quià in substitutio-
nibus fuerunt expressè vocati omnes masculi ex ma-
sculis, vndè in conditione positi fuerunt descendentes
masculi dictorum substitutorum huiusmodi conditio
non potest verificari nisi in masculis descendentibus
10 ex fœminis, prę sertim dum substitutio facta est vltimo
decedenti, & sic implicaret contradictionem quod es-
set vltimus masculus ex masculis, & quod illi esset sub-
stitutus alter masculus pariter ex masculo, quià si ma-
sculum relinqueret, non esset vltimus, vt benè ad pro-
positum pro inclusione masculorum ex fœminis per
hanc rationem *Peregrin.cons.36.num.17. vers.Secundo
lib.1.Fusar.de substit.quæst.403.num.28.*
Et ità vtraque, &c.

ROMANA CONCVRSVS CREDITORVM.

Ven. 24. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Creditores ex causa societatis officij, an præferantur
creditoribus anterioribus, in pretio retracto ex eodem
officio, & si habeant Chirographum Papæ, cum ex-
pressa decreti reseruatione super eodem officio, an
præferantur tam quoad sortem, quam quoad fructus,
& quando.

SVMMARIVM

1 *Reseruatio decreti super anterioritate apposita in Chiro-*

grapho Papæ ad fauorem creditorum, si non fuit generaliter concessa pro ipsorum creditis, sed restrictiuè ad certam summam, non extenditur ad fructus, & interesse.

2 *Fructus qui debentur ex lege contractus, potiri solent eadem anterioritate, qua potitur sors principalis.*

3 *Priuilegium, seu dispensatio Principis, non trahitur ad ea de quibus præcisè non loquitur.*

4 *Fructus dotis, potiuntur eodē priuilegio* Auth. Res quę C.comm.de leg. *quo potitur dos principalis, non extantibus bonis liberis.*

5 *Declara, vt eo fruantur respectu fructuum percipiendorum ex fideicommisso, non autem quoad proprietatem, seù æstimationem.*

6 *Dotis nomine includitur vtraque species sortis, & fructuum.*

7 *Gratia reseruationis decreti super anterioritate reporta à creditoribus, quando est restricta ad certam summam, nunquam trahitur ad fructus.*

8 *Amplia, quando maximè sors potest stare sine fructibus, & sine eis gratia, seu dispensatio Principis suum effectum sortiri.*

9 *Gratia principis sufficit, quod aliquid operetur, vt veniat restringenda, nec vlterius extendenda, ad effectum euitandi maximum præiudicium tertij.*

10 *In gratia attenditur quid fuerit concessum, non autem quid narratum.*

11 *Datarius ratione sui officij, dicitur habere organum mentis Papæ.*

12 *Chirographum Papæ, quod fuit per decretum Datarij ad viam iuris redactum, non habetur in consideratione gratia in eo contenta.*

DECISIO DCCIII.

Placuit Eminentissimo D. Cardinali Corrado Prodatario consulere Rotam super eo an creditores ex causa societatum officiorum initarum super officio vendito Dominici Petruccioli olim A. C. Notarij essent præferendi creditoribus anterioribus cambiorum in pretio retracto ex officio Notariatus, & ad fauorem creditorum anteriorum emanauit resolutio 10. *Iunij* 1661. Verùm cum nonnulli creditores societatum officiorum licèt posteriores haberent expressam decreti reseruationem super eodem officio, prætendebant, quod sicut citra concursum fuerunt satisfacti de sortibus principalibus ex dicto pretio, posthabitis anterioribus, ita etiam essent præferendi pro fructibus, cum in Chirographo resignationis officij reseruatarij præferantur alijs creditoribus, tam quoad sortem, quàm quoad fructus; Sed quià huiusmodi dispositio quoad fructus tantum fuit suspensa per decretum eiusdem D.Cardinalis *Summ.creditorum anteriorum, num.* 3. qui remisit omnes partes ad Rotam pro prætensis fructibus, vel interesse, quæ habebit eam rationem Chirographi Sanctissimi D.N. manu signati, quæ de iure haberi debet; Ideò proposui aliud dubium an creditores cum decreto sint pro fructibus præferendi cæteris creditoribus anterioribus, cui post secundam causæ discussionem, Domini negatiuè responderunt.

Quandoquidem reseruatio decreti non fuit conces-
1 sa generaliter, & indefinitè pro ipsorum creditis, sed
restrictè, & limitatè pro certa præcisa summa, & quantitate, vt legitur in supplicatione Francisci Nunez ibi: *Pro summa, & quantitate dd scutorum* 2500. *moneta* in alia Marij Accoramboni, ibi: *Pro summa, & quantitate* 725. *scutorum moneta, &c.* & in alia fratrum de testis, ibi: *Pro summa scutorum* 800. Ideò non extenditur ad fructus, & interesse, vt in similibus terminis latè comprobant, *Afflict.in cap.* 1. 1 2. *notabil.numer.* 10 *de probibit.feud.alien. per Frid.Thor. in compend. decision. Neapol.tom.*1. *verb.assensus impetratur fol.*52. *Staiban. inn.resol.resol.*67. *num.* 25. *lib.*1. *Capic. Galeote. controu. forens.cap.*21. *num.*17. *cum seqq. Mart.Vot. decis.*156. *num.*2. *cum seqq. vsque ad fin. Larr. decis. Granaten.* 37. *numero Larat.Theatr.feud.tom.*1. *part.*8. *& dilucid.*58. *in princip.*

Non obstat, quod fructus, qui debentur ex lege con-
2 tractus potiri soleant eadem anterioritate, qua poti-
tur sors principalis ad *leg. Lucius, ff. qui pot. in pign. habeant.*

Quià dispositio *Text.* procedit solum in anteriori-
tate temporis, non autèm in potioritate educta ex cō-
3 sensu Domini, aut priuilegio, vel dispensatione Princi-
pis; Ista enim non extenditur, neque comprehendit fructus quamuis debitos ex lege contractus, de quibus consensus, priuilegium, vel dispensatio non loquitur, vt firmant prædicti Doctores, & sequitur *Borgnin. Caualcan.decis.*21. *num.*23. *part.*1.

Nec applicantur *Camerar.in cap. imperialem de prohibit.feud.alien.per Frideric.lit.A.quem sequuntur* Surd. *de alim.tit.*9.*q.*31. *num.*12. *cum seqq. Paschal. de virib. patr.potest par.*2. *cap.*7. *num.*44. *&* 57. aliique pro creditoribus reseruatariis allegati.

Quià præterquod excepto casu dotis ipsorum opinio non est recepta, vt notant *Mart.d.vot*·156. *sub n.*1. *Larr.d.decis.*37. vbi postquam *num.*8. allegauit *Camer. & sequaces,* latè firmat contrariam sententiam vti ve-
4 riorem, & magis communem; Immò quatenùs re-
spectu fructuum dotis voluerunt eos potiri eodem
priuilegio *Auth. res quæ C.comm.de legat.* quo potitur
sors principalis ipsius dotis non extantibus bonis li-
5 beris, intelligi debent, & aliter admitti non possunt vt
scilicèt eo fruantur respectu duntaxat fructuum percipiendorum ex bonis fideicommisso, & prohibitioni subiectis, non autem eorum proprietate, seù æstimatione, vt declarauit *Rota coram Card. Seraphin. decis.*48. *num.*2. *vbi numer.* 5. *specialiter respondetur supradictæ l.Lucius coram Eminentissimo D. Card.Otthob.decis.*43. *numer.*6. *versic. Quouerò in Auenionen. pecuniaria* 31. *May* 1647. *coram R.P.D. meo Verospio, &* 4. *Decembris* 1647. *coram Reuerendissimo Papien. & in Romana fideicommissi de Nicolinis* 23. *May* 1653. *coram me,* §. *Quia vt firmatur.*

Tunc solùm recipi possunt quando consensus, vel
priuilegium principis non restringitur ad certam, &
præcisam quantitatem, sed agitur de contractu sui na-
6 tura fructifero, vt exemplificant in dote, cuius nomine
tanquam iuris includit vtramque speciem sortis, & fructuum *Bart.in l.item veniunt,* §. *Item non solùm, n.*3. *ff.de petit. hæredit. Rota in Ianuen. separationis Thori* 22. *Iunij* 1650. *coram Reuerendiss. Papien.* §. *Ponderatum etiam, & in Romana dotis* 19. *Iunij* 1654. 5. *Decembris* 1655. *&* 14. *Iunij* 1656. *coram R.P.D. meo Ve-*
7 *rospio*; At quando prout in proposito casu agitur de
certa summa, tunc nunquam trahitur ad fructus, & vel verior præualet sententia *Afflicti, & sequacium superius firmata,* Præsertim quoties sors stare potest sine fru-
8 ctibus, & sine eis consensus, seù dispensatio Principis
suum effectum sortiri, *Felin.in cap. postulasti, num.*10. *vers.Hanc limitationem de rescrip.Mart.d.vot.*156. *n.*8.
9 & quoties aliàs maximum insurgeret præiudicium
tertio; Ad effectum enim vt istud euitetur gratia Principis sufficit, quod aliquid operetur, vt ad illud omninò restringenda veniat, nec vlterius extendenda, idem *Felyn.in cap.*1. *num.*9. *vers.Secundo declara ibiq. Dec.num.*4. *de rescript. Curt.iun.cons.*5. *num.*27. *Molin. de primog.Hispan.lib.*2. *cap.*10. *num.*77. *&* 78. *Duran. decis.*48. *num.*28.

Nec obstat, quod creditores reseruatarij in supplicatio-

catione narrauerint eorum credita prouenire ex contractibus de ipsorum natura fructiferis; Quià dùm
10 Papa concessionem reseruationis decreti restrinxit ad certam summam,& quantitatem,huiusmodi concessio attenditur, non autem narratiua petitionis, vt in terminis aduertit *Larrea d.decis.37.num.11.*

Cæterum non suffragatur quod Sanctissimus D. N. in suo Chirographo mandauerit creditoribus habentibus decretum satisfieri de sorte, & fructibus, quià vltra quod asseritur in huiusmodi Chirographo adesse clausulam, *Come voi giudicarete di ragione* D.Cardinalis Prodatarius per decretum super hac controuersia remisit partes ad Rotam sub explicita declaratione, quod de iure haberi debet; Ideòque tanquam exinde
11 redactum ad viam iuris per dictum Eminentissimum qui ratione officij habere dicitur organum mentis
12 Papæ, *Gonz.gloss.63.num.60.* non habetur in aliqua consideratione,*vt coram Eminentissimo D.Card.Otthobono decis.207.num.7.*

Et ità vtraque,&c.

LEODIEN. ARCHIDIACONATVS.

Ven. 24. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Relaxatis exequutorialibus cum comminatione censurarum, illisque legitimè exequutis, & in actis reproductis, seruatis solitis quatuor terminis ad parendum, si adhuc de paritione non constet, est locus declaratoriæ,quę debet relaxari contra non parentem,licet exequutoriales personaliter exequutæ non fuerint, si non erat tutus accessus, & aliàs constet de ipsorum scientia in non parente, per recursum ab ipso habitum ad Iudices laicos.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria est relaxanda, si non constet de paritione, post relaxatas exequutoriales,illis in partibus exequutis, & in actis reproductis,seruatisque solitis quatuor terminis.*

2 *Amplia etiamsi exequutoriales personaliter intimatæ non fuerint,sed in domo habitationis, & ad valuas affixæ,quoties constat de non tuto accessu ad locum, vbi citatus commorabatur.*

3 *Censurę absque alia intimatione exequutorialium incurruntur quoties constat de notitia mandati Rotalis per recursum habitum ad Iudices laicos, pro impedienda illius exequutione.*

4 *Ecclesiasticis est potissimum detestabilis inobedientia mandatis Rotalibus,quę præcæteris tenentur,illa debita reuerentia,& humilitate,recipere.*

DECISIO DCCIV.

IN exequutionem rei iudicatæ rotalis,in qua Bertrando fuit adiudicatus Archidiaconatus de quo agitur
1 reiecto Nicolao Meyz prouiso ab Vniuersitate Louanien. fuerunt decretæ, & relaxatę exequutoriales, ac mandatum de immittendo cum comminatione censurarum,illisque in partibus legitimè exequutis,& in actis reproductis, seruatisq; solitis quatuor terminis, cumque de paritione hucvsque doctum non fuerit meritò fuit hodie resolutum contra Nicolaum dandā esse declaratoriam *ad not.in capit.2. de dol. & contum. in 6. Mohed.decis. prima de sentent: excomm. Achill. decis.1.num.2.eodem tit.*

Non obstante, quod literæ exequutoriales non fue-
2 rint Nicolao personaliter intimatæ, sed tantum exequutæ in domo eius solitæ habitationis, & affixę ad valuas Ecclesiæ Cathedralis Leodien. vbi Archidiaconatus existit, nàm cùm ex relatione Notarij addita etiam testium depositione *Summ.num.2. & 3.* constet de non tuto accessu ad Ciuitatem Louanij, vbi Nicolaus commoratur, intimatio taliter facta æquipollet intimationi personali per *Text. in Clem. causam de elect.Card.Seraphin.decis.1296. num. 3. & in Leodien. præpositura de Nanjianes 6. Martij 1651. & in alia Leodien.personatus de Fleron, 4.Decembr. eiusdem anni coram me.*

Concurrente præsertim certa,& indubitata scientia eiusdem Nicolai literarum exequutorialium, ac mandati Rotalis resultans ex recursu per eum habito ad Conseruatorem priuilegiorum Vniuersitatis Louanij, à quo obtinuit inhibitionem contra Capitulum ne sub pœna bis mille aureorum auderet Bertrando possessionem tradere controuersi Archidiaconatus dicto
3 *Summ.num.5.* Ex hoc enim nedùm constat de notitia mandati Rotalis sufficiente pro incursu censurarum etiam absque alia intimatione personali ad notat. per *Felyn.in cap.cum sit Romana num.15.de appell. Rota in Cracouien.præpositura S. Floriani 2. Decembris 1650. coram bon.me.Bich o,& in Melphien.pensionis 21.Aprilis 1651.coram Reuerendiss.Tarraconen. §.Nec dubitari potest,* sed etiàm de præambula, & expressa voluntate,
4 ac positiua non parendi in personis Ecclesiasticis potissimum detestabili,quę prę cęteris tenentur mandata Rotalia,seù verius Apostolica debita reuerentia, obedientia,& humilitate suscipere *cap.in memoriam 3.19. distinct.*

Et ità resolutum per contradictas,&c.

VRBINATEN. PRÆDII.

Ven. 21. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum particulare, licet resultet super certo corpore, quando testator rogauit hæredem,curam habere de illo,hoc tamen procedit, quando hæredi fuit datus aliquis substitutus, aliàs nullo successore vocato, remanet nulla prohibitio absque causa, quæ resoluitur in simplex consilium, licet testator prohibendo alienationem, vsus fuerit verbis perpetuitatem temporis denotantibus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum particulare, super certo corpore resultat, quando testator rogauit hæredem, curam habere de illo.*

2 *Declara hoc tantum procedere, quando testator voluit ad certas personas,illud peruenire.*

3 *Fideicommissum non inducitur ex simplici prohibitione,facta à testatore de non alienando, dum hæredi nullus fuit datus substitutus.*

4 *Prohibitio nuda alienationis facta à testatore absque causa resoluitur in simplex consilium, absque onere fideicommissi.*

5 *Fideicommissum particulare, super certo corpore, non inducitur ex simplici prohibitione alienationis prædij facta per testatorem hæredi, cum aliquo onere perpetuo, quoties onus potest æque bene adimpleri per quoscunque possessores prędij,etiam extraneos.*

6 *Dictio* Dicti *est demonstratiua ad oculum, & refertur ad superius nominatos,perindè ac si literaliter per nomina propria,fuissent vocati.*

7 *Dispositio testatoris debet restringi ad literaliter vocatos, nec extendi ad positos in conditione.*

DECISIO DCCV.

PEr sententiam Rotalem latam à bon. mem. Bichio confirmatam in secunda instantia à R. P. D. meo Beuilaqua fuit concessa immissio Com. Iulio Cæsari in possessionem prædij *della foglia* tam vigore fideicommissi vniuersalis in testamento Cæsaris Odasij ordinati,quàm etiam ex particulari fideicommisso resultante ex codicillis; In tertia verò instantia causa mihi commissa emanauit decisio pro confirmatione pariter d.sententiæ sub die 10.Decembris 1659.sed repropo-

sita 19. Ianuarij 1661. fuit dilata resolutio, cum hoc quod videretur de fideicommisso particulari, quo hodie discusso resolutum fuit recedendum esse à decisis quoad fideicommissum particulare.

Non enim visa fuerunt sufficientia ad illud inducendum verba codicillorum, ibi: *Che sempre, & in perpetuo detti suoi heredi nominati in detto testamento siano obligati à tenere il podere della Foglia al seruitio di Sua Altezza Serenissima d'Vrbino, e delli suoi successo-*
1 *ri della Casata della Rouere*; Quia licèt resultet fideicommissum particulare super certo corpore quando testator rogauit hæredem curam habere de illo per *Text. in l. fideicommissa 11. §. Hęc verba, ff. de legat. 3.*
2 requiritur tamen quod testator voluerit ad certas personas illud peruenire, prout in casu præfatæ legis, vbi prædium ab hærede seruandum erat pro filijs, & ne-
3 potibus; Aliàs autem dum nullus fuit datus successor, prout in casu proposito, quo testator simpliciter dixit *siano obligati tenere il podere della Foglia*, absque eo quod voluerit conseruari pro sua familia, vel pro Ducibus Vrbini, quos in casu inobseruantię constituit
4 duntaxat exequutores suæ dispositionis, remanet nuda prohibitio absq; causa, quæ resoluitur in simplex consilium absque onere fideicommissi per *Text. in l. pater filium 36. § Iulius Agrippa, ff. de legat. 3. Gratian. discep. forens. cap. 280. num. 1. cum seqq. Rota in Romana hæreditatis de Fossanis coram Gipsio apud Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 95. §. Non obstat, & plures congerit Hodiern. ad Surd decis. 125. num. 5. & 6.*

Parum obstante, quod onus recipiendi Duces Vr-
5 bini transeuntes per prædium fuerit iniunctum hæredibus per verba denotantia perpetuitatem temporis, ibi: *Sempre, & in perpetuo siano obligati, &c.* Cùm enim huiusmodi onus potuerit æquè benè adimpleri per quoscunque possessores prędij etiam extraneos, exinde non infertur de necessitate ad fideicommissum ad *Text. in l. annuam, 6. ff. de ann. leg. Paris. cons. 87. n. 39. & seqq. lib. 2. & in dicta Romana hæreditatis de Fossanis post Fenzon. decis. 95. §. His accedit, in Firmana fideicommissi 9. Decembris 1658. coram R.P.D. meo Taia, §. Quouerò ad onera, & in Romana Locorum Montium 5. Martij 1660. coram R.P.D. meo Priolo, §. Nam aut loquimur.*

Neque releuat, quod testator voluerit excludere extraneos, dùm onus iniunxit hæredibus nominatis in testamento, in quo sunt comprehensi filij, & nepotes; Quia animaduerterunt Domini, quod in testamento non sunt expressi nisi filij, Nepotes verò sunt positi in conditione. Ideoq; ex verbis codicillorum, ibi: *Detti suoi hæredi nominati in detto testamento*, dispositio restringitur ad filios literaliter expressos, non autem ad nepotes positos in conditione, cùm dictio
6 illa *Detti*, sit demonstratiua ad oculum, & referatur ad superius nominatos perinde ac si literaliter per nomina propria fuissent vocati, *Alciat. in l. filius familias, §. Diui, num. 151. vers. Sanè, ff. de legat. 1. cum alijs allegatis in Romana fideicommissi de Coronis 12. Iun. 1651. §. Placuit enim post med. vers. Illamq; restringunt coram*
7 *me*, & in his terminis, quod non fiat extensio ad filios positos in conditione dixit, *Rota decis. 649. num. 1. & seq. part. 1. diuers. Buratt. decis. 387. num. 10.*

Atque ità decisum vtraque, &c.

ROMANA CAMBII.

Lunę 24. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

Debitor tenetur ad solutionem cambiorum eo ipso quod constat de eorum realitate, & si non adimpleuerit onus cambiandi in se susceptum tenetur ad fructus loco damnorum, & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Damna, & interesse debentur à debitore qui assumpsit in se onus cambiandi, & non adimpleuit.*
2 *Cambia debentur à debitore vsque ad sortis restitutionem licèt onus cambiandi in se susceperit limitatum intra certum tempus.*
3 *Oratio indefinitia ęquipollet vniuersali, & includit omne tempus, vbi concurrit identitas rationis.*
4 *Mora non incurritur à debitore cui fuit data dilatio:*
5 *Debitor dicitur in mora post tempus eidem assignatum ad restituendam sortem, & proindè tenetur ad solutionem cambiorum.*
6 *Obligatio generalis, & indefinita facta per debitorem in vna parte instrumenti, eundem afficit in alijs partibus absque vlla repetitione.*
7 *Debitor videtur suscepisse in se onus cambiandi, dum in instrumento fuit dictum* ipsius cura, opera, & diligentia.
8 *Nouatio prioris obligationis non inducitur per aliam cumulatiuè factam ad cautelam.*
9 *Obseruantia pro iustificatione cambiorũ non attenditur.*
10 *Obseruantia in materia cambiorum benefacit pro declaratione, ac interpretatione verborum pacti, & obligationis per debitorem initæ.*

DECISIO DCCVI.

Svb diebus 8. Aprilis, & 4. Decembris 1658. coram me decisum fuit cambia post biennium à D. Francisco non deberi eo præcipue fundamento, quod onus cambiandi in se ipsum assumptum elapso biennio expirauerit; Verùm hodie reproposita causa, Domini recesserunt à decisis existimantes cambia *debita* deberi etiàm post biennium, quia diligentius perpensis verbis instrumenti hodie per extensum exhibiti, visum fuit onus cambiandi per Franciscum susceptum non esse restrictum, & limitatum ad biennium, sed indefinitum conceptum vsque ad integram restitutionem
1 scutorum 500. Quapropter vel Franciscus huiusmodi onus impleuit verè, & realiter transmittendo pecunias super cambijs, & sic constat de realitate cambiorum, nec potest illorum solutionem impugnare, aut verò illud non impleuit, & adhuc tenetur ad damna, & interesse perinde ac si pecuniæ verè cambiatæ fuissent, *Rota post secundum vol. cons. Farin. decis. 168. & decis. 229. vtrobique num. 2. cum pluribus allegatis in Romana pecuniaria 6. Iulij, §. Quià cùm Pagninus, & 31. Iulij 1648. §. Quià certum est coram Eminentissimo Domino Card. Prodatario.*

Non obstat, quod onus cambiandi à semetipso fue-
2 rit restrictum ad solum biennium; Quià huiusmodi præfixio temporis respicit duntaxàt dilationem ad fauorem debitoris, ne scilicet eodem biennio durante possit ad restitutionem sortis compelli, ibi: *Quanam scut. 500. monetæ idem D. Franciscus soluere, seu restituere promisit antedictæ D. Gineuræ absenti me, &c. præsenti, &c. infra duos annos ab hodie proximos vnica solutione hic Roma, &c. alias, &c.* Et sic non limitat, neque restringit subsequentem promissionem absque vlla temporis præfinitione conceptam, vt omnibus generalibus in his terminis benè respondit, *Rota in Romana Cambij 14. Februarij 1648. coram bon. me. Pentingerio, §. 1. in fine, & §. seq.*

Idque colligitur non solum ex verbis instrumenti satis amplis, & generalibus ibi: *constituare semel, & pluries, ac toties quoties opus fuerit*, sed etiam ponderando rationem expresse adiectam ne scilicet, D. Iunipera damnum patiatur, cum non sit solita tenere pecunias ociosas &c. quæ æqualiter & eodem modo conuenit vtrique tempori, quando enim concurrit identitas rationis semper oratio indefinita æquipollet

vni-

3 vniuersali, & includit omne tempus *Bart in l.si pluribus num.6. vers.in dubio qualiter ff.de legat 2. Menoch. cons.97.num.35.& 36.cons.220.num.66.& seqq.*

Immo si Franciscus habebat in se onus cambiandi durante biennio, quo tempore propter dilationem
4 sibi concessam nulla in eo poterat considerari mora, multo magis dictum onus debet dici eidem iniunctum
5 post biennium, cum eo elapso illius mora fuerit indubitata, iusta doctrinam *Bald.in l.innitus in.fin.C. de Procurat.*quã alijs adductis sequuta fuit *Rot.decis.274. sub num.13. p.5. recent.*

Non obstat, quod assumptio oneris cambiandi non fuerit repetita in secunda parte instrumenti, vbi agitur de tempore decurrendo post biennium, quodque ibidem fuerit concessa facultas solummodo D.Iuniperæ continuandi pecunias super cambijs.

Quia respectu repetitionis illa non erat necessaria attento quod obligatio Francisci non erat restricta ad
6 solum biennium, sed generalis, & indefinita, ex superius deductis sed quatenus etiam fuisset necessaria animaduerterunt Domini illam resultare ex eadem oratione incipiente, quod si elapso biennio ibi: *omnibus ipsius D.Francisci cambijs recambijs, cura, ope-*
7 *ra, & diligentia, pronisionibus, damnis, & interesse* quæ verba, *cura, opera, & diligentia* nihil aliud in substantia videntur importare nisi susceptionem oneris, & obligationem cambiandi in Debitore, *Rota in Romana seu Iannen pecuniaria 1.Iulij 1644. coram bo. me.Bichic, & in Romana Cambiorum 28.Aprilis 1651. vers.ab eo vero tempore coram R.P.D. meo Verospio.*

Facultas vero ibidem attributa D.Iuniperæ non tollit obligationem debitoris antecedendeter & eodem tempore factam immo cum dictæ Creditrici fuerit quoque data eadem facultas in primo biennio, pro quo tempore Franciscus debitor non controuertit
8 onus cambiandi in se suscepisse patet aliam esse, cum sit adiecta cumulatiue pro maiori cautela, & securitate creditricis ex vna non innouatur, seu extingnitur altera vt respondit *Rota coram Merlin.decis.636.n.19. & 20.coram Duran. decis.405.num.14.& in recent. decis.50.num.15.20.& 21.& in d.Romana pecuniaria 5. Iunij 1648 coram Eminentiss.D.Card.Prodatario vers. Primo quia.*

Prædicta corroborantur ex obseruantia subsequuta, ex quo Franciscus persoluit cambia etiam pro tem-
9 pore decurso post biennium, Licet enim huiusmodi obseruantia nullo pacto sit admittenda pro iustificatione Cambiorum, quę in hac materia non desumitur ex verbis, seu factis partium bene tamen fa-
10 cit pro declaratione, ac interpretatione verborum pacti, & obligationis per debitoren initæ, vt in his terminis dictum fuit in *Romana pecuniaria 31. Iulij 1648.coram D.Card.Prodatario 5.fin.circa med.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit &c.

PAMPILONEN. PAROCHIALIS.

Ven.28. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

Beneficium in concursu debetur præsentato pro maiori parte a Patronis, dummodo ab examinatoribus synodalibus fuerit habilis repertus. Ipso vero reprobato beneficium est alteri adiudicandum, licet habeat minorem partem vocum.

SVMMARIVM

1 *Beneficium in concursu est adiudicandum præsentato habenti maiorem partem vocum.*
2 *Amplia etiamsi præsentatus a minori parte, maioribus polleret qualitatibus.*
3 *Præsentatus dicitur habere moiorem partem, si in paritate habeat pro se regium suffragium.*
4 *Prælatio in concursu debetur ei qui ex relatione verificatorum se ostenat præsentatum à maiori parte.*
5 *Electio, & præsentatio iure fructus possessionis.*
6 *Præsentatus ab vsufructuario est præferendus.*
7 *Ius Præsentandi ex constitutione Synodali Pampilonem spectat ad domus possessores, non autem ad alios licet cohæredes, qui domum non habitant.*
8 *Iurispatronatus pertinentia probatur ex præsentationibus effectum sortitis.*
9 *Præsentatio de se ipso non tenet, quod declara num.10.*
11 *Præsentatio de inhabili habetur pro non facta.*
12 *Acta gesta coram Iudice de Partibus post obtentam commissionem in Rota non attenduntur.*
13 *Index appellationis nullam habet iurisdictionem ante transportationem Actorum.*

DECISIO DCCVII.

Vacauit de anno 1658.per obitum Martini Ecclesia Parochialis Oppidi de Ardanaz, cumque nominatio noui Rectoris spectaret ad Incolas, & habitatores eiusdem loci, aliqui ex illis præsentarunt Michaelem de Vroz aliqui vero Petrum de Verasain, verum quia examinatores synodales reprobato Petro Michaelem habuerunt pro habili, & hic successiue per sententiam Ordinarij fuit institutus, ideo interposita pro parte Petri appellatione tam super sententia Ordinarij, quam super reprobatione examinatorum, & causa mihi commissa dubitaui an, & cui sit adiudicanda Parochialis, & Michaeli adiudicandam esse
1 responsum fuit tanquam habenti maiorem partem vocum *per Text.in cap.3.ibique gloss.verb. qui maioribus de Iurepatr.Coccin.decis.464. n.5.* etiamsi præsenta-
2 tus a minori parte maioribus polleret qualitatibus *Rota coram Duran. decis.94.num.9. & in Pampilonen. Parochialis 4.Iunii 1646. in fin.coram Pentingerio.*

Et licet causa videatur agi in paritate votorum attento numero præsentantium, qui pro parte vtriusque litigantis fuerunt hinc inde tresdecim, & etiam attentis relationibus verificatorum Synodialium, qui vnum votum pro quolibet approbarunt; & reliqua duodecim vniuscuiusque reseruarunt pro dubijs, attamen inhærendo prædictæ relationi verificatorum maior pars remanet pro michaele, quia Petrus nullum aliud votum certum habet nisi illud vnicum ab eisdẽ verificatoribus approbatum, Michael vero potest duo vota certa computare, dum vltra illud verificatorum
3 obtinuit quoque Regium suffragium, quod ad formam constitutionis venit computandum, vt dixit *Rota in d.Pampilonen Parochialis 4. Iunij 1646.in fine coram Pentingerio.*

Quæ quidem maior pars non solum desumitur ex
4 relatione verificatorum, secundum quam Michael venit præferendus iuxta *decis. Duran.116. num.3. & 4.* sed etiam resultat ex discussione votorum, quæ pro dubijs fuerunt reseruata, præmisso enim quod Michaeli quinque vota, computato illo admisso per verificatores non controuertuntur, & remanent iustificata ex eius *Summ.num.7.8.9.& 10.*quodque eidem debeatur votum Capellaniæ, & alia quatuor, quæ tanquam propria prætenduntur à Petro, hinc sequitur Michaelem posse decem vota numerare, Petrum vero nullo modo excedere numerum nonum, dum ex suis tresdecim veniunt detrahenda quatuor ad fauorem Michaelis, nempe pro domo *Liquidaiena, Monrealena, Aldaiena, & Primorena.*

Si quidem pro domo liquidaiena Michael fuit præsentatus à Catharina Abbautea, ad quam spectabat vsusfructus dictæ domus per obitum sui viri, vt deponunt Testes relati eius *Summ.num.13.*parum obstante, quod Petrus fuerit præsentatus a Ioanne liquida in

5 in proprietario eiusdem domus, Quia cum electio, & præsentatio sint fructus possessionis, est præferen-
6 dus Michael uti præsentatus a Chatharina vsufructuaria *Abb. in cap. consultationibus de iurep. n. 9. Rota decis. 10. vers. praterea circa med. de iurepatr. in nou. Mantic. decis. 140. num. 5.*

Pro domo de Aldaiena licet Michael fuerit præsentatur dumtaxat ab vno ex Fratribus de Idoarte, nempe a Didaco, Petrus vero a Martino Garzia, & Catharina alijs fratribus, adhuc est præferendus Michael quia possessio dictæ domus de tempore præsentationis
7 probatur extitisse penes Didaeum, non autem penes alios fratres *Summ. Michaelis num. 12.* & sic intrat dispositio constitutionis Synodalis, quod scilicet valeat præsentatio illius, qui domum possidet, non autem aliorum cohæredum, qui actualiter in illa non commorantur *d. Summ. num. 25.*

Votum pro domo de Monrealena pariter spectat ad Michaelem præsentatum a Gratiosa de Ardanaz, & Dominico Vizuin coniugibus, quamuis enim Gratiosa in d. domo successerit æqualiter cum alijs tribus sororibus, quæ præsentarunt Petrum, nihilominus attendi debet præsentatio Gratiosæ, non autem aliarum sororum, tum quia ipsa reperiebatur in possessione iuxta dispositionem constitutionis de qua mox dictum fuit, tum quia ex concordia relata *Summ. Petri n. 29.* constat quod aliæ sorores renunciarunt ad fauorem Gratiosæ, & eius viri bona paterna, & materna,
8 non reseruato nisi iure consequendi legitimam, tum etiam quia ex Testibus datis pro Michaele *num. 11. & 17.* patet dd. coniuges præsentasse in vltima vacatione, & præsentationes suisse effectum sortitas, quod sufficit ad probandam pertinentiam, vt dixit *Rota in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. §. de pertinentia earum R. P. D. meo Celso cum alijs relatis in decis. Eminentiss. D. Card. Ottboboni 230. num. 4.*

Aliud votum pro domo de Primorena debetur Michaeli, cum huiusmodi domus non spectet ad Redin, qui præsentauit Petrum, sed quidem ad Mariam de Vioz, quæ ipsum Michaelem præsentauit, attento quod vsque ab anno 1654. fuit ad computum suæ legitimæ eidem assignata *Summ. Michaelis n. 14. & add. num. 2.*

Subsistit quoque votum pro domo Capellaniæ, quâ-
9 uis hæc domus sit propria eiusdem, & sic non potuit se ipsum præsentare iuxta dispositionem *cap. nostras de iurepatr.* quia cum ex verbis relatis *d. Summ. num. 1. vers. 11. pro domo Capellania* constet præsentationem suisse per viam accessus adhærendo præsentationi pa
10 lam de se factæ ab alijs compatronis, regulariter sustinetur, & auget numerum vototum *Text. in cap. eum in iure ante finem de elect. lib. 14. Rot. coram Buratt. decis. 318. num. 4. Merlin. decis. 773. num. 4. vers. attamen quoties eum alijs relatis in Romana, seu Reatina beneficij 23. Iunij 1659. coram me*

Fortius deducta procedunt, quia reliqua vota Petri non videntur omnia subsistere, & omissa singulorum discussione, præcipue non iustificatur votum Ioannis pro domo de Marimolarena, nam licet Testes adducti pro illius iustificatione *Summ. Petri num. 19.* deponant domum spectare ad dictum Ioannem nihilominus ex alijs Testibus aperte liquet dictam domum non habere requisita constitutionis Synodalis, cum inter cætera ei deficiat ianua in via *Summ. Michaelis pariter num. 19.*

Præterea dixerunt Domini, quod etiam si Petrus haberet maiorem partem vocum, quia tamen fuit ab examinatoribus tanquam inhabilis reiectus, adhuc non posset admitti ad P[illegible] in
11 concursu Michaelis approbati, cum hoc casu præsentatio Petri vti facta de inhabili perinde habetur ac si facta non fuisset *cap. dudum el 1. de elect. Rota in Pampilonen. Parochialis coram Bubalo penes Garz. de benef. p. 9. cap. 2. n. 8. & coram Card. Canal. decis. 235. sub n. 2.*

Non obstat quod reprobatio Petri fuerit suspensa per appellationem per ipsum interpositam, & coram Vicario Tudelæ vigore commissionis D. Nuntij Hispaniarum fuerit denuo examinatus, & tanquam repertus idoneus fuerit approbatus.

Etenim nulla vis fieri potest in eo, quod gestum fuit coram iudice per Nuutium deputato, Tum quia stante appellatione interposita ad Sanctissimum, ad Rotam, & ad Nuntium dum Petrus obtinuit committi causam in Rota, censetur renunciasse appella-
12 tioni, & commissioni eiusdem Nuntij *Rota in Compostellana Parochialis 6. Februarij præteriti §. fin. coram R. P. D. meo Celso* vbi quod per comparitionem factam coram Nuntio fuit renunciatum appellationi, & commissioni signatæ in curia, tum etiam quia Vicarius Tudelæ nouum examen decreuit absque eo quod præcesserit transportatio actorum prioris instantiæ sine qua nulla competit iurisdictio iudici appellationis vt dictum fuit *in Calagurritana beneficij de Alcson 15. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Priolo §. Tum quia.*

Et ita vtraque &c.

INTERAMNEN. DOTIS.

Ven. 5. May 1662.

ARGVMENTVM.

Soluens, non seruata certa forma solutioni adiecta, in instrumento dotali, an liberetur ab eius obligatione, & an denuo possit conueniri, & a quibus.

SVMMARIVM.

1 *Soluens, non seruata forma solutioni adiecta, non liberatur ab eius obligatione, & solutio habetur pro non facta.*
2 *Per solutionem factam creditori, respectu illius, & habentium causam ab eo, remanet extincta qualibet actio, & obligatio.*
3 *Scriptura censetur ratificata, & approbata ex productione illius in iudicio facta, præsertim si in illius exequutionem fuit a iudice relaxatum mandatum.*
4 *Mandatum procuræ præsumitur ex productione iurium ex impensa per Procuratorem facta in obtinenda expressione decreti.*
5 *Vsusfructus competit patri in bonis vxoris prædefunctæ cum filijs ratione patriæ potestatis.*
6 *Approbatio instrumenti resultat, si fuit soluta, & acceptata quantitas in eodem instrumento contenta.*
7 *Solutione semel facta, non potest denuo prætendi iterata solutio eiusdem debiti.*
8 *In contractibus nominatis, non datur actio ad rescissionem, sed tantummodo ad implementum, vel ad interesse.*

DECISIO DCCVIII.

Gregorius Ciamburlanus Claræ maritus quietantiâ confecerat Io: Valentino Mazzitello pro summa scutorum 1500. pro totidem receptis in causam dotis eiusdem Claræ, Prætendentes vero Fratres de Ciamburlanis scuta 500. ibidem comprehensa minus legitime fuisse soluta, pro hac summa, obtinuerunt mandatum exequutiuum in Tribunali A. C. & pariter exequatur a Rota vna cum fructibus loco damnorum, & interesse, sed ex nouiter deductis huiusmodi decretum fuit coram me reuocatum 7. Februatij 1661. & hodie dubio iterum proposito, absque difficultate steterunt in decisis.

Ideo enim Ciamburlani controuertunt summam prædictam, quia prætendunt solutionem non fuisse factam

factam ad formam decreti A.C.desuper emanati, quo
cauebatur solutionem prædictam fieri debere præuio
deposito in Monte Pietatis interamnæ ad effectum in-
uestiendi in tot censibus idoneis de consensu Innocen-
tij patris Gregorij sub nomine, & ad commodum
Claræ pro eius dotibus, dictosque census non posse
1 extingui sine consensu eiusdem Innocentij, vnde cum
non fuerit seruata certa forma solutioni adiecta infe-
runt solutionem haberi pro non facta, & per illam
non liberari soluentem ab eius obligatione ex allega-
tis in *decis.huius causæ coram Reuerendiss.Zarate Epis-
copo Segobien.27.Aprilis 1657.§.& non obstat.*

Sed placuit Dominis responsio data in alia decisio
ne, quod nempe vel constat de adimplemẽto Ioannis
Valentini, dum ipse ad formam decreti actuale depo-
situm fecit in d.Monte Pietatis, cum cæteris qualitati-
bus requisitis ibi: *con patto s'habbino a mettere a censo
a fauore della Signora Chiara sua figlia, e moglie del
Signor Gregorio Ciamburlani Summ.Fratrum num.2.*&
successiue creauit censum cum Castello ad fauorem
Claræ, qui licet postea fuerit extinctus absque con-
sensu Innocentij, id euenit ex quo de tempore extin-
ctionis idem Innocentius erat iam mortuus, vt patet
ex lectura instrumenti, vbi Gregorius enunciatur fi-
lius quondam Innocentij,

Vel quatenus etiam ad vnguem non fuisset seruata
forma Decreti prædicti nil potest prodesse Ciambur-
lanis, qui neque ex persona Gregorii, neque ex per-
sona Claræ, neque ex eorum propria persona oppo-
nendo de forma decreti possunt venire contra quie-
tantiam, cum hæc fuerit ab omnibus approbata, &
per diuersos actus positiuos ratificata, omnesque fue-
rint de summa in ea contenta effectiue.

Non possunt quidem respectu Gregorii, quia post
quam ex pecuniis existentibus in Monte Pietatis fuit
creatus census in bonis Castelli ad fauorem Claræ ipse
met Gregorius vti maritus, & legitimus administra-
tor bonorum vxoris dictum censum retrouendidit Io:
Valentino, qui recognouerat bonam fidem erga Ca-
stellum, & fatendo se recepisse ab eodem scuta 500,
illum quietauit, & liberauit, ac consensit cassatio-
ni instrumenti, ideoque per dictam solutionem res-
2 pectu illius, & habentium causam ab illo remansit
extincta quælibet actio, & obligatio *l.nulla 5:ff.de so-
lut.Rota decis.259. num.1.p.4:tom.2. rec.*

Neque respectu Claræ, cum ipsa produxerit quie-
tantiam in iudicio ad effectum iustifinandi inhibitio-
nem dotalem, & se confouendi in possessionem bono-
rum mariti aduersus creditores eiusdem, non solum
enim ex dicta productione resultat ratificatio, & ap-
3 probatio scripturæ, vt fuit firmatum in alia *decisione
§.approbatio*, sed etiam quia eius vigore iudex eidem
adiudicauit domum viri in summa scut. 1500. cuius
vrgentior ratificatio dari non potest, vt dixit *Rota in
Anconitana census 30. Ianuarij 1654. §. Præterea tutri-
cis 27.Ianuarij 1659.§.quilibet coram R.P.D. meo Ve-
rospio,& 15.Martij 1660.§.eoque magis coram R.P.D.
meo Taia.*

Non obstat, quod actus prædicti fuerint gesti à
tertio non habente mandatum procuræ de tempore
quo Clara alium Procuratorem habebat.

Quia vltra, quod agebatur de vtilitate ipsius mu-
lieris, non subsistit in facto claram habuisse alium Pro-
curatorem de tempore, quo in iudicio contra credi-
tores mariti ad illius instantiam fuit producta quie-
tantia, & domus adiudicata; ista enim apparent ge-
sta de anno 1626. & 1628. mandatum autem procuræ
in personam alterius legitur factum de anno 1629.
Summar.illorum de Ciamburlanis num. 5. & licet non
constet de mandato illius, qui produxit quietantiam,
4 præsumptum tamen resultat ex iurium productione;
& impensa per eum facta in obtinenda expeditione
*Bart.in l.vulgo 24. in fine ff.de admin. tutor coram Card.
Millin.decis.278.num 5.Rota decis 495.num.2. p.5.rec.*

Nec refert, quod Clara non petierit sibi domum
adiudicari, sed iudex ex officio illam eidem assi-
gnauerit, quia aut adiudicatio accepta fuit per Cla-
ram, & ea consentiente effectum sortita, & Mazzitel-
lus habet intentum. Aut verò nec acceptata, nec ef-
fectuata fuit, & satis est pro inducenda ratificatione
quietantiæ de qua agitur, eam extraiudicialiter fuisse
productam, & à iudice canonizatam, dum eius vigore
mandauit adiudicari bona, præferendo Claram cæ-
teris alijs creditoribus Gregorij.

Testes autem deponentes Gregorium post obitum
Claræ domum inhabitasse cum filijs non concludunt;
quod domus esset propria eiusdem Gregorij quodq;
5 non fuisset data in solutum Claræ, cum talis possessio
verificari possit quoad vsumfructum, qui de iure com-
petit patri in bonis vxoris prædefunctæ cum filijs ra-
tione patriæ potestatis per *Text.in l.quæcunq;in princ.
C.de bon. quæ liber. & in Sancti Seuerini census 13. Ia-
nuarij proximi præteriti corã R.P.D.meo Verospio §.fa-
cillimè vers.aut verò.*

Nec demum Ciamburlani ex eorum propria per-
sona possunt venire contra dictum instrumentum
quietantiæ, quia defuncta Clara, Gregorius eorum
pater in instrumento dationis insolutum cum eis ce-
lebrato de anno 1649, fatendo se esse debitorem
dotis in sc. 2500. receptis à Ioanne Valentino in quo-
dam casale à *piè del monte*, valoris scutorum mille,
6 & in diuersis partitis comprehensis in instrumento
quietantiæ pro summa scutorum 1500. restituit Isi-
doro, & fratribus de Ciamburlanis ipsius, & dictæ q.
Claræ filijs dotem prædictam in eodem met Casale
pro dicta summa scutorum mille, & diuersis bonis de-
scriptis in dicto instrumento anni 1649. pro sc.1500.
in quietantia contentis; dum igitur receperunt à pa-
tre bona in solutum pro quantitate comprehensa in
instrumento quietantiæ, ex hoc nedum resultat eius-
dem instrumenti approbatio, vt præter auctoritates
relatas dixit Rota *in Romana dotis 9. Iuly 1643. §.fin.
coram Reuerendiss. D.Episcopo Papien.* verum etiam
satisfactio respectu summæ controuersæ, quæ cum se-
7 mel fuerit eisdem persoluta, amplius petere non pos-
sunt iteratam solutionem eiusdem debiti, contra
Text.in cap.bona fides de reg.iur.

Non obstat, quod Gregorius in datione in solutum
assignauerit bona, quæ non erant propria ipsius, sed
Claræ prædefunctæ, quia iura ad hoc probandum ad-
ducta ostendunt, quod bona Claræ non excedunt sum-
mam scutorum 75.b.42. & ex dicto instrumento da-
tionis in solutum apparet alia bona adfuisse pro dicto
credito dotis sufficientia, cum sola domus esset valo-
ris 1500. *d. Summ.num.7.* vltra quod si aliquid defice-
8 ret non ideò rescinderetur contractus dationis in so-
lutum, cum in contractibus nominatis tantum detur
actio ad implementum; vel ad interesse per *Text.in l.
ea conditione C.de rescind. vendit.Gregor.decis 130.n.1.
& plures congerit Add.ad Buratt. decis 640. num.26.*

Quod verò dos non appareat soluta quo ad aliam
quantitatem scutor.500.dictum fuit non esse præsentis
inspectionis, cum hodierna disputatio cadat super
scutis 500: comprehensis in instrumento quietantiæ
de anno 1613.

Et ità vtraque parte informante &c.

ROMANA LEGATI.

Merc. 10. Maij 1662.

AR-

ARGVMENTVM.

Legatum licet ad pias causas, censetur reuocatum, si testamentum, seu codicillum fuerit à testatore annullatum, dummodo legatum, non fuerit relictum pro malè ablatis, & sic censeri non debeat potius vti debitum, quam vti legatum; & quando legatum præsumatur relictum pro malè ablatis, & quænam concurrere debeant ad hunc effectum.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum secundo loco confectum, in quo adsunt verba testatoris:* annulando, e derogando ad ogn'altro testamento, ò codicillo &c. *claram reuocationem præsefert prioris codicilli.*

2 *Reuocato testamento, seu codicillo, censentur reuocata omnia legata in eis contenta.*

3 *Amplia etiamsi legata essent ad pias causas.*

4 *Legata pia contenta in primo testamento reuocantur per secundum, quando istud est solemne.*

6 *Legatum à testatore relictum:* per quiete, e sgrauamento, della mia conscienza *censetur potius relictum causa eleemosinæ, & pro redemptione peccatorum, quam pro malè ablatis.*

6 *Legatum à testatore relictum pro anima sua, non censetur relictum pro male ablatis, & vti debitum, nisi exprimatur causa debiti, illaque sit certa, & aliundè constet, quam per confessionem testatoris.*

7 *Legatum, quando est simplex, & non vti debitum, potest reuocari per subsequens testamentum, quamuis esset pium.*

8 *Testes si sint personę Religiosę, & benè informatæ, plurimam fidem merentur.*

DECISIO DCCIX.

IAcobus Morellus legauerat in quodam codicillo medietatē vnius horti Patri Iosepho Societatis Iesù eius filio, vt redditus inde prouenientes impenderet iuxtà ordinem sibi datum pro exoneratione suæ conscientię, quo Iosepho legatario defuncto, idem Iacobus suum vltimum condidit testamentum, vbi annullauit omne aliud testamentum codicillum, omnesque alias scripturas tam publicas, quam priuatas vbique existentes; cum autem post obitum Iacobi testatoris Reu. Fabrica S. Pietri in vim suarum facultatum prædictum legatum sibi applicari prætenderet, mandatum de immittendo in possessionem supradicti horti ab eius iudice obtinuit ideoque in gradu appellationis, dubitaui, an huiusmodi mandatum sit exequendum, & negatiuè responsum fuit.

Nam verba testamenti quinquennio post codicillū
1 confecti, ibi: *annullando, e derogando ad ogni altro testamento, codicillo, & ogn'altra scrittura priuata, ò publica, che si possa trouare in casa, ò appresso di qualsiuoglia persona* claram reuocationem codicilli præsefetunt *l. sancimus Cod. de Testam. l. si quis priore ff. ad trebell. l. si iure ff. de legat. 3.* & sic nullo modo potuit vigore eiusdem codicilli relaxari ad fauorem
2 Fabricæ aliud mandatum pro consequutione legati, cum reuocato testamento, seù codicillo, censentur reuocata omnia legata in eis contenta, *l. heredes palam 21. §. si quid post in princ. vbi gloss. vers. omnia ff. de testam. Curt. iun. cons. 163. n. 15. & seq. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 36. & seqq.*

Etiam relicta ad fauorem pię causę, vt de veriori,
3 quidquid voluerit, *Guidop. decis. 200. num. 6. tradunt Thob. Non. cons. 60. num. 11. Menoch. cons. 1280. num. 5. vsque ad fin. Mart. de success. legal. p. 4. quæst. 4. art. 1. n. 55 Anton. Fab. in suo Cod. lib. 1. tit. 2. diffinit. 39. vers. sed si posterius* firmans etiam legata pia contenta in primo
4 testamento reuocari per secundum quando istud est solemne, *Couar. decis. 85. post med. Card. Seraph. decis. 382 sub n. 8.*

Nec subsistit, quod fuerit relictum pro male ablatis, vt proinde censeri debeat vti debitum, non vti le-
5 gatū; quià testator hoc expressè non dixit, nec tacitè deduci valet ex illis verbis, ibi: *per quiete, e sgrauamento della mia conscienza*; nam potius videntur importare relictum causa eleemosinę, & pro redemptione peccatorum, quam quod testator voluerit relinquere pro
6 malè ablatis, non enim semper id, quod relinquitur pro anima censeri debet relictum vti debitum, cum ad illum effectum sit necesse, quod causa debiti exprimatur, illaque sit certa, & aliunde probetur, quam per confessionem testatoris *Bart. in l. qui vxori 19. ff. de aur. & argent. legat. Rust. in l. cum Auus lib. 1. cap. 3. num. 15. & seqq. Calderin. cons. 33. de testam. Alex. cons. 18. ante med. lib. 4. & Rota in Fanen. hæreditatis 17. Iunij 1641. coram Reuerendiss. Terracinen. §. non obstat.*

Et ideò non applicatur *decisio in Romana legati 22. Iunij 1650. coram Eminentiss. D. Card. Corrado* quia in eius casu non solum legatum fuerat factum pro exoneratione conscientiæ, sed etiam debitum Antonij testatoris erat certum, & probatum, eo quod solutiones alterius legati per Leonellum eius Patrem, & authorem ad fauorem B. Mariæ de Horto per plures annos distulerat; vndè merito dictum fuit legatum non potuisse reuocari, dum vltra confessionem testatoris, aliæ probationes concurrebant, ex quibus conuincebatur relictum fuisse potius vti debitum, quam vti legatum, in proposito autem nulla concurrit probatio, nec minus confessio ipsius testatoris, qui duntaxat reliquit medietatem horti pro exoneratione suæ conscientię, nulla facta expressione alicuius debiti, sicque dubitari non potest, quin tanquam simplex lega-
7 tum potuerit reuocari per subsequens testamentum, quamuis esset pium, vt pręter superius allegatos tradit *Bald. in l. 1. num. 150. C. de Sacros. Eccles.*

Pręsertim cum Iacobus testator ideo dictum legatum reuocauerit, quià ipsimet post obitum patris Iosephi impleuit id, pro quo legatum instituerat, vt de-
8 ponunt Confessarius, & alij duo testes informati *Summario num. 4.* quorum attestationibus plurimum videtur deferendum, cum sint personæ Religiosæ, & informatę *Card. Mantic. decis. 325. num. 1. Gregor. decis. 537. num. 2. & in recent. decis. 594. num. 17. p. 5.*

Et ità vnica &c.

NAVLEN. PAROCHIALIS.

Lunę 15. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Beneficium in concursu est adiudicandum ei, qui fuit ab examinatoribus Synodalibus approbatus, & successiue ab Episcopo declaratus magis idoneus: pro qua declaratione non tenetur Episcopus sequi maiorem numerum votorum, sed potest considerare alias qualitates sibi bene visas, dummodo in concursu fuerit seruata forma concilij, & pianæ constitutionis, & quænam ad hunc effectum requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, tanquam fundamentum gratiæ, venit ab impetrante iustificanda, quamuis consistat in negatiua.*

2 *Examinatores Synodales iuxta formam* Sac. Conc. sess. 24. cap. 18. de reform. *tenentur iurare, se quacumque humana affectione post posita, fideliter munus suum exercere.*

3 *Examinatores Synodales, si a principio in Synoda generali iuramentum pręstiterunt ad formam Sac. Concil. hoc sufficit pro singulo actu, ne teneantur in singulo concursu; illud particulariter pręstare.*

4 *Concursus ad beneficium, in quo statim peracto examine coram Episcopo, & examinatoribus, non fuerunt tradita vota Notario, sed dumtaxat ei restituta ab*

Epis-

Episcopo ex post, dicitur contra formam Concilij.

5 *Fides simplex non facit fidem.*

6 *Depositio Notarij etiam formiter facta, non suffragatur, quando est contraria primo dicto, & eius primæ relationi.*

7 *Examinatores Synodales peracto examine, debent renunciare Episcopo, quos idoneos reperierunt.*

8 *Examinatores Synodales, licet in vrbe iuxta casuum contingentiam soleant referre, quisnam sit dignus, & quis dignor, hoc tamen in alijs locis non procedit, in quibus spectat ad Episcopum, declarare magis idoneum.*

9 *Episcopus, vbi quis in concursu ad Beneficium est pro idoneo approbatus, potest illum eligere, si magis idoneum iudicauerit ex qualitatibus sibi benè visis, non autem ex calculo votorum.*

10 *Episcopus, potest de approbatis in concursu ad beneficium, eligere minus doctum, tanquam magis idoneum concurrentibus in eo alijs qualitatibus; nec super hoc potest redargui de irrationabili iudicio.*

DECISIO DCCX.

IN concursu habito coram Reuerendissimo Episcopo Naulen. & examinatoribus Synodalibus ad Ecclesiam Parochialem Sanctiss. Annunciatæ loci Speuturni Naulen. Diœcesis vacantem per obitum Bernardi Berlingerij, ex quinque concurrentibus duo tantum fuerunt idonei renunciati, nempè Bernardus Fulcus, & Ioannes, Antonius, Mariconus, qui Fulcus tanquam prælectus ab Ordinario fuit successiuè à Sede Apostolica prouisus, habita etiam possessione, sed eum Mariconus ab irrationabili iudicio Ordinarij appellasset, & à iudice appellationis sententiam fauorabilem reportasset, causa postmodum commissa in Rota 8. *Aprilis* 1659. *coram R. P. D. meo Taia* per contradictas resolutum fuit constare de bono iure Fulchi, & ab eodem fuit successiuè lata sententia, denique commissa nihi causa appellationis eaque pendente, Mariconus sub narratiua, quod in concursu forma decretorum Concilij, & Constitutionis sanct. mem. B. Pij Quinti super modo, & forma prouidendi de parochialibus seruata non fuerit, impetrauit dictam parochialem, ideo ad eius instantiam dubitaui, an literæ Apostolicæ sint iustificatæ, itaut veniant exequendæ, & negatiuè Domini responderunt.

Cum enim fundamentum gratiæ consistat in narra-

1 tiua, quod prouisio Fulchi fuerit nulla ob non seruatam in concursu formam Concilij, & pianæ Constitutionis, illa omninò venit ab ipso impetrante iustificanda, quamuis consistat in negatiua, *Rota coram sanct. mem. Gregor. decis.* 242. *num.* 1. *& duobus seqq. & ibi, Add. num.* 10.

Pro cuius quidem iustificatione non suffragatur al-

2 legatus defectus iuramenti in examinatoribus, qui iuxtà modum præscriptum à *Sac. Concil. sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* tenentur iurarare se quacunque humana affectione postpolita fideliter munus executuros. Quià vltra quod nulla affertur probatio istius negatiuæ,

3 quæ coarctet illos non iurasse, verius est in examinatoribus synodalibus, qui à principio in ipsa synodo generali iuramentum præstiterunt hoc sufficere pro quolibet actu, itaut non teneantur pro singulo concursu illud particulariter præstare, vt expresse firmat *Garz. de benef. p.* 9 *cap.* 2. *num.* 359. quem refert, & sequitur *Lotter de re benef. lib.* 2. *q.* 3 1. *num.* 94.

Non obstat altera nullitas deducta ex fide Cancellarij Episcopalis Naulen. vbi testatur, quod vota non

4 fuerint ipsi tradita statim peracto examine coram Episcopo, & examinatoribus, sed illa à solo Episcopo receperit post mensem contra formam Concilij in *Elnen. Parochialis* 5. *Decembris* 1661. §. *nec Iosepho in fine coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Obiectum enim remouetur ex instrumento approbationis tradito per eundem met Cancellarium sub die habiti concursus *Summario Fulchi num.* 8. vbi apparet renunciationē fuisse factam ab examinatoribus peracto examine in manibus Episcopi, & ideo nulla

5 vis fieri potest in eo, quod Cancellarius dixit post instrumentum, ne dum quià est simplex fides, quæ non facit fidem, sed etiam si esset depositio formiter facta,

6 non suffragaretur vti contraria primo dicto, & eius primæ relationi, *Innoc. in cap. præterea num* 2. *de test. rogen. Corn. consi.* 27. *num.* 15. *vers. & dato à fortiori lib.* 3 *Rota decis.* 346. *p.* 1. *diuers. & coram Buratt. decis.* 176. *num.* 3. *& seqq. & ibi Add. num.* 8.

Benè autem fuit facta renunciatio in manibus Epi-

7 scopi, cui debent examinatores peracto examine renunciare, quos idoneos reperierunt, vt notat *Garz. vbi supra p.* 9. *cap.* 2. *num.* 104. *Barbos. ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 18. *num.* 110. *comprobatur etiam in decis. Card. Caual decis.* 799. *ante num.* 1. *vers. an omnes.*

Neque redditur suspectum iudicium Ordinarij ex illius relatione, seu testimonio ad Datariam transmisso vbi narrat Fulchum fuisse approbatum, & magis idoneum renunciatum, quod est contra depositionem duorum examinatorum asserentium non fuisse factam declarationem magis idonei.

Quià Ordinarius in eius testimonio non supposuit Datariæ Fulchum fuisse declaratum magis idoneum ab examinatoribus, sed dixit quod per examinatores duo fuerunt idonei renunciati, ex quibus ipse magis idoneum Fulchum iudicauit, ibi: *Et successiuè à nobis post examen, & approbationem prædictam fuisse magis idoneum indicatum, habitum, & reputatum, & vti talem à nobis electum pro dicta parochiali obtinenda &c.* quę quidem electio magis idonei fieri non debebat per

8 examinatores, sed per Episcopum, & licet hic Romæ iuxta casuum contingentiam soleant examinatores referre, quisnam sit dignus, & quis dignor, vt dixit *Rota in Florentina parochialis* 11. *Martij* 1647. *coram bon. mem. Pentingerio*, attamen in alijs locis non per-

9 tinet ad illos iudicare de maiori aptitudine, sed vbi quis in concursu est pro idoneo approbatus potest Episcopus illum eligere si magis idoneum iudicauerit ex qualitatibus sibi benè visis, non autem ex calculo votorum *Garz. de benef. d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 109. *& seq. Massobr. in prax. haben. concurs. requisit.* 4. *dub. vlt. in princ. & requisit.* 5. *dub.* 21. *per tot. Barbos. ad Concil. d. sess* 24. *c.* 18 *num.* 116. *Rota in Eugubina Parochialis S. Venantij* 13. *Ian.* 1623. *cor. Kemboldo, & firmatur in decis. huius causa* 28. *Aprilis* 1659. §. *nec subsistit cor. R. P. D. meo Taia.*

Et hinc non releuant ea, quæ adducuntur circa maiorem habilitatem, & doctrinam Mariconi; Quia hodie non quæritur quisnam veniat præferendus, sed an ipsemet Mariconus eius narratiuam iustificauerit super eo quod in concursu non fuerit seruata forma Concilij, & Constitutionis Pianæ, sed quatenus etiam

10 in ipso concurreret maior doctrina, non tamen ex hoc posset Episcopus de irrationabili iudicio redargui, cum in hac materia non debeat sola doctrina, & scientia perpendi, sed etiam vitæ innocentia, morum honestas, prudentia, zelus sedulitas, & alia multa, quæ ad tranquillum Ecclesiæ gubernium, & ad regimen animarum videntur necessaria, ex quibus licet minus doctus quis potest ab Episcopo præferri *cap. nisi cum pridem* §. *pro defectu quoque scientiæ de renunciat.* idem *Barbos. vbi supra num.* 118. *Rota coram Merlin. decis.* 612. *n.* 3. *& seqq. & in Maioricen. parochialis* 13. *Iunij* 1646. *cor. R. P. D. meo Celso.* Et ità vtraque &c.

AQVILANA BENEFICII.

Merc. 17. May 1662.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ prouisionis beneficij sufficienter dicuntur iustific atæ si pluribus narratis vacationis speciebus cum clausula generali *quouis modo* altera ex illis iustificetur, & quando valor sufficienter sit iustificatus.

SVMMARIVM.

1 *Litera Apostolica dum sunt iustificata adiudicandum est beneficium.*
2 *Vacatio per obitum probatur ex confessione collitigantis.*
3 *Narratiua vacationis cum clausula generali* quouis modo *dicitur iustificata etiam si altera; tantum ex pluribus speciebus vacationis probetur.*
4 *Literæ Apostolicæ ab executore executioni demandata probant valorem etiam fauore successoris.*
5 *Valor talis præsumitur, qualis fuit narratus in antecedentibus gratijs.*
6 *Valor expressus per non excessum verificatur per leuiores probationes, etiam semiplenas.*
7 *Gratia ab executore in literis deputato exequuta, præsumitur in omnibus iustificata.*
8 *Rota solet reuerenter suscipere resolutiones Sac. Congregationis Episcoporum.*

DECISIO DCCXI.

IVlius Cæsar Ianutius obtiuuit a Sede Apostolica prouideri de perpetuo simplici beneficio Canonicatus nuncupato in Ecclesia Parochiali S. Andreæ Tereæ Steffi Aquilan. Dioc. sub narratiua quod illud de mense Februarij 1652. per obitum Caroli Alferij vacauerit quodque Gaspar Cecchinus, qui literis expeditis, & possessione forsan capta, non tamen pacifice attenta lite inter ipsum, & Seminarium Aquilanum beneficium prætendens vigore antiquæ vnionis, lite huiusmodi sic indecisa pendente matrimonium contraxit *Summ. Ianutij num.* 1. verum quia Ianutius vigore literarum suæ prouisionis possessionem beneficij adeptus fuerat non citato, nec audito Seminario *num.* 2. propterea Rota sub die 22 Martij 1660. *coram R.P.D. Beuilaqua* dictam possessionem attentatam declarauit & successiue loco purgationis attentatorum mandatum de manutenẽdo fauore Seminarij relaxauit, deinde causa appellationis commissa cum clausula, purgatis attentatis in fine litis *R.P.D. meo Priolo*, qui cum mala valetudine detineretur, rogatus Dubium proposui An Ianutio sit adiudicandum beneficium, & affirmatiue responsum.

Quia literæ Apostolicæ suæ prouisionis apparent
1 iustificatæ, quo casu locus est adiudicationi beneficij tanquam actus iustitiæ, vt in *cap. si capitulo de rescript. gloss. in cap. si capitulo in verb. exequatur de concess. præbend. in 6.*

Vacatio si quidem beneficij per obitum Caroli Al-
2 ferij iustificata remanet ex confessione Seminarij prætendentis vigore vnionis se possidere controuersum beneficium per obitum eiusdem Caroli *vt in Summ. num.* 5. nil refragante, quod Ianutius non iustificet matrimonium Gasparis in literis narratum, quia quando plures, vt hic, narrantur vocationis species cum
3 clausula generali *quouis modo* non sunt omnes iustificandæ sed sufficit iustificatio vnius, vt dixit *Rota in Leodien. Canonicatus 7. February 1653. §. hanc autem coram R.P.D. meo Verospio.*

Valor narratus in ducatis 24; per non excessum remanet quoque iustificatus ex alia expressione in minori summa scilicet in ducatis 12. de Camera facta à Gaspare Cecchino in literis suæ prouisionis, quæ cum fuerint ab exequutore executioni demandatæ, valor
4 expressus præsumitur verus, itaut talis expressio facta à Prædecessore suffragatur Ianutio successori, vt in puncto dixit *Rota in Florentina iurispatronatus coram*
5 *Reuerendiss. Tarraconen. in nou. decis.* 258. *num.* 10. & *seq. p.* 9. & regulariter valor talis præsumitur, qualis fuit narratus in antecedentibus gratijs *Rota in Placentina Beneficij 27. May 1647. coram Reuerendiss. Tarraconen. §. pro concordia in fine & in, Grossetana pensionis 20*
6 *Iunij 1650. coram bo. me. Dunozetto*, & cum hodie agatur de verificando valore per non excessum, leuiores probationes sufficiunt etiamsi sint semiplenę, vt responsum fuit coram *Eminentiss. D. Card. Otthobono decis.* 572. *num.* 8. & *in Aquilana iurispatronatus* 1. *July 1652. coram Reuerendiss. Papien. §.* 1. *circa med.*

Eoque magis censuerunt Domini beneficium esse adiudicandum Ianutio, quia eius gratia iam fuerat
7 ab Ordinario Aquilano executore in literis deputato exequutioni demandata, quo casu oritur præsumptio iustificationis omnium narratorum iuxta *decis. Buratt.* 842. *num.* 4. *Reuerendiss. Tarraconen. decis.* 232. *num.* 5. *D. Card. Otthob. decis.* 154. *num.* 25. & *in Alerien. Canonicatus 29. Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Celsa §. neque ad effectum, & §. neque in contrarium.*

Non obstat, quod huiusmodi beneficium fuerit alias ab Ordinario Aquilano Seminario vnitum, quia dicta vnio fuit successiue a Sac. Congregatione Epis-
8 coporum reuocata, vt in *Summ. Ianutij num.* 6 cuius resolutiones Rota semper consueuit reuerenter suscipere, *Buratt. decis.* 479. *num.* 3. *Merlin. decis.* 777. *in fine.*

Et ità pro adiudicatione beneficij resolutum fuit vtraque &c.

SABINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 22. May 1662.

ARGVMENTVM.

Substitutio *si sine filijs* expirat per obitum instituti cum filijs *iux. conf. Oldrad.* 21. à quo licet ex coniecturis recedatur, istæ tamen debent esse vrgentes, & necessariæ, & desumptæ ex verbis dispositiuis testamenti.

SVMMARIVM.

1 *Causa ob lapsum biennij fatalibus non prorogatis deseritur & sententia transit in iudicatum.*
2 *Læsio est fundamentum restitutionis in integrum.*
3 *Substitutio si sine filijs expirat per mortem instituti cum filijs, quod amplia vt num. seq.*
4 *Dictio tunc & eo casu restringit vocationem, & substitutionem ad casum expressum, omnesque alios excludit.*
5 *Conditio si hæredes instituti decedant sine filijs facit substitutionem vulgarem, non autem fideicommissariam.*
6 *Digressus ad plures gradus substitutionum non est considerabilis, dum subordinatur substitutioni, cuius conditio defecit.*
7 *Substitutionis conditione si sine filijs decesserit deficiente cæteræ omnes subsequentes expirant.*
8 *Coniecturæ ad effectum vt recedatur a cons. Oldrad.* 21 *debens esse vrgentes necessariæ & concludentes, & desumptæ ex verbis dispositiuis Testamenti.*
9 *Verba accessoria & consequutiua non extendunt fideicommissum vltra casum, cui adiecta sunt.*

DECISIO DCCXII.

NIcolaus Serangelus in suo vltimo testamento hæredes vniuersales instituit Theodorum, Statium & Polinium eius filios masculos legitimos, & naturales, quos ad inuicem substituit cum reciproca inter eos, illorumque descendentes masculos, exclusis legitimatis, & fœminis, quas dotari mandauit, quatenus autem eueniret, quod supradicti eius filij

& hæredes decederent sine filijs legitimis, & natura-
libus, tunc, & eo casu substituit Margharitam eius
filiam cum conditione; quod eius primogenitus mas-
culus assumeret cognomen de Serangelis, vt ex in te-
nore Testamenti relati *in Summ. vtriusq; partis num. 1.*

Cumque per obitum Theodosij, ac Statij tota hære-
ditas fuerit deuoluta in Polinium, & iste decedens
reliquerit post se Nicolaum masculum, Annam, &
Mariam filias fæminas, mortuo Nicolao sine filijs
Alexander Planettus filius primogenitus Margharitæ
prætendens succedere in dicto fideicommisso Nicolai
Senioris aui materni instituit vsque de anno 1649. iu-
dicium immissionis contra Annam, & Mariam filias
Polinij, & à R. P. D. Baranzono, tunc A. C. Locum-
tenente per diffinitiuam sententiam pronunciatum
fuit dicto Alexandro nullum ius competere. pro cuius
parte licet fuerit appellatum, & appellationis causa
mihi commissa, quia tamen abinde citra nihil in cau-
sa actum fuit, obtenta commissione executoria-
li, dubium proposui, an constet de re iudicata,
vel potius de causis restitutionis in integrum, & affir-
matiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad
secundam Domini responderunt.

Cum enim a sententia lata vsque de anno 1649.
Alexander appellationem infra biennium, & vltra
1 non fuerit prosequutus, nec fatalia propagari cura-
uerit, sententia transitum fecit in iudicatum, & cau-
sa remansit deserta *cap. cū sit Romana de appell. Clem.*
2 *sicut eod. tit.* cumq; constet de validitate & iustitia sen-
tentiæ cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis
in integrum *l. si ex causa iudicati, & l. quod si minor ff.
de Minor Rot. decis. 1. de restit spoliat.*

Validitas non controuertitur, & iustitia desumitur
ex tenore testamenti, ex quo apparet Margharitam
matrem Alexandri eiusque descendentes fuisse voca-
tos eo tantum casu, quo filij masculi primo loco insti-
3 tuti obierint sine filijs legitimis, & naturalibus; Vnde
cùm Polinius decesserit cum filijs, substitutio Marghà-
ritæ, eiusque descendentium penitus expirauit iuxtà
cons. Oldradi 21. passim à Rota canonizatum.

Potissimum attentis illis verbis restrictiuis: *Tunc,*
4 *& eo casu,* ibi: *E perche può auuenire che i sudetti suoi
figliuoli, & heredi muoiano senza figli legitimi, e naturali
come sopra, volendo il testatore prouedere à sudetti beni,
e riguardando principalmente alla sua famiglia, e casata
de' Serangeli, all'hora, & in tal caso sostituisce à detti suoi
figliuoli, & heredi la detta Signora Margarita, &c.* Quæ
proinde eo magis restringunt vocationem, & substitu-
tionem ad casum expressum, omnesq; alios excludunt,
*Ancbar. cons. 356. sub num. 3. circa med. versic. Pondero
valde Crauett. cons. 98. num. 6. Menoch cons. 177. nu. 20,
Fusar. de substit. quæst. 480. sub num. 3. Rota coram Greg.
decis. 433. num. 6. ibique Add. num. 21.*

Non obstat, quod à consilio Oldradi recedatur ex
coniecturis, quia desumptæ in casu nostro ex digressu
ad plures substitutionum gradus ex prohibitione de-
trahendi legitimam, & trebellianicam, ac alienationis
bonorum, nec non ex exclusione fæminarum cum one-
re eas dotandi non sunt aptæ extendere fideicommis-
sum, quià respiciunt primam partem substitutionis, in
5 qua vocantur filij, & descendentes masculi hæredum
institutorum, & regulantur ab illa conditione si hære-
des instituti, *sine filijs decesserint,* quæ solum impor-
6 tant vulgarem non autem fideicommissariam, vt de
coniectura ex digressu ad plures substitutionum gra-
dus *Coccin. decis. 294. num. 12. in fine, Buratt. decis. 720.
7 num. 3.* & de prohibitione alienationis, ac voto con-
seruandi bona in agnatione, quod intelligitur casu, quo
primi hæredes decederent sine filijs; Vndè deficiente
conditione per obitum Polinij cum filijs, præcluditur
via sequentibus substitutionibus, vt dixit, *Rota
decis. 486. num. 6. & 7. part. 1. & decis. 632. num. 9. 10.
& 11. part. 4. tom. 3. recent.*

Coniecturæ enim ad illum effectum non solum de-
8 bent esse vrgentes, necessariæ, & concludentes, *Rota
decis. 491. num. 1. & per tot. part. 4. diuers. & d. decis. 486.
num. 2. part. 1. recent.* sed etiam desumi debent ex ver-
9 bis, & dispositis a testatore in ea parte testamenti, de
qua agitur, alias autem si desumantur ex dictis, vel di-
spositis in fideicommisso antecedenti, vt hic, suffraga-
ri non possunt, cum vti ad illud accessoria, & conse-
quentia vltra casum in quo apposita sunt, fideicom-
missum non extendant, vt benè post *Dec. cons. 636.
num. 7. cum seqq. Surd. cons. 96. num. 10. & 11. & aliàs
respondit. Rota dicta decis. 632. num. 10. part. 4. tom. 3.
recentior,*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA CENSVS.

Ven. 26. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Census impositus super fundo partim libero, & partim
grauato onere fideicommissi sustinetur super rata li-
bera, ac etiam super melioramentis, & in dubio portio
libera censetur capax, donec insufficientia ab allegan-
te probetur. Quando census non est nullus ex defectu
formæ, sed solum ex defectu materiæ, puta fundi alie-
nari prohibiti, licet fructus non debeantur vti fructus,
debentur saltem vti damna, & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum habet
executionem paratam.*
2 *Census impositus super domo fideicommissaria sustine-
tur super portione libera, & num. 7.*
3 *Census subsistit super melioramentis, si non valet super
fundo fideicommissario.*
4 *Scriptura non potest impugnari ab eo, qui illam pro-
duxit.*
5 *Confessio praeiudicat confitenti, & eius hæredibus, &
numer. 6.*
8 *Census vbi est nullus ex defectu materiæ debentur fru-
ctus vti damna, & interesse.*
9 *Statutum Vrbis disponens quod filij in conditione positi
censeantur vocati habet locum etiam in contractibus.*
10 *Renunciatio matris non praeiudicat filio venienti ex
propria persona.*
11 *Exceptio fideicommissi turbida non potest retardare so-
lutionem fructuum census.*

DECISIO DCCXIII.

ANtonius, & Octauius fratres de Diaz super integra,
& tota eorum domo sita in Regione Pontis impo-
suerant annuum censum in sorte scutorum 1500. ad
fauorem Monialiū S. Bernardini de Vrbe; Cùm verò in
hæreditate Octauij vltimo loco defuncti successerit
Franciscus Radicius obtinendo cessionem à R. Fabri-
ca S. Petri, quæ bona eiusdem Octauij per deficien-
tiam hæredis prius occupauerat, præfatæ moniales cre-
ditrices obtinuerunt mandatum executiuum pro
fructibus dicti census contra pauperes puellas S. Phi-
lippi hæredes dicti Francisci Radicij, quod hodie Ro-
ta censuit esse exequendum.

Siquidem moniales habent intentionem fundatam
in duobus instrumentis publicis, altero impositionis
census confecto de anno 1612. contra fratres de Diaz,
& altero celebrato cum ijsdem puellis de anno 1641.
in quo præuia reductione fructuum scut. 97. ad scu-
ta 82. eædem puellæ mediante persona suorum offi-
cialium vti Principales promiserunt soluere fructus in
futurum decurrendos ad rationem præfatæ reductio-

1 nis, quæ instrumenta cum sint obligatione Camerali munita de iure paratam habent exequutionem iuxta doctrinam *Angel. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.*

Non obstat, quod puellis tanquam Cessionarijs monialium S. Marthę cōpetant iura fideicommissi q. Didaci Diaz, quod cum fuerit ordinatum de anno 1553. cùm expressa prohibitione alienationis, & comprehendat domum de qua agitur, operatur vt deinde illa non potuerit pro censu obligari vel saltem obligatio remanserit extincta vsque de anno 1631. de quo tempore per mortem hæredis grauati sine filijs fideicommissum fuit purificatum ad fauorem monialium Sanctæ Marthæ.

Quià cùm domus censita non sit totaliter fidicommisso supposita, sed extat portio libera constructa post mortem fideicommittentis vna cum melioramentis
2 factis per fratres de Diaz impositores propterea census substinetur tàm super rata domus, quæ non cadit sub fideicommisso, & est capax pro illius substentatione *Rota decis. 432. ante num. 1. part. 4. diuers. post Cenc. de Cens. decis. 542. num. 7. & alijs allegatis dictum fuit in Romana census 10. Iunij 1641. coram me impressa*
3 *in recent. decis. 29. num. 4. part. 9.* quam etiam super melioramentis, *Rota post Cenc. vbi supra decis. 55. num. 6. Merlin. decis. 546. num. 21. & in Romana Saluiani 20. Martij 1651. §. Siquidem il secondo coram R.P.D. meo Verospio.*

Probatio verò melioramentorum, ac portionis liberę desumitur tùm ex sententia obtenta per moniales S. Marthæ in Tribunali Reu. Fabricæ, quæ concedendo eisdem immissionem in possessionem domus antiquę, & appartamenti eidem contigui, mentionem facit de altera domo, & admittit illam fuisse confectam per Antonium debitorem cēsus ibi contigui altari domui nuncupatæ *la casa nuoua finita da Monsignor Antonio, e Bersicio figli di Francesco Diaz*, Quæ quidem sen-
4 tentia vti producta per puellas non potest ab ijsdem impugnari *cap. cum venerabilis, vbi Felin. num. 14. de except. Roman. cons. 329. numer. 11. & plures congerit, Add. ad Greg. decis. 238. num. 15. & seqq.*

Tum etiam ex confessione Francisci Radicij Authoris earundem puellarum emissa in inuentario bonorum Octauij, ibi: *La casa nuoua cominciata in vita da Francesco figlio di Diego Diaz padre di Ottauio, e Monsignore e poi finita da detti, &c. con accrescimento d'al-*
5 *cune stanze*; Quæ sicuti non posset impugnari ab eodem Radicio confitente si viueret, *Salycet. in l. fin. n. 1. C. arbitr. tutel. idem Roman. cons. 502. num. 3. vers. eum itaque Rota decis. 135. num. 4. & decis. 140. num. 5. apud*
6 *Posth. de manut.* ità etiam præiudicat puellis illius hęredibus *Rota decis. 71 n. 3. part. 1. diuers. in d. decis. 140. apud Posth. vbi supra numer. 6. ex allegatis, per Add. ad Buratt. decis. 637. num. 15.*

Non obstante alia sententia lata per Senatorem Vr-
7 bis, in qua declaratum fuit etiam domum nouiter cōfectam esse suppositam fideicommisso Didaci Diaz; quià cùm restrictiuè loquatur pro rata scilicet scutorum 1125. non impedit quin census substineatur pro residuo, quod remansit liberum, *vt in dicta Romana census coram me decis. 29. part. 9. recent. num. 4.* vbi quod portio libera censetur capax pro substinendo censu donec insufficientia ab allegante probetur.

Et in omnem casum adhuc non posset retardari exequutio mandati, cùm nullitas census non oriatur
8 ex defectu formæ, sed solùm ratione materiæ, nempè respectu domus alienari prohibitæ, quo casu licet non debeantur fructus vti fructus, debeantur saltèm vti damna, & interesse, quorum stipulatio continetur sub obligatione Camerali, vt sequendo distinctionem *Rot. coram Card. Seraph. decis. 787. sub num. 15. tradit Cenc. de Cens. quæst. 88. num. 15. vers. Ego verò pro dissolutione cum pluribus relatis dictum fuit in dicta Romana* Saluiani *20. Martij 1651. coram R.P.D. meo Verospio dicto §. Siquidem vers. Quinimmò admissa, & in Licien. census, seu Saluiani 7. Maij 1655. coram R. P. D. meo Priolo, §. Ad secundum.*

Insuper ad aludendum exceptionem fideicommissi Didaci inter cætera allegabant informantes pro monialibus instrumentum emptionis domus, de qua agitur factæ per Gundisaluum Perez longè ante testamētum Didaci, vbi apparet Gundisaluum emisse domum pro se, & Alphonso, & Eleonora Diaz filijs naturalibus præfati Didaci conditione adiecta, vt si dicti filij præmoriantur sine filijs ipsi Didaco eorum patri, tunc ipse succedere debeat, sin autem prēmoriatur Didacus, & deinde deficiat alter filiorum sine filijs, tunc portio decedentis accrescat superstiti; Vndè cum decesserit primo loco Didacus, & postmodum Alphonsus sine filijs, & Eleonora reliquerit Franciscum Radicium
9 eius filium (quod ab altera parte negatur) iste tanquā positus in conditione censetur ex propria persona dispositiuè vocatus ad formam *Statut. Vrbis lib. 1. c. 142.* quod cum indistinctè loquatur, habet locum nedum in fideicommisso facto in vltima volunrate; Verum etjàm in contractibus, *Rota decis. 732. sub num. 1. p. 3. & decis. 114. num. 3. part. 7. rec.*

Non obstat, quod Eleonora renunciauerit ad fauo-
10 rem Didaci, quià eius renunciatio aut non potuit prę-iudicare Francisco filio ex propria persona ad fideicommissum Gundisalui vocato iuxtà doctrinam, *Bart. in l. superstitis 92. num. 2. ff. de acquir. hæred. Rolan. cons. 11. num. 7. vol. 1. & Rota in Rauennaten. hęreditatis 14. Ianuary 1661. §. Prout præteritio coram R.P.D. meo Albergato*; Vel saltim negari non potest quin
11 exceptio fideicommissi per Didacum ordinati adeò reddatur turbida, vt nequeat impedire solutionem fructuum census debitorum in vim obligationis Cameralis, *Rota post Cenc. decis. 251. n. 5. in Romana fructuum census 28. Iuny 1658. in fin. cor. R.P.D. meo Taia.*

Et ità vtraque parte informante, &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Lunę 26. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa prophana, stante releuantia materiæ articulatæ, de qua sufficit posse dubitari, conceditur etiam post didicita testificata, & translporta tionem actorum, & etiam super ijsdem articulis, quando continent materiam magis distinctam, & specificatam, non in solo cortice verborum, sed in substantia, & etiamsi testes essent examinandi contra publicum instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa prophana, non denegatur stante releuantia materia articulata, de qua sufficit posse dubitari.*

2 *Amplia præcipuè, quando causa reperitur commissa appellatione remota.*

3 *Remissoria de nouo est concedenda super ijsdem articulis, etiam post didicita testificata, quoties articuli continent materiam in parte nouam, & in parte magis distinctam, & specificatam, non in solo cortice verborum, sed in substantia.*

4 *Remissoria etiam contra publicum instrumentum est concedenda.*

DECISIO DCCXIV.

IMmissionem à Margharita, & Magdalena sororibus de Vienot petitam vigore substitutionis ad ipsarum fauo-

fauorem ordinatæ in testamento q. Ioannis patrui bis Rota denegauit cum suppolito, quod huiusmodi testamentum conditum fuerit à Ioanne tempore, quo erat in delirio, & phrænesi ad importunam suggessionem Notarij sæpius reiteratam, non docto, quod determinatè ità voluerit testari, *vt in decisionibus coram me emissis 24. Ianuarij 1659. & 27. Februarij 1660.*

At causa iterum discussa 20. Iunij 1661. DD. recesserunt à decisis, cùm obiecta phrænesis, siuè dementia Ioannis in vtraque decisione firmata nondùm pro parte Annæ plenè, & concludenter visa fuerit iustificata, ex quo præuia trium testium depositione apparebat de præcedenti testatoris præordinatione, & voluntate testandi, ad quem effectum Notarium accersiri iussit, & demùm quià Anna per plures actus positiuos cõtrouersum testamentum approbauit adeundo hæredem, conficiendo inuentarium tutelare, & declarando accipere tertiam partem hæreditatis sibi iure institutionis in eodem testamento relictam.

Statim publicata hac postrema resolutione Anna productis quampluribus articulis petijt remissoriam, quam Domini disputato hodie particolari dubio con-
1 cedendam esse existimarunt, cùm causa sit prophana, in qua denegari non solet, stante releuantia materiæ articulatæ, immò sufficit de ea dubitare, cùm in dubio semper veniat concedenda facultas faciendi suas probationes *Rota decis. 25. de testib. in antiq. Coccin. decis. 20. num. 4. & coram Eminentissimo D. Card. Otthobono*
2 *bono decis. 119. num. 4.* præcipuè quando causa reperitur commissa appellatione remota *Coccin. decis. 122. num. 3. vers. Et causa Card. Caual. decis. 59. in princip. Gregor. decis. 562. num. 5. D. Card. Otthobon. decis. 119. num. 17. & 18.*

Releuantia potest resultare, dùm distinctè articulatur phrænesis, & dementia Ioannis, quę in vltima decisione dicitur adhuc non plenè, & sufficienter probata de præciso tempore conditi testamenti absque vllo interuallo, quodque Notarius de eo rogatus, & testes in ipso adhibiti introducti fuerint in domum testatoris à Simone collitigantium patre absque vllo ordine, & requisitione Ioannis, qui nunquam demandauit testamentum scribi, nec vocari Notarium ad effectum testandi cum alijs pluribus in articulis latius deductis.

Non obstat, quod in præcedenti instantia super eadem materia inducti, & examinati fuerint plures testes quorum didicitis testificatis per transportationem ad Vrbem processus originalis publicatisq; ipsorum nominibus, & cognominibus, ac pluries eorundem decisionibus in Rota discussis, noua remissoria concedi
3 non debeat; Quià cùm ex combinatione articulorum nunc exhibitorum cum alijs primę instantiæ clarè appareat eos continere materiam in parte nouam, & in reliquis magis distinctam, & specificatam non in solo cortice verborum, sed in substantia, non videtur vtiq; sub hoc prætextu noua remissoria deneganda iuxtà distinctionem *Abb. in cap. Fraternitatis, num. 8. de testib. quam Rota passim sequitur Coccin. decis. 22. num. 2. & in Fauentina beneficij 27. Iunij 1644. coram me, in recent. decis. 303. numer. 16. 17. & 18. part. 9. & in Auenionen. transactionis 23. Ianuarij 1658. coram R. P. D. meo Priolo, §. Huiusmodi vers. Conceditur tamen.*

Et quamuis petatur contra publicum instrumentũ testamenti à septem testibus in singulis folijs subscriptum, & continens expressam Notarij assertionem sanitatis mentis testatoris, ibi: *Essendo il testatore in suoi buoni sensi, intelletto, e memoria per la Dio gratia benche*
4 *ammalato, &c.* Nihilominùs quià potest dari casus, quod factis nouis probationibus eorum releuantia exactius discussa testium depositiones ipsi instrumento præferri debeant, hoc sane sufficit, vt facultas probationum denegari nequeat, vt benè in his terminis respondit, *Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 24. num. 14. & 15. & d. decis. 119. num. 12. & 13.*

Nec obstat, quod Anna in triente instituta, filiorumque cohæres relicta testamentum diutius approbauerit, quià post perfectum examen videndum erit, An ex dicta approbatione testamentum in præiudiciũ Annæ sustineri posset, vel potius ob ignorantiam iuris excusari deberet, & à damno exinde resultante immunis conseruari.

Et ità vtraque parte informante, &c.

BONON. FIDEICOMMISSI DE BOLOGNINIS.

Lunæ 5. Iunij 1662.

ARGVMEMTVM.

Filiatio in antiquis probatur ex testibus deponentibus de publica voce & fama iunctis adminiculis. Testium dicta non vitiantur vbi solum patiuntur exceptiones circa accidentalia. Filiatio respectu matris licèt exigat probationes certas, & indubitatas, iustificatur præsumptionibus, & coniecturis, quando ob diuturnitatem temporis testes haberi non possint. Legitimatio per subsequens matrimonium ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de communi reputatione & fama filiationis in vicinia, & in tota Ciuitate probant etiam si non referant à quibus audiuerint.*
2 *Filiatio probatur per testes de publica voce & fama in antiquis.*
3 *Probatio plena in antiquis resultat ex publica voce & fama.*
4 *Filiationis coniectura resultat ex successione in bonis illius, de cuius filiatione agitur.*
5 *Fides baptismi probat defectum ætatis.*
6 *Fides baptismi non probat si liber Parochi, ex quo fuit extracta patitur exceptiones.*
7 *Testis saluatur à falsitate etiam si eius dictum sit falsum, quando non deponit ex certa scientia, sed solum referendo factum, quod ab alijs audiuit.*
8 *Testis deponens per verbum* credo, *non potest redargui de falsitate.*
9 *Testis dictum non vitiatur per exceptiones respicientes solummodo accidentalia.*
10 *Filiatio respectu matris exigit probationes certas, & indubitatas.*
11 *Præsumptiones, & coniecturæ admittuntur ad probandam filiationem etiam respectu matris, si per lapsum temporis non est possibilis probatio per testes.*
12 *Statutum Bononiæ tollit fidem instrumentis non registratis in protocollo.*
13 *Instrumenti fides de iure non tollitur per omissionem protocollationis.*
14 *Satutum correctorium iuris communis strictè est intelligendum, ità vt loquens de instrumentis non extendatur ad decreta.*
15 *Matrimonium non præsumitur sed potius libertas.*
16 *Legitimatio per subsequens matrimonium præsumitur ex eo quod quis fuerit admissus in concursu aliorum legitimorum de familia ad ius præsentandi ad emphyteusim ecclesiasticam.*
17 *Filiatio probatur ex confessione, vbi agitur contra confitentem, & habentes causam ab eo.*
18 *Dictio* tanquam *importat maiorem expressionem veritatis.*
19 *Protestatio contraria facto est irreleuans.*
20 *Protestatio præseruatiua eorum, quæ pendent à iuris, & testatoris dispositione non est attendenda.*

DECISIO DCCXV.

TErminata linea masculina Ioannis Mariæ, ac puri-
ficata substitutione per Bartholomeum de Bolo-
gninis in eius Testamento ordinata ad fauorem suorũ
proximiorum masculorum de parentela, & agnatione
fuerunt primo loco admissi Horatius, & Valerius, siuè
illi de Zambeccarijs ab eis causam habentes, nec non
etiàm pro æquali portione Bartholomeus iunior, &
Thaddeus pariter de Bologninis; Deinde Horatio, &
Valerio defunctis orta controuersia super terminatio-
ne dicti fideicommissi coram Reuerendissimo Terra-
cinen. Rota respondit fideicommissum non expirasse
in primis proximioribus, scilicet per obitum Horatij,
& Valerij, sed durare gradatim, & successiuè inter om-
nes de parentela, & agnatione, vt in decisione edita 26.
Nouembris 1644. Verum cùm in eadem decisione
fuerit reseruatum particulariter discutiendum, an Bar-
thomeo, & Thaddeo suffragaretur legitimatio Maxi-
miliani eorum patris per subsequens matrimonium,
itaut sint admittendi ad exclusionem Hieronymi, &
eius filiorum, à quibus deinde causam habent Palme-
rij; Ideò aggressa huiusmodi disputatione coram eo-
dem sub die 12. Maij 1645. resolutum fuit legitima-
tionem suffragari, quæ resolutio fuit confirmata sub
die 5. Iunij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Ot-
thobono subrogato Reuerendissimo Terracinen. ac la-
ta sententia immissionis ad fauorem actorum per R.
P.D. meum Celsum in locum D. Cardinalis Orthobo-
ni, quæ cùm contineret quædam corpora omissa in
sententijs de partibus hodie ad instantiam DD. de
Bologninis ad effectum obtinendi immissionem etiam
super dictis corporibus dubitaui an sententia Rotalis
sit confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmandam
esse censuerunt.

Non enim reuocatur in dubium eius validitas, exi-
stentia fideicommissi, seù identitas bonorum, quæ om-
nia fuerunt in pluribus decisionibus huius causę abun-
dè firmata, sed difficultas restringitur ad filiationem
Maximiliani ex Cæsare, & Gilia, & an ipse fuerit per
subsequens matrimonium legitimatus; Prętendunt si
quidem informantes pro Dominis de Palmerijs suffi-
cienter non probari ipsum verè, & realiter natum fuis-
se ex Cæsare, & Gilia, quodque inter ipsos fuerit con-
tractum matrimonium, & quod de tempore conce-
ptionis, & natiuitatis dd. Parentes essent soluti.

Verùm in proposito visa fuerunt omnia prædicta
concludenter probari. Nàm præsupposita filiatione
Maximiliani ex Cæsare, quæ ab altera parte non potest
controuerti, & redditur clara ex rationibus deductis
in dicta decisione D. Cardinalis Otthoboni filiatio ex
Gilia probatur ex duobus testibus relatis in *Summario
illorum de Bologninis, num. 3.* hoc idem expresse depo-
nentibus, primus, ibi: *Io mi ricordo quando naque Mas-
similiano e quando madonna Gilia lo fece*, secundus, ibi:
*& hò anco vdito dire publicamente che era figlio di quel-
la madonna Gilia*; Quæ cum deponant de communi
1 reputatione, & fama filiationis in vicinia, & in tota
Ciuitate optimè probant etiamsi non referant à qui-
bus audiuerint iuxtà opinionem *Bald. in cap. Præterea
col. 1 in fin. & in princ. secunda vltima de testib. Peregr.
art. 43. num. 88. Cassad. decis. 3. de probat.*

Præsertim in proposito casu, quo agitur de filiatio-
2 ne Maximiliani nati de anno 1556. & sic de tempore
tàm antiquo, quo inueniri non possunt testes tàm an-
nosi, qui valeant deponere de hac filiatione, hæc pro-
batio videtur sufficiens, *Burats. decis. 147. num. 5. & de-
3 cis. 715. num. 5.* cum in antiquis publica vox, & fama
faciat plenã probationem *Coccin. decis. 68. n. 4.* iunctia
adminiculis elicitis ex assertione vtriusque parentis
facta coram Vicario generali Bononię in actu despon-
sationis relata *in Summ. Actorum, n. 4.* Ac etiam ex eo,
4 quod Maximilianus successit in bonis dotalibus eius-
dem Giliæ, quod valdè vrget pro coniectura filiationis
ex ipsa, *vt in Hispalen. legitimationis 11. May, & 5.
Nouembris 1612. coram bo. me. Vbaldo seniore inter eius
impress. decis. 66. num. 5. in fine. & decis. 90. num. 7.*

Non obstant exceptiones, quæ contra primum te-
stem opponuntur, & præcipuè, quod tempore natiuita-
tis Maximiliani non excedebat annos quinque, dùm
ex fide baptismi constat ipsum esse natũ de ann. 1551
5 quià licèt hæc probet minorem ætatem, vt in *decis. 92.
n. 2. p. 4. tom. 2. recent.* Hoc procedit quando legitimè
6 apparet de legalitate libri, secùs verò quando liber,
prout hic, ex quo fuit extracta fides plures patitur ex-
ceptiones, ac releuantes, vt apparet ex relatione Nota-
rij; Tunc enim defectus ætatis nullo modo probatur,
vt optimè *Card. Seraph. decis. 1182. num. 1. circa med.* &
sic dùm testis deposuit esse annorum 83. sequitur tẽ-
pore natiuitatis Maximiliani habuisse annos 14. non
constito de contrario.

Dùm verò testis refert audiuisse à Com. Isolano, à
Ioanne Bolognino, & Camilla eius vxore, quod Cæsar
desponsauerat Giliam redargui non potest de falso,
quamuis prædicti omnes ante contractum matrimo-
nium decesserint; Quià potest esse, quod personæ no-
minatæ dixerint matrimonium fuisse sequutum, licèt
7 re vera res aliter se habeat; Testis enim non dixit, ex
certa scientia fuisse contractum matrimonium de
tempore, quo viuebant personę superius nominatæ, sed
duntaxat quod hoc ab ipsis audiuit eorũ dicta solum-
modo referendo, sicuti nec etiã redditur falsus, vel mẽdax
ex quo dicit matrimonium fuisse contractum in ec-
clesia S. Blasii. cùm tamen appareat fuisse celebratum
in domo Vicarii generalis Bononien. quià hoc idem
non affirmauit, sed tantum deposuit dubitatiuè per
8 verbum *Credo*, & in omnem casum cum huiusmodi
9 exceptiones respiciant solummodo accidentalia dictũ
testis non vitiant *Cas. de Grass. decis. 6. num. fin. de test.
Mantic. decis. 6. num. 6.*

Non obstat, quod filiatio respectu matris cum non
10 posit adeò difficilis probationis, qualis est respectu patris
exigat probationes certas, & indubitatas *Card. Pur.
decis. 506. num. 5. lib. 2.*

Etenim cum hæc alias non fuerit negata sed potius
admissa, vt liquet ex *decis. 4. Iuly 1646. in princ. & 8.
Iuny 1648. §. in nostro autem casu coram D. Terracinen.*
fuit oppositum Maximilianum tanquam filium Giliæ
esse Spurium: & sic exclusum a fideicommisso hodie
post lapsum 90. & plurium annorum est impossibi-
lis probatio resultans ex depositionibus testium in-
formatorum, & ideo non veniunt spernendæ præ-
sumptiones, & coniecturæ prout in his terminis ad
11 probandam filiationem matris illos admittit *Berot.
q. 90. à n. 1. Mascard. de probat. conclus. 787. num. 8. &
conclus. 791. num. 3.*

Quod inter Cæsarem; & Giliam fuerit contractum
matrimonium resultat ne dum ex eisdem testibus *re-
latis in d. Summ. num. 3.* primus ibi: *io sò, ch'esso d. Ce-
sare sposò quella Donna*, secundus *io hò vdito dire, che
lui haueua moglie, e che haueua vna donna chiamata
Madonna Gilia Berti*, sed etiam quia ex datis *eodem
Summ. num. 4.* patet matrimonium prædictum fuisse
contractum per verba de pręsenti inter Cæsarem, &
12 Giliam coram Vicario Generali Bononiæ prævia
anuli subharratione, parum obstante quod dicta iura
non sint in forma probanti tanquam non registrata in
Prothocollo ad formam Statuti Bononiæ.

Quia statutum huiusmodi vti loquens de solis in-

ſtrumentis non habet locum eius diſpoſitio in iuribus
de quibus agitur, ex quibus apparet Vicarium pro-
ceſſiſſe ad deſponſationem potius per viam decreti,
vt patet ex lectura ibi: *hoc eſt quoddam decretum fa-
ctum & publicatum per R.P.D. Angelum Peruſium*,
cum autem ſtatutum ſit correctorium iuris communis
33 attento, quod de iure omiſſio prothocollationis non
tollit fidem inſtrumento quod alias eſt in forma pro-
banti *Bald. in Rubr. C. de fid. inſtrum.* & *admiſit Rota in
deciſionibus huius cauſæ*, dum loquitur in inſtrumen-
tis non venit extenden. ad decreta ſed ſtrictè intel
34 ligen. prout iacet, *Bart. in Auth. quas actiones n.8.
& 9. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rota deciſ. 524 num. 2. p. 2.
recent.*

Quod autem de tempore natiuitatis Maximiliani
parentes eſſent ſoluti prout requiritur ad effectum,
vt filius legitimetur per ſubſequens matrimoniũ deſu-
mitur tum ex dicto vnius Teſtis ibi: *sò che ne l'uno,
ne l'altro erano maritati, ma erano liberi tutti due d.
Summ. num. 3.* tum etiam quia ſi de tempore natiuita-
tis Maximiliani ſequutæ anno 1556. Gilia fuiſſet alteri
coniuncta veriſimiliter contrahendo cum Sebaſtiano
de anno 1560. feciſſet mentionem de obitu viri ac de
ſua viduitate prout fecit dum contraxit cum Cæſare,
vbi Gilia enunciatur vxor olim q. Sebaſtiani de Picci
35 ninis; demum attenta iuris diſpoſitione, quę militat
pro libertate *Bald. conſ. 448. num. 4. lib. 1.*

Propterea concurrunt plures actus recenſiti in *d.
deciſ. D. Card. Otthob. num. 8. cum plurib. ſeqq.* ex quibus
36 non ſolum elicitur implicita probatio, quod Maxi-
milianus fuerit legitimatus per ſubſequens matrimo-
nium, dum ipſe fuit admiſſus ad ius prçſentandi ad
emphyteuſim Eccleſiaſticã in concurſu aliorũ legiti-
morum de ſamilia Bolognina, ſed etiam explicitè
habetur ex confeſſione Emilij, & aliorum Authorum
eorũ de Palmerijs emiſſa in inſtrumento tranſactionis
initæ ann. 1578. vbi approbarunt Maximilianũ tanquã
filiũ legitimũ, & naturalẽ, ac de legitimo matrimonio
dicti Cæſaris natum ad effectum ſuccedendi in bonis
fideicommiſſarijs Ioannis Andreæ, qua quidem ap-
37 probatio afficit Palmerios habentes cauſam ab Emi-
lio confitente, vt habetur in *deciſ. huius cauſæ 26. Iu-
38 nij 1654. §. quod autem coram me*, parum obſtante,
quod approbatio fuerit facta cum illa dictione *tan-
quam*, quia hoc caſu importat maiorem expreſſio-
nem veritatis, cum non potuiſſet, niſi tanquam legi-
timus ſuccedere *l. ſæpe ff. de verb. ſignif. Bald. conſ. 492.
num. 2. vol. 1. mantic. de coniect. lib. 3. tit. 16. num. 6.*

Sicuti non obſtat, proteſtatio, quod Contrahen-
tes voluerint maximilianum poſſe iuuari dicta appro-
batione niſi quoad portionẽ illius fideicommiſſi dun-
taxat obuentam Cęſari eius patri; non autem quoad
ſucceſſionem in alijs fideicommiſſis.

Etenim talis proteſtatio non poteſt infringere ap-
probationem filiationis præcedenter factam, quia
hoc modo eſſet contraria facto, dum vere Maximilia-
39 nus fuit admiſſus ad ſucceſſionem fideicommiſſi Io:
Andreæ, ad quam non poſſunt venire, niſi legitimi,
40 & naturales, quatenus autem fuit facta ad effectum
præſeruandi iura proteſtantium ſuccedendi in alijs fi-
deicommiſſis excluſo Maximiliano, non venit atten-
denda, cum hoc non pendat ab eorum poteſtate, ſed
quidem a iuris, & teſtatoris diſpoſitione *Bart. in l. non
ſolum 8. §. mater num. 31. ff. de oper. nou. nunciat. Rot. de-
ciſ. 649. num. 3. p. 4.*

Et ità vtraque &c.

FIRMANA BONORVM.

Merc. 7. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Donatio ad fauorem matris facta a filio ante ingreſſum
Monaſterij non expirat per einſdem matris præde-
ceſſum ab inteſtato cum natura donationis ſit vt bona
donata nunquam reuertantur ad donantem, ſed tran-
ſeant ad quoſcunque hæredes etiam extraneos do-
natarij, niſi in inſtrumento aliter fuerit expreſſum
Inſinuatio non requiritur in donatione facta ob cau-
ſam ingreſſus in Religionem, & per lapſum 30. anno-
rum præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio tranſit ad quoſcumque hçredes donatarij etiam
extraneos.*
2 *Donatio non reuertitur ad donantem, niſi ſit ſpecia-
liter expreſſum.*
3 *Renunciatio facta ad fauorem alicuius ex cauſa benefi-
ciorum ab eo receptis dicitur perſonalis, & non egre-
ditur perſonam Renunciatarij.*
4 *Donationis præcipuum eſt vt bona donata exeant de
manu donantis, nec ad illum vel eius hæredes vnquam
reuertantur.*
5 *Filius non valet ſuccedere matri ab inteſtato defun-
ctæ in bonis illi a ſe ipſo donatis.*
9 *Donatio ampliſſimis clauſulis concepta importat per-
petuam abdicationem perſonę donantis, & reddit il-
lam inſucceſſibilem omni tempore perinde ac ſi eſſet
mortua.*
7 *Agnati Regulariter cenſentur contemplati in donatio-
nibus factis ex cauſa ingreſſus in Religionem.*
8 *Donatio facta paulò ante ingreſſum Religionis eius
cauſa facta præſumitur.*
9 *Actiuũ correſpectiuitas probatur ex temporũ vicinitate.*
10 *Inſinuatio tanquam ſolemnitas extrinſeca lapſu trigin-
ta annorum præſumitur.*
11 *Fraudis præſumptio non intrat in donatione facta ad
fauorem Matris à filio volente ingredi Religionem.*

DECISIO DCCXVI.

STante ampliſſima donatione inter viuos facta per Vin-
centium ad fauorẽ Victoriæ Matris dictũ fuit ſub die
30. Maij 1657. coram me non eſſe dandam immiſſionẽ
Cõuentui S. Auguſtini de Firmo agenti ad bona hære-
ditaria Victoriæ ex perſona eiuſdem Vincentij Donan-
tis nunc Fratris Ioannis Baptiſtæ nuncupati, & cum
hodie cauſa fuerit repropoſita Domini ſteterunt in
1 deciſis, quia cum donatio ſit de ſui natura perpe-
tua, tranſit ad quoſcunique hçredes Donatarij etiam
2 extraneos, nec vllo vnquam tempore reuertitur ad
donantem, niſi fuerit ſpecialiter expreſſum *Bald. in
l. 2. C. de Iur. Dot. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20.
Gratian diſcept. forenſ cap. 568. a num. 1. Rota coram
Achill. deciſ. vnic. de donat. num. 6. & per tot. & in Roma-
na fideicommiſſi 9. Maij 1659. §. hinc regreſſus coram
R.P.D. meo Veroſpio.*

Et hic non eſt momenti, quod donatio tanquam
3 facta pro maximis beneficiis a matre receptis videatur
perſonalis reſtricta duntaxat ad fauorem Victoriæ,
quia hæc exceptio poteſt admitti in terminis ſimpli-
cis renunciationis, non autem quando, prout hic,
proceſſum fuit per viam donationis, de cuius natura
4 præcipuum eſt, vt bona donata exeant de manu do-
nantis, nec ad illum, vel eius hæredes vnquam reuer-
tantur, vt pluribus congeſtis diſtinxit *Rota in Romana
fideicommiſſi 21. Iunij 1660. coram R.P.D. meo Bentla-
qua §. non obſtat, quod denuò.*

Quod autem Vincentius ſaltem pro ſua portione
5 valeat ſuccedere matri ab inteſtato defunctæ tolli-
tur ex amplitudine ipſius donationis, quę fuit facta
de omnibus, & quibuſcunque iuribus, & actionibus
præſentibus, & futuris, ibi: *Quas & quæ dictus*

Vincen-

Vincentius habuit, & habet, & in futurum ei competere poterint, super date & bonis d. Victoria ex quocunq; iure, & causa huiusmodi enim donationis amplitudo
6 importat perpetuam abdicationem personæ donantis, & reddit illam insuccessibilem omni tempore perinde ac si esset mortua, vt tradit *Altrogr. cons. 66. num. 47. in fine lib. 1. & cons. 36. num. 14. & 15. lib. 2. Rota in rec; decis. 587. num. 8. & 9. p. 1. decis. 109. num. 1. & seqq. p. 5 & in Ariminen. Successionis 2. Aprilis 1658. § in quam sententiam coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Idque potissimè procedit quando non agitur de ad-
7 mittendo extraneo, sed fratre, sorore, vel agnato, qui regulariter in similibus donationibus contemplati censentur, *Alex. cons. 729. per tot. lib. 3. Paris. cons. 28. n. 46. vers. & cum ipsa Dominica, & num. 47. lib. 3. Sanch. super decalog. lib. 7. tit. 27. Merlin. decis. 62. sub num. 25. & latius in dicta Ariminen. successionis coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Et licet causa ingressus in religionem non legatur in instrumento donationis expressa, præsumitur ta-
7 men non ad alium finem fuisse factam, cum Vincentius donauerit die 16. Maij 1607. præsenti. *Summario Patrum num. 1.* & sub die 20. eiusdem mensis, & anni & sic post quatuor dies fuit acceptatus in Religione *Summ. eorundem præterita positionis num. 2. litera E.*
9 ex qua temporum vicinitate satis probatur correspectiuitas dd. actuum *Cranett. cons. 298. num. 13. Menoch. præsumpt. 12. num. 28. & seq. lib. 6. Rota coram Buratt. decis. 361. num. 4. & 5.*

Non obstat defectus insinuationis, quià vltra responsiones datas in alia decisione, quod scilicet non requiratur, quando donatio est de iure quærendo incerto, & euentuali, & est facta occasione ingressus in Religionem, vt ex iuribus ibi relatis adest etiam lap-
10 sus temporis 30. annorum, & vltra, quo fit, vt insinuatio tanquam solemnitas extrinseca præsumatur, *Felin. in cap. sicut num. 42. de iureiur. Gratian. discept. forens. cap. 869. num. 4. Rota coram Card. Canal. decis. 575. num. 11. & in Cæsenaten Bonorum 4. May 1651. § non obstat coram R.P.D. meo Albergato.*

Nec pariter obstat nullitas prætensa ex eo, quod donatio fuerit stipulata extra Ciuitatem Firmi, quodque Vincentius fuerit alio traductus ad effectum fraudandi Statutum dictæ Ciuitatis.

Nam cum donatio emanauerit ad fauorem matris,
11 & fuerit facta à persona volenti ingredi monasterium, cessat quælibet præsumptio fraudis, & læsionis, vt fuit dictum *in Romana Donationis 3. Iuny 1641. coram Reuerendiss. Tarraconen. quarto facit etiam regulariter frans non præsumitur nisi probatur.*

Et ita vtraque, &c.

PISAVREN. PRIMOGENITVRÆ.

Merc. 7. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Legatum, etiam non agnitum à legatario, ad hæredes transmittitur, quamuis illud esset annuum, si petatur pro annis decursis in vita legatarii, & an legatum annuum, sit conditionale, vel purum, & an transmissibile ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio testatoris, quando est literalis, non admittit disputationem in contrarium.*
2 *Legatum fructuum venit præstandum, ex bonis propriis ipsius hæredis, qui fructus percepit, & consumpsit, nec legatario consignauit.*
3 *Legatum etiam non agnitum ad hæredes transmittitur.*
4 *Legatum annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus verò conditionale.*
5 *Legatum conditionale ad hæredes non transmittitur.*
6 *Legatum, licet annuum, & sic conditionale, quando petitur pro annis decursis in vita legatary, æquiparatur legato puro ad hæredes transmissibili.*
7 *Legatum annuum transmittitur ad hæredes, etiam pro tota anno, quamuis legatarius decedat, eo non dum completo.*

DECISIO DCCXVII.

POst obitum Comitis Iulii Cæsaris Sanctinelli erectoris Primogenituræ Comes Franciscus vti ætate maior ex descendentibus Com. Petri Antonii prætendebat immissionē in bonis eiusdem Iulii Cæsaris ad formam testamenti per eum conditi sed sub die 16. Ianuarii 1651. negatiuè coram me responsum fuit, ex quo clericali tonsura, & minoribus ordinibus erat insignitus, verum quia ad fauorem Senioris ità exclusi testator disposuit, ibi: *E quando accaderà, che il maggiore sia Prete ò Frate ò Caualiera di Malta &c. in tal casa l'herede sia tenuto darli la terza parte delli frutti della mia hæredità a beni sudetti &c.* ideo ad instantiam Comitis Alphonsi Sanctinelli hæredis Francisci proposui dubium, an debeatur tertia pars fructuum, & ad eius fauorem resolutum fuit ipso tantum informante.

Etenim eo ipso, quod Com: Franciscus vti clericus exclusus fuit à successione bonorum Iulii Cæsaris, & hæreditas deuenit ad Com: Alexandrum ætate iuniorem, ad illius fauorem remansit quoque purificata altera dispositio correspectiua pro legato tertiæ partis, quod præstandum venit, vel ex fructibus bonorum
1 hæreditariorum testatoris, quæ cum sit literalis non admittit disputationē in contrarium *l. continuus 137. § cum ità in fin. ff. de verb. oblig.* vel ex bonis propriis ipsius hæredis, qui dictos fructus percepit, & consumpsit nec legatario consignauit per *Tex. in l. firmin § pater vbi gloss. ff. quand. dies legat. ced. Cranett. cons. 16. num. 4. Gratian. discept. forens. cap. 294. num. 14. 29. & 30. Surd. decis. 28. num. 2.*

Non obstat, quod Franciscus viuens dictum legatum non agnouerit, quià cum id accidere potuerit ex quo nolebat sibi præiudicare in successione totius hæreditatis per ipsum prætensa, exinde non impeditur hæres, quin illud petere possit pro annis decursis in
4 vita legatarii sui authoris, cum de iure legatum etiam non agnitum ad hæredes transmittatur *l. si post diem ff. quand. dies leg. ced. l. vnica § cum igitur C. de caduc. tollen. Surd. cons. 123. num. 8. Paris. cons. 49. num. 27. lib. 2. Soccin. iun. cons. 150. n. 4. lib. 2. Rot. decis. 163. n. 1. p. 2. rec.*

Non obstat, quod legatum annuum pro primo an-
4 no sit purum prò sequentibus vero conditionale *l. si in singulas ff. de ann. legat. Rot. coram Buratt. decis. 643. n. 9.*
5 & legatum conditionale non transmittatur ad hæredes.

Quia Comes Alphonsus petit dictum legatum dun-
6 taxat pro annis decursis in vita Comitis Francisci sui Authoris, quo tempore cum iam esset purificatum ad istum effectum æquiparatur legato puro ad hæredes transmissibile *l. sed & si de sua § sed & si eum esset ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 73. num. 4. & decis. 244. num. 6 decis. 233. num. 1. p. 3. recent.* illudque ad hæredes trans-
7 mittitur etiam pro toto anno, quamuis legatarius decedat eo non dum completo per *Text. clarum in d. l. in singulos § illud certe de ann. legat. Surd. d. cons. 123. num. 8 Gabr. cons. 191. num. 8. lib. 2. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 21 num. 348. & tradit Castr. de ratiau. rat. quæst. 60. num. 2. in princip.* Et ità &c.

SABINEN. STATVS MONTIS LIBRETTI.

Lunæ 12. Iuny 1662.

ARGVMENTVM.

In venditione status, si fuerit comprehensa Angaria, & Peran-

Perangaria, tenetur venditor etiam pro ea ad euictionem fauore emptoris, & quando Perangaria censeatur vendita, quid sit, & quid debeant iustificare Barones recognoscentes superiorem, ad hoc vt illam contra Vassallos possint exigere.

SVMMARIVM

1 *Emptor, si sciuisset aliquid deesse in venditione, de eo, quod ei fuerat promissum, tanti rem emptam nec emisset, nec aestimasset.*

2 *Perangaria, nihil aliud est, nisi seruitium Vassallorum erga baronem, sine mercede.*

3 *Barones superiorem recognoscentes ad hoc vt possint Perangariam exigere contra Vassallos, tenentur exhibere validum priuilegium principis supremi, vel iustificare immemorabilem cum omnibus suis requisitis.*

4 *Venditor censetur in venditione cessisse solummodo ius, quod ei competebat super re, quae nec fuit aestimata, nec habita in consideratione.*

5 *Peritorum electio, seu relatio, vti subsidiaria, non exigitur in venditione, nisi quando aestimatio veri valoris, nec à partibus conuenta, nec aliundè haberi potest.*

6 *In venditione, aliud est vendere ius, quod quis habet in re, aliud rem ipsam vendere.*

7 *Euictionis promissio, debet coaequaliter referri ad omnia in venditione contenta.*

8 *Dictio* Et *in dinumeratione specierum apposita, non sunt restrictiuè, sed ampliatiuè, & augmentatiuè.*

9 *Euictionis promissio, non refertur nisi ad ea, quae venditor particulariter expressit, cum dictione taxatiua* Tantum.

10 *Euictio, quando non fuit ad certam rem restricta, sed indefinitè promissa pro omnibus contentis in venditione, debet aequaliter ad omnia referri.*

11 *Baroni, non acquiritur aliquod ius, seu possessio contra Vassallos ex vnico actu ab eis coacte facto, & metu praecepti.*

12 *Vassalli, introducta lite contra Baronem, excludunt ab eo iuris, & possessionis acquisitionem, & ea durante, debent seruari immunes à praetenso seruitio.*

13 *Vendens rem, seu ius aliquod annuum non liberatur ex prima traditione, sed tenetur illam semper manutenere successiuis temporibus.*

14 *Vassalli possunt implorare officium iudicis, ne permittat eos à Barone indebitè grauari, si pro iusta ipsorum coactione, nunquam fuerint exhibitae sufficientes iustificationes.*

15 *Princeps supremus, seu dominus. debet iura Vassallorum conseruare, illosque immunes reddere aduersus Baronem ab Angarijs, & Perangarijs indebitis.*

16 *Venditio facta de aliquo iure particulari, non dicitur conditionalis, si & quatenus competat, sed pura, & non competente agitur pro recuperatione pretij.*

17 *Vendita vniuersitate sub expressa designatione certorum confinium: censetur venditum totum id, quod intra dicta confinia continetur.*

18 *Limita, nisi specialiter aliquid excipiatur.*

19 *Euictioni est locus in venditione vniuersitatis Bonorum, pro illa rata, quae ad alios pertinere probatur.*

20 *Venditor, eo magis tenetur ad euictionem fauore emptoris, si cessit omne id, quod ad ipsum spectabat super re vendita, cuius de tempore venditionis erat in possessione.*

21 *Venditio comprehendit totum, id quod in aestimatione Peritorum comprehenditur.*

DECISIO DCCXVIII.

IN instrumento concordiae anno 1659. inter Excellentissimos DD. de Vrsinis, & Excellentissimum D. Praenestinorum Principem celebratae expressè praeseruata fuerunt iura eidem D. Principi tam quoad ius cogendi vassallos ad deferendum frumentum ad flumen Tyberis absque eius expensa, quam quoad omnes alias molestias hactenus sibi illatas, & in posterum inferendas quorum omniũ respectu seruari voluerunt instrumentum venditionis ad vnguem, prout iacet, cum omnibus, & singulis pactis in eo contentis *eius Sum. impresso num.* 4. ideo ad ipsius instantiam proposito dubium; an sit factus locus obligationi quoad perangariam, & syluas montorij, quo discusso resolutum fuit esse factum locum obligationi iuxtà modum infra exprimendum.

Respectu, enim parangariae duo sunt certa, alterum in facto, quod scilicet in instrumento venditionis non solum parangaria purè, & simpliciter comprehensa fuit, ibi: *Cum banca iustitiae &c. ac etiam angarijs, perangarijs, & alijs vassallaggijs &c.* sed etiam pretio aestimata, & valutata, ibi: *valutando, & aestimando frumentum ad rationem iuliorum quinquaginta septem pro quolibet rubro cum hoc, quod vassalli teneantur dictum frumentum deferre ad flumen Tyberis absque expensa dicti Excellentissimi D. Emptoris, & suorum &c. dicta Summario impresso num. 1. litera A.* tanti enim

1 D. Emptor non aestimasset nec persoluisset frumentum nisi DD. venditores huiusmodi vassallorum seruitium ità purè, & simpliciter sibi vendidissent eiusque perpetuam manutentionem promisissent iuxtà claram dispositionem *Text. in l. quero 40. ff. de act. empt. Soccin. iun. cons. 42. sub num. 21. vers. & potest hac ratione iustificari lib. 2. Facchin. controu. iur. lib. 2. cap. 27. in fine, vers. emptor enim Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 17. n. 23 vers. sexto, & vltim. Surd. decis. 64. num. 18. vers. fortè enim emptor.*

Alterum in iure, quod nempè Baronibus superiorem recognoscentibus pro exigenda à vassallis peran-

2 garia, quae nihil aliud est, quam eorum seruitium sine mercede, *gloss. in cap. vnic. verb. angariam, ibique Isern. num. 52. quae sint regal.* non sufficit qualibet prae-

3 scriptio temporis, & simplex possessio illarum exigendi, sed tenentur exhibere validum priuilegiũ Principis supremi, vel ostendere immemorabilem cum omnibus suis requisitis, vt in terminis concorditer firmant. *Alex. cons. 35. num. 3. vers. & etiam cum solo lib. 2. Crauett. de antiquit. tempor. p. 4. num. 26. Munoz. Escobar. de ratiocin. cap. 27. num. 8. & 9. Larat. Theatr. feud. tom. 2. p. 11. dilucid. 27. num. 1. vers. & debentur & dilucid. 74. num. 1. & per tot. Rouit. super pragmat. regn. tit. de Baron. pragm. 16. num. 2. 3. & 4. Nouar. de grauam. vassall. tom. 1. grauam. 3. num. 2. cum seqq. & signanter num. 6.*

Non obstat, quod in venditione status conuentum fuerit huiusmodi delationem à Peritis non aestimari, nec de ea aliquam considerationem ab ipsis haberi;

4 ideoque DD. venditores tantummodo cessisse videantur ius quod super tali delatione habebant, ad *Text. in l. quod si in venditione iuncta l. seq. ff. de haeredit. vel act. vendit.*

Quià ex instrumenti lectura constat ideò dictam conuentionem fuisse stipulatam, quia partes ipsi praefatam delationem appretiarunt, atquè aestimarunt, valutando frumentum in dictis iulijs quinquaginta septem pro quolibet rubro cum hoc quod vassalli illud deferant sine mercede ad flumen Tyberis, vt indicant sequentia verba, ibi: *quia sic inter dictas partes super dicta valutatione dicti frumenti concordatum, & conuentum fuit*; peritorum enim electio, atque relatio

5 vti subsidiaria non exigitur, nisi quãndo aestimatio veri valoris nec à partibus conuenta nec aliunde haberi potest

potest iuxtà *decis. Verall. 65. incipien. cum ad electionem*
l. 1. in manuscript. quam sequuta fuit Rota coram Pen.
decis. 291. num. 5. in recent. decis. 253. n. 20. & decis. 278.
n. 7. p. 4. tom. 2. & consequenter DD. Venditores non
cesserunt duntaxat ius, quod habebant super delatio-
ne, sed rem ipsam appretiatam, nempè seruitium, &
perangariam à vassallis præstandam actualiter vendi-
6 derunt, aliud enim est vendere ius, quod quis habet
in re, aliud verò vendere rem admonet *Paul. de Castr.*
in l. 1. num. 3. ff. pro emptore. Natt. cons. 38. num. 1. vers. ita
singulariter voluit, vt in puncto venditoris castri Card.
Seraph. decis. 123. num. 4.

Nec subsistit, quod promissio euictionis, manu-
tentionis, ac defensionis ab omni lite, & molestia
restricta fuerit ad fructus, redditus, & prouentus à
perito æstimandos.

Quoniam in his verbis concepta legitur, ibi: *Pro-*
misitque dictus Dominus &c. bona vt supra vendita cum
territorijs, iurisdictionibus, & iuribus illorum esse dicto-
rum Excellentissimorum DD. eius principalium, & ad ip-
sos pleno iure vtilis, & directi dominij spectasse, & per-
tinuisse, ac spectare, & pertinere, dictique fructus, red-
ditus, & prouentus, & alia, vt supra à Peritis æstiman-
da esse vera, realia, & subsistentia &c. dictumque Ex-
cellentiss. D. Emptorem, & suos &c. in quieta, & paci-
fica possessione, & fruitione bonorum sic vt supra vendi-
torum, & cuiuslibet eorum, iurisdictionis, & iurium, &
introituum, redditu um prouentuum, fructuum, & emo-
lumentorum prædictorum, vt supra æstimandorum sem-
per, & perpetuo manutenere, & conseruare, & ab omni
lite, & molestia, & molestante persona defendere, exi-
mere, & liberare, & disbrigare facere & curare ità, &
taliter quod quietè, & pacificè prædictus Excellentiss.
D. Emptor & sui &c. semper, & perpetuo possideant,
vtantur, & fruantur, & in dies potiores existant &c.
dicto Summ. impresso dicto num. 1. lit. B. & C. Cum enim
in venditione copulatiuè comprehensa fuerint bona,
nempe castra eorumque territoria, iurisdictiones, iura
contra vassallos, illorumque seruitia nec non etiam
7 fructus redditus, & prouentus, vtique euictionis, &
perpetuæ manutentionis promissio non potest, nec de-
bet restringi ad solos fructus, redditus, & prouentus à
peritis æstimandos, sed ad omnia in venditione con-
tenta coæqualiter referri debet tam attenta natura
contractus venditionis *l. ex empto ff. de act. empt. l. pacta*
conuenta ff. de contrahen. empt. & l. non dubitatur C. de
euict. Alex. cons. 28. n. 2. vers. sicut potest lib. 2. Mangil.
de euict. quæst. 20. num. 1. & 2. & quæst. 162. num. 30.
Greg. decis. 90. num. 10. Rota in recent. decis. 140. num. 17.
p. 5. & in terminis coram Comitul. decis. 18. num. 10.
quam etiam speciali conuentione, sub qua omnia
pari modo coæqualiter comprehenduntur mediante
8 dictione *Et*, quæ in dinumeratione specierum non stat
restrictiuè, sed ampliatiuè, & augumentatiuè, vt op-
timè per *Bald. cons. 239. num. 1. verb. secundus, & ter-*
tius casus lib. 1. quem refert, & sequitur Barbos. dict. 110.
num. 33. vers. siue inter duo.

Contraria vero procedunt vbi venditor specialiter
9 expressit ea, pro quibus teneri volebat de euictione
cum dictione taxatiua *tantum*, in quibus terminis lo-
quitur *Bald. in l. qui libertatem ff. de euict.* Hic autem
10 euictio non fuit restricta ad certam rem, indefinite
promissa pro omnibus in venditione contentis. Ideo
ad omnia referri debet ex iuribus proximè adductis,

Nec vrget; quod in prima recollectione post con-
trouersam venditionem Vassalli recollectum frumen-
tum absque expensa D. emptoris ad flumen Tyberis
asportauerint.

Quia cum id sequutum fuerit metu præcepti contra
ipsos vassallos editi, vt habetur ex ipsamet attestatione
relata in Summ. DD. de Vrsinis num. 1. ibi: Io stante le
dette instanze &c. feci precettare, e commandare li vas-
salli a condurre al porto il Grano di esso Signor Prencipe
e sò, che da medesimi vi fu condotto, & obedito &c.
11 exinde nec ius aliquod; nec vlla possessio D. Emptori
quæsita fuit, vt ad propositum probant *Natt. cons. 106.*
num. 11. & 12. Surd. cons. 127. num. 24. 25. & 26. Pascal.
de patr. potest. cap. 1. num. 39. Rota in recent. decis. 616.
n. 2. & 3. p. 3. rec. & coram Buratt. decis. 312. n. 12. & 13.

Præsertim dum statim anno sequenti super iure ne-
12 gatiuo iudicialem actionem introduxerunt contra
ipsum D. Emptorem, cuius proinde litis introductio
tanto certius excludit iuris, & possessionis acquisitio-
nem, & operatur, vt ea pendente seruari debuerint
immunes a prætensa parangaria *Grammat. decis. 67.*
num. 2. Nouar. de grauam. Vassall. tom. 1. grauam. 3. n. 7.

Decisio autem *bo. me. Corrini* 454. huic casui non
applicatur, quià non loquitur de Perangaria, nec
de vnico actu metu præcepti facto cumque in proposi-
to DD. venditores non solum promiserint veram, &
realem traditionem omnium corporum rerum, iu-
13 rium, & redditutum venditorum, sed etiam eorum
omnium, & singulorum perpetuam manutentionem
& conseruationem, vt patet ex verbis supra relatis non
sufficit primordialis traditio, nec quod Vassalli pri-
mo anno frumentum sine mercede asportauerint, sed
successiua perseuerantia requiritur *Gratian. discept. 527.*
n. 35. Merlin. de pignor. lib. 5. quæst. 21. num. 70. & 71. Roc.
in Tudertina census 28. Martij 1653. corã Reuerendiss.
Papien. & in Toletana pecuniaria 8. Iunij 1654. & 14.
Iunij 1655. coram R. P. D. meo Albergato.

Testes autem deponentes de huiusmodi delatione
facta per Vassallos fauore DD. venditorum ante con-
trouersam venditionem *dicto ipsorum Summ. n. 2.* præ-
ter quod non sunt examinati formiter, sed ad perpe-
tuam rei memoriam, nec deponunt de libera, & spon-
tanea, sed de coacta delatione metu pœnæ in præce-
ptis inflictæ ibi: *e vi mettano la pena contro quelli,*
che non andauano, la medesima pena si faceua poi paga-
re a chi non obediua, & io l'hò vista pagare perche ve-
niuano li Sbirri à fare il pegno &c. Dum non conclu-
dunt immemorabilem cum omnibus suis requisitis,
non præstant titulum sufficientem pro cogendis Vas-
sallis ad illius præstationem, non constito aliunde de
supremi Principis priuilegio, vt probant supra relati
vers. alterum in iure.

Hinc non subsistit, quod Vassalli sequentibus annis
asportationem distulerint, ex quo D. Emptor necessa-
rias diligentias in eorum coactionem non adhibuit,
quia dum statim curauit reiteratis vicibus DD. vendi-
toribus iudicialiter denunciari litem sibi motam à
vassallis post primum annum super illius denegatione
d. eius Summ. impresso num. 3. ipsi autem nunquam eidē
14 exhibuerunt sufficientes iustificationes pro valida, &
iusta Vassallorum coactione non potuit, nec debuit
sine huiusmodi iustificationibus ad reiteratam Vassal-
lorum coactionem deuenire, sed eisdem licitum fuit
adire iudicem, eiusque officium implorare, ne per-
mittat eos a Barone indebite grauari ex *adductis per*
Surd. cons. 83. num. 8. Nouar. d. tom. 1. grauam. 251. n. 1. 2.
& 3. cum seqq.

Quæ sanè lis perperam instituta contenditur opera
Ministrorum ipsius D. Emptoris, nam eo ipso quod
DD. venditores de ea pluries certiorati nec validum
priuilegium subministrarunt, nec immemorabilem
cum suis requisitis legitime iustificarunt immo cum
Hominibus Mõtis Libretti successiue transegerunt su-
per aliquibus controuersijs in eodem monitorio con-

tentis dict. Summ. impresso num. 6. inde conuincitur litem ex proposito, & sine alterius impulsu a Vassal-
15 lis fuisse introductam, potest tamen Dominus immò debet iura Vassallorum defendere, & conseruare illosque immunes reddere ab angarijs, & perangarijs indebitis *l. 3. ff. de offic. praefect. Bald. cons. 188. num. 5. vers. & ad Dominum pertinet. lib. 2. afflict. decis. 24. n. 4. vers. nam Dominus Rex Grammat. decis. 104. num. 14. Lacat. Theatr. Feud. tom. 2. p. 11. dilucid. 57. num. 30. Nouac. vbi supra pralud. 5. num. 11.*

Quouero ad Syluas Castri Montorij ipsae pariter in instrumento venditionis comprehensae leguntur sub explicita assertione, quod omnia bona vendita ad ipsos DD. venditores pleno iure vtilis, & directi dominij spectabant, & pertinebant, quodque erant prorsus libera, immunia, & exempta ab omni, & quocunque onere, & seruitute, *vt in eodem Summ. impresso num. 1. ante lit. A. & lit. B.* cum ergo communitas dicti Castri praetendat illas sibi esse communes, & ad eam spectare pro medietate, non pro solo vsu lignandi ad necessitatem vitae, sed iure dominij ad effectum vendendi primatiue quoad Dominum, *vt in d. Summ. impress. n. 8.* & desuper litem introduxit, quae in decisa pendet in Rota *eodem Summ. num. 9. & 10.* vtique tenentur DD. Venditores huiusmodi litem in se suscipere.

Quoniam huiusmodi regula fallit quando facta est
16 specificatio explicita alicuius iuris particularis, tunc enim venditio non dicitur conditionalis si & quatenus competat, sed pura, & eo non competente agitur pro recuperatione pretij *Aret. in l. si quis vi §. differentia ff. de acquir. possess. Mangil. de euict. d. quaest. 165. num. 27. & 28.* fortius vero quando vniuersitas vendi-
17 ta fuit, vt hic, sub expressa designatione certorum confinium, tunc enim censetur venditum totum id
18 quod intra dicta confinia continetur nisi specialiter aliquid excipiatur, & est locus euictioni pro illa rata,
19 quae ad alios spectare probatur, ve in terminis Venditionis Castri respondit *Rota coram Card. Seraph. dict. decis. 123. num. 1. & s. cum seqq. quam refert. & sequitur Mangil. vbi supra quaest. 106. num. 18.*

Eoque facilius quia DD. venditores tempore ven-
20 ditionis existebant in actuali possessione omnium Syluarum, & contra ipsam met communitatem Montorij obtinuerant ab A. C. manutentionem *dicto Summ. impresso n. 11. & 12.* & Castra vendiderunt cum omnibus ijs, quae ad ipsos competebant etiam ratione solius possessionis, vel iuris etiam litigiosi *d. n. 1. ante literam A.* vnde actionem de euictione euitare non possunt, vt bene in terminis respondit *Rota coram Comitul. d. decis. 17. num. 11. & 15. & 13.* & insu-
21 per ipsorum Peritus in sua relatione per eos accepta-ta integras Syluas, de quibus agitur aestimauit *eodem Summ. impresso num. 13.* signum euidens quod integre sub venditione comprehensae fuerunt, *ad gloss. in l. 3. ff. de superfic. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 9. num. 8. & 10. vers. simili modo.*

Fuit itaque resolutum esse factum locum obligationi tam respectu Perangariae, quam Syluarum Montorij ad effectum tamen vt DD. venditores teneantur lites excitatas in se suscipere, illasque prosequi, & terminare proprijs expensis donec Emptores res venditas integre assequantur.

ROMANA VINEAE.

Ven. 16. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non est transitoria ad haeredes extraneos non obstantibus clausulis *in perpetuum & ad habendum*, & sine beneplacito Apostolico in illius concessione non potest alterari forma praecedentium inuestiturarum & quando in hac materia suffragetur obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica non est transitoria ad haeredes extraneos & num. 4.*
2 *Clausula* ad habendum *& in perpetuum in emphyteusis contractum perpetuant solummodo inter comprehensos, & limitantur ab alys verbis* prout de similibus rebus fieri solet.
3 *Deuolutioni non est locus durante linea inuestitorum:*
5 *Beneplacitum Apostolicum de necessitate requiritur in concessione emphyteusis Ecclesiastica, vbi solitum alteratur.*
6 *Emphyteusis Ecclesiastica natura sine beneplacito Apostolico non immutatur, ex quo bona transiuerint ad extraneos.*
7 *Beneplacitum Apostolicum non praesumitur minori temporis spatio centum annorum.*
8 *Dominium concedentis in materia Emphyteusis probatur ex instrumento concessionis antiquissimo, & ad miniculata.*

DECISIO DCCXIX.

Domini perstiterunt in decisis coram me sub die 2. Maij 1661. vbi firmatum fuit constare de deuolutione ad fauorem Monasterij Sanctae Crucis in Hierusalem praesupposito enim quod concessio vineae, de qua agitur facta de anno 1549. non sit contractus locationis, sed quidem emphyteusis, vt patet ex pacto in instrumento adiecto, quod in casu non solutionis canonis per triennium vinea deuolueretur ad Monasterium vna cum omnibus melioramentis & ex alijs ponderatis *in decis. §. quia licet* vtique est factus locus deuolutioni cum sit terminata linea Petri Mariae *della fonte*, cui primo loco, nempe de anno 1549. fuit facta concessio, & successiue renouatio ad fauorem eius filiorum de anno 1563. cum ijsdem pactis in instrumen-
1 to contentis, & versamur in Emphyteusi Ecclesiastica quae de sui natura non est transitoria ad haeredes, &
2 personas extraneas, non obstantibus clausulis *in perpetuum & ad haben.* quae vel perpetuant contractum inter comprehensos, vel restrictionem recipiunt secundum naturam illius contractus, cui adijciuntur, ex allegatis *in decis. §. locus est deuolutioni cum seq.* vbi quoque ponderantur verba subsequentia *prout de similibus rebus fieri solet*, quae limitant clausulam *ad haben.* secundum naturam Emphyteusis Ecclesiasticae, vt dixit *Rot. in rec. decis. 310. num. 18. & in alys in decis. congestis.*

Non obstat, quod huiusmodi vinea fuerit de anno 1600. per Felicem de Caualerijs nomine suorum filio-
3 rum vendita illis de Barbis praeuio consensu patrum proprietariorum, & ideo non sit locus deuolutioni cum adhuc linea de Barbis duret in persona Lauiniae.

Si quidem venditio facta per Felicem non suffraga-
4 tur Barbis extraneis vti facta sine beneplacito Apostolico *Rota coram Verallo decis. 106. per tot. p. 1.* consensus vero patrum proprietariorum nec pariter suffragatur tanquam continens praeiudicium Ecclesiae quia dum fuit praestitus in contractu liberae venditionis stipulato pro illis de Barbis; & eorum successoribus quibuscunque absque vlla adiectione pacti reuersiui ad fauorem Ecclesiae fuit alterata forma praecedentium concessionum, quae ex praedictis comprehendunt duntaxat haeredes sanguinis iuxta naturam emphyteusis Ecclesiasticae, & fuerunt conceptae cum pacto, quod vinea deuolueretur ad Ecclesiam in casu non solutionis Canonis per triennium, vt supra dictum est, ideoq;
5 cum solitum sit alteratum, omnino erat necessarium beneplacitum Apostolicum *Dec. in Auth. qui rem n. 22. C. de Sacros. Eccles. Rota coram Card. Seraph. decis. 1490. num. 7.*

num.7. & in Rauennaten. domus 14. Iunij 1649.coram Reuerendiss. Terracinen.§. vltra quod.

Et simili modo cessat obiectum desumptum ex obseruantia quod scilicet vinea sit transitoria ad extraneos, cum fuerit ab illis per longum tempus possessa quia resistit idem defectus beneplaciti Apostolici, si-
6 ne quo non remansit inutata natura Emphyteusis Ecclesiasticæ quamuis vinea ad extraneos peruenerit *ex relatis in 1.decis.§.Non obstat*, quod quidem præsumi nequit ex lapsu temporis dum a die primæ alienationis factæ in personam illorũ de Brabis de anno 1600.
7 deficit centenaria præseruata *in constitutione San.Me. Vrbani VIII*, vt pluries firmauit *Rota*, *& postremo in Bonon.inuestiturarum 2.Maij 1661.coram R.P.D.meo Taia in princ*.

Denique non releuat, quod Monasterium non probet Dominium vineæ controuersæ, quinimmo ex instrumento antiquæ concessionis potius videatur spectare ad Monasterium S. Sabæ, ex quo concessio fuit facta per priorem eiusdem Monasterij.

Liquet enim ex lectura tam instrumenti primę concessionis anni 1549. quam renouationis anni 1563. quod Prior S.Sabbę concessit quidem vineam Petro Mariæ della fonte, sed contraxit non vti Prior, sed tanquam Procurator Cõgregationis, & Monasterij Claręvallis Mediolanen. & insuper fassus fuit vineam spectare, & pertinere ad dictam Congregationem, cuius nomine idem Prior illam in emphyteusim concessit dicto Petro Mariæ, *vt in Summ. add. patrum num.1. & 2. & in* Regestro *fol.47.a tergo & fol.75*.

Et hinc non aduersantur deducta pro iustificatione Dominii Monasterij S.Sabbæ. Nam vnio, & applicatio facta per s. m. Greg. XIII. Collegio Germanico loquitur de Bonis dicti Monasterii S.Sabbæ, & sic non comprehendit Vineam de qua agitur, Testes vero vltra oppositam nullitatem examinis, nihil concludunt & sententia data *in Summ. D. Mariæ num.11.* legitur quoque lata ad fauorem Congregationis Monasterij Claręuallis ideoque remanet in suo robore instru-
8 mentum concessionis factæ nomine eiusdem Congregationis, quod cum sit antiquissimum, & sit adminiculatum ex Canonum solutione, & enunciatiuis aliorum instrumentorum optime probat dominium concedentis *Card.Caual.decis.93.n.3.vers.& 1.* Et ità &c.

ROMANA AVGVMENTI DOTIS.

Veneris 16.Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Hæres Beneficiatus non tenetur vltra vires hæreditatis; si de illis rationem reddat. Inuentarium non dicitur imperfectum quando continet clausulam & protestationem addendi si quid apparebit omissum cuius vigore hæres pręseruatur à dolo sine quo non priuatur commodo inuentarii.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta semper est timenda*.
2 *Attenta non intrant in diuersis*.
3 *Clausula* quam &quas &c.*causat attentata etiam respectu incidentium ratione connexionis*.
4 *Inuentarij beneficium præseruat hæredem ab omni damno, & facit vt non teneatur vltra vires hæreditarias*.
5 *Inuentarium est conficiendum intra 60. dies a tempore obitus defuncti*.
6 *Inuentarij tempus non currit hæredi ob infirmitatem impedito*.
7 *Hæres vigore protestationis addendi &c. factæ in inuentario præseruatur a dolo omissionis bonorum*.
8 *Omissio bonorum in inuentario, cessante dolo, non est sufficiens priuare hæredem illius beneficio*.
9 *Exequatur contra personam & bona propria hæredis beneficiati datur si non reddat rationem*.
10 *Redditio rationis an scilicet bene, vel male fuerit facta per hæredem beneficiatum discutiendum est in petitorio*.

DECISIO DCCXX.

Dissoluto matrimonio per mortem Bernardini Iacomini de anno 1655. Hieronyma vxor iudicium instituit coram A. C. contra Roseum Iacominum fratrem & hęredem mariti super solutione augumenti dotis scutorum 4000. sibi per eundem Bernardinum constituti tempore contracti matrimonij vna cum quarto, & fructibus inde decursis, verum prędictus hæres ad tuendam eius personam, & bona allegabat Beneficium legis, & inuentarii, & insuper petebat tradi notulam mobilium hęreditariorum, quæ penes Hieronymam reperiebantur ad effectum illa apponendi in inuentario, & compensandi cum eius credito. Et quia R.P.D. Areostus per sententiam diffinitiuam declarauit Hieronymam non teneri ad traden. notulam, & inuentarium esse nullum, & dicto hæredi non suffragari ad eius instantiam mihi commissa fuit causa appellationis, eiusque vigore citata Collitigante sub die 8. Ianuarii 1657. solita inhibitio decreta fuit.

Cum vero postmodum Hieronyma redierit ad eundem iudicem, & obtinuerit exequatur contra personam, & bona propria hęredis adita fuit Signatura, quæ vltimo loco quoad illius personam, & bona propria rescripsit cum clausula *si quid exequendum*: vnde dubitaui an mandatum sit exequendum contra personã, & bona propria Rosei, & negatiue fuit resolutum.

Etenim post commissam causam appellationis in Rota & post relaxatam inhibitionem rotalem, non poterat Hieronyma redire ad D. Areostum, & citra vitium attentatorum aliquid obtinere, quia inhibitio
1 rotalis siue iusta, siue iniusta semper est timenda, alias omnia gesta post eam dicuntur attentata *Rota coram Verall.93.lib 2.Card Caual.decis.573.num.1*.

Nec excusari possunt ex eo quod sententiam, a qua fuit appellatum contineat quid diuersum ab alio iudicio, vbi Hieronyma obtinuit mandatum, & exe-
2 quatur, & regulariter attentata non intrant in diuersis; etenim diuersitas in proposito resultare non potest ex re, neque ex personis; quæ sunt eædem, nec etiam ex actione; quæ maximam habet dependentiam, & connexionem cum sententia, nam validitas dicti exequatur obtenti contra personam & bona propria hæredis potissime regulatur a iustitia eiusdem sententiæ cum prius veniat in disputatione id, quod in ipsa continetur nempe an inuentarium sit validum, & an d. hæredi possit suffragari, & ideo dum dicta sententia est suspensa per appellationem, & causa reperitur com-
3 missa cum clausula *quam, & quas* vna cum annexis, & connexis ac toto negocio principali dubitari non potest quin totum negocium spectet ad Rotam, & fuerint commissa attentata ratione connexionis & dependentię *Franch.in cap.vt debitus honor 59 num. 45.in fine de appell.* Rota *decis.187.n.6.p.2. diuers.decis.618. num.6.p.2. recent.& plurib.allegatis dictum fuit in Meleuitana retrouend.1.Iulij 1661.coram R.P. D.meo Celso §.non obstat*.

Et omittendo plura ab informantibus deducta circa iustitiam mandati relaxati contra bona hæreditaria Bernardini, quę visa fuerunt extra dubium, de quo hodie agitur restrictam duntaxat ad exequatur contra personam, & bona propria hętedis censuerunt
4 Domini exequutionem non posse fieri contra Roseum qui dum adiuit hæreditatem Bernardini fratris cum

bene-

beneficio legis, & inuentarii præseruatur ab omni damno perinde ac si hæreditatem non adiuisset, & vltra vires hæreditatis non tenetur *per Text. in l. fin. §. & si prafatam C. de Iur. deliber.*

Non obstat, quod inuentarium non confecerit intra dies 60. computandos a die obitus defuncti iuxta *constitutiones San. Mem. Pij IV. 59. §. . . in Bullar. nou. tom. 2. & Pauli V. constit. 71. §. 11. sub num. 21. dict. Bull. tom. 3.*

Contrarium enim resultat ex facto, ponderando quod licet a die 17. Nouembris 1655. quo decessit testator vsque ad diem 31. Ianuarij sequentis anni, quo fuit completum inuentarium effluxerint dies 75. ni-
6 hilominus deducto tempore infirmitatis dierum 17. quod currere non debet in præiudicium hæredis hoc modo impediti *per Text. in l. quibus diebus ff. de condit. & demonstr. Phanuce de inuent. p. 1. num. 21. inter tract. magn. tom. 8. p. 2. mihi 268. Paul. de Castr. conf. 398. num. 3. & conf. 399 post. princ. §. praterea dicitur lib. 1. Neuiz. conf. 9. n. 14.* patet inuentarium fuisse completum tempore congruo, non facta tali deductione non effluxerint nisi dies 58.

Pariter non est momenti nullitas deducta ex eo,
7 quod à principio fuerit omissa descriptio nonnullorum mobilium, quia cum illa fuerint addita vigore clausulæ, & protestationis addendi statim atq; ad notitiam peruenerit, quid quid apparebit omissum, cessat qualibet præsumptio doli, & firmat *Surd. decis. 222. num. 19. & Rota coram Greg. decis. 169. num. 4.*
8 & vbi dolus non adest sola omissio non priuat hæredem Beneficio inuentarij *Bald. in l. fin. §. cum igitur num. 8. C. de iur. deliber. Gratian. discept. forens. cap. 532. num. 27. Menoch. conf. 471. num. 2 p. 6. recent.*

Denique non obstat, quod exequatur passim con-
9 cedatur contra personam, & bona propria hæredis, quoties non reddit rationem de bonis inuentariatis, vt in *Romana 4. dotalis 19. Iunij 1645. §. t. quia coram me.*

Nam Roseus rationem reddidit, vt constat ex relatione Periti *eius Summ. n. 21.* in qua duntaxat constituitur Debitor hæreditatis in summa scut. 33. *in dicto Summ. num. 11.* dantur solutiones ab eodem factæ in manibus Hieronymæ pro quantitate valde maiori; mobilia vero fuerunt ab eodem penes tertiam personam vt *in eodem Summ. num. 20.* an vero ista ratio bene, vel male reddita fuerit, & an Hieronyma possit
10 exequi super bonis hæreditarijs ante redditam rationem, in qua Roseus potest etiam remanere creditor Domini dixerunt hoc non esse discutiendum in iudicio executiuo, sed in petitorio; & negotio principali, & alias seruatũ fuit *coram bo. me. Coccino decis. 151. num. 3. & in Romana de Pratis 6. Iunij, & 12. Nouembris 1629. coram bo. me. Hieronymo.*

Et ità vtraque parte informante &c.

FLORENTINA ORATORII.

Luna 19. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Præsumptio iuris, quod natus ex muliere vxorata, censeatur filius mariti, & non adulteri, non procedit, vbi filius probatur conceptus, & natus in domo ipsius adulteri benè custodita, & in qua marito non patebat accessus, quo in casu, non est opus coarctare negatiuã accessus mariti, ad hoc vt filius censeatur genitus ex adultero, & quando ad hunc effectum sit necessaria coarctatio huiusmodi negatiuæ, & quomodo probata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus ex muliere vxorata præsumitur de iure filius mariti.*

2 *Exceptiones contra personas testium, non admittuntur in materia difficilis probationis, & quæ directe probari, non potest.*

3 *Testes, satis est quod deponant de auditu, quoties agitur de facto perualdè antiquo.*

4 *Negatiua coarctatio non est necessaria, quando testes illam concludunt per medium affirmatiuum.*

5 *Filius conceptus, & natus in domo mariti, vel vxoris, in qua nemini prohibitus erat accessus, præsumitur filius mariti.*

6 *Limita, nisi coarctetur negatiua accessus mariti ad vxorem, vel illius impotentia probetur.*

7 *Filius conceptus, & natus in domo adulteri bene custodita, & in qua marito non patebat accessus, præsumitur genitus ex adultero, non autem ex marito, quamuis non fuerit coarctata negatiua eius accessus, vel probata ipsius impotentia.*

DECISIO DCCXXI.

Diebus 18. *Martij 1630. coram Zueippo in recentior. decis. 363. part. 5. & 31. Maij 1655. coram bon. mem. Bichio,* Rota respondit iuspatronatus capellæ, seu Oratorij Sancti Sebastiani, de quo agitur pertinere ad
1 D. Octauiani Capponiam, ex quo insufficiens visa fuit probatio filiationis Horatij ex Laurentio de Pauis, & mulierę vxorata propter iuris præsumptionem deductam ex *Text. in l. miles, §. Defuncto, ff ad l. Iul. de adult.* sed causa pluries repropolita, & diligentèr ponderatis depositionibus testium, & coniecturis, ac facti circumstantijs in proposito concurrentibus, quæ quamplures sunt, valdeque vrgentes, & vehementes Domini 2. Maij 1661. coram me à dd. decisionibus recesserunt, & hodie proposito dubio, an in primo, vel potius in secundo standum esset; In secundo loco decisis persisterunt ex ijsdem fundamentis in postrema decisione firmatis.

Tota enim vis scribentium pro hæredibus D. Octauiæ præcipuè restricta fuit ad exceptiones contra testes repetitas, quod scilicet sint personæ viles, nec deponant de certa scientia, sed de simplici auditu, ex quo tempore natiuitatis Horatij adhuc non erant nati, nec vnquam accesserunt ad villam Oliueti, in qua ipse natus fuit, quodque non coarctant negatiuam accessus mariti ad Mariam matrem Horatij tempore eius conceptionis.

Verùm placuerunt DD. responsiones adductæ in vl-
2 tima decisione quod saltem in hac materia, quæ difficilis est probationis, & quę directè probari non potest contra testes de ea deponentes nullæ admittantur ex-
3 ceptiones personales sufficitque eos deponere de auditu quoties agitur de facto valdè antiquo, nec opus esse, quod coarctent negatiuam accessus mariti, dùm concludenter deponunt quod tempore conceptionis, & natiuitatis Horatij Laurentius continuo retinuit Mariam in dicta eius villa valdè distante à domicilio mariti, ac in eius Palatio ibidem constructo ad instar arcis sub arctissima custodia, vnicuique prohibito ac-
cessu; hinc enim duplici ratione opus non est coarcta-
4 re negatiuam, altera quià exinde illam concludunt per medium affirmatiuum iuxtà theoricam *Baldum cap si quis per 30. num. 3. vers. Sed quid contra si de feud. fuer. controuers. Afflict. decis. 324. num. 9. Mascard. de probat. conclus 70. num. 9. Rota decis. 139. num. 4. part. 2. diuers.*

Altera, & fortiori ex distinctione in hac materia
5 communiter approbata, quod si filius conceptus, & natus est in domo mariti, vel in domo ipsius mulieris, cui nemini prohibitus erat accessus, hoc casu intrat præ-
6 sumptio legis pro filiatione, ex marito, nisi coarctetur negatiua eius accessus vel ipsius impotentia probetur, vt pluribus adductis respõdit, *Rot. dec. 104. n. 3 C. 4. p. 3.*

At

At quando filius, vt hic, conceptus, & natus fuit in
7 domo adulteri benè custodita, & in qua marito non patebat accessus, hoc vtique non est opus coarctare negatiuam, neque requiritur probatio impotentiæ, cessatque legis præsumptio, & filius censetur genitus ex adultero non autem ex marito, vt de filio nato in domo adulteri *Abb. in cap. transmissæ, num. 9. in fine vers. Idem dicitur de eo, qui fil. sint legit. Archor. consl. 225. sub num. 5. vers. Super alio dubio Capr. consl. 2. num. 2. Menoc. lib. 6. præsumpt. 53. num. 9. vers. declaratur 5.* & de concepto per mulierem tempore quo detinebatur per adulterum, vti concubina in eius propria domo *Alciat. consl. 40. num. 7. vers. Tertio quia fuit conceptus, & vers. Et est in casu nostro satis maior ratio lib. 3. Petr. de fideicomm. quæst. 11. num. 337. 338. & 401. vers. Si probaretur Gionagn. consl. 21. num. 1. in fine versic. Quod in casu isto, & in decis. Bonon. ibi impressa, num. 10. & 11. cum seqq. lib. 1. Merlin. Pignatell. contr. forens. lib. 2. cent. 2. cap. 86. num. 36 optimè Rota apud Crescent. decis. 1. circa med. vers. Si tamen illa, qui fil. sint legitimi.*

Cumque testes deponant vlterius de publica voce, & fama, atque plenissimè adminiculentur ex coniecturis, & facti circumstantijs latè in decisione ponderatis, & deductis ex factis, & gestis tàm à Laurentio adultero, & ab Horatio filio, quàm etiàm à tota familia Puccia, & præcipuè à Roberto de Puccis, ac ab ipsamet Octauia Capponia eius hærede iuncto, quod nullus actus à marito Mariæ gestus, ex quo desumi valeat quod vnquam agnouerit Horatium in suum filium, vtique tanto certius existimarunt Domini eorum depositiones esse attendendas, præsertim ad effectum, de quo agitur solius scilicet successionis in dicto iurepatronatus in præiudicium hæredum Octauię.

Indeque non refert, quod Michael maritus Mariæ tempore natiuitatis Horatii esset floridæ ætatis annorum 34. quodque postquam ipsa ad illum rediit duos alios peperit filios, quià quidquid sit in facto de ipsorum veritate certè obesse non possunt, dùm ex tot, tantisque probationibus mox recensitis clarè habetur filiatio Horatii, ex Laurentio.

Cæterum non obstat defectus natalium pro succedendo in controuerso patronatu, quià Horatius fuit legitimatus à DD. de Campeggiis, vt firmatur in vltima decisione, §. *Non subsistente*, quod hoc non sit præsentis inspectionis, quià originale dubium huius causę est super pertinentia iurispatronatus, vt dicitur in *d. prima decisione relata in recen. decis. 363. num. 2. p. 5.* itaut de filiatione Horatii in tantum disputatum fuerit, in quantum de ea opus erat ad effectum decidendi an illud ad eius hæredes, vel potius ad Octauiam pertinere debeat.

Et ità vtraque parte informante, &c.

TVDERTINA CENSVS.

Lunæ 19. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Creditor principalis nullam habet actionem aduersus eum qui simpliciter se obligauit ad releuandum indemnem fideiussorem sui debitoris, ideoque mandatum contra ipsum obtentum à creditore nullatenus est exequendum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum contra eum, qui non est debitor, nec reperitur obligatus, sustineri non potest.*
2 *Promissio releuandi indemnem fideiussorem, solum operatur inter obligatum releuare, & fideiussorem releuatum, nec vllum ius tribuit creditori principali itaut illius vigore agere possit contra promittentem.*
3 *Dictio* Tantum, *seu clausula,* & non alias, &c. *restringit obligationem ad personas nominatas, nec patitur fieri extensionem ad alias præter expressos.*
4 *Promissio releuandi indemnem fideiussorem, nil suffragatur creditori principali, qui propterea nullum dicitur habere interesse in simili obligatione, seu stipulatione.*
5 *Fideiussor soluens creditori, liberatur ab eius obligatione.*
6 *Promissor releuationis ad nihilum tenetur si fideiussor creditori non soluat.*
7 *Promissio indemnitatis stipulata fauore fideiussoris, & suorum, potest solum extendi ad eiusdem hæredes, non autem ad creditorem principalem, qui contra promittentem, nullum habet interesse.*
8 *Creditor principalis, non potest agere contra promissorem indemnitatis, pro eius fideiussore, vti contra debitorem sui debitoris.*
9 *Promissor indemnitatis, non potest molestari à fideiussore, antequam soluat, vel conueniatur ad soluendum, seu damnum aliquod patiatur.*

DECISIO DCCXXII.

HOratius, & Cæsar q. Hieronymi Lippi 8. Nouembris 1614. super quodam ipsorum tenimento imposuerunt annuum censum scutorum 80. monetæ, quem pretio scutorum mille similium vendiderunt Martio Sciugatroscio. Cumque huiusmodi census impositioni, omnibus, & singulis in instrumento desuper celebrato contentis 7. Martis 1628. intuitu, & contemplatione Francisci Baschi, & Adrianæ Simoncellæ coniugum accesserit, fideiusserit, & insolidum se obligauerit Comes Sfortia Baschius; Præfati coniuges 28. Maij 1630. eum indemnem releuare promiserunt, ità quod præfatorū occasione nullo vnquam tēpore ipse, aut sui aliquod damnum paterentur concepta obligatione Adrianæ in hęc verba ibi: *Dicta verò D. Adriana ad fauorem dicti D. Sfortiæ præsentis, &c. & suorum, &c. tantum, & non alias, &c. se ipsam, &c.*

Verùm quià hęres Sciugatrosci vigore huius tertij instrumenti obtinuit ab A. C. mandatum exequutiuum pro fructibus census contra Adrianam interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula, *Si quid exequendum,* ad formam commissionis dubium proposui, & responsum fuit mandatum A. C. non esse exequendum.

Siquidem obligatio Adrianæ non respicit personam Sciugatrosci creditoris, nec fuit facta pro solutione fructuum census, sed solum accepta est ad fauorem Sfortiæ pro releuatione suæ indemnitatis occasione,
1 fideiussionis per eum factæ; Ideò non potest sustineri mandatum contra ipsam relaxatum dùm pro fructibus census nullibi reperitur obligata, *Rota in rec. decis. 229. num. 15. part. 7.*

Promissio enim releuandi indemnem fideiussorem
2 nullum ius tribuit creditori vt vigore illius agere possit contra promittentem, sed solū operatur inter obligatum releuare, & fideiussorem releuatum, vt in his terminis *Gratian. discept. 723. numer. 1. cum seqq. Rot. post Cenc. de Cens. decis. 33. num. 1. & in recentior. decis. 251. num. 18. part. 6.*

Certius attenta supradicta restrictiua, sub qua promissio Adrianæ concepta fuit, ibi: *Ad fauorem dicti D. Sfortiæ præsentis, &c. & suorum, &c. tantum, & non*
3 *alios, &c.* quæ tanto magis ad illius personam obligationem restringit, omnesque alios excludit, impeditq; extensionem, seù comprehensionem nouarum personarum præter expressam, *Gratian. discept. 723. num. 5. Rota post Cenc. d. decis. 33. n. 3. & 4. & in Romana pecuniaria 1. Aprilis 1661. §. Nec obstant coram R. P. D. meo Bourlemont;* Id enim est de natura dictionis *tantum*, & clausulæ, *Et non aliàs, &c.* vt de prima *Bart. in l. Siquidem, num. 3. C. de transact. Bertrand. consl. 164. num. 5.*

Pacific. de Salmaiu inspect. 3. quæst. 11. num. 918. Rota decis. 36. n. 4. part. 4. diuers. & decis. 240. num. 3. part. 6. recent. & de secunda Paris. cons. 10. num. 28. lib. 4. Caputaquen. decis. 84. num. 10. part. 3. Gratian. discept. 587. num. 11. & 12.

Non obstat quod in obligatione Camerali, qua munita fuit promissio Adrianæ contineatur stipulatio pro omnibus quorum interest, & interesse poterit;
4 Quia in hac promissione creditor principalis non habet interesse, & proinde similis obligatio, & stipulatio restricta ad fideiussorem illi non suffragatur, vt optimè notat *Gratian. d. discept. 723. d. num. 5. Rota post Cenc. d. decis. 33. num. 4. & in recent. d. decis. 251. n. 19. part. 6.*

Quod autem creditor principalis in huiusmodi in-
5 demnitatis promissione non habeat interesse euidenti ratione probatur, quià si fideiussor eidem soluit, nil amplius prætendere valet ex dispositione *Text. in leg. Pupillus, ff. ad l. Falcid. & in §. Primo instit. quib. mod.*
6 *toll. oblig.* si autem fideiussor non soluit, promissor releuationis ad nihilum tenetur *l. si pro ea 10. ibiq; Bald. num. 10. C. mand. Alex. cons. 199. num. 13. lib. 7. Rota post Cenc. vbi supra decis. 194. num. 3. & decis. 462. num. 5. 6. & 7. & in Bonon. pecuniaria 19. Ianuarij 1600. coram Pamphilio seniore apud Marches. de commiss. part. prima fol. 765. num. 1.*

Et per hanc rationem non obstant duo ab altera parte inculcata, non siquidem primum quod promissio Adrianæ non fuerit præcisè restricta ad solam personam Sfortiæ, sed additum fuerit, & suorum, &c.
7 Quià sub hac clausula cæterata non possunt includi nisi hæredes ipsius Sfortiæ fideiussoris, non autem creditor principalis, qui contra ipsam promittentem nullum habet interesse, vt benè respondit, *Rot. in decis. 251. num. 19. vers. Sed habent interesse part. 6. recent.* Nec se-
8 cundum quod saltem creditor possit agere contra promissorem indemnitatis vti contra debitorem sui
9 debitoris; quià antequàm fideiussor soluat, vel damnũ patiatur, vt dictum est contra dictum promissorem agere nequit, ex quo iste non est debitor pecuniæ, nec quantitatis sed solius liberationis, seù conseruationis indemnitatis quatenùs eueniat, quod fideiussor soluat, vel conueniatur, & patiatur damnum, vt præter auctoritates supra allegatas *Card. Seraphin. decis. 593. & decis. 1024. num. 2.*

Et ità vtraque, &c.

LVCEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 26. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Ex dispositione *S. Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. de reform.* subiacent Ordinarijs Ecclesiæ curatæ, licèt exemptæ, non autem illæ, quæ sunt nullius Diœcesis, præsertim quando concurrit obseruantia interpretatiua.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio priuatiuè concessa Abbati quoad Ecclesias vnitas fortius censetur concessa etiam quoad Ecclesiam principalem, & monasterium.*

2 *Episcopi præcipua iurisdictio quoad Ecclesias curatas exemptas intra fines suæ Diœcesis consistit in visitatione.*

3 *Transactio stricti est intelligenda ad fauorem habentis titulum, & possessionem, ita vt eidem censeatur præseruatum, quod expressè non fuit conuentum.*

4 *Obseruantia declarat actum, & animum præcedentem.*

5 *Episcopis non denegatur celebratio missæ in Pontificalibus in quibusuis Ecclesijs Regularibus etiam exemptis.*

6 *Factum de licentia alterius videtur alias non licuisse.*

7 *Ecclesia parochialis Regularium subiacet Episcopo in concernentibus curam animarum.*

8 *Ecclesia vbi Abbas exercet priuatiuam iurisdictionem licet sit parochialis, & curata nullo modo subiacet Episcopo.*

9 *Abbates prohibentur exercere Pontificalia extra eorum Ecclesias, nisi habeant priuilegium, à Summo Pontifice.*

DECISIO DCCXXIII.

ORta lite inter Episcopum Lucen. & Abbatem S. Vincentij *del Pino* Oppidi de Monsorte super nonnullis actibus iurisdictionalibus plures emanarunt sententię coram diuersis Iudicibus de partibus; At causa deuoluta ad Rotam, mihique commissa, discutiendo proposui.

An Episcopus Lucen. habeat iurisdictionem cumulatiuam etiam in Ecclesia monasterij S. Vincentij excepta visitatione.

An Abbas possit exercere Pontificalia extra Ecclesiam sui Conuentus, & ab illa exire cum Mitra, & baculo in processionibus publicis, quæ solent fieri per vias dicti Oppidi, & suorum terminorum, vel potius hoc spectet priuatiuè ad Episcopum.

An Abbas possit exercerè Pontificalia in ecclesijs aliorum conuentuum, qui non sint sui ordinis, licèt habeat licentiam eorum superioris absque licentia Episcopi, & dictus Abbas possit concedere tales licentias alias Episcopis, & Abbatibus, vel potius hoc spectet priuatiuè ad Episcopum.

An Abbas possit indicere processiones generales in dicto Oppido, vel potius hoc spectet priuatiuè ad Episcopum, quæ omnia fuerunt resoluta pro Abbate.

Respectu enim primi articuli concernentis iurisdictionem priuatiuam Abbatis in dicta ecclesia proprij Monasterij, ipse fundat suam intentionẽ in instrumento concordiæ inter olim Episcopũ, & Abbatẽ initæ de ann. 1604. vbi inter cętera declaratur, quod iurisdictio Ordinaria Oppidi de Monforte inter ipsos ad præuentionẽ administretur cumulatiuè in omnibus ecclesijs d. Oppidi, & deinde conuenerunt Abbatẽ in ecclesijs vnitis proprio monasterio habere iurisdictionẽ priuatiuã in causis matrimonialibus, beneficialibus, criminalibus ciuilibus, decimalibus, & mixtis, reseruata eidẽ Episcopo personali visitatione cum nonnullis conditionibus; Vndè dùm posteà dictum fuit, quod monasterium cum ecclesia Sancti Vincentij remanere debeat liberum, & exemptum à visitatione Episcopi in totum
1 ex hoc patet Abbatem habere priuatiuam iurisdictionem ordinariam in dicta ecclesia, quià si illa conceditur priuatiuè quoad ecclesias vnitas ipsi monasterio ad fauorem Abbatis, eo magis dicendum est voluisse partes à cumulatiua iurisdictione Episcopi eximere monasterium ipsum cum Ecclesia Abbatiali, cui tanquam principali cæteræ ecclesiæ annexæ inhærent vti membra, & partes *cap. recolentes, §. Cæterum de stat. Monach.*

Idque colligitur ex eo, quod priuatiua iurisdictio in ecclesiis vnitis præseruatur Abbati cum præfato pacto ad fauorem Episcopi, quod habeat facultatem illas per se met ipsum visitandi; successiuè verò dum agitur de monasterio dicitur, quod illud remaneat liberum à visitatione in totum, quæ dispositio demonstrat, quod partes voluerint, prosequendo ordinem non solùm præseruare Abbati priuatiuam etiam in monasterio quemadmodum anteà immediatè fecerũt in annexis, sed vlterius tribuendo maiorem exemptionem monasterio, illud à visitatione Episcopi liberarunt; Vndè arguendo à maioritate rationis, sicut voluerunt monasterium eximere à visitatione Episcopi,
2 ità dicendum est voluisse eximere à cumulatiua iurisdictione, cùm præcipuè iurisdictio, Episcopi in Eccle-

fijs

siis exemptis consistat in visitatione, quæ semper eidē
competit non obstante quacunque exemptione vt habetur *in Concil.Trident. sess.7.cap.8. de reform.* & aliis
allegatis dixit, Rota *in Barchinonen.iurisdictionis 4.Iulij 1646.§.Nam quoad Episcopum coram bon. memoria
Bichio* .

Quod fortius conuincitur ex quo nulla alia potest
assignari ratio, propter quam Abbati fuit præseruata
priuatiua in ecclesiis vnitis nisi quià à principio iurisdictio plenaria Oppidi de Lemos hodie nuncupati de
Monsorte cum suis confinibus fuerat Abbatibus prædecessoribus concessa cum potestate ligandi, & absoluendi, vt patet tàm ex dispositione Concilii Oueten.
anni 829. quàm etiàm ex donatione Alphonsi Regis
Hispaniarum, cui accessit subscriptio plurium Episcoporum Hispaniæ, & signanter Episcopi Lucensis, iuncta confirmatione Innocentii Papæ Tertii, quod magis congruit monasterio quàm ecclesiis sibi annexis,
quià concessiones prædictæ non dictis ecclesiis, sed eidem monasterio factæ fuerunt, & sic in dubio dùm
3 constat de præcedenti titulo, & possessione Abbatis
transactio ad eius fauorē strictè est intelligenda, itàut
vbi expressè non fuit delata iurisdictio Episcopo censeatur eidem Abbati præseruata iuxtà doctrin. *Anchar.
in cap.Postulasti,num.45.de for compet. Rota in Toletana iurisdictionis 9.Maij 1659. §. Quoniam illud in fine
coram R.P D.mea Beuilaqua* .

Comprobantur prædicta ex testibus relatis *in Summario Abbatis,num.4.* qui deponunt de priuatiua iurisdictione eiusdem Abbatis in ecclesia Sancti Vincentij
per annos 40.& vltra absque eo quod Episcopi Lucenses aliquid egerint in contrarium, & quod aliter esse
non possit quin ipsi sciuerint, vel audiuerint, ex quo desumitur priuatiuam iurisdictionem fuisse in concor-
4 dia præseruatam Abbati etiàm in dicta ecclesia Sancti
Vincentij, nàm obseruantia optimè declarat animum,
& actum præcedentem.per *Text.in l.sed & si Iulianus
§.Proinde,& §.Interdum.ff. ad Maced. Coccin. decis.77.
num. 4. & Sancti Seuerini decimarum 27. Iunij 1647.
§.Non obstat circa med.coram Reuerendiss.Terracinen.*

Non obstant actus, qui ab Episcopo prætenduntur
5 gesti in prædicta ecclesia Sancti Vincentij, quià vel
non concernunt iurisdictionem, prout celebratio missæ in Pontificalibus, quæ non denegatur Episcopis in
quibussuis ecclesijs regularibus etiam exemptis quamuis ibidem iurisdictionem non habeant, vt ex decreto
*Sacr. Congregationis Rituum tradit, Modern. P. Dian.
oper.moral.tom.3. tract.2.de regul. quæstion. 109. versic.
6 Nota tamen*, vel fuerunt facti annuente Abbate, vt de
Sacramento confirmationis liquet ex epistolis tàm
eiusdem Abbatis, quàm Episcopi. Quæ proinde non
releuant, sed potius retorquentur, cum alias absque licentia Abbatis videatur non licuisse.

Et hinc non est momenti, quod ecclesia Sancti Vin-
7 centij sit Parochialis, & curata, & tanquàm talis sit
subiecta Episcopo in concernen. curam animarum ex
Decret.Concil.Trident. sess.25. cap.11. de Regul. Quià
8 concilium loquitur de ecclesijs, & monasterijs exemptis, quæ sunt in Diœcesi, ibi: *In cuius Diœcesi sita
sunt*, & sic non comprehendit monasterium, de quo
agitur quod est nullius iurisdictionis, & eius Abbas
reperitur in possessione illam exercendi priuatiuè ad
Episcopum, cui propterea nec iuris assistentia suffragatur ex deductis *in Elnen.iurisdictionis, §.Hinc non
releuat 19.Iunij 1647.coram bon.mem.Dunozetta* .

Idem Domini censuerunt quoad secundum, tertium
9 & quartum articulum, non obstante decreto *Sacr. Congregationis Rituum edito 27.Septembris 1659.* vbi prohibentur Abbates exercere Pontificalia extra eorum
ecclesias. Quià cum Abbas per transactionem per Sedem Apostolicam confirmatam habeat in Oppido de
Monfort, & illius ecclesijs cumulatiuam iurisdictionē,
non potest Episcopus allegare dictum decretum, seù
priuilegia, per quæ valeat Abbati impedire hanc iurisdictionem sibi per pactum præseruatam in transactione Episcopo summoperè fauorabili, dùm ex prædictis
constat quod talis iurisdictio anteà existebat penès
Abbatem.

Et ità vtraque parte informante, &c.

ROMANA CASALIS SANCTÆ AGATHÆ.

Ven.26. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Immissio non conceditur fideicommissarijs, nisi doceant bona fuisse possessa à fideicommittente de tempore obitus. Emens pro persona nominanda, facta nominatione amittit omne dominium, & possessionem, & contractus perindè censetur ac si ab ipsis nominatis celebratus fuisset. Res vendita cum pacto redimendi non potest ab emptore grauari onere fideicommissi, ità quod redempta vigore pacti remanet libera, ac si nunquam alienata fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Immissio denegatur fideicommissarijs non probata possessione testatoris de tempore obitus.*

2 *Possessio non probatur ex instrumento emptionis facta pro persona nominanda.*

3 *Emptio facta pro persona nominanda, sequuta nominatione, tribuit dominium, & possessionem in nominatum.*

4 *Emptor qui acquisiuit pro persona nominanda facta nominatione amittit omne ius, quod resolubiliter habebat super re empta.*

5 *Emptor non potest grauare onere fideicommissi bona empta cum pacto redimendi, & sequuta redemptione remanent libera.*

6 *Emens cum pacto redimendi non potest post perfectum contractum aliquid iniungere in præiudicium liberæ redemptionis.*

7 *Scientia instrumenti facit præsumere notitiam contentorum in illo.*

8 *Instrumentum non meretur allegari, dum adsunt contra eius legalitatem sententiæ in iudicatum transactæ.*

DECISIO DCCXXIV.

POstquam Rota resoluit instrumentum nominationis confectum anno 1567.per Episcopum Triuentinum non esse legalem, nec vllam fidem mereri pro exclusione Eq.Grilloni, ac Ioannis Matthei ab immissione in possessionem Casalis S. Agathæ hodie nuncupati *la Cesarina* per eos prætensa vigore asserti fideicommissi particularis in eodem instrumento contenti, vt constat ex decisionibus emanatis tàm coram R.P. D. Priolo, quam corā me; Actores prætendebant posse ius suum experiri super eodem casale in vim testamenti conditi 2.Februar.1565.vbi adest fideicommissum vniuersale; Ideò ad eorum instantiam dubitaui, an eisdem sit danda immissio in vim testamenti præmemorati Episcopi Triuentini, & negatiuè etiàm in hoc articulo respōsum fuit.

Non enim probatur casale controuersum fuisse in bonis fideicommittentis de tempore eius obitus, prout requiritur, vt validè possint fideicommissarij petitā immissionem obtinere, vt disponit *Text.in l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll.* ibi: *In possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt,*

Nàm licèt Episcopus emerit hoc casale à Duce
2 *Ioanne Georgio* Cæsarino, ex hoc potius excluditur
eius possessio, dùm constat emptionem fuisse factam
non pro se, sed pro persona, vel personis infra mensem
nominandis, & dd. nominatorum, vel nominandorum

hæc

hæredibus, & successoribus quibuscunque; Quare cum postmodum nominauerit pro tertia parte Antonium germanum fratrem, & pro reliquis duabus partibus filium q.Darij,& filium q. Pierotii, & eius nepotes, sequuta hac nominatione dominium casalis fuit
3 translatum in ipsos nominatos perinde ac si contractus emptionis cum ipsismet ab initio celebratus fuisset, *Anchar.cons.127.num.1.circa med. Montic.de tacit. lib.4.tit.22.numer.9. cum alijs allegatis in Rauennaten. census 27.Iunij 1639. coram bon. mem. Dunozetto post Zacch.de oblig.Camer.decis.219.num.23. & seqq. & in Narnien.bonorum 28.Martij 1659. §.Respectu siquidem coram Reuerendissimo Papien.*

Ità enim ius nominantis facta nominatione re-
4 soluitur ac si possessio, & dominium penès ipsum nunquam extitissent ex cumulatis per *Cenc. de Cens. quæstion.67. num.14. in fine,& per Add. ad Gregor. decis.157.num.24.*

Eoque facilius, quia casale fuit ipsimet Duci vendi-
5 tori retrouenditum vigore pacti de redimendo ad eius fauorem in instrumento adiecti,per quam retrouenditionem sequutam ex necessitate contractus præambuli casale remansit liberum à vinculo fideicommissi, & ab omni alio onere, si quod fuit medio tempore per emptorem iniunctum perinde ac si nunquam alienatum fuisset iuxtà doctrinam *Cagnol.in l.2.Cod.de pact. int.empt.& vendit.num.174.& dixit,Rota coram Card. Seraph.decis.819.num.3.& seq.in recent.decis.51.num.5. part.3.& decis.306. num.4.& seq.part.5.*

Non obstat, quod Episcopus in instrumento nominationis iniunxerit D. Duci onus deponendi pretium ad effectum illud inuestiendi pro fideicommisso, & ideò non suffragari retrouenditionem, cùm in eo non fuerit seruata forma præscripta à testatore.

Quià cùm in instrumento, venditionis stipulato inter Episcopum, & Ducem huiusmodi pactum non legatur,sed potius Episcopus consenserit vt Dux intra
6 vndecim annos posset liberè redimere, non potuit deinde post perfectum contractum aliquod onus in eius præiudicium apponere per *Text.in l.de contractu C. de rescinden.vendit.Dec.cons.543.num.7. cum alijs allegatis in decisione huius causæ 27. Februarij 1660. §. Quibus additur in fine coram me.*

Neque dicatur Ducem habuisse notitiam de fidei-
7 commisso,& de onere sibi per fideicommittentem iniuncto, dùm habuit scientiam instrumenti nominationis,vbi hæc omnia continebantur.

Quià instrumentum præfatum continet quidem nominationem factam in personis fratrum, & nepotum Episcopi,quæ simplex nominatio non reuocatur in dubium, & concludenter probatur ex alijs instrumentis relatis in *Summario D.Ducis,num.1.& additionali,num.4.* ex quibus patet nominationem fuisse factam absque vlla expressione oneris inuestiendi. In
8 ea parte verò, vbi instrumentum continet huiusmodi onus non meretur allegari tàm attentis sententiis rotalibus latis contra eius legalitatem in iudicatum transactis, quàm etiàm attenta declaratione per duas vices facta ab Eq.collitigante illo nolle vti.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

ROMANA DOTIS.

Mercurij 28. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Iudex, cui fuit commissa causa,cum clausula *Parito iudicato* non potest cognoscere super meritis, antequam integrè doceatur de paritione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Parito iudicato *adiecta commissioni causæ tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur ne Iudex possit cognoscere in meritis,nisi prius fuerit integrè doctum de paritione.*

2 *Fructus census amplius non currunt post relaxationem mãdati pro sorte,quando tamen est in facultate creditoris, illam recipere.*

3 *Fructus dotis,sicuti debentur ratione moræ post interpellationem incursæ iuxta dispositionẽ* Statuti Vrb.lib.1. cap.137.*multò fortius post relaxationem mandati, quę ipsam aggrauat moram.*

4 *Testes,qui post eorum examen, se retractarunt pro exoneratione conscientiæ, nullam fidem merentur.*

5 *Clausula,* Parito iudicato *apposita in commissione causæ,operatur ne debitor possit audiri super meritis,antequam constet de integra paritione.*

DECISIO DCCXXV.

Contra hæredes Adriani Balleoni egit D. Domitilla Cæsia pro consequutione suarum dotium vna cum quarto,& fructibus & vigore rei iudicatæ rotalis obtinuit mandatum exequutiuum pro scutis 43.mil. sine præiudicio residui, & possessionis Castri Graffignani, quam retinebat ex Saluiano; Verùm quià vigore dicti mandati fuerunt quoque exacta scuta 14. mil. in causam declarandam, quæ sub deposito manebant; Ideò hæredes prædicti cęperunt prætendere creditricem remansisse satisfactam, & proinde illos posse reintegrari ad possessionem dicti Castri; Quapropter obtinuerunt in Signatura Gratiæ committi causam in Rota cum clausula: *Parito iudicato*, ad cuius formam disputato dubio sub *die 19.Iunij 1656. coram bon.mem. Bichio.* An constet de sufficienti paritione, negatiuè resolutũ fuit, vt ex decisione postmodum extensa à bon. mem. Dunozetto cuius fundamenta hodie Domini confirmarunt.

Præmisso enim quod eisdem creditoribus incumbit onus iustificandi satisfactionem respectu prædicti crediti scutorũ.43.mil.super quo cadunt clausulæ adiectæ in commissione causæ nempè *docto de satisfactione, &*
1 *parito iudicato,* quę tribuit iurisdictionem conditionalem,& operatur ne Iudex possit cognoscere in meritis, nisi prius fuerit integrè doctum de satisfactione, *Rota coram Andr.decis.72.num.1.& 9. in recentior.decis.343. num.13.part.6.*

Visa non fuit sufficiens satisfactio deducta ex eo, quod D. Domitilla perceperit fructus Castri vsque ab anno 1628: quià cùm fructus eidem debiti occasione suæ dotis ascendant ad annua scuta 2100. vt dictum fuit in *decisione Pirouani 4. Iulij 1635. §. Constare igitur,* fructus verò Castri sint longè inferiores,vt patet ex relatione iurata periti electi à Congregratione Baronum vtiq; est impossibile quod D. Domitilla ex huiusmodi perceptione non remanserit creditrix etiam ex causa fructuum in quantitate considerabili, vt firmant *decisiones 4.Iunij 1635. 31. Ianuarij 1639. §. Non obstant,& seqq.coram eodem bo.me.Pirouano.*

Non obstat,quod fructus dotis non debeantur à die quo ad instantiam creditricis fuit relaxatum mandatum pro sorte, vt latè deducebant informantes pro creditoribus Balleoni, quià auctoritates ad id proban-
2 dum adductæ loquuntur in censu, in quo speciale est quod non currant fructus post relaxationem mandati, quando tamen est in facultate creditoris recipere sortem,vt dixit, *Rota post Cenc. de Cens.decis.182.num.4. & decis.283.num.6.* & latè examinat quæstionem idem *Cenc.quæstion.107.num.23.& 24.vbi plures adducit limitationes.*

Secùs verò dicendum est in dote ex dispositione *Statuti lib.1.cap.137.* quod requirit vt debitor constituatur in mora pręuia iudiciali interpellatione ad sol-
3 uendum; Ideò sicut hic debentur fructus ratione morę

post interpellationem incursæ, *Rota decis. 246. num. 1. part. 2. recent.* ità multo fortius postquam deuentum fuit ad mandati relaxationem, quę potius aggrauat moram, quam illam excuset, & imputet sibi debitor, qui potuit per solutionem se liberare ab vsuris, & noluit, vel non potuit.

Quod autem fructus Castri excedant quantitatem taxatam à perito in sua relatione, non probatur ex testibus deponentibus illos ascendere ad annua scuta 3.
4 mil. quià cùm posteà se retractauerint pro exoneratione conscientiæ nullam fidem merentur *Abb. in cap. cum in ma. num. 9. vers. Aut ex internallo de testib. Cæsar de Grass. decis. 8. de testib. in recent. decis. 107. num. 3. & 8. part. 1. & decis. 137. num. 18. part. 4. tom. 2.*

Neque subsistunt ea, quæ dicuntur contra relationē prædictam & pręcipuè quod fuerit reiecta per ipsam met Congregrationem, quæ peritum deputauit, quià licèt in *Summ. Creditorum, num. 1.* appareat fuisse per decretum denegatam adiudicationem bonorum Dominæ Domitillæ, tamen ex hoc non benè infertur ad reprobationem prædictæ relationis, cùm fuerit potius denegata ob tenuem oblationem factam in solis scutis 24. mil. vt patet ex eo, quod posteà de anno sequenti oblatio fuit aucta ad scuta 27. mil. *Summ. D. Domitilla in Calce responsionis facti*, quod verò relatio non veniat attendenda tanquam confusa cessare videtur ex illius lectura, vbi apparet peritum satis distinctè processisse singulariter enumerando omnes redditus Castri *Summario eiusdem preteritæ positionis, num. 5.*

Denique non obstat, quod depositum scutorum 14. mil. fuerit receptum à D. Domitilla in causam declarandam, & Rota coram D. Papien. declarauerit pro rata scutorum 1914. cedere debere in causam fructuū, reliqua verò scuta 2086. in causam sortis; Ideoque pro rata sortis solutę cessauerint decurrere fructus dotales, quià hæc decisio adhuc pendet sub reuisione, nec
5 super ea fuit iudicatum; Vndè dūm posteà superuenit commissio cūm dicta clausula *Parito*, prius est parendum iudicato, & posteà discutiendum de viribus illius, nec interim debitor prætendens maiorem perceptionem fructuum debet audiri *Mart. de clauf. p. 1. clauf. 21. Rota decis. 68. num. 1. part. 1. recent. & coram Gregor. decis. 36. num. 1.*

Ex quibus Domini dixerunt non constare de sufficienti paritione, & sic persistendum esse in decisis, sed iniunxerunt D. Domitillæ redditionem rationis de fructibus ex Castro perceptis sine tamen præiudicio præsentis Iudicij, & clausulæ *Parito*, illusque effectus, Vtraque parte informante, &c.

COMEN. MANSIONARIATVS.

Merc. 28. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Pæna priuationis fructuum à fundatore primo anno imposita beneficiato propter eius absentiam, siue interpolatam, siuè continuam si pro secundo augeatur ad priuationem ipsiusmet beneficij, absentia debet esse continua, nec sufficit interpolata, quamuis post primā pęnam adiecta fuerit dictio *Pariter*, quæ absentia ad hunc effectum debet concludenter probari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia sine actis, de stylo Rotę nullatenus est attendenda.*

2 *Scriptura compulsata coram Iudice recusato, non venit attendenda in Iuditio.*

3 *Scriptura extracta à libris non citata, nec audita parte, non est attendenda.*

4 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam absque citatione partis, nihil probant.*

5 *Pæna priuationis ad hoc vt euitetur, sufficit sola dubietas.*

DECISIO DCCXXVI.

Placuit Dominis confirmare resolutionem sub die 5. Iulij 1660. coram me respondendo iterum Claudiū Ardenghum non esse instituendum, cùm nullatenùs visa fuerit iustificata prætensa absentia, prout requiritur ad effectum vt Martius Iouius priuari potuisset beneficio Mansionariatus. Non enim probata remanet ex sententia priuationis fructuum, de qua in *Summ. Ardenghi, num. 2.* vbi habetur Iouium ante decretum Vicarij factum sub die 15. *Octobris* 1651. iam fuisse ab-
1 sentem à seruitio vltra spatium temporis taxatum in fundatione, quià huiusmodi sententia sine actis non venit attendenda iuxtà stylum Rotæ *Caputaq. dec. 134. num. 2. part. 3.*

Minusuè probatur absentia ex listis desumptis ex libro Camerarij, in quibus apparet Iouium habuisse tantummodo lib. 240. pro sua præbenda, & nihil aliud consequutum fuisse de distributionibus, seu punctaturis; Immò fuisse creatum debitorem in libris 62. pro missis ad formam eiusdem fundationis. Nām huius-
2 modi listæ non veniunt pariter attendendæ vti compulsatæ coram Iudice recusato *Card Seraph decis. 897. num. 1. & Rota in Alerien. Parochialis 8. Martij 1660.*
3 *coram R. P. D. meo Verospio*. Maximè cùm fuerint extractæ non audito nec citato Martio, prout fieri debebat, *Auth. si quis in aliquo Cod. de eden. Card. Put. decis. 152. num. 1 lib. 3. Gregor. decis. 71. à num. 3. circa med.*

Nec domùm probatio resultat ex testibus, cùm illi
4 fuerint examinati ad perpetuam rei memoriam, & sine citatione partis *Crescent. decis. 2. num. 4. de testib.*

Et semper subsistit fundamentum decisionis, quod scilicet absentia debet esse continua, non autem interpolata, non obstante quod sicut respectu absentiæ primi anni lex fundationis inducit priuationem distributionum si beneficiatus fuerit absens per sex menses cōtinuos, vel interpolatos; Ità etiam quando agitur de secunda absentia respectu priuationis beneficij intelligi debeat de continua, vel interpolata propter dictionem *parimente* in hac secunda parte adiectam, ibi: *E se per il seconda anno sarà parimente assente, il Mansionariato vachi &c.*

Quià id non procedit quando, vt hic, militat diuersa ratio inter absentiam primi & secundi anni. In primo enim anno imponitur sola pæna amissionis distributionum, & sic parum refert absentiam esse continuā, vel interpolatam; In secundo verò propter absentiam augetur pęna priuationis beneficij, vndè militat diuersa ratio cùm concurrat maius præiudicium, & per consequens censeri debet fundatorem diuersimodè dispo-suisse, & in secundo anno intellexisse de absentia con-
5 tinua, & in omnem casum negari non potest quin dubietas sufficiat ad euitandam pænam priuationis, vt confirmatur in decisione, §. *Præterea*.

Non obstat, quod Iouius post decretum priuationis fuerit absens spatio ferè trium annorum; Quià vt in decisione respondetur, prætensa subsequens absentia non potest conualidare pręcedentem sententiam priuationis, Et licèt ex hac noua absentia prætenderetur inducta noua causa priuationis, & Iudicem tertiæ instantiæ in sua sententia declarasse eum Mansionariatu priuatum; Attamen animaduerterunt Domini quod à Iudice priuatus non fuit ob hanc posteriorem absentiam, sed ob aliam antecedentem in facto non subsistentem, dùm respectu priuationis reuocauit sententiā A. C. & confirmauit illam de partibus declarando vlterius per caput separatum vacasse Mansionariatum, ac licitum fuisse patrono Ardenghum præsentare dicto *Summ. num. 5.* & sic loquitur de absentia præcedenti, ac de præsentatione iam facta, non autem

de

de recenti incursu, vt prætenditur post decretum privationis.

Et ità pro confirmatione decisionis responsum fuit vtraque parte informante &c.

MEDIOLANEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 3. Iulij 1662.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ad beneficium, dicitur habere interesse in causa, quæ vertitur super pertinentia iuris patronatus inter præsentantes, & prouisum Apostolicum, ideoque debet ad illam admitti, vt ipse possit curare illius expeditionem, ad effectum obtinendi institutionem ad beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad beneficium ex instrumento eius præsentationis, ius habet petendi, & consequendi institutionem.*

2 *Præsentatus ad beneficium debet admitti ad causam, quæ vertitur super pertinentia iurispatronatus inter prouisum Apostolicum, & patronos, enim in ea dicatur habere interesse.*

3 *Tertius, ad hoc vt veniat admittendus ad causam, sufficit quod aliquo modo, & apparenter doceat de eius interesse.*

4 *Decisiones Rotales, licet possint reuocari, non dum lata sententia, nihilominus interim ostendunt bonum ius illius, ad cuius fauorem emanarunt.*

DECISIO DCCXXVII.

PAulus Antonius Maruellus reperitur præsentatus ab Aurelia, & Hippolyta de Marlianis, de quarum bono iure non solum per duas decisiones coram me editas sub diebus 28. *Martij* 1661. & 23. *Ianuarij præteriti* Rota constare dixit, sed vlterius causam expediti mandauit; vndè cum ipsæ non possent ad expeditionem procedere attenta earum paupertate idem Paulus Antonius huiusmodi expeditionem obtinere intendens ad eius instantiam iuxta formam commissionis mihi directæ, dubitaui, an constet de illius interesse vt sit admittendus ad causam, & fuit affirmatiuè resolutum.

Si quidem interesse resultat ex publicò instrumento
1 præsentationis ad eius fauorem factæ per Sorores de Marlianis, cuius vigore ipse præsentatus ius habet petendi, & consequendi institutionem vt per *relatos à Viuian. de iurepatr. p. 2. lib. 8. cap. 6. num. 1. cum duobus seqq. & præsertim num. 4.* Vnde sua interest, vt causa,
2 quæ vertitur super pertinentia iurispatronatus inter Blancum prouisum Apostolicum, & dd. Sorores quantocitius terminetur vt valeat institutionem obtinere, quod equidem sufficit, vt debeat ad causam admitti,
3 cum immò ad istum effectum satis sit aliquo modo summariè, & apparenter de interesse docere *Felin. in cap. veniet il secondo num. 13. de Test. Buratt. decis. 13 num. 7.*

Nec dicatur quod ius præsentandi adhuc non videatur spectare ad sorores de Marlianis, ad quarum fauorem non dum fuit lata sententia super pertinentia, & decisiones possint reuocari, sicque non constet de aliquo interesse Pauli Antonij præsentati, qui aliud ius habere non potest nisi ex persona mulierum. Quia præsentatus non prætendit nisi expedire causam iam à Rota demandatam, cum illius intersit tueri iura præsentantium pro iure suo, & licet decisiones possint reuocari nihilominus bonum ius intrrim ostendunt. *Gregor. decis. 524. num. 4.* & ex illis oritur interesse sufficiens.

Nec releuat, quod præsentatio non fuerit facta ab eisdem sororibus, sed ab Annibale Bornago non habente mandatum procuræ. Quià remouentur obiectum ex instrumento mandati procuræ modo in forma probanti pro parte Pauli Antonij exhibito.

Et ità &c.

LEODIEN. TESTAMENTI.

Lunæ 3. Iulij 1662.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum coram parocho, & duobus testibus, sustinetur concurrentibus omnibus requisitis *cap. cum esses de testam.* quamuis testes adhibiti in huiusmodi testamento, essent legatarij, dummodo non agatur de viribus legati inter ipsos, & hæredem, sed dumtaxat de viribus ipsius testamenti inter hæredem, & venientes ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, coram parocho, & duobus testibus sustinetur, concurrentibus omnibus requisitis* cap. cum esses de testam.

2 *Testes vocati in testamento, ad abundantiorem cautelam, pro maiori actus firmitate, obesse non debent.*

3 *Identitas scripturæ probatur per testes illam recognoscentes, & de toto illius tenore deponentes.*

4 *Testamentum non potest impugnari, licet testes in eo adhibiti sint legatarij dum non agitur inter ipsos, de viribus legati, sed de validitate ipsius testamenti inter institutum, & venientes ab intestato.*

DECISIO DCCXXVIII.

DOmini responderunt constare de valido testamento Riccardi Suffraganei Leodien. quia concurrunt ne-
1 cessaria requisita. Testator enim adhibitis tribus testibus, illud ore proprio dictauit parocho, qui illud conscripsit, & ita conscriptum alta voce perlegit, interrogans testatorem an illa esset eius vltima voluntas, ipsoque respondente, quod sic, vndè dum postea idem parochus, & testes rogati subscripserunt non potest dubitari de eius validitate non solum ex dispositione *Text. in cap. cum esses de testam.* sed etiam in vim statuti & consuetudinis particularis Ciuitatis Leodien. de qua testatur *Modern. Petr. Mean. obseru. 91. per tot. & approbauit Rota coram Card. Caual. decis. 497. & prius cor. Litta decis. 22. n. 1. & 2. p. 4. rec.*

Nec releuat quod post perfectum testamentum de consensu ipsius testatoris fuerint vocati alij duo testes, qui se subscripserunt non audito tenore testamenti.

Quia interuentus istorum testium fuit procuratus à parocho, qui dubitabat, an testes adhibiti tanquam legatarij essent idonei, non autem fuit desideratus à testatore ad actus perfectionem, attento quod prohibuit expresse ne tenor scripturæ eisdem legeretur; vn-
2 de eorum vocatio, & subscriptio vti superflua, & ad abundantiorem cautelam procurata pro maiori actus firmitate obesse non debet per *Text. in l. testamentum 17. C. de testam. Roman. conf. 497. num. 5. & 6. vers. 3. etiam Greg. decis. 267. num. 3.*

Nec obstat, quod ex huiusmodi testium adhibitione oriatur præsumptio, quod testamentum non fuerit perfectum, nam ipsamet scriptura contrarium demonstrat, & testes posteà adhibiti non fuerunt vocati pro perfectione actus, sed tantum pro comprobatione identitatis eiusdem scripturæ, quæ ex testibus benè re-
3 sultat, præsertim cum idem parochus, & testes formiter examinati recognoscunt veritatem, & legalitatem dictæ scripturę, & deponant de toto tenore testamenti ad tradita *in decis. 126. n. 4. p. 6. rec.*

Corroborantur prædicta ex depositione dd. duorum testium, qui posteà se subscripserunt asserentium ante subscriptionem interrogasse testatorem an illa esset eius vltima voluntas, & respondisse affirmatiuè, nec non ex alia depositione Domicellæ Geltrudæ rogantis testatorem, vt sibi, & suis fratribus aliquid in testamento

niento relinqueret, & ipse respondit omnia acta sunt, quod concordat cum alijs depositionibus testium, & praesertim confessarij testatoris, *vt in Summ. num. 8.* adeout non possit dubitari de solemnitate scripturae, & voluntate perfecta disponentis.

Nec validitas testamenti impugnari potest ex eo,
4 quod testes prius adhibiti sint legatarij, quia cum modo non agatur de viribus legati inter ipsos legatarios, & haeredem, sed de ipsius testamenti validitate inter institutam, & alios succedentes ab intestato, haec exceptio non valet allegari, vt in his terminis responsum fuit in alia *Leodien. haereditatis d. decis. 52. num. 4. par. 4. recent.*

Et ita vnica tantum parte informante &c.

MELEVITANA CANONICATVS,
Ven. 1. Decemb. 1662.

ARGVMENTVM.

Facta per Papam collatione dignitatis incompatibilis de mense apostolico vacantis in Canonicum, seu alium beneficiatum optionem habentem, beneficium, cuius inde vacatio resultat, remanet ipsi Papae reseruatum, non obstante quod in mense vacationis sequutae praetenderet Episcopus alternatiuam habere, cum optio penitus excludat libertatem requisitam ad effectum alternatiuae.

SVMMARIVM.

1 *Optio cessat in beneficijs reseruatis.*
2 *Vacatio dignitatis ipsa iure inducitur per assecutionem alterius dignitatis incompatibilis.*
3 *Mensis alias Apostolicus Episcopo gaudente alternatiua efficitur ordinarius.*
4 *Alternatiua locum habet dumtaxat in beneficijs liberè collationis Episcopi.*
5 *Optione stante collatio Episcopi non potest dici libera.*
6 *Collatio beneficij dicitur libera etiam si facienda sit certo generi personarum.*
7 *Optione stante cogitur is ad quem spectat collatio beneficium optanti de necessitate conferre.*
8 *Ordinarius denegans collationem optanti ipsi facit iniuriam.*
9 *Appellatio suspensiua datur à denegatione conferendi beneficium tu optantem.*
10 *Collatio Ordinarij habentis alternatiuam non potest dici libera, vt ad effectum alternatiua exigitur, si ipsius arbitrium non sit absolutum, sed factum, & ministerium alienum requirat.*
11 *Indultum optandi ligat manus Episcopi, ità vt non possit conferre beneficium alteri, quam optanti.*
12 *Electio, & dispositio sunt verba synonyma cum ipsa optione.*
13 *Optans per optionem acquirit nouum titulum.*
14 *Reseruatio mensis non obstat Episcopo stante acceptatione alternatiua.*
15 *Optio prabenda merè temporalis non acquirit optanti nouum titulum, sed antiquus ab ipso retinetur.*
16 *Libertas conferendi non tollitur Episcopo ex anera ipsi iniuncto conferendi dignitates ipsis tantum canonicis, dum alterius assensus, seu consilium non requiritur.*

DECISIO DCCXXIX.

INformantes pro Basilio non acquiescentes resolutioni coram me captae 5. Decembris 1659. in qua firmatur Canonicatum vacantem per assecutionem Thesaurariae à Pontremolo factam non esse reseruatum, iterum obtinuerunt audiri, & post quartam causae propositionem Domini censuerunt recedendum esse à decisis.

Cum enim Thesauraria vacauerit in mense Augusti
1 Sedi Apostolicae reseruato, locus non erat optioni, quae semper cessat in Beneficijs reseruatis, vt expressè cauetur in *Reg. 9. Cancell. de qua per Gonzal. gloss. 34. num. 1. & seqq. Put. decis. 4. num. 5. Gregor. decis. 478. n. 5. Rota in recent. decis. 142. num. 3. & 4. p. 5. & decis. 585. num. 1. p. 9. & in Taurinen. pratensis optionis 11. February 1650. coram bon. mem. Penningerio 5. cui resolutioni.*

Vndè Pontremolus agnoscens reseruationem obstare indulto optandi obtinuit posteà dictam Thesaurariam à Sede Apostolica vigore nouae concessionis cum decreto, *quod per solam signaturam supplicationis vacaret ipsa iure canonicatus* inde fit, quod per assecu-
2 tionem Thesaurariae statim fuit inducta vacatio canonicatus, ac reseruatio fauore Sedis Apostolicae per *Extrauag. ad regimen. de prabend. innouat. per regul. 1. cancell. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 51. n. 36. Buratt. decis. 242. n. 3. Card. Ottobon. decis. 197. n. 3.*

Non obstat, quod mensis Augusti, qui alias est
3 Apostolicus Episcopo Melenitano gaudente alternatiua fuerit effectus Ordinarius, vt probant auctoritates *in decisione relata* 5 *Verùm.*

Quià alternatiua locum habet duntaxat in Benefi-
4 cijs liberae collationis Episcopi, vt clarè disponitur *in reg. 9. in illis verbis: ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem presentationem vel electionem, nec etiam cum consilio, consensu, seu interuentu capitulorum, vel aliorum &c.* idem *Gonzal. gloss. 45. num. 1. & seq. Rota decis. 247. num. 3. p. 4. tom. 2. rec.* cū alijs adductis in *Vrgellen. sacristie 3. Iunij 1624.*
5 *coram bon. mem. Manzanedo*, & in specie, quod stante optione collatio Episcopi non possit dici libera firmatur in *dicta Vrgellen. Sacristia, & in Messanen. Decanatus 1. February 1641. coram bon. mem. Dunozetta 5. fin.*

Hinc non vrget altera decisionis responsio, quod collatio Episcopi dicatur libera, quando factum potitium, consilium, aut assensus non debet interuenire in ipsa collatione, sed simpliciter Ordinarius adstringitur beneficium conferre habenti etiam qualitatem, quo casu solum censetur restrictum, & limitatum ius conferendi passiuum ex iuribus ibi allegatis.

Quoniam placuit responsio authoritates adductas,
6 vt inferius demonstrabitur, loqui de collatione facienda certo generi personarum, quo casu Ordinarius eligit personam certam de incertis, quinimò potest eligere potius vnum, quam alium de illo genere; in casu vero optionis nullam habet arbitrij latitudinem,
7 ex quo etiam nolens, & inuitus tenetur de necessitate beneficium conferre optanti, *vt in Abulen. parochialis 28. Octobris 1594. coram Blanchetta penes Garz. de*
8 *benef. p. 5. cap. 5. num. 93.* vbi quod si Ordinarius denegat collationem, facit iniuriam, & à tali denegatione datur appellatio suspensiua: quotiescunque enim ar-
9 bitrium Ordinarij in conferendo non est liberum, & absolutum, sed ministerium, & factum alienum requiritur, tunc collatio ad exclusionem alternatiuae non
10 potest dici libera, vt aduertit *Gonzal. gloss. 49. num. 1. & 10.* & negari non potest, quod per indultum optandi Episcopi manus sint ligatae, vt non possit con-
11 ferre beneficium cui vult sed de necessitate ipsi optanti, vt in *dicta Abulen. parochialis coram Blanchetto.*

Vlterius ponderarunt Domini, quod non solum in regula includuntur casus, in quibus per modum actiuum alius simultaneè concurrit cum Episcopo eligendo, praesentando consentiendo, consulendo, aut similibus, sed etiam casus optionis comprehenditur tam in prima, quam in secunda parte regulae, ibi: *non autem aliorum cum eis dispositionem & vel electionem &c. & ibi non autem ad ea in quibus conferendis requiritur aliqua dispositio, vel electio &c. Capituli, seu*
12 *alterius persona &c.* Nam verba illa *dispositio & electio* sunt synonima cum ipsa optione, & idem significant,

vt

vt de verbo dispositio notar *idem Gonzal. gloss. 20. n. 1. & 2.* vbi quod author regulæ non fuit contentus solum apponere prægnantissima verba *ad collationem, prouisionem, præsentationem electionem*, sed super addidit verbum, *& quamuis aliam dispositionem*, quod includit omnem alium modum prouidendi etiam per viam optionis; nam quod optio sit vera dispositio, &
13 quod optanti nouus quæratur titulus dixit *Rata dicta decis. 285. num. 25. & seq. p. 9. recent.* & de verbo electio est *tit. de option. vel election. legat. & facit text in §. optio instit. de legat.* in illis verbis: *sinè plures legatarij extiterint, quibus optio relicta esset dissentiente in corpore eligenda &c.* & optionem promiscuè capi pro electione norant *Monet. de option. cap. 1. num. 8. Eneas de Falcon. de reseruat. benef. effect. 5. num. 2. post med.*

Nec obstant auctoritates in decisione adductæ, quia non tangunt articulum, optionis, sed loquuntur in diuersis terminis *Gonzalez.* enim *gloss. 45. num. 19.* loquitur de collatione facienda certo generi personarum, veluti filijs patrimonialibus, quo casu vt supra dictum est Ordinarius habet liberum, & absolutum arbitrium conferendi ex illo genere cui vult *Garz. de benefic. p. 5. cap. 1. num. 47.* non loquitur de collatione facienda optanti, sed vni ex personis de collegio ad nullius præsentationem, seu electionem, vt legitur in fine.

In decisione *Vrgellen. Canonicatus coram Blanchetto penes Garz. d. p. 5. num. 346.* non firmatur, quod optio non excludat libertatem requisitam ad effectum alternatiuæ, sed solum respondetur ad obiectum, quod
14 Episcopo non obstat reseruatio mensis, stante acceptatione alternatiuæ, quodque per optionem præbendæ meræ temporalis non requiritur nouus titulus,
15 sed antiquus retinetur *Gonzal. gloss. 34. num. 61. Rota in Mediolanen. præbenda 1. Martij 1649. coram bo. me. Ciebiaij. quatenus.*

Alia vero *decisio 600. num. 5. p. 2. recent.* non loquitur de optione, sed in casu statuti præcipientis dignitatem esse conferendam per Episcopum vni ex canonicis, & in his terminis pariter loquitur *decis. in Oscen. Archidiaconatus 1. Iulij 1647. coram Peutingerio, & 17. Martij 1649. coram R. P. D. meo Verospio*, vbi quod libertas conferendi non tollitur ex onere Episcopo in-
16 iuncto conferendi dignitates ipsis tantum Canonicis, dum alterius assensus, seu consilium non requiritur.

Ex quibus cum vigore indulti non potuerit Pontremolus optare thesaurariam vti vacantem in mense reseruato, immò illam à Sede Apostolica vigore nouæ prouisionis assequutus fuerit, per assequutionem huiusmodi statim fuit inducta vacatio Canonicatus fauore Sedis Apostolicæ, ac proinde prouisio dicti Canonicatus Basilio facta substinetur, collatio verò Ordinarij in personam Caroli, cessante alternatiua, remanet nulla, & inualida.

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM S. ASCENSII, ET DABALILLO.

Lunæ 4. Decemb. 1662.

ARGVMETVM.

Decimæ vigore vnionis debentur illi Parochiali Ecclesiæ, cui altera Parochialis vnita est & ex quibus Parochialitas probatur.

SVMMARIVM.

1 *Decima debentur vigore vnionis Ecclesiæ principali cui alia Parochialis vnita est,*
2 *Parochialitas Ecclesiæ arguitur ex eo quod fuerit denominata Parochialis in instrumento.*
3 *Parochialitas Ecclesiæ arguitur ex mentione facta de fonte Baptismali, & proprijs limitibus,*
4 *Parochialitas Ecclesiæ principalis arguitur ex eo quod fuerit facta publicatio Bullæ vnionis, & vnitæ Parochiæ homines fuerint requisiti vt soluant primitias eorum Parocho sciente, & non opponente.*
5 *Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas Ecclesiæ concessum arguit ipsius Parochialitatem.*
6 *Testes deponentes de Sacramentorum administratione, & cadauerum tumulatione in Ecclesia factis ipsius Parochialitatem inducunt.*
7 *Parochialitas Ecclesiæ licet concludenter non probetur ex fonte Baptismali, sepultura, & decimarum exactione, attamen ea multum conferunt ad eius iustificationem.*
8 *Parochialitas facilius iustificatur, quando de ipsa non agitur principaliter sed tantummodo incidenter ad effectum decimarum.*
9 *Enunciatiua exprimens Ecclesiam sine cura excludit quidem ipsam à parochialitate actuali, non autem habituali.*
10 *Præsumptio iuris non suffragatur vbi contrarium ex depositione testium conuincitur.*
11 *Exemptio Decimarum, & Primitiarum arguit existentiam loci exempti intra limites Parochiæ eximentis*
12 *Bona colens in aliena Parochia cogi potest ad soluendam medietatem Decimarum.*
13 *Sententia obtenta pendente lite in alio tribunali remanet nulla, & attentata.*
14 *Testes adminiculati ex scripturis præferri debent simplicibus testium depositionibus.*

DECSIO DCCXXX.

IN sententia lata à Reuerendiss. meo Zarate Episcopo Segobien. inter cætera dictum fuit Monasteriũ B. Mariæ de Estrella teneri soluere integr as decimas Parochis, & Beneficiatis Ecclesiæ S. Ascentij, & Dabalillo de omnibus bonis sitis intra limites dictæ Parochialis Ecclesiæ vna cum decimis loci de Villaricca; verum cum in grado appellationis fuisset dubitatum de prima parte sententiæ particulariter de qua hodie non est quæstio ad instantiam Monachorum assumpta disputatione super decimis de Villaricca tantum responsum fuit sententiam esse confirmandam.

Cum enim Ecclesia Parochialis S. Emiliani de Villaricca per indultum Nicolai V. fuerit de anno 1454. vnita Monasterio B. Mariæ de Estrella eius *Summ. im-*
1 *pressa antiquæ positionis num. 3.* vtique vigore vnionis decimæ debentur eidem Monasterio, in quod fuit translatum omne ius tam spirituale, quam temporale eiusdem Ecclesiæ vnitæ *Caputaquen. decis. 339. n. 3. p. 3 Merlin. decis. 817. num. 2. & in Leodien. decimarum 18. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Verospio.*

Probatur autem Parochialitas ex pluribus in *dicto Summ. cumulatis 1.* nempe denominata fuit Parochia-
2 lis ad eodem executore literarum vnionis in instrumento possessionis captæ per Monasterium de eodem
3 anno 1454. vbi etiam fit mentio de fonte baptismali & proprijs limitibus *Summ. num. 4.* quæ denominatio concordat cum laudo anni 145 & contra Benedictinos Dominos tẽporales Villariccę promulgato *Summ. n. 12* cum alio laudo anni 1476. contra Homines de Ormoliega *Summ. num. 13. litera A*, plurimumque deseruit publicatio, Bullæ vnionis facta in Ecclesia S. Ascensij de anno 1521 vbi præsente Rectore fuerunt requisiti
4 omnes possessores bonorum existen. in Territorio Villariccæ vt soluerent primitias Monasterio de Estrella, cui Parochus nil opposuit, sed simpliciter petijt copiã Bullæ, & a censuris quatenus in ea continerentur appellauit *Summ. num. 6.* quibus accedunt sententia Vicarij Calaguritani lata anno 1524. contra capitulum, & ho-

& homines de Vrugnuella *Summ. num.* 14. nec non solutio subsidij; & excusadi facta per Monasterium pro præstimonio Villariecæ anno 1593. *Summ. num.* 15. ac etiam laudum anni 1617. ad fauorem eiusdem Monasterij de Extrella, in quo Petrus de Lara Molendina-
5 rius Villaricæ condemnatus fuit ad solutionem decimarum iuncto mandato de manutenendo in quasi possessione exigendi Decimas per Nuntium Hispaniarũ monasterio concesso de anno 1633. *Summ. n.* 2. omnia enim præfata iunctis præsertim depositionibus plurium Testium de Sacramentorum administratione facta per Monachos in dicta Ecclesia S. Emiliani, & ca-
6 dauerum tumulatione attestantium, exuberare videntur pro sufficienti probatione Parochialitatis, vt in terminis, quod licet fons baptismalis, sepultura, & decimarum exactio non concludant præcise ad parochialitatem, tamen cum sint ferè naturalia, multum
7 conferant ad illius iustificationem tradit *Gonzal. super reg. 8. gloss. 6. num.* 58. & de enunciariua iudicis delegati *Rota in recent. decis.* 371. *n.* 2. *p.* 1. *& decis.* 143. *num.* 5. *p.* 7. quodque maximum argumentum parochialitatis eliciatur ex fonte baptismali, & limitibus decimatorijs *Coccin. decis.* 454. *sub num.* 4. *& in Toletana depopulationis de Villalua* 7. *Februarij* 1656. *coram R. P. D. Albergato* §. *verum etiam*.

Eoque facilius in proposito, cum non agatur principaliter de Parochialitate, sed tantum incidenter ad
8 solum effectum decimarum vt sequendo doctrinam *Gemin. cons.* 27. *respondit Rota coram Card. Seraph. decis.* 1287. *num.* 2. *ad fin. &* 3.

Hine non obstat, quod Ecclesia prædicta fuerit pluries, & signanter in Bulla vnionis enunciata ruralis, campestris, & sine cura, quia dixerunt huiusmodi enunciatiuam intelligendam esse de cura actuali, quam vere & realiter tunc temporis non habebat propter Populi carentiam, non autem de habituali, cuius expressio non fuit necessaria, dum nulla aderat verisimilis
9 spes reuersionis Parochianorum *Gabr. cons.* 191. *num.* 8 *circa med. lib.* 1. *Garz. de benefic. quast.* 5. *cap.* 3. *num.* 122. *& seq. Card. Caualer. decis.* 164. *num.* 3. *Add. ad Greg. decis.* 450. *n.* 11. & dictum fuit in decisione huius causæ super remissoria 2. *Decembris* 1654. *coram bo. me. Pentingerio*, *&* 5. *Iulij* 1655. *in fine coram me*.

Sicut etiam non suffragatur præsumptio iuris ex eo elicita quod existente Villaricea intra limites Parochialis Ecclesiæ S. Ascensij Beneficiati habeant funda-
10 tam intentionem super decimarum perceptione, quia ex iuribus supra relatis, ac testium depositionibus constat arium conuincitur Ecclesiam nempe Sancti Emiliani, esse restrictam proprijs suis finibus mediante termino rotundo.

Nec pariter obstat, quod in instrumento concordiæ 1437. habeatur exemptio à solutione Decimarum, & primitiarum pro terminis de Villariecа, ex qua exem
11 ptione arguitur existentia eiusdem loci exempti intra limites S. Ascentij, etenim argumentum de necessitate non concludit, immo quia Monachi vti existentes sub Parochiali S. Ascensij colendo bona in aliena
12 Parochia poterant cogi ad soluen. medietatem decimarum ad formam constitutionis Synodalis, de qua in *d. Summ. impresso num.* 1. ideo in concordia obtinuerunt exemptionem a toto.

Neque vis fieri potest in sententia Ordinarij Calaguritani, in qua declaratur Beneficiatis S. Ascentij licuisse, & licere facere omnes functiones Parochiales
13 in termino de Villaricea, vltra quod enim enunciatiua est nimis recens, & lite pendente emissa tanquam lata de anno 1656. & sic post litem introductam in Rota remanet nulla, & attentata *cap.* 1. *&* 2. *vt lit. pend. in* 6. *Gloss. in cap.* 1. *verb. momenti de caus. possess. & propriet. cũ alijs allegatis in Craconien. attentatorum* 17. *Iunij* §. *hec omnia coram bo. me Bichio*.

Testes denique inducti pro parte Beneficiatorum non possunt concurrere cum testibus Monasterij, quorum depositiones vti adminiculatæ ex scripturis supe-
14 rius relatis redduntur verisimiliores, ac proinde præferendæ *Abb. in cap. in nostra de Test. Merlin. decis.* 70. *num.* 13 *& in recent. decis.* 27. *num.* 2. *p.* 1.

Et ità vtraque parte &c.

ROMANA SOCIETATIS FVNDACI.

Lunæ 11 *Decembris* 1662.

ARGVMENTVM.

Societate effectum sortita, & nunquam dissoluta mutuo consensu sociorum agi non potest ad restitutionem capitalis. Societas non dicitur dissoluta ex quo alter ex socijs non obseruat pacta, in stipulatione conuenta. Socius accusando cõsocium de inobseruantia pactorum fatetur societatem esse initam.

SVMMARIVM.

1 *Socius non potest agere contra socium ad restitutionem capitalis durante adhuc societate.*

2 *Societas non dicitur finita, ex quo socius non obseruanerit pacta conuenta.*

3 *Socius fatetur societatem fuisse initam, dum accusat criminaliter consocium super contrauentione capitulorum societatis.*

4 *Articuli non admittuntur ad probandum id, cuius contrarium constat ex propria confessione articulantis.*

5 *Probatio non denegatur ad ostendendum errorem propriæ confessionis.*

6 *Articuli non admittuntur ad probandum errorem propriæ confessionis, nisi super hoc detur fumus.*

7 *Examen denegatur vbi super eadem materia alij Testes fuerunt examinati, & dideita testificata.*

8 *Examen nouum solet in Curia concedi ob legalitatem Procuratorum.*

9 *Examen nouum etiam in Curia denegatur si processus originalis fuit publicatus, & dicta Testium discussa.*

DECISIO DCCXXXI.

IN decisione coram me edita die 14. Iunij 1660. resolutum fuerat mandatum ab A. C. relaxatum ad fauorem Vincentij Mainerij contra Bernardum Mainerium pro restitutione residui capitalis societatis non esse exequendum, ea ratione quia cum societas vere fuerit effectuata, & nunquam dissoluta mutuo sociorum consensu, prout requiritur, non poterat Vin-
1 centius ea durante agere contra socium pro capitali, quia vero pro parte Vincentij fuerunt exhibiti plures articuli ad effectum probandi societatem non habuisse effectum sed fuisse mutuo consensu dissolutam ob discordias inter ipsos socios deinde subortas, ideo super illorum admissione dubitaui, & Domini negatiue responderunt.

Cum enim Vincentius alias quærelauerit criminaliter Bernardum sub prætextu, quod pro eo fraudando nec librum retinuerit, nec merces traditas vnquam
2 descripserit, quodque alia fecerit contra formam capitulorum societatis, hinc resultat explicita confessio
3 ipsius Vincentij societatem habuisse effectum, cum alias, ea non effectuata non potuisset illum quærelare, quod male se gesserit in administratione, & propterea articuli non sunt recipiendi cum non admittan-
4 tur ad probandum id, cuius contrarium constat ex propria confessione *Gregor. decis.* 523. *num.* 4. *Buratt. decis.* 877. *num.* 7. *cum relatis in Comen. Collegij* 15. *Decembris* 1653. §. *in* 1. *enim coram R. P. D. meo Priolo*.

Et licet non soleat negari probatio ad ostendendũ

cito-

5 errorem propriæ confessionis, in proposito tamen huiusmodi error non articulatur nec insuper ad illum
6 probandum aliquis fumus exhibetur prout esse necessarium ad istum effectum dixit *Rot. coram Card. Put. decis. 6. tit. de dilat. & remissor Gregor. d. decis. 523. n. 5.*

Ponderabant etiam Domini quod alias super ea-
7 dem materia examinati fuerunt Testes, & didicita testificata, ideoque facilius venit denegandum examen *Rota decis. 41. num. 18. p. 3. recent. & in Vlixbonen. nullitatis professionis 27. Iunij 1646. §. 1. in hanc sententiam coram Argnelles.*

Nec facit, quod in Curia ob legalitatem Procura-
8 torum soleat concedi nouum examen, id enim procedit, vbi concurrit tantum simplex receptio Summa-
9 rij, secus autem quando originalis processus, prout in præsenti, fuit publigatus, & dicta Testium fuerunt plene discussa, vt declarauit *Rota in Romana dotis 28. Iunij 1651. §. nam licet coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in Tullen. matrimonij 12. Ianuarij 1654. §. vrget enim vers. quidquid enim sit coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ità vtraque &c.

AVENIONEN. CANONICATVS.

Lunæ 11. Decembris 1662.

ARGVMEMTVM.

Iuspatronatus Laicale non potest cadere sub reseruatione Apostolica etiamsi mixturam contineat, imò etiamsi qualitas Ecclesiastica præponderet.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium debet adiudicari illi, qui ad intra legitima tempora ab iuspatronatus habentibus fuit præsentatus, & ab Ordinario institutionem obtinuit.*

2 *Iuspatronatus laicale non cadit sub reseruatione Apostolica.*

3 *Laici reputantur illi, qui non distinguuntur vestibus aut aliquo signo religionis.*

4 *Iuspatronatus mixtum non cadit sub reseruatione Apostolica etiam si qualitas Ecclesiastica præponderet.*

5 *Iuspatronatus laicale tanto minus cadit sub reseruatione Apostolica attenta prohibitione apposita in eius erectione ne vllo vnquam tempore ipsi derogari possit.*

DECISIO DCCXXXII.

Vacante Canonicatu sub titulo Sagristaniæ in Collegiata; & Parochiali Ecclesia S. Simphoriani Ciuitatis Auenionen. de iurepatronatus Operariorum fabricæ, ac Baiuliuorum, seu Rectorum confraternitatis Sanctissimi Sacramenti eiusdem Ecclesiæ fuit ab eisdem præsentatus Bartholomeus Moiroun, cum verò D. V. Legatus prætenderet huiusmodi canonicatum vti vacantem in Mense Februarij esse reseruatum, illum prius contulit Augustino Codretto, & deinde Nicolao Maurano, attenta dimissione eiusdem Canonicatus facta ab Augustino, & per D. V. Legatum acceptata, ideo commissa causæ cognitione per speciale rescriptum Sanctissimi de voto Rotæ, ad instantiam Bartholomei informantis dubitaui an & cui sit adiudicandus Canonicatus, & ad eius fauorem re-
1 sponsum fuit, quia præsentationem intra legitima tempora obtinuit à dd. Rectoribus, & operarijs, & successiue institutionem ab Ordinario iuxtà dispositionem *Textum cap. si vero, & cap. quoniam iuncta gloss. in verb. qui maioribus de iurepatr.*

De existentia iurispatronatus, eiusque pertinentia ad fauorem præsentantium liquet ex testamento Petri Alberti mere Laici condito vsque de anno 1529. iuxtà cuius dispositionem successit erectio facta de anno 1596. à Cardinali Taurusio Archiepiscopo Auenionen. pro quatuor Capellanis, seu Presbyteris amouibilibus ad nutum operariorum, seu Baiuliuorum dictæ Confraternitatis, reseruato semper eisdem Rectoribus, & operarijs pro tempore existentibus iurepatronatus nominandi, & præsentandi, cui iuripatronatus nunquam derogari posse decreuit.

Non obstat prouisio Nicolai Collitigantis habita à D. V. Legato tanquam de iurepatronatus Ecclesiastico: quia cum sit iuspatronatus laicale vti reserua-
2 tum personis sæcularibus non cadit sub reseruatione *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 18. num. 2, Rota coram Andr. decis. 22. num. 6. & seqq. decis. 680. num. 2. p. 1. recent. & plures congerit Add. ad. Buratt. decis. 719. num. 19.*

Non enim fuit reseruatum confraternitati; sed duntaxat relictum Rectoribus, & operarijs eiusdem, qui cum laicaliter viuant, & non distinguantur vestibus aut aliquo signo Religionis habentur pro mere laicis, vt omissis alijs latè ab omnibus DD. discusso
3 articulo, resolutum fuit coram *Duran. decis. 130. per tot. repetit. in recent. decis. 144. num. 1. & seqq. p. 5.* vbi distinctè respondetur omnibus obiectis, quæ in contrarium vrgere videbantur.

Nec pariter obstat, quod idem Cardinalis Archiepiscopus præuia narratiua, quod summa pecuniarum relicta per Albertum vix erat sufficiens pro duobus Presbyteris erexerit dictam Ecclesiam in Collegiatam cum quatuor Canonicatibus, & præbendis vna cum redditibus, obuentionibus, & alijs iuribus tam ex fundatione Alberti, alijsque fundationibus in dicta Ecclesia factis, quam ex opera, seu fabrica dictæ Ecclesiæ percipiendis, ideoque huiusmodi iuspatronatus non esse laicale, sed potius mixtum quia, ratione mixturę, quatenus adesset, nec etiam cadit sub. reser-
4 uatione Apostolica, vt de patronatu mixto etiam quod præponderet qualitas Ecclesiastica late firmatum fuit in *Reatina beneficij 12. Maij 1661. confirmata 13. Ianuarij 1662. coram. R. P. D. meo Beuilaqua.*

Eoque facilius dicta prouisio corruit, cum deficiat potestas derogandi attenta expressa prohibitione Ordinarij in fine instrumenti erectionis adiecta, nec vllo vnquam tempore dicto iuripatronatus possit derogari, vt aduertit *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 10. nummer. 68.*

Et ità resolutum fuit per contradictas &c.

LEODIEN. ARCHIDIACONATVS.

Lunæ 15. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Contumax seuerius puniri debet, quando de positiua eius inobedientia constat, ac de animo deliberato non parendi mandatis Apostolicis, vnde contra ipsum danda est aggrauatoria.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia crescente non parentis mandatis Apostolicis, crescere debet etiam pœna, vt tandem pareat.*

2 *Aggrauatoria est danda, etiamsi declaratoria contra contumacem non probetur personaliter exequuta, vbi non adest tutus accessus.*

3 *Declaratoria intimatio, quæ non ob tutum accessum non fuit personaliter exequuta facta ad locum, vbi contumax moratur, arctat, ac si fuisset personaliter exequuta.*

4 *Scientia indubitata declaratorię, remanet probata, si constet de recursu per Reum habito ad iudicem laicum ad effectum obtinendi declaratoriæ nullitatem.*

5 *Contumax seuerius puniri debet, quando ex actu positiuam inobedientiam præseferente; de expressa contrauentione, & animo deliberato non parendi conuincitur.*

DECISIO DCCXXXIII.

Ob non paritionem exequutorialibus rotalibus fuit sub die 24. Martij superioris anni contra Nicolaum

laum Meis decreta, & relaxata declaratoria, eaque
in partibus intimata, & in actis reproducta cum
lapso termino ad parendum præfixo non doceat de
paritione, sed indurato corde censuras substinet ser-
uatis solitis quatuor terminis ad videndum se aggra-
uari cum interuallo decem dierum inter vnum, & al-
terum proposui Dubium an esset danda aggrauato-
ria, & affirmatiuè responsum fuit, nam crescente
1 contumacia, crescere debet & pæna, vt tandem con-
tumax resipiscat, ac pareat mandatis Apostolicis,
*per Text. in cap. veritatis, de dol. & contum. cap. quo-
niam frequenter §. fin. & ibi gloss. verb. ad alterum vt
lit. non contest. Rota in Romana, seu Albinganen. Bono-
rum 18. Martij 1654. coram me, & in alia Leodien. Ca-
nonicatus 24. Nouembris 1655. coram R.P.D. Verospio.*
Non obstante, quod declaratoria non probetur
contra Nicolaum personaliter exequuta, sed ad val-
uas Cathedralis ecclesiæ Leodien. & Louanij in mani-
2 bus Portuarij Domus, vbi idem Nicolaus moratur
hodierno Summ num. 1. cum ex iam deductis *in Summ.
positionis super declaratoria* constet de non tuto acces-
su ad Ciuitatem Louanij, huiusmodi intimatio ar-
3 ctat, ac si fuisset personaliter exacuta iuxta Text. *Clem.
causam de elect. cum alijs relatis in decis. super declarato-
ria §. non obstant*.
Et cessat omnis hæsitatio, quia ex recursu per Ni-
4 colaum successiue habito ad Conseruatorem Priuile-
giorum vniuersitatis Louanij, qui detestabili exem-
plo ausus est pronunciare censuras ab hoc Sacro Tri-
bunali relaxatas Nicolaum non officere *d. Summ. n. 3*
resultat nedum scientia certa, & indubitata declarato-
riæ, vt in his terminis considerauit *Rota in Innena-
cen. seu Melphiten. bonorum 1. Iuly 1648. coram Emi-
nentiss. D. Card. Corrado §. final.* verum etiam manife-
sta conuincitur contumacia non parendi, quæ eo ma-
gis inexcusabilis redditur, dum idem Nicolaus pro-
pria auctoritate mandatum, seu præceptum commi-
natorium contra omnes archidiaconatui subiectos re-
laxauit, vt ipsum in archidiaconum recognoscerent
d. Summ. num 4. cum enim ex hoc actu positiuam ino-
bedientiam præseferente euidenter constet de expressa
contrauentione, & animo deliberato non parendi se-
uerius puniri debet *Card. Otthobon. decis. 196. num. 6. &
7. & in d. Leodien. Canonicatus.*
Et ità per contradictas &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 24. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum ex capite iniustitiæ non datur ni-
si plene, & concludenter de iniustitia appareat, ex
iniustitia enim resultat lęsio, quæ est fundamentum re-
stitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum ex capite iniustitia non datur
nisi plene, & concludenter de iniustitia appareat.*
2 *Læsio est fundamentum Restitutionis consequenda.*
3 *Verba* quanto prima *importāt tempus futurum saltem
limitatum.*
4 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra ter-
tium.*
5 *Solutionem pro suo fundamento allegans debet eam ple-
ne & concludenter iustificare,*
6 *Liber priuatus pro scribente nihil probat.*
7 *Instrumentum relatiuum non potest plus operari quam
relatum.*
8 *Productio iurium impugnatiue facta non præiudicat
producenti.*
9 *Productio facta ad vnum finem non potest operari effe-
ctum diuersum contra mentem producentis.*

DECISIO DCCXXXIV.

ADuersus sententiam rotalem Reuerendiss. Terraci-
nen. adfauorem DD. de Taurinis latam, & in iu-
dicatum transactam, in qua præuia *decis. 24. Februa-
rij 1644.* cōdemnatur hæreditas q. Francisci Zeccadori
ad solutionem scutorum 426. ex sex partitis, in
calculo Martelli periti non iustificatis fuit a Signatu-
ra Sanctissimi ad instantiam DD. de Zeccadoris mihi
commissa causa restitutionis in integrum, vnde pro-
posito dubio ad formam commissionis, resolutum
fuit non constare de causis restitutionis in integrum;
quia aduersus rem iudicatam ex capite iniustitiæ resti-
1 tutio non datur nisi plene, & concludenter de iniusti-
tia appareat, ex qua resultat læsio, quę est fundamen-
2 tum restitutionis *l. si ex causa iudicati ff. de minor. Abb.
in cap. ex literis num. 5 in fin. de restit. in integr. Add. ad
Greg. decis. 459. num.* 11.
De iniustitia hodie non docetur, quin immo con-
trarium apparet ex deductis *in dicta decis.* in qua pecu-
liariter discussis dictis sex partitis, firmatur eas non
iustificari pro parte dd. de Zeccadoris, vnde deue-
niendo ad iteratam discussionem singularum non vi-
detur iustificata partita scutorum 200. comprehensa
in alia scutorum 3200. in calculo Martelli 3: in ordine
Summ. Taurinorum num. 1. quæ alias à Zeccadoro asse-
rebatur soluta Montagutis mediante banco illorum
de Donis, & hodie reuoluto pallio prętenditur solu-
ta Isabellæ Aragoniæ ex ordine directo Nicolao Fra-
dello, vt ex literis eiusdem Isabellæ *Summ. Zeccadori
num.* 1. & magis per extensum *Summ. Taurinorum n. 3.*
Vltra quod enim opponitur de illorum recognitio
ne adhuc non subsistit probari ex dictis literis effecti-
uam solutionem pecuniarum sequutam in manibus
Aragoniæ; cum potius importent simplicem ordi-
nem exequutioni non demandatum, & in futurum
tempus explendum, vt desumitur ex illarum tenore
ibi: *li quali mi sono pagati dal Signor Nicolò Fradelli
quanto prima, e non li hò detto nulla*, quæ verba *mi so-
no pagati* licet prolata in tempus præsens, recipiunt
3 interpretationem à subsequentibus *quanto prima*, quæ
tempus futurum important saltem limitatum; vt per
Barbos. de diction. in verb. quam primum ac etiam ibi:
e non li hò detto nulla, quæ tendunt ad requisitionem
faciendam Fradello vt solueret, & ideo dum non
ostenditur effectuata, eo magis elicitur solutionem
non fuisse factam,
Præcipue ponderando, quod Zeccadorus non
attenta productione dd. literarum in precedenti instan-
tia coram Remboldo, vt in eius *registro fol. 231. à
tergo* in tertia instantia coram Motmanno, mutando
sententiam non allegauit solutionem fuisse factam di-
ctæ Isabellæ Aragoniæ mediante banco de Donis,
vbi factis diligentijs parte citata, non fuit reperta ta-
lis solutio, vnde semper verum erit, quod dicta par-
tita scut. 200. siue prętendatur soluta Aragoniæ, siue
Montagutis nullo modo iustificatur.
Alia vero scutorū 105. in ordine calculi *la settima*
quæ prætenditur per Zeccadorum soluta Franciscæ
Busalinæ vti creditrici Taurinorum pariter fuit reie-
cta, quia nullibi constat de credito Busalinæ erga
Taurinos, nec minus de mandato Taurinorum,
quod dicta summa solueretur eidem Busalinæ. Nil re-
fragante, quod A.C. de anno 1604. decreuerit esse
detrahenda per Zeccadorum ex summa scutorum
2096. scuta 160. per ipsum soluta *dicto Summario
Taurinorum num.* 5. quia huiusmodi decretum non ha-
buit effectum, cum nunquam fuerit exequutioni de-
mandatum, ex quo idem Zeccadorus eo non obstan-
te successiue soluit scuta 2000. *dict. Summ. num.* 5. quę
alias

alias non soluisse si asserta solutio Busalinæ vera & legitima fuisset.

Quoad partitam scut. 40. quæ in Calculo Martelli est 12. in ordine, & in banco illorum de Donis sub his verbis reperitur descripta: *A di 17. Aprile d. scudi 40. moneta pagati al Signor Ludouico della motta Franceſe portò contanti detto Summ. Zecchadori num. 2.* non potest dici iustificata, nam vt bene respondetur *in decis. 5. 4. scut. 40.* non constat de quietantia Ludouici ad hoc vt Taurini possint summam ab eo exactam recuperare, cum libri mercatorum non probent pro 4 tertio contra tertium *ex ibi allegatis*.

Respectu alterius scut. 50. quæ in dicto calculo est 19. in ordine nulla affertur iustificatio, nam licet Montaguti petierint sibi accommodari a Zeccadoro scuta 50. non tamen constat vere, & realiter fuisse mutuata, & illa verba, *hò dato l'ordine al banco* nil operantur non docto de tali ordine, & quatenus in hodierno *Summ. Zeccadori num. 4.* afferatur partita extracta ex libris dictorum de Donis sub his verbis: *A dì 11. Luglio scudi 50. moneta pagati per mandato al Signor Montauto Montauti*, exinde tamen non resultat dictam summam fuisse solutam de ordine Zeccadori, cum potuerit solui de mandato alterius, nec minus constat de quietantia Montaguti an vere, & realiter dictam summam receperit ex vulgata regula, de qua supra, quod liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium vnde cum Zeccadori hodie se fundent in hac solutione debent eam plene, & con-
5 cludenter iustificare *Greg. decis. 139 num. 2.*

Reliquę duæ partitæ scut. 16. 80. & scut. 25. quæ in ordine calculi sunt 5. & 17. vnica responsione tolluntur in d. decisione, nempe aliunde non iustificantur, quam ex priuato libro Zeccadori, qui pro scribente
6 nihil probat *l. rationes, & l. exemplo C. de probat.*

Non obstat instrumentum diuisionis initum anno 1611. inter Montagutos & Taurinos *d. Summ. Zeccadori, num. 3.* alias in *Rota exhibitum coram bon. me. Coccino vt in decis. 80. ante num. 1. vers. 2. pro harum conuentionum corroboratione p. 5. recent.* & successiuè *coram eodē D. Terracinen. vt in decis. 18. Iunij 1635. §. vltimo*, in quo Montaguti fassi fuerunt recepisse dicta scuta 3200 ex pretio Casalis venditi, quia dictum instrumentum nil aliud continet, quam agnitionem debiti inter ipsos diuidentes habita relatione, ac fide ad computum, siuè calculum transmissum a Zeccadoro eorum Procuratori, qui enim fuerit postea detectus erroneus in dictis sex partitis recte fuit hæreditas Zeccadori condemnata ad earum restitutionem.

Prout nec turbat aliud instrumentum anni 1630. in quo Montaguti cesserunt Taurinis omne residuum, quod ad eos spectabat, declarando se esse satisfactos,
7 quia dictum instrumentum tanquam relatiuum ad instrumentum diuisionis de anno 1611. non potest plus operari quam instrumentum relatum *Surd. cons. 313. num. 50. Greg. decis. 439. num. 1. & 2.*

Deniq; non obstat calculus in actis productus per
8 Taurinum anno 1629. quia productio facta fuit impugnatiue & cum expressa protestatione, quod non intendebat aliquo pacto approbare partitas in calculo contentas nisi si & quatenus de iure, & non alias, vt ex tenore protestationis in calce responsionis Taurini vltra quod vti facta pro recuperanda summa à Zeccadoro exacta; & sic ad alium finem, non potest proinde operari quoad alium diuersum contra mentem
9 & intentionem producentis, ex deductis per *Gratian. discept. forens. cap. 279. num. 32. Gregor. decis. 467. num. 8.*

Et ità vtraque parte informante.

PERVSINA PENSIONIS.

Luna 29. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus homicidium perpetrando non cadit in pœnam priuationis beneficij, quæ non incurritur nisi ex delicto ipso iure priuationem inducente etiamsi homicidium fuerit qualificatum, & homicida damnatus in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, ac deinde gratiose restitutus, nisi tamen sententia expressam beneficij priuationē contineret vnde ipsi restituto competit manutentio.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius habet bonum ius fundatū in literis Apostolicis reseruationis pensionis, & in consensu titularis. Obligatus in formam Cameræ non potest solutionem euitare.*

2 *Homicidium simplex non inducit pœnam priuationis beneficij.*

3 *Priuatio beneficij in pœnā perpetrati facinoris nō incurritur, nisi ex delicto ipso iure priuationem inducente.*

4 *Homicidium etiam qualificatum non inducit pœnam priuationis beneficij ex sententia communiori.*

5 *Sententia capitalis lata contra beneficiatum non continet priuationem beneficij, nisi id exprimat, quotiescumque delictum non est tale, quod ipso iure irroget priuationem.*

6 *Sententia lata in contumacia præsumitur lata propter contumaciam, & ideo non probat delictum.*

7 *Sententia lata in contumacia contra beneficiatum licet non probet delictum, eo tamen non comparente intra annum probat saltem priuationem.*

8 *Declara si sententia continet expressam priuationem, alias secus.*

9 *Clericus in contumacia damnatus non amittit pensionem nisi vbi fuerit expresse per sententiam priuatus, vel pro delicto, ex quo ipso iure absque facto hominis inducitur priuatio.*

10 *Condemnatus gratiose restitutus perinde est ac si non fuisset damnatus.*

11 *Gratia tantum restituit, quantum sententia abstulerat.*

12 *Confessio extraiudicialis probata per testes formiter examinatos de æquitate canonica bene probat, præsertim in iudicio manutentionis.*

13 *Testis vnicus de facto proprio deponens sufficienter probat ad effectum manutentionis.*

14 *Possessor contra quem lata est sententia, si ab ea appellauerit, est interim manutenendus.*

DECISIO DCCXXXV.

Fuerat alias auctoritate Apostolica ad fauorem Torquati Cæsarei reseruata pensio annua scut. 50. super fructibus canonicatus Ecclesiæ Perusinæ, quem eodem tempore Angelus Vbaldus obtinuerat sibi, cum autem Torquatus pensionarius ex causa homicidij fuisset cōdemnatus in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum ac deinde gratiose, & plenarie restitutus, & reintegratus, & post hæc Angelus ab eodem requisitus renuisset soluere pensionem, introducto iudicio coram R. P. D. A. C. Bulgarino emanauit sententia super extinctione pensionis, ac causa appellationis mihi commissa, dubitaui ac conflet de bono iure Torquati etiam ad effectum manutentionis & affirmatiue Domini responderunt.

Probatur enim ipsius bonum ius ex literis Apostoli-
1 cis reseruationis pensionis, & ex consensu Titularis in illius expeditione præstito, qui cum soluere promiserit sub obligatione in forma Cameræ, hodie non potest illius solutionem euitare, *cap. cum delicto vbi Abb. de donat. Bald. in l. interest 21. & 22. C. de solut. Angel. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.*

Non obstat, quod pensio fuerit amissa propter ho-
2 micidium perpetratum, quia simplex homicidium non
inducit pœnam priuationis Beneficij, seu pensionis,
3 quæ non incurritur, nisi ex delicto ipso iure priuatio-
nem inducente, vt communiter tradunt *DD. Rebuff.
in prax. tit. de mod. amittend. benef. num. 65. Couarr. in
Clement. si furiosus 2. par. resol. §. 3. num 6. vers. verum
ad huius conclusionis Garz. de benef. p. 12. cap. 10. n. 39.
& 40. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæst. 38. num. 48. Ca-
stropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 6. punct. 9. §. 8.
Gabr. cons. 106. lib. 1. & 187. num. 12. lib. 2. & in his ter-
minis Card. Millin. decis. 227. num. 4. cum alijs per Add.
ad decis. 1. n. 9. cum seqq. p. 9. rec.* quod procedit etiamsi
4 homicidium sit qualificatum, vt tradunt superius
congesti (quidquid nonnulli dixerint) nam commu-
nior opinio est in contrarium, *vt per Gabr. & alios
relatos ab Adden. ad d. 1. decis.*

Neque priuatio censeri potest ex sententia conde-
mnatoria contra Torquatum lata in contumaciam
5 per Iudicem delicti, quia cum non contineat expressam
priuationem pensionis, & cum delictum non sit tale,
quod irroget priuationem, ipso iure, pensio non potest
dici extincta, vt ex eadem *decisione Millin. & alijs mox
allegatis*.

Nec refert, quod sententia lata in contumacia licèt
6 non probet delictum, cum præsumatur lata potius pro-
pter contumaciam, vt latè dictum fuit *in Ferrarien.
Vallium impressa post secundum volum cons. Spad. 237.*
7 Reo tamen non comparente intra annum probat sal-
tem priuationem, vt dixit, *Rota in Romano Beneficiorus
S. Petri coram Oradina post primum vol. cons. Farin. de-
cis. 3. num. 5. & in Meliten. parochialis 31. Ianuar. 1650.
§. Non obstat coram Bichio*.

Quià vt dictum est, id bene procedit, quando in sen-
8 tentia continetur expressa priuatio, secùs verò si illa
fuerit omissa, & propterea non vigent auctoritates pro
titulari allegatæ, nàn. *Gambor. de offic. & auth. Legat. à
Later. lib. 6. numer. 723. inter tract. magn. fol. mihi 200.*
firmans clericum capitaliter in contumacia condem-
natum amittere pensionem est intelligen. vel quando
fuit in sententia priuatus, vel pro delicto, in quo indu-
9 citur vacatio ipso iure absque facto, & ministerio ho-
minis *Spad. cons. 70. lib 3.* loquitur de sententia lata in
contumacia, in qua quidem N. erat expressè priuatus
beneficijs, & pensionibus, prout etiàm in casu *decisionis
Oradini*.

Vndè cùm hæc pensio non fuerit extincta, facilius
quoque habet locum restitutio, & reintegratio à Sum-
mo Pontifice concessa Torquato, quę cum omnem pœ-
10 nam, & reatum eidem remittat, perinde est ac si non
fuisset condemnatus, vt per *Rebuff. vbi supra num. 53.
& seqq. Rota in Romana confiscationis coram bon. mem.
Merlin. impress. in recen. decis. 449. num. 1. & seqq. par. 5.*
11 vbi quod per gratiosam restitutionem tantum dicitur
restitutum, quantum per sententiam fuerat ablatum &
decis. 83. num. 8. & seqq. part. 7. constito igitur de bono
iure Torquati visum fuit DD. ei concedendum esse
mandatum de manutenendo in quasi possessione exi-
gendi, quæ iustificatur tàm ex confessione Angeli pro-
bata per testes formiter examinatos, quæ licèt extraiu-
12 dicialis, tamen de æquitate canonica probat præser-
tim in hoc iudicio, & alijs allegatis in his terminis
tradit, *Pasth. de manut. obseru. 19. num. 44. & 45.* quàm
13 etiàm ex actuali exactione vnius termini, vt deponit
secundus testis de facto proprio, qui licèt sit vnicus ad
istum effectum sufficit *Card. Seraph. decis. 1316. num. 1.
Add. ad Greg. decis. 160. num. 3.* Non obstante sententia
14 super extinctione pensionis. quià cùm illius effectus
fuerit suspensus per appellationem, interim Torqua-
to est concedenda manutentio *Coccin. decis. 125. num. 4
& in Eugubino pensionis prima Aprilis 1658. §. final.
coram R. P. D. meo Taio*.

Et ità vtraque, &c.

MVRANA CONGRVÆ.

Lunæ 12. February 1663.

ARGVMENTVM.

Declaratoria ob non paritionem conceditur neque suf-
ficit verbalis paritio, vbi necessaria est vera, & effectua-
lis solutio.

SVMMARIVM.

1 *Executoriales si effectualem solutionem contineant, vt
ipsis dicatur paritum non sufficit verbalis paritio, sed
necessaria est vera, & effectualis solutio.*
2 *Declaratoria ob incertitudinem summæ ante liquidatio-
nem non est concedenda.*
3 *Creditum in certa, & determinata summa consistens
non redditur illiquidum per solutiones, quæ in conti-
nenti detrahi possunt, & per calculationem liquidari.*
4 *Liquidatio facienda non excusat contumaces à paritio-
ne, nisi facto iudicialiter deposito alicuius quantitatis
residuum offerant liquidatione sequuta.*
5 *Clausula,* Non retardata solutione *tribuit iurisdictio-
nem conditionalem, itàut non possit vlterius in causa
procedi nisi solutis summis decursis.*
6 *Paritio necessaria est etiam quoad expensas taxatas
cum clausula,* sine præiudicio, *pro euitando decla-
ratorio.*

DECISIO DCCXXXVI.

AD fauorem Archipresbyteri Ecclesiæ Cathedralis
Muranæ fuerunt in executionem rei iudicatæ de-
cretæ, & relaxatę literæ executoriales contra Capitu-
lum super assignatione, & taxatione eius congruę iux-
tà resolutiones captas coram R. P. D. meo *Bourlemont*,
quibus in partibus intimatis, & in actis reproductis,
seruatisque quatuor terminis ad docendum de pari-
tione, cùm adhuc pro parte Capituli debita illorum
paritio non ostenderetur; Ideo proposui dubium, &
DD. affirmatiuè responderunt.

Non enim suffragatur renunciatio, seù cessio iurium
parochialium in actis facta à Procuratore Capituli ad
fauorem Archipresbyteri, quià omissis alijs in facto
deductis, cùm executoriales contineant non solum assi-
1 gnationem congruæ in futurũ, verùm etiam solutiones
scut. 129. pro tertijs à die motæ litis decursis vna cum
scut. 58. pro expensis litis; Non sufficit paritio verba-
lis, sed est necessaria realis, & effectiua solutio *Card. Se-
raphin. decis. 1113. num. 3. & aptimè distinguit Merlin.
decis. 20. num. 4.*

Non obstat, quod Capitulum de mandato Episcopi
consignauerit duobus coadiutoribus tumulos 55. fru-
menti, nec non persoluerit alteri deputato in absentiã
Archiepiscopi scuta 55. *vt in Summ. Capituli, n. 3. & 4.*
2 Ideoque ante factam liquidationem non sit danda de-
claratoria ob incertitudinem summæ iuxtà *d. decisio-
nem Card. Seraph. 1113. num. 5.*

Quià cùm creditum Archipresbyteri consistat in
certa, & determinata quantitate, nullo modo redditur
3 illiquidum ex dd. solutionibus cum possit præuia cal-
culatione aritmetica summa soluta deduci & inconti-
nenti liquidari, nec iste defectus liquidationis excusat
contumaces à paritione nisi iudicialiter compareant
4 & facto deposito alicuius quantitatis residuum offe-
rant secuta liquidatione *iuxtà decis. Achill. prima n. x.
de sent. excomm. cum alijs allegatis in Leodien. Vicariæ
4. Iuly 1653. coram Bichio, §. & in hoc differunt, & in
Toletano decimarum 3. Aprilis 1649. coram R. P. D.
meo Celso.*

Præsertim quia pro summis debitis pro congrua

Signa-

Signatura rescripsit cum clausula, *Non retardata solu-*
5 *tione*, quæ tribuit iurisdictionem conditionalem itavt
non possit vlterius in causa procedi nisi integrè solutis
summis decursis *Card. Coual. decis 78. num. 2 & 3. &*
in Abulen. pensionis coram Card. Sacrato *penès Marchesf.*
de commiss. tom. 1. fol. 513. num. 1.

Quouerò ad expensas litis non potest illarum solu-
tio euitari sub prætextu quod causa reperiatur alteri
commissa, & illę veniant reficiendæ in fine litis, quia
etiam in eisdem executorialibus reperiantur taxatæ,
6 & Signatura rescripsit cum clausula, *sine præiudicio*, Ca-
pitulum pro euitanda declaratione illas actualiter tra-
didisse docere tenetur. *vt dictum fuit in Leodien. Cano-*
nicatus S. Martini 31. Ianuarij 1653. §. Nec Capitulo *in*
fine coram me, & in dicta Leodien. Vicaria, §. fin.

Ex quibus resolutum fuit dandam esse declarato-
riam nisi infra mensem deductis tamen summis per
Capitulum solutis de ordine ac mandato Episcopi Ca-
pellanis, coadiutoribus, & alteri deputato in locum
Archiepiscopi durante eius absentia.

Vtraque parte informante.

ROMANA CAMBII.

Ven. 23. Febr 1663.

ARGVMENTVM.

Assumptio in se oneris cambiandi, si fuerit per verba ge-
neralia, & indefinita concepta, non potest dici ad cer-
tum tempus restricta, sed indeterminatè conuenta vsq;
ad integram sortis solutionem. Et per pactum in
contractu subsequenter adiectum, nouus, & separatus
contractus non resultat, neque pactis præcedentibus
derogatur.

SVMMARIVM.

1 *Verba generaliter concepta in onere cambiandi assu-*
mendo ad vnum actum determinatum, non restringun-
tur; Sed suum semper operantur effectum, vsque ad in-
tegram sortis restitutionem.

2 *Oratio indefinita, & indeterminata includit omne*
tempus.

3 *Verba*, quod si elapso biennio, *opposito in contractu*
cambij, non important eiusdem contractus duplicita-
tem, nec sunt citra thema ipsius intelligenda.

4 *Conditiones opposita pro maiori cautela, & securitate*
creditoris, non debent in odium eiusdem retorqueri.

5 *Pactum in contractu subsequenter adiectum, non opera-*
tur præcedentium derogationem, nisi id verbis specifi-
cis exprimatur à contrahentibus.

6 *Onus cambiandi, qui habet durante certo tempore, &*
pendente dilatione, dicendum est eo magis fuisse illi
dilatione expirata iniunctum.

7 *Contrahens nomine proprio, & ad sui vtilitatem, licet*
alienis pecunijs sibi acquirit sub sola obligatione illas
Domino restituendi, nisi aliter ex coniecturis desu-
matur.

DECISIO DCCXXXVII.

HOdie Domini confirmarunt vltimam decisionem
coram me editam 24. Aprilis præteriti; Quià tàm
ex verbis instrumenti, quàm ex ratione ibidem adiecta
clarè desumitur Franciscum assumpsisse in se onus cã-
biandi, & hanc oneris assumptionem non fuisse restri-
ctam ad solum biennium, sed indefinitè conuentam
vsque ad integram sortis restitutionem; Verba siqui-
dem dictum onus respicientia concepta fuerunt gene-
raliter absolutè, & indeterminatè absque vlla penitus
temporis præfinitione, ibi: *Semel, & plures, ac toties*
quoties opus fuerit omnibus dicti D. Francisci curo, ope-
ra diligentia, cambijs, recambijs, damnis, expensis, prouisio-
1 *nibus, & interesse*, quæ sic generaliter, & indeterminatè
concepta non restringuntur ad primum actum, sed vl-
terius progrediuntur, & operantur effectum suum vsq;

quo creditor integrè sit satisfactus, vt vltra allegatos
in vltima decisione, §. *Non obstat, bene in his terminis*
probat Dec. cons. 562. num. 1. & 2.

Ratio autem sicut ponderatur in eadem decisione,
2 *Idque colligitur*, ne D. Gineura damnum aliquod pa-
tiatur, cum nõ sit solita tenere pecunias ociosas, æqua-
liter conuenit eodem modo cuicunque tempori; ideo-
que tantò certius sub dicta indefinita, & indetermina-
ta oratione omne tempus includitur iuxtà doctrinam
Bart. in l. si pluribus num. 6. vers. In dubio qualiter, ff. de
legat. 2. cum alijs, ibi allegatis.

Nec subsistit, quod agatur de duplici contractu di-
stincto, & separato propter subsequentia verba ibi:
quod si elapso biennio, ac proinde onus assumptum in
primo non dicatur repetitum in secundo.

Quoniam lectura instrumenti huiusmodi supposi-
3 tam duplicitatem excludit, & vnicum dumtaxat esse
contractum ostendit; Verba autem illa aduersatius:
quod si elapso biennio, non important nouum, & sepa-
ratum contractum, immò intelligenda sunt retento eo-
dem themate assumptionis oneris cambiandi ad *Bart.*
in l. Mariti, §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. Coccin. decis. 267.
numer. 2.

Idque comprobatur ex quo etiam post biennium
repetita fuerant verba, ibi: *Toties quoties opus fuerit*
omnibus ipsius D. Francisci, &c. cura, opera, diligen-
tia, &c. quę in alio verificari non possunt, quàm in one-
re, & obligatione cambiandi ex adductis in eadem
decisione, §. *Quia respectu.*

Cæteræ verò conditiones post biennium adiectæ re-
cuperandi sortem cum cambijs, vel eam continuandi
4 super cambijs, & recambijs appositæ fuerunt augumẽ-
tatiuè pro maiori cautela, securitate, ac fauore credi-
tricis, non autem ad tollendam, & extinguendam obli-
gationem debitoris; Ideoque in odium ipsius creditri-
cis retorqueri non debent, vt bene ad propositum pon-
derauit, *Rota in Romana pecuniaria 14. Iunij 1649. co-*
ram bon. mem. Dunozetto apud Salgad. Labyrinth. credit.
decis. 7. num. 3.

Quinimmò dùm verè vnicus est contractus, intrat
5 conclusio, quod per pacta subsequenter adiecta nunquã
censetur recessum à pręcedentibus, nec illis deroga-
tum, nisi verbis specificis sit expressum, vt in puncto
tradit idem *Dec. cons. 562. n. 5. cum seqq. quem sequuta*
fuit Rota coram Merlin. decis. 636 num. 19. & 20.

Maximè quià dùm Franciscus onus cambiandi ha-
6 bebat durante biennio, & pendente dilatione fortius
dicendum est, quod eidem fuerit iniunctum dilatione
expirata per rationem, adductam à *Rota in Romana*
Census de Palutijs 20. Nouembris 1600. coram Sacrato
apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 864. num. 1. in fin.

Cæterum non obstat, quod D. Gineura in principio
instrumenti declarauerit pecunias spectare ad D. Lu-
7 douicum Antonium eius filium, quia cùm ipsa nomi-
ne proprio, & ad sui vtilitatem contraxerit, sibi acqui-
siuit sub sola obligatione restituendi pecunias filio
iuxtà textum punctualem in l. 1. C. si quis alteri, vel sibi;
Nisi ex coniecturis contrarium desumatur, & sic Do-
minus Ludouicus Antonius filius non habet nisi actio-
nem repetendi pecuniam, & nullum habet interesse in
hoc cambio.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA SALVIANI.

Ven. 23. Febr. 1663.

ARGVMENTVM.

In bonis hæreditarijs viri competit vxori eiusque hæredi-
bus retentio pro credito dotis aduersus creditores pe-
tentes immissionem in vim Saluiani. Hæres benefi-
ciatus tam debitoris, quam creditoris præsumitur per
ima-

immaginariam ſolutionem ſibi ſatisfeciſſe, itá vt fructus abinde citra ex bonis perceptos fecerit ſuos, idque ampliatur etiamſi creditor prius intentaſſet iudicium Saluiani. Prohibita alienatione etiam commoditatis, & fructuum, ſuccedit ſubſtitutus in caſu alienationis non expectata morte alienantis.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier poſt dotis aſſecurationem ob vergentiam viri ad inopiam percipit fructus ad ratam alimentorum, & quod ſupereſt debet reſtituere creditoribus.*

2 *Actor tenetur plenè & concludenter probare ſuam intentionem.*

3 *Probatio non concludit dum adeſt poſſibilitas in contrarium.*

4 *Euictio debetur iuxta valorem rei euictæ.*

5 *Euicta res dicitur, quoties fuit poſſeſſori ablata.*

6 *Immaginaria ſolutio intrat ad fauorem hæredis beneficiati tam debitoris, quam creditoris.*

7 *Hypotheca eſt mater Saluiani, & non cadit in rem propriam.*

8 *Immaginaria ſolutio non habet locum pro creditis, quæ hæres acquirit poſt aditam hæreditatem. Quod tamen declara, num. 9. & 10.*

11 *Hæres grauatus renuncians ad fauorem extranei contra prohibitionē teſtatoris aperit fideicommiſſum ad fauorem aliorum vocatorum non expectata morte ipſius renunciantis.*

Intellige quando prohibita fuit qualibet alienatio, & commoditatis, & fructuum.

12 *Sententia in iudicatum tranſacta obſtat ei contra quem lata fuit, & omnibus ab eo cauſam habentibus.*

DECISIO DCCXXXVIII.

IN deciſione edita coram me 4. Februarij 1661. fuit denegata immiſſio petita à Iacobillo ex remedio vtilis Saluiani interdicti in bonis Martini Coronæ ea ratione, quià reis conuentis vti cauſam habentibus à Maria Pruida vxore dicti Martini, & à Sulpitia nepote cōpetit retentio pro diuerſis creditis anterioribus excedentibus valorem hæreditatis, Hodie verò repropoſita cauſa Actor nō impugnabat āplius omnes partitas in deciſione firmatas, ſed reſtricta difficultate ad quinq; duas nempè vti exceſſiuas reducendo ad minuendum creditum poſſeſſorum, & alias tres calculando ad augendam hæreditatem Martini debitoris prætendebat tot bona remanere, quæ ſufficerent pro ſatisfactione ſui crediti, ſed his non obſtantibus DD. perſtiterunt in deciſis.

Inter credita anteriora firmatur in deciſione competere retentionem pro ſcut. 3350. pro fructibus dotalibus Mariæ Pruidæ vxoris Martini decurſis à die aſſecurationis dotis ob illius vergentiam ad inopiam vſque ad eius obitum ſequutum 23. Aprilis 1623. & hæc eſt prima partita, quę prætenditur reducen-
1 da ſub prætextu, quod fructus præfati non debeantur niſi pro rata alimentorum, quibus perceptis, id quod ſupereſt non ſpectet ad vxorem, ſed ad virum, eiuſque creditores iuxtà *deciſ. 3. num. 2. poſt Merlin. de pignor.*

Verùm placuit reſponſio, quod non iuſtificatur in facto quænam rata exceſſerit quantitatem alimentorum, prout plene, & concludenter Iacobillus probare tenetur, cùm in iſta exceptione ſit actor *l. qui accuſare, C. de eden. l. Actor C. de probat.* Et licet Maria ex bonis
2 viri non exegerit niſi ſcuta 1861. non tamen ex hoc infertur plus non erogaſſe in neceſſariam ſubſtentationem domus, & familiæ, cùm potuerit etiam maio-
3 rem quantitatem impendere; hæc enim ſola poſſibilitas ſufficit ad effectum vt probatio non dicatur concludens *cap. in præſentia de probat. Surd. conſ. 505. num. 6 & in Aſten. coadiutoria 21. Iunij 1652. §. final. & 14. Februarij 1653. §. Probatiu verò coram R. P. D. meo Celſo.*

Altera partita, pro qua petitur reductio eſt ſcutorum 2700. occaſione euictionis paſſæ ſuper domo ad S. Mariam, prætenditur enim non deberi niſi ſcut. 1275 iuxtà quantitatē crediti illorum de Piordijs, pro quo fuit ſequuta euictio.

Sed viſum fuit non eſſe moderandam, quià euictio non ſucceſſit pro dicta rata ſcutorum 1275. ſed integra domus euicta fuit, eiuſq; poſſeſſio auocata, & pro-
4 inde Maria creditrix pro toto pretio venit reintegranda per *Text. in l. euicta re la ſecunda ff. de euict. cum alijs in deciſ. 162. num. 2. & 3. part. 8. recent.* ſatis enim res
5 dicitur euicta quotieſcunque fuit poſſeſſori ablata, *l. ſi ſeruus venditus, §. 1. ff. de euict. Crauett. conſ. 682. n. 6. Surd. deciſ. 22. num. 7. Gregor. deciſ. 88. num. 5. & 6.*

Aliæ verò tres partitæ, quas Iacobillus reducere conatur ad augen. hæreditatem Martini debitoris conſiſtunt. Primo in fructibus perceptis ex vinea extra Portam Latinam, & tertia parte Officij Capitolini; Secundo in fructibus bonorum fideicommiſſi Simonis Coronæ, & tertio in mobilibus, & localibus, vt prætenditur repertis poſt mortem eiuſdem Martini.

Sed reſpectu fructuum vineę, & tertiæ partis Officij
6 Dominis placuerunt reſponſiones aliàs datæ, quod nempè cùm Sulpitia Auctrix poſſidentium fuerit hæres beneficiata tàm Martini debitoris, quàm Marię creditricis præſumitur per immaginariam ſolutionem ſatisfeciſſe, & fructus abinde citra perceptos feciſſe ſuos *ad Text. in l. ſi ei cui, ff. de euict.*

Et licèt Maria Auctrix Sulpitię per iudicium Saluiani ſuper dd. bonis intentatum videatur declaraſſe velle ſatisfieri ex fructibus eorundem. Attamen ex quo iura Saluiani per obitum Mariæ remanſerunt penes Sulpitiam, quæ tanquam hæres Martini erat Domina eorundem bonorum, ſuper quibus Maria fuerat immiſſa;
7 Inde ſequitur, quod cum hypotheca, quæ eſt mater Saluiani, non cadat in rem propriam *l. qui filius, C. quæ res pignor. oblig. poſſ. Rota poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 5. n. 10. cum alijs in deciſione relatis, §. Non obſtat,* Saluianum quoque remanſerit extinctum, vt tradit *Corn. conſ. 198. n. 2. lib. 1. cum alijs plene congeſtis per Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 4. num. 107. & inſpect. 5. cap. vnic. num. 54.* & ſic perneceſſè debet admitti imaginaria ſolutio.

Non obſtat, quod locum non habeat pro creditis,
8 quæ hæres acquirir poſt aditam hæreditatem iuxrà *deciſ. Card. Canal. 307. num. 1. & 2.* Quià id procedie in
9 ſimplici acquiſitione creditorū, quam facit hæres adita iam hæreditate perſoluendo debita hæreditaria pro quorum conſequutione à principalibus creditoribus Saluianum prius intentatum non fuerit, in quibus terminis loquitur præfata *deciſio Cardinalis Canalerij*, ſe-
10 cùs autèm eſt in acquiſitione facta mediante nouo titulo hæreditario de credito pro quo principalis creditor viuens ex remedio Saluiani immiſſionem obtinuerat, vt hic; Tunc enim ad effectum tollendi, & euitandi præfatam iuris repugnantiam, quod in re propria conſiſtat hypotheca, & ſuper proprijs bonis contiuuet Saluianum, ſicut incontinenti ipſum Saluianum ceſſat, & extinguitur; Itá etiàm admitti debèt imaginaria ſatisfactio ad effectum vt ex ipſis bonis, quæ hæres debitoris, & creditoris ex remedio Saluiani retinere non poteſt faciat fructus ſuos perinde ac ſi creditor fuiſſet de tempore aditæ hæreditatis *iuxtà auctoritates ſupra, & in præcedenti deciſione allegatas.*

Fructus verò bonorum fideicommiſſi Simonis qui prætenduntur vigore renunciationis factæ ad fauorem Anaſtaſij Patris Martini per Melchiorrem, & Franci-
11 ſcum propter eorum ingreſſum in Religionem, & nullo mo-

lo modo debentur, quià cùm renunciatio fuerit facta in personam extranei contra expressam voluntatem testatoris, fuit apertum fideicommissum ad fauorem aliorum vocatorum, non expectata morte renunciantium, cùm prohibita fuerit à fideicommittente quęcunq; alienatio, & commoditatis, & fructuum, vt præter allegatos in decisione dictum fuit *in Romana, seu Vrbeuetana successionis 22. Maij 1662. §. Purificationem, & 18. May 1663. coram R.P.D. meo Albergato.*

Aut verò prætenduntur ex eo, quod renunciatio fuerit facta viuente Martino, qui tanquam masculus erat ex tenore testamenti præferendus Sulpitiæ, & videtur
12 obstare sententia contra eundem Martinum lata vsq; de anno 1618. & in iudicatum transacta, quæ sicut obstat Martino *leg. res indicata, ff. de reg. iur. Rot. decis. 65. num. 2. part. 7. recent.* Ità etiàm repellere debet eius creditores ab eodem causam habentes *vulg. l. cum à matre C. de rei vindic.*

Quoverò ad mobilia, & Iocalia admittebant Domini, quod si aliqua remansissent penès Mariam deberent æstimari, & assignari in satisfactionem eius crediti, sed iterum dixerunt illorum existentiam in facto non probari de tempore obitus Martini, minusq; quod tunc peruenissent ad manus Mariæ prout omninò requiritur ad effectum, de quo agitur *ex allegatis in decisione, §. Denique, & seq.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Luna 26. Febr. 1663.

ARGVMENTVM.

Empyhyteusis non dicitur acquisita marito, & vxori, quamuis in stipulatione adsit mentio ipsius vxoris: pręcipuè verò si de tempore stipulationis vxor fuerit absens, cum in contractibus qui sapiunt titulum onerosum, ex sola scientia stipulationis non præsumatur ratificatio, sed expressus consensus requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta primus acquirens titulo oneroso potest ad libitum disponere; & fideicōmisso subijcere rem acquisitam.*
2 *Emphyteusis dicitur acquisita ab eo, qui pretium soluit.*
3 *Maritus acquirens emphyteusim pro se, si ex interuallo nomen vxoris apponat, simulatè hoc fecisse præsumitur.*
4 *Acquisitio à marito eius propria pecunia facta, tam eius nomine, quam etiam nomine vxoris, sapit donationem à iure prohibitam.*
5 *Acquisitio nomine absentis, non tenet ante ratificationem.*
6 *Emphyteusis à marito acquisita pro vxore absente pręsumitur ab illa acceptata ex sola scientia stipulationis.*
7 *Donatarij scientia inducit acceptationem in contractibus mere lucratiuis.*
8 *Secus in onerosis, seu mixtis.*
9 *Notarij stipulatio nullum ius acquirit absenti ante acceptationem in contractibus onerosis, & correspectiuis.*
10 *Absenti ante illius acceptationem non acquiritur dominium, seu possessio ex contractu ad eius fauorem gesto.*
11 *Notarij stipulatio pro absente operatur irreuocabilitatem contractus ex parte donantis, seu promittentis, ad hoc ne possit pænitere, & à contractu recedere ante ratificationem absentis.*
12 *Hæres non potest impugnare confessionem sui auctoris.*
13 *Testibus sibi contrarijs, & de mendacio conuictis nulla est adhibenda fides.*
14 *Confessiones geminatæ contrahentium magis attendunrur, quam testium depositiones.*

DECISIO DCCXXXIX. la prima

Confirmarunt hodie Domini decisionem coram me emanatam die 19. Aprilis 1660. in qua fuit Antonio Fabrino denegata manutentio, & respectiuè immissio in possessionem portionis domus, de qua agitur in vim testamenti materni, eo quod non probatur esse hęreditariam Angeli, sed Alexandri Patris, qui tan-
1 quam primus acquirens titulo oneroso potuit de illa disponere, eamq; vinculo fideicommissi subijcere ad fauorem dicti Antonij filij, ac nepotum ex Francisco altero filio prædefuncto.

Non enim subsistit, quod domus æqualiter acquisita
2 fuerit per Alexandrū, & Angelā coniuges; Nām ex instrumento anu. 1586. constat Alexandrum tantū nulla facta mentione vxoris domum acquisiuisse soluendo pretium Venturę venditori, augendo Canones, eamque notabiliter meliorando, & licèt posteà in instrumento anni 1595. nomen quoque vxoris expressum fuerit;
3 Nihilominùs vel dicendum est nomen vxoris fuisse ex interuallo in dicto instrumento anni 1595. simulatè appositum, cùm acquisitio fiat illi tantum, qui pretium soluit, vt concludit, *Roman. consil. 291. n. 11. circa med.*
4 *cum alijs in decisione allegatis*; Vel in omnem casum huiusmodi stipulatio Alexandri pro Angela sapit donationem prohibitā inter virum, & vxorem tàm attenta dispositione iuris communis quàm *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 135. vt in decisione, §. Nec refert.*

Præcipuè cum domus fuerit per Alexandum acqui-
5 sita absente Angela vxore, nec docetur ipsam huiusmodi acquisitionem eius nomine factam vnquam approbasse, seù ratificasse vt requiritur; Nil refragante, quod
6 ex sola scientia stipulationis præsumatur acceptatio, vt in terminis Mariti acquirentis emphyteusim pro se, & vxore consuluit, *Dec. cons. 58. num. 2.*

Tùm quià id pòsset habere locum in contractu me-
7 rè lucratiuo, & in donatione gratuita, Tùnc enim ex sola scientia donatarij inducitur acceptatio, cùm non præsumatur velle repudiare rem sibi vtilem, *Menoch. cons. 1153. num. 113. Rota decis. 428. num. 12. p. 4. tom. 2.*
8 *recent.* Secùs verò quando (vt in casu nostro) acquisitio habet mixturam oneris attenta obligatione soluendi Canones aliaque adimplendi ad formam inuestituræ, quo casu cùm possit Angelæ donatariæ damnum afferre non inducitur ratificatio, ex simplici scientia, sed necessarius erat explicitus eius consensus, vt in proposito benè declarat *Altogr. cons. 37. num. 11. & 12. lib. 2. & præter adductos in decisione, §. neque dicatur firmauit Rota in Bonon. donationis 27. Iunij 1661. coram R.P.D. meo Beuilaqua, §. non releuat replicatio in fin. & prius in Romana Census coram Bichio penes Merlin. de*
9 *pignor. decis. 35. num. 5.* vbi quod in contractibus correspectiuis, & onerosis nulla lege, aut ratione cauetur, quod Notarius possit absentem obligare absque eius consensu.

Tum etiam quia acceptatio ad effectum acquisitionis dominij, seu possessionis vt in casu nostro, omni-
10 no requiritur, licet secus sit ad effectum irreuocabi-
litatis contractus ex parte donantis seu promittentis,
11 ad hoc ne possit pænitere, & a contractu recedere ante ratificationem absentis iuxta distinctionem, quā sequitur *decisio 683. num. 4. p. 1. diuers. Card. Seraph. decis. 472. num. 3. late Add. ad Greg. decis. 97. num. 8.* vbi quod cum hac distinctione reducuntur ad concordiam *decis. 12. & 262. p. 1. rec.* quę inter se videbantur contrariæ.

Et hodie cessat quęlibet pręsumta acceptatio Angelę nō solum ex ponderatis *in decis. §. quinimmo*, dum ipsa de hac domo, seu eius rata parte nec viuens, nec in testamento disposuit, sed etiam ex propria eiusdem confessione, quod sit hæreditaria mariti emissa tam in confectione inuentarij, cui fuit præsens, quam in monitorio obtento ab A.C. ne molestaretur à credito-

ribus

12 ribus *Summ. Io. Andrea, num. 10.* quam propterea confessionem Antonius hæres impugnare non valet.

Non obstant testes nuper examinati pro parte Antonij deponentes de confessione extraiudiciali Alexādri præsente Angela vxore, quod pars domus ad eam spectabat dicto *Summ. Antonij, num. 2.* Quoniam visum fuit Dominis dictos testes non esse attendendos tanquam sibi contrarios, & de mendacio conuictos, dum 13 aliàs contrarium deposuerunt, nempè domus spectare ad Alexandrum, ac proinde nulla venit eis adhibenda fides *l. 2. & l. qui falsò, ff. de testib.*

Præsertim quià dictis testibus aduersantur geminatæ confessiones tam Antonij, qui in aditione hæreditatis Alexandri patris in inuentario desuper confecto, & in iudicio detractionis legitimę asseruit dictam domum esse hæreditariam approbando relationem periti cum dicta qualitate dicto *Summ. Io. Andrea, n. 6. 7. & 8.* quam etiàm eiusdem Angelæ in confectione in-14 uentarij, & in monitorio prememoratis, quibus confessionibus geminatis, & serio, emissis magis deferendum est, quàm dd. testibus *Gabr. de test. conclus. 4. n. 77. Rota coram Verall. decis. 283. n. 6. par. 3. & coram Greg. decis. 367. num. 3. & ibi Add. num. 7.*

Et ità vtraque parte informante, &c.

LEODIEN. PECVNIARIA:

Lunæ 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Monasterium non tenetur ad restitutionem pecuniarum, quas Abbas mutuo acceperat sinè consensu Monachorum non probata versione in vtilitatem eiusdem Monasterij, nec assertioni Abbatis de versione deponentis standum est.

SVMMARIVM.

1 *Abbas recipiens mutuo pecunias sinè consensu Monachorum non obligat Monasterium ad restitutionem non probata pecuniarum versione.*

2 *Mutui contractus specialiter exigit probationem versionis.*

3 *Creditor agens contra monasterium pro pecunijs abbati mutuo datis tenetur concludenter probare fuisse versas in vtilitatem monasterij.*

4 *Prælati assertioni in prohibitis stari non debet.*

5 *Prælato asserenti mutuum ab ipso receptum versum fuisse in vtilitatem Ecclesiæ non creditur.*

6 *Testibus de auditu deponentibus non est magis deferendum, quam eorum authoribus à quibus audierunt.*

7 *Scriptura simplex, & priuata non probat.*

8 *Pecunias ab Abbate receptas non fuisse versas in vtilitatem Monasterij, præsumitur ex malo ipsius regimine & pessima administratione.*

9 *Prælati probitas, & prudentia qui consueuit Ecclesiæ vtilia peragere facit præsumere pecunias ab ipso receptas versas fuisse in vtilitatem monasterij.*

DECISIO DCCXXXIX. la seconda

SEntentiam rotalem absoluentem monasterium Vallis Scolarium à restitutione florenorum 4500. mutuo receptorum per q. Abbatem Verteam ab authore illorū de Carolis dixerunt Domini esse confirmandam; nam cum Abbas pecunias acceperit absq; consensu, & man-1 dato monachorum non probata pecuniarum versione, non tenetur proinde monasterium ad illius restitutionem, vt expresse disponitur *in cap. Quod quibusdam 4. ibique gloss. verbo vtilitatem de fideiuss. Auth. hoc ius porrectum in fin. C. de Sacros. Eccles. Facchin. controu. iur. lib. 2. cap. 77. sub litera C. Castropal. oper. moral. p. 7. tit. de iust. commutatiu. disput. 4. punct. 5. num. 10. & seqq. cum alijs allegatis in decis. huius causæ 22. Iunij 1657. coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Præsertim in contractu mutui, in quo speciale est 2 vt requiratur probatio versionis *iuxtà doctrin. Innoc. in cap. 1. de deposit. & ibi Abb. num. 9.* vbi quod ratio specialitatis in mutuo, est quia Prælati sunt prompti ad recipiendum mutuum, & fęneratores promptiores ad mutuandum. Vndè si indifferenter Ecclesia teneretur, tunc de facili bona Ecclesiæ alienarentur, & latè hanc sententiam sequuntur *Castropal. vbi supra dict. punct. 5. num. 13. in fine Rota coram Card. Seraph. decis. 366. n. 3. & coram Gregor. decis. 511. num. 12.* concurrente pecu-3 liari statuto huius monasterij expresse prohibente ne prior hodie Abbas vltra summam lib. 20. sine consensu monasterij mutuo pecunias recipiat. Vnde creditor illud plus fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem plene, & concludenter iustificare tenetur, vt ponderat *decisio D. mei Benilaque 5. tantum abest.*

Versio pecuniarum in vtilitatem Monasterij pro rata florenorum 3709. non concluditur ex testibus, & quietantijs alias in Rota exhibitis, & relatis *in hodierno Summ. de Carolis num. 12.* testes enim deponunt de simplici auditu, & quidem ab Abbate, & præceptore *dict. Summ. de Carolis num. 14. & 42.* qui quemadmo-4 dum non potuissent sic confitendo Ecclesiis præiudicare, cum in prohibitis non stetur assertioni Prælati *Bald. in Auth. hoc ius porrectum num. 32. C. de Sacros. Eccles. Angel. cons. 145. num. 8. Rota coram Pen. decis. 555. num. 8. secundum impress. Venet.* & de confessione Præ-5 lati dicentis mutuum conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, quod non præiudicet tradit *Vrsill. ad Afflict. decis. 168. n. 2.* ita nec dictis testibus videtur magis de-6 ferendum, quā eorum Auctoribus, à quibus audierunt *Mantic. decis. 130. n. 4. & in rec. decis. 60. n. 21. p. 4. tom. 3.*

Quoverò ad quietantias pręter quod sunt simplices, 7 & priuatę, scripturæ non recognitæ, & in eis non exprimitur nomen monasterij, causa, nec persona mutuantis adhoc vt sciri possit an ex pecunijs mutuo habitis fuerint satisfacti creditores monasterij, vt respondetur *in d. decis. 6. non subsistit.*

Hodie cessat omnis difficultas nam testes examinati vigore remissoriæ rotalis pro parte d. de Carolis prætendentis probare pecunias mutuo acceptas realiter, & cum effectu creditoribus monasterij contentis in dd. quietantijs fuisse solutas omnes vno ore deponunt nescire *hodierno Summ. Monasterij num. 5. & 6.*

Aliæ vero quietantiæ nouiter compulsatæ, & relatæ *in dicto Summ. de Carolis num. 25. & seqq.* non sunt momenti tanquam continentes solutionem factam ab Adamo Dries Amodiatore monasterij de annis 1626. 1627. & 1628. & sic aliunde quam ex pecunijs longè antea mutuo habitis ab authore de Carolis de mense Decembris 1621. & de mense Ianuarij 1622. quibus quietantijs sigillatim respondetur in responsione facti pro monasterio.

Considerarunt vlterius DD. mutuum fuisse à Vertea contractum nulla vrgente necessitate, quinimò ex testibus remissorialibus constat monasterium possidere facultates pro congrua monachorum substentatione, & subueniendis eiusdem necessitatibus, vt viterius, quod Abbas Lathomus prædecessor Verteæ, qui diù præfuit eius regimini, illud reliquit liberum à debitis, & cum copia omnium ad victum necessariorū, quodq; sequuto eius obitu Æconomia monasterij fuit per Abbatem Verteam peruersas cum omnia per epulas, & potationes consumpserit, qua de causa interdicta administratione bonorum, fuit successiue in Galliam relegatus *Summ. oppositionis monasterij 3. Iulij præteriti num. 2. & 7. & hodierno Summ. num. 1. & seqq.* ex quibus exclusa Ecclesiæ necessitate, & concurrente malo regi-8 mine Abbatis oritur præsumptio pecunias fuisse male consumptas, sicut è contra prudentia, & probitas præla-

prælati, qui consueuit Ecclesias vtilia peragere inducit
9 præsumptionem versionis *Castropal. vbi supra d. puncl. 5 num. 12. vers. 2. sumitur Gratian. discept. Forens. cap. 632. num. 19.*

Nec pro iustificanda existentia æris alieni tempore Abbatis Lorhomi videtur obstare concordia inita de anno 1618. inter d. Lathomum, & Lamberth eius receptorem de soluendo debita, quibus monasterium reperiebatur grauatum vsque ad diem Omnium Sanctorum anni 1619. *d. Summ. de Carolis num. 1.* quia ex alio instrumento concordiæ inito de anno 1629. inter Adamum Dries Amodiatorem bonorum monasterij, ac viduam de Lamberth constat fuisse reddita computa, & quia plus Lamberth exbursauerat, quam receperat, propterea pro satisfactione eius crediti fuerunt dictæ viduæ cessi omnes fructus censuum, siuè redditituum ad monasterium spectan. decursi vsque ad annum 1618. vt ex particula d. concordiæ datæ in calce responsionis facti pro monasterio, ex qua patet eius debita fuisse per Lamberth extincta tempore obitus Abbatis Lathomi prædecessoris Verteæ.

Et re vera æs alienum per Abbatem Verteã contractum non processit ex defectu reddituum, quæ sufficientes erant pro necessitatibus monachorum, sed ex eius mala administratione vt deponunt testes remissoriales tam monasterii, quam vltimo loco examinati pro parte d. de Carolis *d. Summ. positionis num. 6. & hodierno Summario num. 3.* ac proinde cum nulla adfuerit necessitas contrahendi huiusmodi mutuum, minusq; pecuniæ versæ fuerint in vtilitatem monasterij merito pro confirmatione sententiæ totalis responsum fuit.

Et ità vtraque &c.

ROMAMA FDEICOMMISSI DE DIAZ.

Lunæ 30. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Immissio ex remedio *l. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll.* non denegatur constito de fideicommisso, eiusque purificatione ac de bonorum identitate: nec per exceptiones turbidas, ac illiquidas potest retardari.

SVMMARIVM.

1 *Immissio* in vim l. fin. *non denegatur constito de fideicommisso, eius purificatione, ac de bonorum identitate.*

2 *Præsumptio iuris est, quod quis sine filijs decesserit, nisi contrarium probetur.*

3 *Præsumptio iuris est, quod quis sine filijs decesserit si nullus concurrat, qui se filium esse alleget.*

4 *Confessio facta à grauatis vtpotè benè informatis de statu hæreditatis valde concurrit ad probandam bonorum identitatem.*

5 *Identitas in antiquis solis coniecturis, & præsumptionibus probatur.*

6 *Exceptio retentionis turbida, & illiquida immissionem retardare non potest.*

7 *Hypotheca pro bonis distractis à grauato habente scientiam de fideicommisso competit fideicommissario in bonis proprijs alienantis.*

8 *Factum tutoris testamentarij præiudicat patri, qui eum deputauit.*

9 *Res fideicommisso subrogata sortitur naturam bonorum fideicommissariorum non secus ac si fuisset ab ipso fideicommittente relicta.*

10 *Correspectiua talis naturæ sunt, vt vno sublato remoueatur & alterum.*

11 *Exceptio antiquioris fideicommissi impedit immissionem venienti ex fideicommisso posteriori.*

12 *Legitima filijs debetur libera, & absque onere fideicommissi in bonis patris.*

13 *Ius detrahendi legitimam ex bonis patris transit ad omnes hæredes filij etiam extraneos.*

14 *Legitima semel detracta ex bonis parentum amplius peti non potest.*

DECISIO DCCXL.

CVm Hospitale Sancti Iacobi Incurabilium, & litis consortes prætenderent ad eorum fauorem fuisse purificatum fideicommissum ordinatum in testamento Francisci Diaz petebant ex *remd. l. fin.* immitti in possessionem domus nunc possessæ à Puellis S. Philippi: vndè proposito per me dubio, an eisdem sit danda immissio DD. affirmatiuè responderunt prout infra;
1 nam constito de fideicommisso eiusque purificatione. ac de bonorum identitate immissio non denegatur per *Text. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Rot. decis. 330. n. 2 & 3. p. 5. rec. cum vulg.*

Fideicommissum non controuertitur, & clare resultat ex testamento, vbi deficientibus filijs legitimis, & naturalibus testatoris fuit nominatim substitutum Hospitale, cum alijs locis Pijs, & de purificatione dubitari non potest cum in facto bene doceatur de obitu omnium filiorum Francisci, qui sine filijs decessisse censentur tum attenta iuris præsumptione per
2 *Text. in l. ex facto 17. §. si quis autem ff ad trebell. cum allegatis in Romana fideicomm. de Donatis 7. Iunij 1660 §. fideicommissum enim coram me.*

Tum etiam quia nullus concurrit, qui eorum filium
3 se alleget *Bart. in l. & si certus §. si vnus num. 1. ff. ad sillanian. Rota decis. 79. num. 12. p. 5. recent.*

Circa vero identitatem vbi maior difficultas consistit præmittendum est, quod domus, de qua agitur partim prætenditur propria ipsius Francisci tanquam ære proprio constructa, & partim asseritur hæreditaria Didaci Diaz eius patris. Vndè quoad portionem propriam ipsius Francisci identitas probatur non solũ ex confessione Antonij, & Octauij eius filiorum, qui volentes detrahere legitimam tam ex bonis Didaci aui, quam dicti Francisci Patris fassi fuerunt in libello porrecto coram Vrbis Senatore domum cum furno contiguam domi magnæ Didaci esse hæreditariam Francisci, sed etiam ex altera confessione Octauij factę in eius testamento vbi asserendo non posse de illa disponere, enunciauit eius confinia, & declarauit illam esse constructam a Francisco, quæ confessiones fa-
4 ctę à grauatis vtpotè benè informatis de statu hæreditatis valdè concurrunt ad huiusmodi probationem *Merlin. decis. 216. num. 14. cum plenè congestis in Bonon. fideicomm. de Amorinis 18. Maij 1648. §. bona autem vers. concurrit demum coram Reuerendiss. Papien.*

Maxime cum sint adminiculatæ ex sententia Senatoris, vbi pariter domus cum furno contiguo domui Didaci enunciatur propria Francisci, & ab eodem
5 constructa, & eo facilius veniunt admittendæ cum versemur in materia antiqua stante quod Franciscus decessit de anno 1577. quo casu identitas probatur etiam solis coniecturis & præsumptionibus, *vt in Bonon. fideicomm. de Pancaldis 23. Ianuarij §. quod efficacius in fine & 19. Iunij 1643. in fin. coram me.*

Et respectu huius portionis non potest retardari immissio sub prætextu quod Franciscus teneatur reintegrare anterius fideicommissum Didaci patris, & proinde Puellis vigore cessionis sibi ipsis factæ à monialibus S. Marthæ ex hac ratione competat retentio super domo de qua agitur.

Quia aut prætenditur reintegratio ex quo Franciscus non confecerit inuentarium, & habuerit mobilia, gemmas, & pecunias hæreditarias Didaci, & nullo modo competit retentio, nam vltra quod non constat de illarum existentia, minusque de successiua alienatione adhuc contrarium desumitur ex sententia

Sena-

Senatoris in iudicatum transacta, vbi facta discussione omnium bonorum Didaci fuit integraliter concessa huiusmodi detractio filijs Francisci, vel saltem negari
6 non potest, quin talis exceptio remaneat turbida, & illiquida, & sic non apta retardare immissionem *Rota in Placentina bonorum 4. Iunij 1655. §. fin. coram me*.

Aut verò prætenditur ex eo, quod ex bonis fideicommissarijs eiusdem Didaci fuerit indebitè detracta trebellianica, & pariter non iuuat Puellas; nam licet in iure sit vera conclusio, quod pro bonis distractis à
7 grauato habente scientiam de fideicommisso competat fideicommissario hypotheca in bonis propriis alienantis *ad tradit. in Romana Census, seu Saluiani 5. Maij 1655. §. 4. demum & 4. Februarij 1661. §. respectu autem coram me*. Non tamen subsistit in facto, quod detractio trebellianicæ, & successiuè illius alienatio fuerit facta per Franciscum, cum appareat facta per Alphonsum eius fratrem, & per Antonium, ac Octauium filios; vndè quatenus Puellæ prætendant aliquid fuisse indebitè distractum ex bonis fideicõmissarijs Didaci agant contra alienantes, non autem valent ex hoc capite retinere bona propria Francisci.

Et licet replicetur factum Alphonsi præiudicare
8 Francisco, qui illum deputauit Tutorem eius filijs in Testamento, hoc tamen nec minus nocet, quia detractiones in bonis Didaci non fuerunt factę ab eodem Alphonso tanquam Tutore, sed a filijs Francisci contra ipsummet Alphonsum, qui in iudicio fuit semper citatus, & habitus pro contradictore *Summ. num. 2*.

Nec vrgere visum fuit, quod filij Francisci supposuerint domũ controuersam fideicõmisso Didaci aui, eo quia legitimam sibi ipsis debitam in bonis Patris integram receperant in bonis eiusdem aui. Quamuis enim vigore subrogationis domus perinde reputetur ac si fuisset ab ipso Didaco relicta, & naturam bonorũ fideicommissariorum sortiatur *Rota in Romana locorum montium 16. Ianuarij 1662. coram R.P.D. meo Ni-*
9 *nec. §. Validitas* Nihilominus deficit in facto, quod filij Francisci eorum legitimam receperint in bonis Didaci, quinimmo ex calculo dato pro parte Hospitalis constat illam exuberanter habuisse in bonis Patris & per consequens subrogatio tanquam correspectiua ad dictam detractionem nullius remanet efficaciæ,
10 cum sit de natura correspectiuorum vt vno sublato remoueatur & alterum *Rota decis. 677. n. 2. p. 1. diuers. cum relatis in Romana Censuum 22. Iunij 1660. §. non obstat in fine coram me*.

Quouero ad alias portiones domus controuersæ, quæ pertinent ad hæreditatem Didaci Domini censuerunt denegandam esse immissionem attento fideicommisso eiusdem Didaci, cuius iura fuerunt cessa Puellis Reis conuentis à monialibus S. Marthæ, exceptio enim antiquioris fideicommissi impedit immis-
11 sionem venienti ex fideicommisso posteriori, *vt in Romana fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram me*.

Non obstat detractio legitimę ex persona eiusdem
12 Francisci; quæ sibi debetur in bonis Patris libera, & absque onere fideicommissi, quia ex dicta sententia Senatoris hinc inde data *Summ. num. 4.* pateat illam fuisse detractam ad instantiam Octauij, & Antonij filiorum, & hæredum Francisci, ad quos sicuti spectabat ius illam detrahendi, quod transit ad omnes hæredes
13 filij etiam extraneos *Salycet. in l. quoniam in prioribus num. 7. C. de in offic. Testam. Bald. in l. 2. in fin. C. de liber. preter.* ita nulla remanet actio pro illa consequenda,
14 cum semel detracta in bonis parentum amplius peti non possit *Rota post Merlin. de legit. decis. 33. num. 3. & in recent. decis. 328. num. 8. p. 5.*

Nil releuante, quod dicti filij legitimam dissipauerint, quã seruare tenebantur pro fideicommisso a Patre ordinato nam militat eadem responsio superius adducta, quod scilicet agendũ est contra alienantes non autem contra puellas, quæ nullam causam siue immediatam, siue mediatam habent ab Antonio; & Octauio, vel Alphonso, sed solum sunt hæredes Rudicij, qui particularem cessionem reportauit à Reu. Fabrica.

Et ità omissis alijs corporibus ab Hospitale petitis, quæ a puellis non possidentur decisum fuit vtraque parte informante &c.

ROMANA CENSVS.

Lunę 7. Maij 1663.

ARGVMEMTVM.

Per constitutionem census factam super re ad ecclesiam spectante non dicitur Rector excessisse fines licentię à Pontifice obtentæ pro facienda assignatione pensionum eiusdem rei personis daturis pecunias ad fructum pro illius restauratione, absque eo quod Pontifex certam contractus formam præscripserit, per constitutionem enim census non transfertur dominium rei censitæ, sed venditur tantummodo ius exigendi pensiones in certa quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis de iure paratam habet executionem.*

2 *Census impositio non transfert dominium rei censitæ sed per ipsam tantumodo venditur ius exigendi certam, & determinatam pensionem.*

3 *Census de sui natura est contractus perpetuus ex parte tamen solius creditoris, qui non potest sortem principalem repetere, non autem ex parte debitoris.*

4 *Obligatio adiecta persona nominatim expressa eam non egreditur.*

5 *Emptor non debet esse solicitus de onere alteri iniuncto.*

6 *Census non remanet nullus, eo quod intra terminum sibi prafixum à venditare non fuerit extinctus.*

DECISIO DCCXLI.

IAcobus Bellolius olim Rector Ecclesiæ Parochialis S. Blasij de Fouea obtenta prius licentia a San. Mem. Vrbano VIII. assignandi pensiones vnius domus spectantis ad Ecclesiam personis daturis pecunias pro illius restauratione vsque ad summam scutorum 879. ad rationem quinque pro centenario imposuit annuum censum de anno 1641. ad fauorem Petri Boncompagni, quo Iacobo defuncto dictam Parochialem obtinuit Lauinus, & post obitum Lauini successit Augustinus Albertinus, qui cum nomine proprio reportasset cessionem præfati census translatiue a Boncompagnis; illius hæredes egerunt contra modernum Rectorem, & mandatum pro fructibus obtinuerunt à R.P.D. Falconerio Locũtenente Eminentiss. D. Cardinalis Vicarij, quod hodie Rota respondit esse exequendum,

Etenim illius validitas non controuertitur, iustitia vero resultat ex ipso met instrumento census obli-
1 gatione Camerali munito, quæ de iure paratam habet exequutionem *Angel. in l. 5. condemnatum num. 4. ff. de re iudic.*

Non obstat nullitas census desumpta ex eo quod licentia Pontificis loquatur solum de assignatione pensionum, ideoque non potuerit Bellolius excedendo suam facultatem censum imponere super domo.

Quia cum assignatio Pensionum fuerit permissa in contractu fructifero, vt sunt clara verba licentiæ ibi: *daturis ad rationem scutorum quinque parium pro centenaria*, nec fuerit per Pontificem pręscripta certa, ac determinata forma contractus, vtique Bellolius constituendo censum non excessit fines licentiæ cum per

census impositionem vendatur solum ius exigendi cer-
ram quantitatem pensionum, non autem transferatur
2 dominium domus censitæ vt in specie dictum fuit co-
ram *Card. Millin. decis. 339. n. 2. Gregor. decis. 388. n. 7.*
Card. Seraph. decis. 794. num. 7. Cenc. quæst. 20. num. 14.
Rota post eundem. decis. 47. num. 4.

Nec turbat hypotheca, quia vltra quod venit ac-
cessoriæ super certo fundo adhuc etiam quoad hoc eli-
citur verisimilis mens Pontificis, qui dum apposuit
Bellolius onus reintegrandi Ecclesiam in suis iuribus
necessario dicendum est dedisse facultatem obligandi
ipsam domum, cum alias pro sola assignatione pen-
sionum, quæ ad ipsum Rectorem spectabant, nulla-
tenus teneretur ad restitutionem:

Sicut etiam non obstat onus appositum reintegrandi
Ecclesiam intra duodecim annos, quia aut ex hac
temporis limitatione arguitur fuisse prohibitum con-
3 tractum census, qui de sui natura est perpetuus, &
corruit obiectum aduertendo quod perpetuitas census
non est ex parte debitoris, sed solum respicit credi-
torem qui non potest sortem personalem repetere,
& proinde intra dictum tempus duodecim annorum
benè poterat Ecclesia à censu liberari, vt distinguendo
tradit *Cenc. vbi supra quæst. 103. in princ. & post eundem*
decis. 271 num. 2.

Aut verò prætenditur contractum non potuisse ex-
cedere tempus præfixum, & placuit responsio, quod
talis restrictio temporis non fuit apposita in odium
emptoris census, cui sufficit pecunias realiter, & cum
effectu versas fuisse in causam destinatam à Summo
Pontifice, sed quidem fuit directa eidem Bellolio ibi:
vt dictus Iacobus intra 12. annorum &c. reintegrare
4 *omnino debeat &c.* quę tanquam personalissima non
egreditur personam literaliter expressam, vel saltem
non præiudicat emptori, qui non debebat esse solli-
5 citus de onere alteri iniuncto, vt in simili dictum fuit
in Romana Salniani 20. Aprilis 1640. coram Card. Pan-
zirolo §. quod verò multiplicum, & 15. Iunij 1650. mi-
nus obstat coram Dunozetto, & census non remanet nul-
6 lus, licet intra dictum tempus non fuerit sequuta ex-
tinctio, *vt in d. Romana Salniani 20. Aprilis §. Nec po-*
test dici. Et ità &c.

FARFEN. DECIMARVM.

Ven. 11. Maij 1663.

ARGVMETVM.

Manutentio non competit possessione non probata; hæc
autem per lapsum decennij censetur amissa etiam in
præiudicium Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur si de possessione non constet.*
2 *Testes in dicto, & in personis exceptiones patientes non benè probant.*
3 *Possessio per decennium censetur amissa.*
4 *Manutentio non amplius competit lapso decennio intra quod de possessione non doceatur.*
5 *Manutentio ratione ciuilis possessionis etiam Ecclesiæ denegatur post patientiam decennalem.*
6 *Quasi possessio super rebus incorporalibus ad hoc vt acquiratur necessaria est scientia, & patientia dominorum.*
7 *Coloni scientia non sufficit ad tribuendam quasi possessionem in domini præiudicium.*

DECISIO DCCXLII.

AD instantiam Rectoris Ecclesiæ S. Mariæ in Serrano
S. Stephani, & vnitorum in Territorio Montopolis
proposui dubium, an eidem sit danda manutentio in
quasi possessione exigendi decimas super bonis de Sta-
1 cis, & Oliuarijs de quibus agitur, & negatiuè fuit re-
solutum, quià non constat de possessione, sine qua ma-
nutentio non conceditur *vulg. §. retinendæ instit. de*
interd.

Testes enim relati *in Summ. eiusdem Rectoris à num. 2*
vsque ad septimum deponentes decimas fuisse exactas
in bonis controuersis vltra plures exceptiones, quas
2 patiuntur in dicto, & in personis, nihil concludunt ad
effectum, de quo agitur. Siquidem respectu exactio-
nis factæ per Cardinales Virilem, & Ceuam Rectores
antecessores licet deponant exegisse vsque ad annum
1635. attamen hoc non potest suffragari Gentili mo-
3 derno Rectori post lapsum tanti temporis, cum pos-
sessio per decennium censeatur amissa, *vt tradit Bart.*
in l. sed possidetis 16. num. 8. in fine C. de probat. & eo
4 elapso non competit amplius remedium manutentio-
nis *Posth. de manut. obseru. 58. num. 3. Rota post eundem*
decis. 327. num. 9. in Bononien. Parochialis 24. Apri-
lis 1651. sub §. ponderatum fuit, & in Comen. funeralium
7. Iunij eiusdem anni § neque fuit habita coram Reueren-
diss. Papien. vbi quod patientia decennalis præiudicat
5 etiam Ecclesiæ, itaut eidem non competat manutentio
ratione ciuilis possessionis, & allegatur *decis. in Colum-*
brien. præstimonij apud Posth vbi sup. decis. 327. n. 9 & 20

Quatenus vero deponunt de exactionibus factis à
Gentile, nec pariter probant possessionem manuteni-
bilem, quia ex eorum depositionibus datis *in Summ.*
Oliuarij num. 1. & 2. patet decimas fuisse exactas absen-
tibus dominis prædiorum, nec vllibi apparet de illo-
6 rum scientia, & patientia, prout in incorporalibus om-
nino requiritur ad effectum acquirendi quasi possessio-
nem *per Text. in l. quoties §. fin. ff. de seruit. Bart. in l. 1.*
§. hoc interdicto num. 10. ff. de itiner. actuq. priuat. Bald. in
in l. 2. C. de seruit. & aqu. Rot. coc. Card. Seraph. decis. 436
num. 3. & 4.

Nihil releuante, quod solutio prætendatur facta per
7 conductores siuè colonos, quia non sufficit illorum
scientia pro tribuenda quasi possessione in præiudi-
cium dominorum *iuxtà text. expressum in l. per colonum*
17. C. de agricol. & censit lib. 11. Ruin. cons. 163. num. 6.
& 7. lib. 5. cũ alijs per Posth. de manut. obser. 35. num. 84.

Atque ità ex prædictis denegarunt Domini manu-
tentionem Rectori reijciendo ad petitorium cætera,
quæ longa serie deducebantur, cum non sint discu-
tienda in hoc iudicio Summarissimo manutentionis
vtraque parte informante.

FVLGINATEN. DOMVS.

Ven. 18. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in iudicio manutentionis non citato do-
mino, & possessore est nulla, & ideo nunquam transit
in iudicatum. Tempus ad appellandum incipit cur-
rere à die scientiæ, vbi quis non fuit personaliter ci-
tatus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in possessorio iudicio lata absque citatione domini, & possessoris à vitio nullitatis saluari non potest.*
2 *Sententia nulla non potest in iudicatum transire.*
3 *Possessor bannitus an debeat citari & num 6.*
4 *Bannitus ad gratiam Principis restitutus repositus est in eo statu, quo erat ante condemnationem.*
5 *Fatalia non incipiunt currere à die sententię, sed solum à die habita eius notitia, vbi quis non fuit per citationem personaliter apprehensus.*
6 *Possessor bannitus, si per bannum non fuerit possessione priuatus, citari debet in iudicio manutentionis.*
7 *Fiscus citandus est in possessorio iudicio si possessor fuerit per bannum possessione priuatus.*
8 *Citatio eius necessaria est in possessorio iudicio, de cuius interesse principaliter agitur.*
9 *Vsufructuarius in iudicio manutentionis venit citandus*

DECISIO DCCXLIII.

PRætenuente Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Fulginei ob finem generationis fuisse deuolutam domum, de qua agitur alias in emphyteusim concessam Gregorio, & Scipioni de Vulpellonis obtinuit in partibus de anno 1653. sententiam super manutentione, seu reintegratione ad possessionem domus aduersus fratres de Cataneis illius possessores, qui deinde causam appellationis committi obtinuerunt in Rota; Quià verò per quinquennium nihil fuit actum in causa, minusque fuerunt transportata acta prioris instantiæ ad moderationem inhibitionis prauia termini præfixione deuentum fuit, Vnde adita Signatura pro parte illorum de Cataneis, & commissa denuò causa in Rota, vt constito de re iudicata exequatur, dedi dubium ad formam commissionis, & resolutum fuit non constare de re iudicata.

Cum enim domus controuersa possideretur pro indiuiso ab omnibus fratribus de Cataneis, & signanter à Hieronymo, cui posteà in instrumento diuisionis anni 1658. in totum assignata fuit cum clausulis transla-
1 tiuis dominij, & possessionis *Summ. num. 1.* & idem Hieronymus de anno 1659. illam locauit *Summ. n. 2.* vtique sententia lata absque citatione eiusdem Hieronymi à vitio nullitatis saluari non potest *cap. Pastoralis, §. Cæterum de re iud. l. defensionis vbi Bart. num. 2.*
2 *Cod. de iur. Fisc. lib. 10.* & tanquam nulla transire non potuit in iudicatum, *leg. si expressum, vbi Doctor ff. de appell.*

Huiusmodi verò defectus cessare non potest ex eo,
3 quod Hieronymus vti bannitus non debuisset citari quià cùm de tempore moderationis inhibitionis sequutæ de anno 1660. iam fuisset reintegratus, & ad gratiam Principis restitutus, & ob id esset repositus in eo statu, quo erat ante condemnationem ex allegatis
4 *in Perusina pensionis 29. Ianuarij præteriti in fine coram me*, in hac moderatione saltèm debebat citari, itaut habita notitia sententiæ potuisset contra eum currere tempus ad appellandum, & appellationem prosequendam. Alias enim nullo modo dici potest verus contumax ad effectum incurrendi rem iudicatam, cùm fa-
5 talia nunquam currant à die sententiæ, sed solum à tempore habitæ notitiæ, vbi quis non fuit per citationem personaliter apprehensus *Gloss. in capit. Concertationi verb. sciverit de appell. in 6. Scacc. de appell. lib. 3. cap 2. quæst. 12. num. 7. & 13. Eminentissimus D. Card. Ottobon. decis. 155. n. 11. & in Romana Locorum montium 12. Decembris 1659. §. Secus autem coram R. P. D. meo Albergato.*

Præterea animaduersum fuit, quod cum dominia rerum non possint stare in suspenso, aut citari debebat
6 Hieronymus quatenus per bannum non fuisset domus possessione priuatus, aut in omnem casum debebat ci-
7 tari Fiscus, quià pro validitate iudicij omninò est ne-
8 cessaria citatio possessoris, de cuius interesse principaliter agitur *Angel. in leg de vnoquoq; 47. in fin. ff. de re iud cap. licet Episcopus de præbend. in 6. Cardin. Caual. decis. 328. numer. 2. cum alijs adductis in Reatina Castrorum 9. Iunij 1659. §. Nec subsistit coram R. P. D. meo Priolo.*

Non obstat quod de mense Aprilis 1660. Hieronymus donauerit domum controuersam Alexandro fratri intuitu certi matrimonij; Vnde infertur de tempore moderationis inhibitionis ipsum non fuisse amplius Dominum, & possessorem. Obiectum enim remouetur ex lectura eiusdem donationis, vbi patet Hieronymum sibi reseruasse vsumfructum, ac totam portionem de nouo constructam dicto *Summ. n. 4.* Ideoq;
9 non potuit respectu vsusfructus, & portionis sibi reseruatæ absque citatione priuari ex iuribus superius allegatis, & tradit *Felin. in cap. dilectus il secundo, num. 1. vers. Fallit secundo de rescript. add. ad Baratt. decis. 71. numer. 6.*

Et ità vtraque, &c.

LVCEN. IVRISDICTIONIS.

Luna 28. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Concordia inita inter Episcopum, & Abbatem super iurisdictione, quæ per anteà spectabat plenariè ad Abbates prædecessores debet strictè interpretari fauore eiusdem Abbatis, cui censetur præseruatum totum id quod ibidem Episcopo non fuit expressè attributum.

SVMMARIVM.

1 *Concordia super iurisdictione inter Episcopum, & Abbatem confirmata authoritate Apostolica ligat etiam successores.*
2 *Ecclesia Regularis curata subijcitur Episcopo vigore* Concil. Trident. sess. 25 cap. 11. de Regular.
3 *Episcopus non potest visitare Ecclesiam Regularem quamuis parochialem, & curatam, vbi adest concordia per quam plenaria iurisdictio respectu talis Ecclesiæ reseruatur Abbati.*
4 *Iurisdictionis ordinariæ appellatione venit quoque voluntaria iurisdictio.*
5 *Reseruatio vnius actus pro Episcopo arguit iurisdictionem in cæteris fauore Abbatis.*
6 *Abbati censetur præseruatum, id quod expressè non fuit Episcopo attributum.*
7 *Scriptura extracta ex Archiuio particulari non probat.*
8 *Scriptura extracta ex Archiuio diligenter custodito prauia Iudicis decreto, & parte nihil opponente benè probant siuè Archiuium sit publicum siuè priuatum.*
9 *Enunciatiua non admittuntur vbi præcipuè dubitatur de veritate enunciati.*
10 *Iurisdictionis exercitium denotat separationem territorij.*
11 *Processiones indicendi ius spectat ad Episcopum.*
12 *Abbas vbi habet ordinariam iurisdictionem potest indicere processiones, & venit nomine Episcopi, & venit sub nomine Ordinarij.*
13 *Iurisdictionis cumulatio inter Episcopum & Abbatem operatur quod vtrique competat illius exercitium.*
14 *Abbatibus prohibetur vsus Pontificalium in aliena ecclesia licèt exempta, & quamuis fuerint inuitati. Amplia etiam de Abbatibus habentibus territorium separatum, & iura episcopalia.*
15 *Rota solet reuerenter suscipere decreta S. Rituum Congregationis.*

DECISIO DCCXLIV.

QVatuor articuli fuerunt in hac causa resoluti ad fauorem Abbatis S. Vincentij de Monsort Ordinis S. Benedicti sub die 26. Iunij 1662. coram me. Hodie verò repropositа causa placuit reformare decisionem illam confirmando quoad primũ & quartum tantum, quoueró ad secundum, & tertium Domini recesserunt à decisis.

Quod enim attinet ad primum articulum concernen. priuatiuam iurisdictionem Abbatis in ecclesia monasterij S. Vincentij resolutio fundatur in concordia anni 1604. Ibi namq; Episc. Lucensis, & Abbas contrahentes primo loco conuenerunt, quod iurisdictio ordinaria Oppidi de Monsort administretur cumulatiuè inter ipsos in omnibus ecclesijs dicti Oppidi, quo verò ad ecclesias vnitas monasterio Abbas habeat priuatiuam, & Episcopus solummodo visitationem personalem, & posteà loquendo de Monasterio S. Vincentij voluerunt, quod remaneat liberum, & exemptũ

à vi-

a visitatione in totum; Vndè manifestè colligitur ip-
sos contrahentes voluisse quidem eximere à iurisdi-
ctione Episcopi ecclesias vnitas, sed multò fortius mo-
nasterium cum ecclesia Abbatiali non solùm ex maio-
ritate rationis, cùm illa respectu vnitarum sit caput,
sed etiàm quià vlterius liberarunt monasterium etiàm
à visitatione, in qua potissimè consistit iurisdictio Epi-
scopi in ecclesiis exemptis, vt aduertit decisio §. *Idque*
1 *colligitur*, quę concordia cùm sit authoritate Aposto-
lica confirmata ligat quoque successores *cap. veniens,*
8. ibique gloss. in verb. confirmatam, vbi communiter Ca-
nonistę de transact. Rota decis. 159. num. 5. part. 1. & de-
cis. 256 num. 7. part. 8. recent.

Parum obstante, quod ecclesia S. Vincentii tanquam
2 parochialis, & curata sit subiecta Episcopo vti Sedis
Apostolicæ delegato ex decreto *Sacr. Concil. Trident.*
sess. 25. cap. 11. de Regul. Nàm dispositio Concilii lo-
3 cum non habet in proposito casu, quo vigore concor-
diæ iurisdictio plenaria in ecclesia proprii monasterii
residet penès Abbatem, vt in simili contra Episcopum
Lucen. alias respondit, *Rota coram Card. Mantic. de-*
cis. 362 per tot.

Quæ quidem concordia non restringitur ad solam
iurisdictioné contentiosam, vt contendunt informan-
tes pro Episcopo, sed indistinctè complectitur etiam
4 voluntariam, vt desumitur tàm ex secundo capitulo
loquente de iurisdictione ordinaria, cuius appellatione
venit quoque voluntaria iurisdictio, vt firmauit, *Rota*
coram Buratt. decis. 504. num. 8. quam etiam ex subse-
quentibus capitulis, in quibus seruatur Abbati facul-
tas visitandi in ecclesia Abbatiali decernendi censuras
pro rebus deperditis, approbandi Vicarios Regulares
nec non tribuitur eidem priuatiua iurisdictio in eccle-
5 siis vnitis excepta visitatione personali reseruata Epi-
scopo, quę reseruatio, solius visitationis firmat in om-
nibus aliis actibus iurisdictionem ad fauorem Abbatis
iuxt. theor. Bart. in l. quæsitum, §. Deniq. ff. de fund. instruct.
iuncta præsertim obseruantia comprobata per testes, &
scripturas relatas in *Summ. Abbatis, num. 7.*

Idque facilius attento Concilio Ouetensi celebrato
de anno 829. ex quo patet plenariam iurisdictionem
ante transactionem spectasse ad Abbates Prædecesso-
res, quod etiàm adminiculatur ex donatione Alphonsi
Regis Hispaniarum confirmata ab Innocentio Tertio.
Quapropter intrat conclusio in decisione firmata,
quod concordia debet strictè interpretari ad fauorem
6 Abbatis, cui censetur præseruatum totum id; quod ex-
presè ibidem non fuit Episcopo attributum *Rota*
coram Buratt. decis. 321. num. 5. cum alijs allegatis in
decisione, §. Quod fortius in fine.

Non obstant quędam notæ plurium Authorum su-
per dicto Concilio Oueten. ab Episcopo exhibitæ in
quibus nulla fit mentio de Abbate S. Vincentii, nec de
aliqua concessione eidem facta, vel eius monasterio;
nàm vltra quod altera pars prætendit illas non esse
integras, attamen ex eis non probatur negatiua, præ-
sertim concurrentibus scripturis authenticis in con-
7 trarium, quæ licèt fuerint extractæ ex particulari Ar-
chiuio monasterii, & regulariter non probent, nihilo-
8 miniùs cùm appareant antiquæ, & legales sintque sub-
scriptæ manu Regis, ac plurium Episcoporum extra-
ctio verò facta fuerit ex dicto Archiuio diligenter cu-
stodito vt potè tribus clauibus clauso præuio Iudicis
decreto, & parte nihil opponente bene probant siuè
Archiuium sit publicum, siuè priuatum *Rot. decis. 192.*
num. 17. & decis. 256. num. 9. & seqq. part. 7. recent. cum
alijs plenè deductis in Calaguritana decimarum de Ocoñ
7. Iunij 1658. coram R. P. D. meo Celso, §. Nec quid-
quam facit.

Nec releuant enunciatiuæ, quod monasterium sit de
9 Diœcesi Lucen. quia cùm illæ regulariter non admit-
tantur vbi præcipuè dubitatur de veritate enunciati
iuxtà doctr. Butr. in cap. illud num. 3. versic. Nota quarto
de præsum. Rota decis. 165. num. 1. & 2. part. 4. diuers.
nullo modo hic suffragantur propter exercitium iuris-
10 dictionis superius firmatum, quod potius denotat se-
parationem Territorii *Card. Seraph. decis. 1278. num. 4.*
decis. 203. num. 13. part. 7. recent. & in Montis Cassinen.
iurisdictionis 27. Martij 1651. coram bo. me. Biebio.

Quoad verò ad quartum articulum an Abbas possit
indicere processiones generales in dicto Oppido, vel
11 potius hoc spectet priuatiuè ad Episcopum Domini
in hoc pariter confirmarunt resolutionem; Quià licet
ratione ordinariæ iurisdictionis ius indicendi præces-
siones spectet ad Episcopum, adhuc tamen non prohi-
12 betur Abbas, qui dùm habet ordinariam iurisdictio-
nem ipso venit quoque sub nomine ordinarij, *gloss. in*
cap. ordinarijs verbo locorum de offic. ordin. in 6. Rota
decis. 798. n. 3. part. 4. diuers. & plures congerit, Modern.
Tambur. de iur. Abbat. disput. 1. quæst. 4. num. 3. lib. 1.

Nec facit, quod Abbas S. Vincentij in ecclesijs Op-
13 pidi de Monfort habeat iurisdictionem cumulatiuã
cum Episcopo non autem priuatiuam; Nàm cumula-
tio nihil adimit de iurisdictione, sed tantùm operatur,
quod vtrique competat exercitium illius *Dec. cons. 3.*
num. 3. Surd. cons. 56. num. 20. Menoch. de præsumpt. lib. 2.
præsumpt. 18. num. 36. in fine cum seq.

In alijs duobus articulis scilicet secundo, an Abbas
possit exercere Pontificalia extra ecclesiam sui con-
uentus, & ab illa exire cum mitra, & baculo in proces-
sionibus publicis, quę solent fieri per vias dicti Oppi-
di, & suorum terminorum, vel potius hoc spectet pri-
uatiuè ad Episcopum, & tertio an Abbas possit exerce-
re Pontificalia in ecclesijs aliorum Conuentuum, qui
non sint sui ordinis licet habeant licentiam eorum su-
perioris absque licentia Episcopi, & dictus Abbas pos-
sit concedere tales licentias alijs Episcopis, & Abbati-
bus, vel potius hoc spectet priuatiuè ad Episcopum
Domini recesserunt à decisis attento decreto *S. Con-*
gregationis Rituum emanata 27. Septembris 1659. vbi
14 §. 10. apertè prohibetur Abbatibus vsus Pontificalium
in aliena ecclesia licèt exempta quamuis ad ipsam fue-
rint inuitati, quod loquitur non solùm de Abbatibus
exemptis, sed etiàm de habentibus Territorium sepa-
ratum, & iura Epicopalia, vt patet in fine eiusdem de-
creti, ibi: *Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Præ-*
latis proprium habere possint Territorium, iuraque Epi-
scopalia, nullisque subdantur Episcopis, qui eos coercere,
si excesserint, valeant, eo casu à Sedis Apostolicæ Nun-
tys, &c. ad huiusmodi decretorum obseruationem præ-
dicti omninò cogantur; Hæc enim verba sunt satis cla-
15 ra, nullamque recipiunt interpretationem, & Rota
huiusmodi decreta semper solet reuerenter suscipere.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

TRICASTRINEN: BONORVM.

Lunæ 4. Iunij 1663:

ARGVMENTVM.

Bona omnia præsumuntur allodialia, & libera, ab hac ta-
men pręsumptione receditur si in contrarium vrgeant
coniecturæ; Coniectura autem quod Villa sit feudalis
non arguit feudalitatem singulorum bonorum in eius
territorio existentium.

SVMMARIVM.

1 *Bona censentur allodialia, & libera secundum primæuũ*
naturæ statum, non autem feudalia.
2 *Coniecturæ feudalitatem importantes faciunt cessare*
pręsumptionem libertatis bonorum.
3 *Bona singulorum non censentur feudalia, etiamsi intra*

feudi limites contineãtur, nisi id cõcludenter probetur.

4 *Feudatarius præsumitur habere fundatam intentionem in toto feudo vbi agitur de eius iurisdictione, non autem vbi agitur de proprietate, & dominio singularum bonorum intra feudi limites existentium, quæ præsumuntur esse in dominio particularium possidentium.*

5 *Declara nisi constet de contrario.*

DECISIO DCCXLV.

Collegium S. Nicolai Auenionen. habens iurisdictionem in Villa Abolenæ prætendebatur habere quoque directum, & vniuersale dominium super omnibus bonis ibi existen. Vnde super hoc introducto Iudicio coram D. V. Legato plures termini fuerunt Collegio præfixi ad docendum de suis iuribus, sed cum nihil probasset, Iudex decreuit, quod ex actibus tàm iudicialibus, quàm extraiudicialibus factis, & in posterum facien. tenden. ad qualificandum Collegium in dominium eorundem bonorum nullum præiudicium inferretur Communitati. Hinc causa per appellationem deuoluta ad curiam eum Sacra Congregatio de Propaganda fide contenderet ad se spectare illius cognitionem priuatiuè quoad alios cum ageretur de Collegio suæ iurisdictioni subiecto san. mem. Innocentius X. in Signatura Gratiæ rescripsit: *Congregatio deputet Rotam quoad omnia.* Quapropter vigore huius rescripti deputatus, dubitaui an & de cuius bono iure constet, & fuit resolutum constare de bono iure Cõmunitatis.

Militat enim ad eius fauorem valida iuris præsum-
1 ptio, iuxtà quam bona censentur allodialia, & libera secundum primæuum statum naturæ non autem feudalia, & sic in seruitute constituta cùm à principio quælibet seruitus fuisset ignota *Text. in cap. 1. §. Inter filium vers. Defuncto vbi gloss. verb. danda, & Bald. n. 2. si de feud. defunct. content. sit inter Domin. & Agnat. Roland. à Vall. cons. 82. num. 2. lib. 2. Rota coram Duran. decis. 28. n. 13. & seqq. in rec. decis. 93. n. 29. & 31. p. 5.*

Et licet ab hac iuris præsumptione soleat recedi quotiescunque concurrunt efficaces coniecturæ, ex qui-
2 bus valeat inferri ad feudalitatem de quibus latè agitur in *decis. 655. num. 9. & seq. coram Merlin. bon. mem.* nullæ tamen afferuntur in proposito casu.

Nec sufficit prætensio, quod Villa sit feudalis, quià
3 non inde sequitur talia esse præsumenda bona in illius Territorio existentia, nisi à Collegio id plenè, & concludenter probetur *Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 15 num. 42. & seqq. clar. in §. Feudum quæst. 18. num. 1. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 20. numer. 26. Afflict. decis. 267. num. 5. Buratt. decis. 426. num. 5. vbi Add. & in recent. decis. 164. num. 33. & seqq. part. 6.* Hoc enim pos-
4 set habere locum si ageretur de iurisdictione propria, pro qua præsumitur Collegium habere fundatam intentionem in toto feudo, non autem vbi agitur de proprietate, & dominio singulorum bonorum intra fines feudi existen. quæ præsumuntur esse in dominio particularium possidentium, & Communitatis, nisi cõ-
5 stet de contrario vt benè distinguit *Peregrin. cons. 16. num. 4. lib. 1. Surd. cons. 151. num. 84. cum alijs allegatis in Romana Castri Orciani 18. Maij 1662. §. fin. corã R. P. D. meo Albergato.*

Et ità resolutum fuit per contradictas, &c.

CRACOVIEN. DECIMARVM:

Veneris 8. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Admissio articulorum in curia numquam denegatur data releuantia materię articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Articuli semper veniunt admittendi data releuantia materiæ articulatæ.*

2 *Articuli dicuntur releuantes in materia* l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun. *si eiusdem legis requisita concernant.*

3 *Angustia conuentus, aliena domus contiguitas, & alterius domus magis apta oblatio sunt tria requisita per* l. siquis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun.

4 *Dispositio* leg. siquis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun. *habet locum etiam pro ampliatione monasterij.*

5 *Illatio de vno ad alterum ex diuersis non fit.*

DECISIO DCCXLVI.

Ad instantiam RR. PP. Societatis Iesu Ciuitatis Cracouiæ fuit in partibus introductum iudicium contra Mansionarios ecclesiæ parochialis B. Mariæ eiusdẽ Ciuitatis ad effectum cogendi eosdem Mansionarios ad vendendam quandam domum in vim *leg. siquis sepulchrum, ff. de relig. & sump. funer.* At causa ad Rotam deuoluta exhibitis ab eisdem PP. pluribus articulis ad effectum iustificandi angustiam, & incommoditates domus professæ, & necessitatem emendi domum de qua agitur, eidem domui professæ contiguam, hodie dubitaui, an articuli essent admittendi, & affirmatiuè responsum fuit.

Siquidem hodie non quæritur an Mansionarij teneantur vendere domum controuersam; Nam id erit discutiendum factis probationibus, sed tantummodo
1 de simplici admissione articulorum in curia, quæ data releuantia materiæ articulatæ nunquam denegatur, *Rota coram Verall. decis. 416. n. 7. & seqq. part. 5. recent.*

Releuantia videtur resultare ex quo primo loco ar-
2 ticulatur necessitas emendi, eo quia ambitus, & circuitus domus Professæ non erat capax omnium, & singulorum membrorum, & officinarum, quę sunt necessaria
3 pro constituenda integra domo claustrali; Secundo vnio, & connexio domus professæ cum domo, de qua agitur non contingua; Imò disiuncta, & separata à domibus Mansionariorum, prout tertio loco articulatur, attenta præcipuè oblatione alterius domus magis aptæ, & accommodatæ pro illorum seruitio, vtique videntur concurrere omnia tria requisita per *Text. in*
4 *d. l. si quis sepulchrum*, quem habere locum etiam pro ampliatione, & extensione Monasterij, seu Domus Religiosorum tradit, *Surd. cons. 62. num. 8. Thesaur. quæst. forens. 64 num. 6. lib. 1. & dixit Rota in rec. decis. 372. n. 1 & decis. 676. p. 1 decis. 213. n. 2. par. 2. & in Neapolitana Laudemij 27. Febr. 1640. §. nec visum fuit coram me.*

Hinc non obstat, quod in concessione ecclesiæ Sanctæ Barbaræ facta PP. Societatis legatur pactum, *ne vnquam in ecclesiam vicinam B. Mariæ, eiusque iura, & officia se ingerat, sed eam eis, ad quos pertinet curandam, & administrandam relinquit.*

Vltra quod enim huiusmodi pactum, & vetera alia deducta ab informantibus concernentia merita causæ non sunt præsentis inspectionis; Attamen ex remedio hodie à PP. intentato non tangitur cura, neque lædantur iura ecclesiæ parochialis contra formam pacti
5 prædicti, quod cùm respiciat administrationem ecclesię nihil commune habet, cùm domus emptione, quæ sunt valdè inter se diuersa, & ideò de vno ad aliud non potest fieri illatio ex vulgatis.

Ee ità vtraque, &c.

ROMANA PRÆPOSITVRÆ S. MARIÆ MAIORIS.

Merc. 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Beneficium præsumitur simplex, & personalem residentiam non requirens, quare ipsius incompatibilitas deduci non potest ex oneribus beneficiato iniunctis temporalem tantummodo residentiam importantibus, vel quæ per alios in beneficiati defectum impleri possent; sola enim residentia continua beneficiorum incompatibilitatem inducit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium pręsumitur simplex ex generali consuetudine personalem residentiam non requirens; & possessor non tenetur probare qualitatem non residentiæ.*

2 *Sedes honoraria non arctat ad residendum.*

3 *Dignitates in Cathedralibus, & collegiatis iuxta dispositionem* Sac. Conc. Trid. *requirere videntur personalem residentiam.*

4 *Declara in dignitatibus habentibus curam fori penitentialis, aut iurisdictionem contentiosam, vel præcisum onus chori sub pœna amissionis tituli.*

5 *Dignitatum incompatibilitas exclusa remanet excluso onere personalis residentiæ.*

6 *Residentia vt inducat incompatibilitatē requiritur continua, nec sufficit discontinua, & temporalis.*

7 *Beneficiatus, cui iniunctum est onus celebrandi missas non tenetur per se ipsum celebrare, nisi id præcise fuerit expressum.*

8 *Maxime si in contrario casu non fuit imposita pœna priuationis beneficij, sed tantum pecuniaria.*

9 *Residentia tantummodo causatiua, non vero pręcisa inducitur ex onere beneficiato iniuncto, cui adiecta sit pœna dumtaxat pecuniaria in casum non implementi.*

10 *Residentia causatiua incompatibilitatem beneficiorum excludit.*

DECISIO DCCXLVII.

REuerendissimus D. Marcus Antonius Oddus Præpositus Capellæ SS. Præsepis in Basilica S. Mariæ Maioris anno 1659. a Sanctiss. D. N. Alexandro Septimo motu proprio absolutus fuit a vinculo, quo tenebatur Ecclesiæ Hierapolitanæ in partibus infidelium, & translatus ad Ecclesiam Perusinam cum retentione compatibilium, at quia collegium dictæ capellæ prætendebat præpositum teneri residere in Vrbe, & consequenter præposituram esse incombatibilem cum Episcopatu dubitaui an constet de incompatibilitate, & negatiue fuit resolutum.

Quia non solum assistit regula iuris, quod benefi-
1 cium præsumitur simplex ex generali consuetudine personalem residentiam non requirens *iuxta decis. 4. Cęsar. de Grass. num. 3. de prabend* quæ est adeo fortis vt releuet ab onere iustificandi qualitatem non residentiæ in prouisione enunciatam *Rota in recent decis. 699. num. 3. p. 2. Add. ad Gregor. decis* 108. *num. 13.*

Sed etiam excluditur incompatibiliras ex Bulla erectionis à Sixto V. fel. rec. editæ *constit. 58. tom. 2.* in qua præposito nullum legitur impositum onus personalis residentiæ quinimmo *in* §. 16. concedendo eidem stallum, & locum in choro expresse dicitur ibi: *sine vllo tamen onere, aut obligatione &c. itaut neque ad interessendum pręmissis vnquam cogi, vel compelli possit &c. & in* §. 17. quod quatenus præpositus, & capellani interesse velint in choro, nullum emolumentum prætendere valeant, ex quo per concessionem huiusmodi interessentiæ non intellexit fundator aliqua ex parte præiudicium inferre Basilicæ, & capitulo, alijsque interesse habentibus quoad distributiones; & alia emolumenta.

Hinc enim clare habetur sedem residentiæ mere facultatiuam esse sine aliqua fructuum applicatione, & consequenter dicitur sedes honoraria, quæ non arctat
2 ad residendum, *Cardin. Seraph. decis. 1452. num. 2. 3. & 4. quem refert, & sequitur Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 27. num. 30. cum seq.*

Non obstat; quod in eadem Bulla præpositura constituatur prima dignitas post Archipresbyteralem cum annexione Ordinis Presbyteratus, & onore celebrandi Sacrum.

Quoniam licet dignitates in cathedralibus, & col-
3 legiaris iuxta dispositionem *Sac. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat. §. pręterea* obtinentibus requirere videantur personalem residentiam, hoc tamen habet
4 locum in dignitatibus habentibus curam fori pœnitentialis, aut iurisdictionem contentiosam, vel præcisum onus chori sub pęna amissionis tituli, de quibus loquitur Concilium, & sequuntur allegati pro collegio, nempe *Sylu. de Benef. quæst. 2. num. 53. Hoied. de incompatibilit. Benef. p. 1. cap. 6. n. 53. Rota decis. 524. num. 1. p. 1. recent. & coram Buratt. decis. 473. num. 4.* secus autem in hac dignitate nullam habente curam, neque iurisdictionem contentiosam, minusque onus chori, sed meram, & puram facultatem interessendi sine aliqua fructuum participatione in casu interessentiæ, & absque vlla amissionis pęna in casu, huiusmodi vero dignitas non cadit sub dispositione Concilij, nec personalem residentiam exposcit, excluso autem onere personalis, & præcisæ residentiæ, exclusa etiam remanet incompatibilitas *Gonzal. super reg. 8.*
5 *gloss. 15. num. 2. & 23. Garz. p. 11. cap. 86. Rota decis. 483. num. 3. p. 1. diuers. & in recent. decis. 179. num. 2. & decis. 489. num. 3. p. 2.*

Et quamuis habeant onus congregandi collegium, eiusque negocijs præessendi, liquet tamen ex constitutionibus capellę relatis *in Summ. D. Episcopi num. 2.* quod absente, vel negligente præposito id demandatur Sacristæ, & in eius defectum antiquiori capellano, signum euidens, quod præpositus nec minus ex huiusmodi onere præcise adstrictus est residere,
6 dum per alios impleri potest, vltra quod ad effectum quod residentia inducat incompatibilitatem requiritur continua, nec sufficit discontinua, vel temporalis, qualem duntaxat dictum onus importat, *vt alijs allegatis dixit Rota decis. 182. p. 8. recent.*

Non item ex quo fundator in §. 12. mãdauerit quod præpositus & capellani singulis diebus Dominicis, & festiuis missas quatuor, alijs vero diebus tres missas
7 alternis vicibus, seu hebdomadatim &c. celebrent, censetur electa industria personę celebrantis, quamuis verba fundationis in personam dirigantur nisi vlterius fuerit dictum, quod per se ipsum quis celebrare teneatur, *vt in his terminis firmauit Rota in dict. decis. 182. numer. 11. & 12. & in Tirasonen. Beneficij 10. Maij 1658. §. nam dd. verba coram R. P. D. meo Priolo.*

Maxime dum in casu contrario non fuit imposita
8 pęna priuationis tituli sed certæ duntaxat pecuniariæ quantitatis, quę non inducit residentiam præcisam,
9 sed duntaxat causatiuam exclusiuam incompatibilita-
10 tis *vt in d. decis. 182. num. 7. cum seqq.*

Eoque magis hæc comprobantur ex obseruantia, cum præpositi nunquam resederint, & pręsertim immediatus antecessor D. Episcopi hanc præposituram obtinuit, & possedit sub expressa narratiua, quod personalem residentiam non requirit concurrente etiam declaratione S. M. Innocentij X. illam esse absque onere residentiæ.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Merc. 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM:

Inhibitio in vna causa emanata suum non extendit effectum ad aliam causam diuersam, vnde possessio capta pendente inhibitione super diuerso iudicio non dicitur attentata, multoque magis si possessionis adeptio præcessit inhibitionem, præcessisse autem censetur inhibitionem possessio quotiescumque ambabus eadem die executis, soli possessionis executioni hora adiecta fuerit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio operatur solum in ea causa, in qua dignoscitur obtenta, non autem extenditur ad aliam omnino diuersam.*

2 *Causæ diuersitas desumitur ex eo, quod personæ in ipsa nominatæ sint diuersæ.*

3 *Causæ diuersitas potissimum dignoscitur ex diuersitate personæ, & actionis.*

4 *Attentata regulariter non cadunt in diuersis.*

5 *Possessio, quæ præcessit inhibitionem non potest dici attenta.*

6 *Possessio, quæ habet horam præsumitur anterior inhibitioni horam non habenti licet eadem die exequutæ.*

7 *Inhibitio respicit futura, non autem præterita, nec retrotrahi potest.*

8 *Inhibitio non operatur quod sint attentata ea, quæ gesta sunt ante eius præsentationem.*

DECISIO DCCXLVIII.

OBtinuit pro purgatione attentatorum Margharita Maffea a Capitaneo Appellationis contra Septimiā Mutam; Catharinam Capistrellam, & alios mandatum de reintegrando, & respectiue de manutenendo in possessione domus sitæ porpè Plateam de Scanderbech, eiusque vigore die 14. Martij 1661. hora 16. illius actualem possessionem accepit *Summ. Margharitæ num.* 12. verum quia Septimia eadem die 14. Martij adiuit D. Senatorem, qui vigore antiquæ commissionis restitutionis in integrum contra ipsam Septimiam a Magdalena Dosia impetratam in alia particulari, & diuersa lite inter ipsas verten. in iudicio Saluiani causam reassumpsit, & inhibuit ideo dubitaui an inhibitio, & reassumptio facta per D. Senatorem sit moderanda, & reuocanda, vltimaque possessio concessa per Capitaneum appellationis Margharitæ Maffeæ confirmanda, vel infirmanda vti attentata, & pro eadem Margharita affirmatiua quoad primam partem, negatiua autem quoad secundam prodijt resolutio.

Ratio resolutionis fuit respectu primæ partis, quia commissio directa D. Senatori restricta est ad iudicium Saluiani vertens inter Septimiam Mutam, & Magdalenam Dosiam *dicto Summario num.* 10. ideo operatur solum in hac causa, in qua dignoscitur obtenta, non autem extenditur ad aliam omnino diuersam *Paris.*
1 *cons. 39. num. 9. lib. 1. Rota coram Buratt. decis. 51. num. 2 in recent. decis. 621. num. 1. p. 2. in Romana pecuniaria 3. Iulij 1645. §. quia dum coram R. P. D. meo Verospio, & in Anconitana Pecuniaria 28. Iunij, 1652. coram Reuerendiss. Zarate Episcopo Segobien. §. non obstat vers. & commissio.*

Diuersitas est clara tum ratione personarum, nam in iudicio Saluiani, & in cōmissione directa D. Senato-
2 ri Margharita Maffea nunquam fuit nominata, sed duntaxat Septimia, & Magdalena *Text. in l. 1. in fine ff. de constit. Princip. Card. Seraph. decis.* 1010. *num.* 4. tum etiam ratione actionis intentatæ, quia iudicium commissionis in Saluiano inter Septimiam, & Magdalenam nihil commune habet cum altero manutentionis pro purgatione attentatorum per Margharitam, seu Verouium eius Authorem introducto, ex quibus bene resultat diuersitas, quæ potissime regulatur a
3 qualitate personæ, & actionis *Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 2. num. 10. Menoch. cons. 123. num. 20. cum pluribus seqq. Gratian. discept. forens. cap. 914. num. 31. Caual. decis. 623. num. 3.* vbi quod licet causa fuerit commissa super eadem re *Add. ad Buratt. decis. 644. num. 10. & in dict. Romana pecuniaria 3. Iulij 1645. coram R. P. D. Verospio §. hac enim.*

Et hinc facilior fuit resolutio secundæ partis dubij possessionē scilicet Margharitæ non esse attentatam,
4 nec reuocandam quia regulariter attentata non cadunt in diuersis *cap. ad hæc il 1. de appellat. Gregor. decis. 345. num. 1. vbi Add. & in dicta Anconitana pecuniaria coram Reuerendiss. Segobien. in princ.*

Maxime ex quo possessio præcessit inhibitionem, quæ cum fuerit exequuta sine hora, præsumitur poste-
5 rior possessioni Margharitæ horam habenti *Bald. in l. de rebus 13. num. 4. & seq. C. de donat. ant. nupt. Menoch.*
6 *de adipisc. remed. 4. num. 792. Fosth. de manut. qui plures congerit obseru. 81. num. 10. & dictum fuit in Perusina prætensæ manutentionis 27. Iunij 1644. §. 1. & in Ariminen. bonorum 17. Iunij 1657. §. manutentio si quidem co-*
7 *ram me* inhibitio autem respicit futura, non autem præterita, nec trahitur retro *cap. si eo tempore, vbi Gemin. & alij de elect. in 6. Mandos. de inhibit. quæst. 22. num. 4. vers. contrarium Rota in Astoricen. Parochialis de Rubiana 11. Iunij 1658. §. nec refert coram me* ideoque
8 non operatur, quod sint attentata ea, quæ gesta fuerunt ante eius præsentationem *Cardin. Seraph. decis. 1046. num. 1.*

Et ita vtraque parte informante &c.

VASIONEN. VICARIÆ.

Ven. 15. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente appellatione intra legitima tempora interposita remanet nulla, & attentata, maximè quando iudex seruato iuris ordine processit. Prouisus ab Ordinario existens in possessione habensq; titulum ab eodem dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem à prouiso apostolico petitam; nisi tamen beneficium sit Apstolicæ Sedi reseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio apprehensa pendente appellatione intra legitima tempora interposita remanet nulla, & attentata.*

2 *Appellatio suspensiua permissa est quotiescumque iudex ordine seruato, & per sententiam definitiuam processit.*

3 *Appellatio suspensiua causat attentata.*

4 *Appellatio coram Vicegerente interposita in ijsdem actis, & eodem processu conscripta in eodem tribunali censetur interposita, & coram eodem iudice, qui sententiam protulit.*

5 *Prouisus ab Ordinario non videtur legitimus contradictor aduersus prouisum apostolicum.*

6 *Prouisus ab Ordinario habens titulum, & possessionem, & reseruatione cessante, est legitimus contradictor ad impediendum.*

Immissionem à prouiso apostolico petitam, itaut ordinariè, non autem executiuè sit procedendum num. 7.

8 *Status vltimus rei in iudicio manutentionis venit attendendus.*

9 *Possessio anterior debet manuteneri.*

10 *Manutentio conceditur pro reuocatione attentatorum.*

DECISIO DCCXLIX.

DIsputato dubio super manutentione, & attentatis die 28. Iunij 1660. coram me responsum fuit per contradictas constare de attentatis, & Petro dandam esse manutentionem, hodie verò vtraque parte audita Domini perstiterunt in decisis.

Cum enim Georgius possessionem Vicariæ controuersæ adeptus fuerit vigore sententiæ Vice-Legati, non
1 obstante, quod Petrus possessor intra legitima tempora appellasset, possessio post huiusmodi appellationem apprehensa remanet nulla, & attentata *cap. non solum de appell. in 6. l. sciendum ff. eodem titul.*

Maximè quia iudex non extraiudicialiter, sed quidem iuris ordine seruato in contradictorio iudicio, &

per

per sententiam diffinitiuam processit ad institutionem eiusdem Georgij, quo casu absque scrupulo permissa est appellatio suspensiua, quæ causat attentata
2 missa est appellatio suspensiua, quæ causat attentata,
3 iuxta distinctionem adductam in *dec. s. 5. quo enim cu ibi allegatis, & dixit Rota decis. 197. num. 1. par. 5. & decis. 60. num. 7. p. 9. recent.*

Neque appellatio valet impugnari ex eo, quod fuerit interposita coram V. Gerente, non autem coram V. Legato, qui sententiam protulit, quia cum fuerit conscripta in eisdem actis, & processus sitque vnum,
4 & idem tribunal, perinde habetur ac si verè interposita fuisset coram eodem V. Legato vt similiter tradit *Scacc. de appell. quæst. 8. num. 53. 58. 61. & 67.* & hodie obiectum cessat ex facto, quia ex processu de partibus mihi exhibito *fol. 94.* apparet fuisse appellatum pro parte Petri etiam coram eodem V. Legato in actu prolationis sententiæ.

Non obstat, quod Petrus prouisus ab Ordinario
5 non sit legitimus contradictor in concursu Georgij prouisi Apostolici.

Etenim quando non adest reseruatio, & prouisus ab Ordinario est in possessione, prout hic, dum ex hiber titulum ab eodem Ordinario habitum, est legi-
6 timus contradictor ad impediendam immissionem petitam a Prouiso Apostolico, itaut ordinarie, non
7 autem executiue sit procedendum, vt præter adductos *in decisione §. non obstat firmat Rota coram Coccino decis. 431. num. 4. Durati dec. s. 171. sub num. 1. & in Leodien. Beneficij 27. Martij 1656. coram R. P. D. meo Bevilaqua.*

Nec releuat, quod ius conferendi præfatam Vicariam non spectet ad Ordinarium, sed vigore vnionis pertineat ad Collegium Collitigantem.

Nam vltra responsiones datas ab informantibus pro Petro, adhuc visum non fuit probari effectuationem vnionis, quæ potius excluditur ex prouisionibus factis ab Episcopis pro tempore, & effectum sortitis *vt in Summ. Petri num. 4. & seqq.* ex quibus cum appareat de vltimo statu beneficij tanquam de libero iste vltimus status debet attendi ad sustinendam col-
8 lationem Ordinarij *per Text in cap. consultationibus de iurepatr. cum relat. in decis. §. non obstat.*

Hinc firmatis attentatis Petrus venit manutenen-
9 dus ne dum quia docet de sua possessione anteriori, sed etiam quia manutentio conceditur pro reuocatio-
10 ne attentatorum *iuxta decis. Card. Seraph. 176. num. 6.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA AVGVMENTI DOTIS.

Lunæ 18. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis in cap. 137. lib. 1. licet loquatur de fructibus Dotis, attamen habet locum etiam in lucro, & donatione propter nuptias, atque in augumento dotali. Augumentum Dotis debetur licet resultet ex simplici promissione ad fauorem Vxoris à Viro facta absque solemnitatibus.

SVMMARIAM.

1 *Lucrum Dotis per Viri prædecessum defertur Vxori ex dispositione* Stat. Vrb. cap. 131. lib. 1.

2 *Fructus lucri dotalis decursi post iudicialem interpellationem ex dispositione* Stat. Vrb: *debentur ad rationem septem cum dimidio.*

3 Statutum Vrbis cap. 137: lib. 1. *licet loquatur de fructibus dotis, habet locum etiam in lucro, & donatione propter nuptias.*

4 *Augumentum Dotis in sua constitutione solemnitates statuti non requirit.*

5 *Fructus eodem modo debentur pro lucro dotis promissæ ac pro augumento facto per Virum.*

6 *Interpretatio non habet locum, vbi verba sunt satis clara.*

7 *Dispositio solemnis per dispositionem æquè solemnem tantummodo reuocatur.*

8 *Clausula* Senza pregiuditio d'ogni ragione *præseruat omnia iura ipsi opponenti competentia.*

9 *Mulier faciens actum sibi præiudicialem absq. solemnitatibus sibi non parit præiudicium, quia lex eidem actui resistit.*

DECISIO DCCL.

Creditum D. Hieronymæ de Benedictis erga hæreditatem Bernardini Iacomini sui Viri reducebatur ad sex partitas consistentes in lucro dotali veræ Dotis scutorum 6000. augumento facto ab eodem Bernardino in scutis 4000. lucro huius augumenti fructibus dotalibus legato totius frumenti existentis in Oppido Ciuitatis lauiniæ, & altero Legato omnium mobilium Romæ; Vnde de consensu Partium ad euitandam molem scripturarum, & confusionem disputato prius dubio; An & pro qua summa teneatur hæreditas Bernardini erga Hieronymam, vel succesiiue disputetur aliud, An, & ad quid teneatur ipsa erga hæreditatem; Domini responderunt teneri prout infra.

Quod enim attinet ad lucrum veræ Dotis scuto-
1 rum 6000. res caret difficultate, cum per Viri prædecessum deferatur Vxori ex clara dispositione *Statuti Vrbis cap. 131. lib. 1.* quod expressè contrahentes in ipsa met Dotis constitutione seruare promiserunt,
2 sicut etiam ex eodem *Statuto cap. 137. lib. 1.* debentur fructus decursi post iudicialem interpellationem, de qua *in Summario Hieronymæ n. 5.* ad rationem scutorum septem cum dimidio, quod licet loquatur de
3 fructibus Dotis, attamen habet locum etiam in lucro, & donatione propter nuptias, *vt dixit Rota in Romana Dotis post Marchesd. de comm. s. p. 1 fol. 845. per tot. Coccin. decis. 451 num. 3. & in recent. decis. 383. num. 1. & 8. p. 5.*

Non obstat quod Bernardinus in quadam iniunxerit Hieronymæ restitutionem plurium gemmarum, ibi, *Se la Sig. Girolama vorrà il suo quarto, e che le non si possa negare restituisca le Gioie, che tiene del mio, come vn Gioiello &c.* Ideoque non facta tali restitutione eidem non debeantur nec quartum nec fructus.

Nam vltra quod non probatur existentia gemmarum in manibus Hieronymæ, quæ insuper super hoc obtinuit ab A. C. sententiam absolutoriam, visum fuit huiusmodi prætensionem esse examinandam quando disputabitur de Credito hæreditatis contra Hieronymam.

Debetur quoque augumentum Dotis scutor. 4000. parum obstante quod sit simplex promissio Mariti ad
4 fauorem Vxoris absque solemnitatibus *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 135. & 149.* quia cum non versemur propriè in Donatione, sed in augumento Dotis assignato ad faciliorem conclusionem matrimonij, iuxta veriorem sententiam solemnitates statutariæ in huiusmodi contractu non requiruntur *Rota coram Verall. decis. 199. n. 1. p. 3. Greg. decis. 567. num. 12. ibique Add. Merlin. decis. 80. n. 7. cum alijs allegatis in Fulginaten. Dotis 23. Iunij 1659. § nullitas coram R. P. D. meo Albergato.*

Et respectu huius augumenti hæreditas tenetur
5 etiam ad fructus, qui debentur eodem modo pro lucro Dotis promissæ, ac pro augumento facto per Virum, vt præter auctoritates superius allegatas in §. *quod enim in fine dixit Rota in recent. decis. 246. num. 1. & 3. vers. hoc casu p. 3.*

Non obstat, quod augumentum prædictum rema-

neat sublatum ex apocha inter partes confecta ante stipulationem instrumenti dotalis, vbi declaratur veram Dotem Hieronymæ consistere duntaxat in scutis 6000. & quidquid vltra promissum fuerit, intelligatur ad pompam, quia huiusmodi Apocha solum declarat promissionem Dotis factam à Fratribus Hieronymæ fauore Bernardini Viri verè, & realiter non excedere scuta 6000. quamuis ad maiorem honorificentiam appareat in scutis 10. mil. non autem respi-
6 cit augumentum constitutum à Viro ad fauorem, vxoris cuius verba cũ sint satis clara; nulla indigent interpretatione *l. si ita stipulatus §. Grisogonus in fine ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille §. cum in verb. ff. de legat. 3.*

De huiusmodi tamen augumento Domini dixerunt lucrum non deberi, quia Bernardinus in casu eius prædecessus constituit Hieronymam vsufructuariam solummodo dicti augumenti scutorum 4000. ex huiusmodi enim quantitatis expressione satis clara colligitur eius intentio, quod vxor in prædicto casu (qui successit) vltra vsumfructum scutorum 4000. nil penitus prętendere posset.

Denique hæreditas tenetur ad legatum mobilium & frumenti, pro quorum prestatione Hieronyma habet intentionem fundatam in Testamento Bernardini licet in schedula postmodum confecta ab eodem Bernardino cum præsentia trium testium legata prædicta fuerint adempta, quia cum hæc non contineat simplicè declarationem dubiæ voluntatis, sed potius præseferat nouam dispositionem, ad reuocationem prioris Testamenti ibi, *dichiaro d'annullare ogni mia volontà fatta sollennemente per Testamento publico*, nihil operatur
7 contra Testamentum solemniter confectum, pro cuius reuocatione alia dispositio requiritur æquæ solemnis *Roland. consf. 33. num. 4. lib. 3. Menoch. consf. 130. num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 764. num 5 Rota decis. 652. num. 7. & seqq. p. 4. tom. 3. rec. & in simili dictum fuit in Auenionen. Testamenti 20. Iunij. 1661. §. literius coram me*, vbi quod ad probandum errorem substantialem Testamenti requiritur idem numerus Testium, qui requiritur in confectione.

Nec releuat approbatio dictę schedulæ, ex quo Hieronyma illius vigore nonnulla mobilia recepit. Etenim receptanon fuit pure, & simpliciter confecta, sed cum clausula præseruatiua ibi, *Senza pregiuditio d'ogni ragione, è attione, e d'ogni altra cosa ordinata dal Sig. Bernardino qui non descritta, e non specificata, che in qualsiuoglia modo mi potesse competere*,
8 cuius vigore fuerunt sibi reseruata omnia Iura eidem competentia vigore Testamenti *l. si debitor §. primo, vbi gloss. ff. quib. mod. vel hypoth. soluat Rota coram Merlin. decis. 579. n. 15. & in rec. decis. 195. n. 9. p. 7.*

Aut saltem negari non potest, quod ex prædicta ap-
9 probatione facta sine solemnitatibus statutarijs nullum præiudicium inferatur Mulieri, eo quia lex eidem resistit *Bart. in l. cum lex. 47. n. 6. ff. de fideiuss. Rot. coram Duran. decis. 18. num. 16. repetit. in recent. decis. 1. par. 7.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Lunæ 18. Iunij. 1663.

ARGVMENTVM.

Obtenta manutentione ad possessionem prædij debentur fructus a die motæ litis, etiam si mandatum eorum condemnationem non contineat, pro quorum liquidatione admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturæ, ac testes de credulitate, & auditu deponentes, non debentur autem fructus qui percipi potuerunt; quia talis condemnatio non fit, etiam in causa spolij, nisi in violento, & attentato.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in quolibet interdicto debentur à die motæ litis.*

2 *Fructus in Iudicio manutentionis debentur à die motæ litis etiam si mandatum de ipsis nullam mentionem habeat.*

3 *Fructuum perceptio non potest controuerti à possessore cum resultet ex ipsamet possessione prædij fructiferi.*

4 *Præsumptiones, & coniecturæ admittuntur in materia difficilis probationis.*

5 *Liquidatio fructuum in prædijs rusticis deducta à solito & consueto à Rota solet admitti.*

6 *Testes etiam de credulitate, & auditu admittuntur in materia liquidationis fructuum.*

7 *Fructus prædiorum præsumuntur consumpti elapso triennio propterea eorum æstimatio debetur.*

8 *Expensæ in calculandis fructibus semper veniunt deducendæ.*

9 *Fructus, qui percipi potuerunt non possunt prætendi etiam in causa spolij, nisi in violento, & attentato.*

DECISIO DCCLI.

Obtenta per Mazzitellum manutentione ad possessionem Prędij *della Palombara*, quod prius vigore mandati relaxati ab A.C. fuerat adiudicatum fratribus de Ciamburlanis pro prætenso credito dotali q. Claræ eorum matris hodie instabat pro fructibus damnis, & interesse; Vnde disputato dubio an, & pro qua summa debeatur, responsum fuit deberi. prout infra.

Et primo quoad fructus DD dixerunt illos deberi
1 ex regula generali, quod in quolibet interdicto debentur a die motæ litis *per text. in l. 3. ff. de Interd. Card. Canal. decis. 409. num. 1.* Parum obstante, quod decretum manutentionis illorũ condemnationem non contineat, quia speciale est in hoc iudicio manutentio-
2 nis fructus venire tanquam pars, & commodum possessionis, licet de illis nulla fuerit facta mentio in mandato *Posth. de manut. obseru 74. num. 24. Rota apud eundem decis. 17. n. 3 cum pluribus alleg. in Rom. Beneficiatus S. Petri 15. Iunij. 1657. coram R.P.D. meo Beuilaqua §. Postremum vero obiectum.*

Quantitas verò probatur ex Testibus formiter examinatis, qui deponunt Ciamburlanos ex prędio, de quo agitur percepisse frumentum, mustum, paleam & fænum, ac alios fructus diuersos, & licet contra dictos Testes ab altera parte adducantur exceptiones, in proposito tamen non videntur sufficientes
3 quia cum fructuum perceptio non possit controuerti tanquam resultans ex ipsamet possessione Prædij fructiferi *Rota coram Gregor. decis. 50. num. 1. Burat. decis. 173. n. 3. & 4. ibique Add. & in Sulmonen. Beneficij 5. Iuly 1655. coram R.P.D. meo Albergato §. & quoad*
4 *primum*, in eorum liquidatione cum sit materia difficilis probationis admittantur etiam præsumptiones, & coniecturæ *Bald. in l. 2. num. 22. C. de fruct. & lit. expens. Merlin. decis. 183. num. 1. & in Albanen. redditionis rationis 23. Iunij 1662. §. Et nihilominus coram R.P.D. meo Celso.*

Perceptio frumenti probatur in rubris 31. cum dimidio; nam de anno 1657. Prædium fuit satum in rubris quatuor cum dimidio, & testes deponunt fuisse solitum reddere ad rationem septem, vel octo pro quolibet rubro, vt & reddere solent Prædia vicina, quæ ad dictam rationem septem constituunt quantitatem præfatam rubrorum 31. cum dimidio, Liquidationem enim in Prædijs rusticis pro vt hic deductam à solito & consueto Rota solet admittere
5 *Achill. decis. 22. de restit. spoliat. in dicta Sulmonen. Beneficij 5. Iuly 1655. coram R.P.D. Albergato dicto §.*

& quo

& quoad primum , & in Bonon.Bonorum 5. *Iuly* 1649. *§.respectu vero coram me* .

Quouero ad mustum licet probatio non videatur concludens quia primus Testis penitus ignorat illius quantitatem , tertius vero deponit de auditu a vindemiatoribus illorum de Ciamburlanis in sarcinis 240. nihilominus quia ex datis *in Summario eorundem de Ciamburlanis* eius dictum adminiculatur ex depositione alterius Testis , qui pariter deponit de auditu ibi *hò inteso dire , che nella detta Tenuta della Palombara vi fosse dell'Vua, e che potesse fare* 300. *some d'Vua* quantitas remanet liquidata in dictis sarcinis 240.
6 quia in hac materia liquidationis admittuntur Testes, & de credulitate , & auditu *Alexand. in l. pretia rerum* 63. *num.9.in fin.vers. potest & fieri probatio ff.ad l.fallcid. Cardin. Seraphin.decis.* 1245. *n.7. Eminentis. Otthob. decis.* 87. *n.8.*

Pretium vero tam frumenti , quam musti remanet pariter iustificatum ex Testibus relatis *in Summario Mazzitelli num.4.& 6.*qui testantur frumentum de anno 1658. fuisse venditum interamnæ pro pretio scutorum octo , mustum verò iuliorum octo , vel nouem pro quolibet sarcina . Vndè calculando frumentum in scutis septem , & mustum in iulijs octo , prout in hac minori summa concordant alij Testes dati *in Summario Ciamburlani num.* 10. *&* 11. *in fine* pretium rubrorum 31. cum dimidio frumenti ascendit ad scuta 220. 50. & sarcinæ 240. musti constituunt summam scutorum 192.

Probatur insuper Ciamburlanos percipisse paleam in sarcinis 35. ad rationem iuliorum sex *Summario Mazzitelli nu.7.& 8.*quæ constituunt scuta 21.fœnum in sarcinis 20. valoris iuliorum octo *d. summ. num. 9. &* 10. quæ ascendunt ad scuta 16. nec non bladas in scutis 20. *Summ. num.* 11. & Panicum , ac alios fructus in quantitate scutorum 30. *Summ. num.* 12. Et propterea cum sit elapsum triennium, & sic fructus
7 præsumantur consumpti , illorum æstimatio debetur *vt dixit Rota post Pacifie.de Saluian.decis.*133. *in fine cum plenè cumulatis in Auximana Pradij* 23. *Marty* 1648. *coram bon.mem. Bichio* ex quibus tamen demen-
8 dæ sunt expensæ , quæ in calculandis fructibus semper veniunt deducendæ *Felin. in cap.ad aures num.* 13. *de rescript.Rota decis:656.num.2.in fine p.3.& decis.266. num.8.par.7.recent.*

Denique quoad damna , & fructus qui percipi potuerunt Domini dixerunt non deberi , quia damna
9 non fuerunt sufficienter probata , & condemnatio in fructibus, qui percipi potuerant,etiā in casu spolij non fit nisi in violento , seu attentato , *Rota decis.552.n.1. par.1.diuers.Coccin.decis.439.num.1. & decis.377.nu.9 apud Postb. de manut.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVVM.

Veneris 22. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Iudicium contra minorem intentatum non dato ipsi Curatore est ipso iure nullum , Compensatio non minus ac solutio debitum extinguit , nec compensationi sui crediti anterioris renunciare videtur.Debitor per obligationē in forma Cameræ posteriorem iuramento vallatam , maximè si præcedens creditum con simili modo vallatum sit , & bona creditoris anterioris sint tenua .

SVMMARIVM

1 *Iudicium factum contra minorem non dato ipsi Curatore est ipso Iure nullum ,*

2 *Compensatio non minus ac solutio debitum extinguit .*

3 *Census imponi potest super bonis fideicommissi ad effectum erogandi pretium in solutionem debiti Fidei-committentis .*

4 *Actus duo eadem die celebrati coram ijsdem Notario , & Testibus , quorum vnus se referat ad alium dicuntur correspectiui , & perinde habentur ac si esset vnicus actus .*

5 *Actus correspectiui diuerso Iure censeri non debent, sed vno sublato , remouetur & alius .*

6 *Compensatio non habet locum vbi agitur de credito , & debito inter diuersas personas .*

7 *Creditor constituens se debitorem sui debitoris per contractum Iuramento , & forma Camerali Vallatum videtur promissionem facere de non compensando creditum suum præcedens .*

8 *Limita quando creditum præcedens consimili modo Vallatum est , & census debitoris est tenuis & num.9.*

10 *Sententia nulla , & iniusta non vulnerat obligationem Cameralem .*

DECISIO DCCLII.

PRo fructibus quatuor censuum in sorte scutorum 11500.qui alias 28.Nouembris 1643.fuerunt impositi per Comites de Anguillaria ad fauorem Eq.Horatij Oricellarij nuper obtinuit D.Aloysius Oricellarius vti Successor in fideicommisso Horatij Senioris ab A. C. mei mandatum exequutiuum contra DD.Flaminium, & alios Fratres de Anguillaria hæredes impositorum , sed interposita appellatione & per Signaturam commissa mihi causa cum clausula si quid exequendum , dubitaui An mandatum esset exequendum , & negatiuè responsum fuit ex capite nullitatis , & iniustitiæ .

Nullitas resultat ex eo, quod processum fuit ad relaxationem mandati contra Comitem Flaminium minorem eo non citato, nec illi dato Curatore, parum obstante , quod fuerit citatus Dux de Latere tanquam illius Tutor , quia cum iam expleuisset annum deci-
1 mum quartum cessauerat officium tutelę & pro validitate Iudicij erat omninò deputandus Curator ex allegatis *in Romana Saluiani coram Eminentis. D. Card. Otthob.decis.* 155.*num.*16 *& seq.& decis.*170. *num.*18.

Iniustitia vero desumitur ex quò non fuit admissa compensatio opposita per fratres de Anguillaria Creditores eorundem de Oricellarijs pro fructibus alterius Census in sorte scutorum 20. mil. non poterat
2 enim post dictam oppositionem relaxari aliquod mandatum , quia mediante compensatione debitum extinguitur sicut per solutionem *l.debitor ff. qui potior in pignor.habeant l.amplius non pett* 15.*ff.rem rat.haber. Rota in Camerinen. Pecuniaria* 26.*Aprilis* 1660. *§.data autem cum duob.seqq.coram R.P.D.mco Celso* .

Non obstant ea , quæ deducuntur pro parte Oricellarij pro excludenda compensatione, & præcipue quod census scutorum 20.mil.fuerit nulliter impositus super Casale *Testa di lepre* subiecto fideicommisso Horatij .

Quia cum ipsemet fideicōmittens emerit hoc Casale à Comite Auerso de Anguillaria cum pacto , quod ex pretio deberent inuestiri scuta 12.mil.in censuum emptione , quorum fructus essent multiplicandi vsque ad sc.60.m. & in executionem huius pacti idem Horatius emptor censum imposuerit super Casale pro dicta summa scutorum 12.mil.ac insuper expressè se obligauerit inuestire , & multiplicare fructus vsque ad dictam quantitatem scutorum 60.mil.eo ipso quod inuestimentum neglexit , & pro fructibus remansit Debitor scutorum 28. mil. bene potuerunt Aloysius , & Ferdinandus eius filij, eo defuncto , censum imponere super bonis fideicōmissarijs ad effectum erogandi pre-
3 tium in solutionem debiti fideicommittentis *per Text. in l.peto §.Prædium ff.de legat.2.Fusar.de substit.quæst.* 541. *num.1. cum alys allegatis in Romana Domus* 16.

Nouembris 1643. §. non enim coram me.

Maxime attenta expressa facultate filijs concessa in Testamento ab ipsomet fideicommittente alienandi bona stabilia fideicommissi pro soluendis debitis ipsius Testatoris, quatenus ipsis expediat, quod stari voluit eorum iudicio *summario fratrum de Anguillaria num.2*.

Non obstat, quod census prædictus scutorum 20. mil. fuerit impositus die 10. Iunij 1608. post quam per integram solutionem sortis, & fructuum bona fideicommissaria iam erant libera a debito prędicto. Quia cum instrumentum census fuerit celebratum eadem die coram ijsdem Notario, & Testibus, Partes vero se referant ad instrumentum quietantiæ, & ex partitis Montis Pietatis appareat pretium fuisse erogatum

4 in extinctioné fructuum, & multiplici, vtique isti actus dicuntur inter se correspectiui, & perinde habentur ac si essent vnicus contractus, *Crauett.consil.298.sub nu. 13.versic.Immo isti duo actus Rota coram Verall.decis. 306.num 2.p.2.Burat.decis.48.nu.8.in recent.decis.212. num.13.p.9.cum pluribus congestis per Giurb.decis.85. nu.18.* & proptereá stante hac correspectiuitate si census non sustineretur corrueret etiam quietantia, & hæreditas Horatij remaneret Debitrix ex causa multi-

5 plici in longè maiori summa, quia actus correspectiui non debent diuerso Iure censeri, sed vno sublato remouetur & alterum *Giurb.vbi supra num.20.vers.Ideo posito Rota decis 677.num.1.p.1.diuers. & decis.428.n.6. & 7.p.1 recent.*

Nec est momenti, quod Oricellarius non sit hæres Aloysij, & Ferdinandi impositorum Census, sed veniat ex propria persona vti vocatus ad fideicommissum Horatij Senioris, & proinde cùm agatur de debito, & credito inter diuersas personas prætenditur

6 non esse locum compensationi; Quià obiectum remouetur ex facto; Nàm liquet ex instrumento impositionis d.d. Aloysium, & Ferdinandum non contraxisse nomine proprio sed quidem nomine hæreditario Horatij, & sub expressa declaratione, quod census imponebatur pro soluendo ære alieno fideicommittentis, ibi: *præuia declaratione, quod ad infrascriptam impositionem census super d.Casale deuenerunt occasione solutionis fructuum, & multiplicationis per præfatum D.Horatium promissorum &c. d.Summ.num.3.*

Prætereà non releuat pro excludenda compensatione, quod creditum Oricellarij vti posterius, ac iura-

7 mento, & obligatione Camerali vallatum contineri videtur promissionem de non compensando creditum præcedens,

Quià ista conclusio fundata in sententia Canonistarum *in cap. ad nostram, & cap. Veniens de iure iuran.*

8 plures recipit limitationes, & signanter non procedit quando creditum præcedens con simili modo vallatum est, vt hic, iuramento, & obligatione Camerali *Seraph.de priuil.Iuram.priuil.74.n.149.& 150.Zacch.de oblig.Camer.quæst.18.n.20.Cacheran.decis.Pedemont.92 sub num.35.vers.aliam etiam limitationem & dixit Rota coram Duran.decis.245.num.4. in fine vers.ad secundum*

9 *fuit responsum*: Maximè attenta tenuitate bonorum correspectiuè ad conditionem Com. de Anguillaria, qui contraxerunt creditum posterius, *Paris.cons.121. num.41.lib.1.Grat.cons.121.num.4.lib.1.Gabr.de iur.iur. conclus.7.num.11.Seraph.d.priuil.74.num.142.Zacch.d. quæst.18.num.23.Cacheran.d.decis.92.num.35. vers.non omitto tamèn Afflict.decis.163.num.3.in fin.vers.Ego stimulo conscientiæ Mancin. de iuram.par 4.effect.30.num.3*

Sententia autem lata ab eodem A.C. super nullitate dicti census anterioris non potuit vulnerare eius obli-

10 gationem Cameralem, cum ex ijsdem fundamentis deductis contra mandatum nulla sit, & iniusta *Rota post eundem Zacch.decis.4.num.8. & in Romana Societatis Officij 17.Nouembris 1651.coram me.*

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. BONORVM.

Lunæ 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Clausula reuersiua in pactis dotalibus apposita ad fauorem proximiorum sub conditione deficientiæ liberorum ex consuetudine Leodiensi intelligi debet de liberis vtrique Parenti superstitibus, siuè concepta sit per orationem indefinitam, siuè per alternatiuam, & separatam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si sinè filijs cessat illis extantibus.*

2 *Conditio deficientiæ liberorum iuxta consuetudinem Leodij verificari debet in liberis vtriq; Parenti superstitibus, quod amplia num.seqq.*

3 *Pactum conceptum sub alternatiua contentatur verificatione alterius ex alternatis.*

4 *Consuetudo Leodiensis circa pacta dotalia reuersiua sub conditione si sine filijs exigit, quod filij superuiuant vtrique parenti, etiam si concepta per alternatiuam, & separatam orationem.*

5 *Testes plurimum attenduntur ad probandam consuetudinem illius Curiæ, vbi ipsi Aduocationem exercent, & sunt informati.*

6 *Testibus creditur de consuetudine deponentibus, quibus eiusdem consuetudinis seruanda onus incumbit.*

7 *Pacta ex consuetudine Leodij, ideò intelligantur de filijs superstitibus vtrique Parenti, quia ibidem iura connubij omnia bona coniuges defuncti absque liberis plene deferuntur alteri superstiti.*

8 *Consuetudo iuri communi contraria, debet esse legitimè præscripta.*

9 *Obseruantia interpretatiua non indiget præscriptione.*

10 *Consuetudo Leodien. quod filij præmorientes adiers ex parentibus habeantur tanquam non nati, habet locum solummodo ab intestato.*

11 *Donator non potest de bonis donatis aliter disponere in præiudicium donatarij.*

DECISIO DCCLIII.

Coram bonæmem: Bichio resolutum fuit 3. Maij 1655 bona per Gasparem donata Corrado filio occasione matrimonij cum Alcide contrahendi spectare ad filios eiusdem Alcidis successores ex secundo matrimonio, non autem ad proximiores donantis vocatos sub conditione obitus alterius ex coniugibus sine filijs ea ratione, quia, cum Corradus Donatarius obierit cum filia, expirauerit conditio, & pactum adiectum in donatione ad fauorem Proximiorum iuxta *cons.Oldradi 21.* quæ resolutio fuit confirmata *die 5. Iuly 1665 coram eodem* non obstante quod pro parte proximiorum fuisset allegata consuetudo Ciuitatis Leodij, iuxtà quam filij non faciunt deficere conditionem nisi vtriq; parenti superuiuant; nam dictum consuetudinem præfatam habere locum in pacto reuersiuo sub indeterminata conditione deficientiæ liberorum, secùs verò vbi fuit concepta sub alternatiua, prout in proposito casu; verum concessa remissoria ac expeditis literis remissorialibus, illarum vigore factis in partibus nouis probationibus ad effectum ostendendi consuetudinem seruari in quibuscunque pactis quouis modo conceptis, hodie in eius locum subrogatus dubitaui an sit standum, vel recedendum a decisis, & pro recessu Domini responderunt.

Etenim attenta particulari consuetudine Ciuitatis Leodij vbicunque in pactis dotalibus apponitur clausula reuersiua fauore proximiorum sub conditione deficien-

ficientiæ liberorum, hæc conditio verificatur dumtaxat in liberis vtrique coniugi superstitibus, alias illis
non superextantibus vtrique, pro vt hic, dum Alci-
2 des filio decessit ante matrem habeatur ac si non essent
nati, & non faciunt deficere conditionem, vt ex-
tenore dictæ consuetudinis relata *in Summario Hermandi num. 4.* de qua testatur *Modern. Carol. Mean. obseru. 75. p. 1. num. 4. illamque admisit* Rota *in hac causa dicta die 5. Iulij 1665. §. sed. quidquid sit.*

Et licet in proposito pactum reuersiuum contineat
alternatiuam ibi si contigeret vnam ex his duabus personis nempe Sponsum vel Sponsam mori nullis legitimis prolibus &c. & proinde attenta condictione
relata ad tempus mortis alterius ex coniugibus non
3 requiratur copulatiuè quod liberi superuiuant Patri, & Matri, sed sufficiat alteri ex illis superuixisse
per Text. in l. filius familias 18. §. cum quis ff. de legat. 1.

Attamen hodie videtur remoueri obiectum tum ex
Testium depositionibus *dicto Summario num. 6.* tum
etiam ex attestationibus Scabinorum collegialiter factis, & aliorum Iudicis Consilij, ordinarij principatus Leodien. qui omnes dicunt clausulam reuersiuam
in pactis dotalibus appositam ad fauorem proximiorum sub conditione deficientiæ liberorum intelligi de
4 liberis superstitibus vtrique Parenti siue concepta sit
per orationem indefinitam & coniunctiuam si coniuges sine liberis decesserint, siue potius fuerit expressa
per alternatiuam, & separatam orationem nempè, si
vnus aut alter coniugum decesserit sine liberis Testes
enim cum sint Viri graues, & Aduocati Curiæ Leo-
5 dien. ac deponant ità vidisse practicari, & obseruari
à 30, & 40. annis videntur sufficientes tanquam de
dicta consuetudine verisimiliter informati *Bart. in l. de quibus num. 23. ff. de legat. 1. Decian. cons. 51. num. 8. lib. 2.* Rota *decis. 119. num. 11. p. 6. recent.*

Et plurimum faciunt attestationes dd. Scabinorum,
& Consiliariorum, qui pariter deponunt audiuisse,
& vidisse ab antecessoribus hoc modo practicari, ipsosque practicasse ab annis 20. & 30. Illis namque vide-
6 tur deferendum, quibus præcipua cura seruandæ dictæ
consuetudinis incumbit, vt tradit *dict. Modern. obseru. 55. num. 2. & in specie dixit Rota coram Card. Caual. decis. 497. num. 6. vers. Accedebat præmissis Luran. decis. 127. sub num. 3. & decis. 22. num. 3. circa med. p. 4. recent.*

Et congruit ratio adducta per dictos Scabinos, &
Consiliarios, quod scilicet similia pacta reuersiua ad
fauorem proximiorum non apponuntur ad præiudicandum filijs in sua proprietate vt vocant consuetudinaria, quam acquirunt per mortem vnius ex Parentibus, quæ tamen proprietas dicitur solummodo in
spe, quatenus scilicet liberi vtrique Parenti superuiuant, quia alias illis præmorientibus habentur ac si
nunquam extitissent tanquam flores sine fructu, sed solum apponuntur ad impediendum Ius Connubij, cu-
7 ius vigore omnia bona coniugis defuncti absque liberis vtrique superuiuentibus plene & libere alteri coniugi superstiti acquiruntur, quæ ratio æque bene
procedit siue pactum sit conceptum sub conditione &
clausula copulatiua, & indefinita, siue potius alternatiua & disiuncta, vt late comprobat *dict. Modern. in dicta obseruat. 75. num. 4. vers. sed an hic articulus.*

Non obstant contrariæ attestationes Scabinorum
de annis 1595. & 1646. datæ *in Summario Guglielmi num. 3.* Illa enim de anno 1646. est simplex consultum
particulare aliquorum, quod non debet attendi in concursu alterius attestationis collegialiter factæ ad instantiam Iudicis remissorialis. Altera vero anni 1595
hodie non debet allegari, dum ex prædictis patet abinde citra semper aliter fuisse iudicatum, cum per lapsum
tanti temporis fuerit inducta præscriptio *cap. final. de consuetud.*

Sicut etiam non obstat quod ad probandam consue-
8 tudinem Iuri communi contrariam præscriptio debebat esse legitima cum suis requisitis.

Etenim hodie non agitur de inducenda de nouo
consuetudine Iuri communi contraria, sed dumtaxat
de Iuris consuetudinarij præexistentis obseruantia, in-
9 terpretatiua, quæ non indiget præscriptione Rota
coram Crescent. decis. 1. de constit. cum allegat. in decis. 419. num. 6. p. 1. decis. 287. in fin. & decis. 316. num. 15. & seqq. p. 9. recent.

Denique non releuat, quod Gaspar post donationem confecerit Testamentum disponendo de bonis
donatis, & proinde cessare videbatur consuetudo,
10 quæ solummodo habet locum ab intestato iuxta *decis. Card. Caualer. 577. num. 5. vers. ad consuetudinem.*

Si quidem in casu dictæ decisionis non aderat præcedens donatio irreuocabilis, pro vt hic, ad fauorem proximiorum, quibus cum fuisset Ius quæsitum
11 super bonis donatis, non poterat amplius Gaspar aliter disponendo eisdem præiudicare, vt admittitur in
decis. huius causæ super remissoria 28. Aprilis 1656. §. penultimo in fine.

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN PAROCHIALIS

Lunæ 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM

Possessio apprehensa post Appellationem interpositam, vel intra decendium datum ad appellandum dicitur attentata. In causis beneficialibus si possessio sit attentata apponendum est sequestrum, ne attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio apprehensa post appellationem interpositam dicitur attentata.*
2 *Possessio apprehensa, intra decendium datum ad appellandum est attentata.*
3 *Appellatio suspensiua non admittitur in beneficialibus.*
4 *Commissio causæ simpliciter facta à signatura retrotrahitur ad diem grauaminis, & operatur vt omnia medio tempore gesta sint attentata, etiam si aliàs sententia non esset de sui natura appellabilis.*
5 *Sequestrum apponendum est in causis beneficialibus quando possessio est attentata, ne detur vitiosus ingressus, & ne attentans fruatur cõmodo vitiosæ possessionis.*

DECISIO DCCLIV.

CVm vacasset de Mense Martij 1662. Rectoria, seu Parochialis Ecclesia S. Mariæ Villæ de Cordadeu
de Iurepatronatus capituli & Canonicorum Ecclesiæ
Barchinonen. & plures se opposuissent præcipue Franciscus Subira, & Ioannes Seguer fuit ab examinatoribus Synodalibus approbatus Subira, & pro inhabili
renunciatus Seguer.

Quia vero iste obtinuit a Nuntio committi causam
suæ appellationis Priori Beatæ Mariæ de Meya, qui
successiue per sententiam definitiuam reuocauit præcedentem reprobationem eiusdem Seguer, & insuper
illi concessit institutionem, possessione subsequuta mediante Procuratore sub die 15. Septemb. per plures horas antequã fuisset capta a Subira instituto ab ordinario, hinc commissa mihi causa appellationis dubitaui
An Subiræ sit dandum mandatum de manutenendo seu
potius sit apponendum sequestrum & Domini omissa
prima parte dubij, responderunt pro appositione
sequestri.

Possessio enim Sequer non potest excusari a vitio at-
1 tentatorum, nedum quia fuit apprehensa post appellationem interpositam sub diebus 1. & 11. Septembris

1962.

1662. pro parte Procuratoris Fiscalis Episcopi Barchinonen a decretis factis per dictum Priorem de Meya, sed etiam quia fuit capta eadem die latæ senten-
2 tiæ nempe 15. eiusdem mensis Septembris & sic intra decendium datum ad appellandum *Text. in cap. non solum de appell. in 6. Cæsar de Graff. decis. 2. num. 5. de appell. decis. 306. n. 9. p. 9. recent. & in Gerunden. Vicaria 3. Iulij 1645. §. siue fuerit apprehensio corā bo. me. Bichio.*

Non obstat, quod in Ecclesiis Parochialibus pro-
3 hibeatur appellatio suspensiua tam à *Sacro Concilio Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18.* quam per *Constitutionem Son. me. Pij V. 33. §. 8. Bullar. tom. 2.*

Nam vltra responsiones datas ab Informantibus pro Subira, cum signatura admiserit appellationem quoad vtrumque effectum, committendo mihi cau-
4 sam simpliciter commissio sic signata retrotrahitur ad diem grauaminis, & operatur vt omnia medio tempore gesta dicantur nulla, & attentata, etiam si alias sententia de sui natura non esset appellabilis, *plene in Astoriten. Parochialis 26. Iunij 1647. coram Arguelles in fine Auenionen. Attentatorum 10. Iunij 1648 §. nam quidquid sit coram R. P. D. meo Celso, & in Meleuitana Commenda de Vacnis 13. Maij 1650. §. quia eum corom me.*

Cum itaque possessio sit attentata, ven it apponen-
5 dum sequestrum, ne in beneficialibus detu r vitiosus ingressus, & attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis *Rota coram Verall. decis. 57. num. 3. p. 1. Casor de Graff. d. decis. 2. num. 1. de appell.*

Et ità &c.

BONONIEN PECVNIARIA.
Mercurij 27. Iunij. 1663.

ARGVMENTVM.

Hæreditas negociatoris, qui testamento mandauerit negocium continuari, & eius nomen expendi tenetur ad debita post eius mortem occasione negocij contracta, & An ex debitis in continuatione negocij contractis possit inferri præiudicium Vxori, & filiabus eiusdem negociatoris dictam continuationem mandantis circa dotes, & legata eisdem in testamento relicta.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas negociatoris mandantis negocium continuari post eius mortem, & eius nomen expendi tenetur ad debito occasione continuationis negocij contracta, non secus ac si ipse contraxisset.*

2 *Exceptio fideicommissi cum prohibitione alienationis non potest retardare solutionem debiti per fideicommittentem contracti.*

3 *Fideicommissum inducitur ex verbis prolatis etiam per modum desiderij.*

4 *Verba denotantia simplex consilium non sunt apta inducere præceptum, seu fideicommissum.*

5 *Negociator testamento relinquens facultatem continuandi negocium sub eius nomine iubensque institorem particularem retineri non censetur demandasse continuationē negocij sub simplici consilio, sed sub præcepto.*

6 *Bona negociatoris defuncti tenentur pro debitis ab hærede contractis quando negocium imperfectum relinquitur hæredi perficiendum, secus si ante obitum Testatoris fuerit completum, tunc enim aduersus hæredem eiusque bona competit actio, quod declara ibidem.*

7 *Vxor, & filia negociatoris mandantis negocium continuari post eius mortem, an præferantur pro suis dotibus, & legatis in concursu Creditorum negocij.*

8 *Socij tenentur in solidum ad fauorem creditorum negocij.*

DECISIO DCCLV.

Pro confirmatione sententiæ rotalis Domini responderunt, quia de illius validitate non fuit dubitatum Iustitia vero resultat ex decisionibus in causa factis 2. Maij 1661. coram R. P. D. meo Albergato, & 22. Martij ac 9. Iunij 1662. coram R. P. D. meo Emerix, vbi plene dictum fuit nedum teneri nomine proprio Paulū Muscardinm ad debita per ipsum contracta occasione negocij artis sericæ Verum etiam obligatam esse hæreditatem q. Matthei sui Patris.

Quod enim attinet ad hæreditatem Matthei Muscardini eo ipso, quod negocium præfatum fuit post eius obitum de ipsius speciali ordine continuatum
1 præuia facultate expendendi proprium nomen, tenentur eius bona hæreditaria eodem modo, ac si ipsemet contraxisset, vt præter auctoritates relatas in decisionibus *tradit Bart. in l. 1. sub num. 8. vers. si Pater vel dominus ff. de pecul. Ias. in §. actiones autem num. 9. vers. nam ex quo Instit. de act. Negus. de pignor. 2. membr. 2. par. num. 22. vers. nisi hæres Gratian. disc. pt. forens. cap. 832. num. 23. & 27. & aduertit Rota coram Card. Caud. decis. 51. num. 2. & 3.* nam sicut vtilia, & lucra ex negocio acquisita hæreditatis commodo cedere debuissent, ita incommoda, & damna occasione negocij prouenientia hæreditas subire tenetur, vt ponderatum fuit *in decisione D. mei Albergati §. & summa quidem ratione.*

Parum obstante, quod Mattheus in omnibus suis bonis fideicommissum constituerit cum prohibitione alienationis; quia cum ex prædictis debita contracta
2 occasione negocij reputentur propria eiusdem fidei committentis non potest illorum solutio sub prætextu fideicommissi retardari *Text. in l. filius familias §. Diui ff. de legat. 1. l. Pater filium ff. de legat. 3. Rota coram Marlino decis. 459. num. 6. & 7. cum alijs allegatis in dicta decis. §. Prout etiam.*

Neque releuat continuationem negocij non fuisse per Mattheum absolute demandatam, sed duntaxat per modum desiderij.

Etenim verba prolata per modum desiderij sunt
3 apta inducere præceptum, siue fideicommissum vt consulit *Cor. cons. 302. num. 3. vers. Verba enim illa vol. 2. & alias dixit Rota decis. 640. n. 36. §. & verba p. 1. di-*
4 *uers.* quidquid sit in verbis denotantibus simplex consilium, vt explicat *Peregrin. art. 1. sub num. 49.* ea ratione, quia consilium est hæredis fauor, cui hæres potest renunciare, in proposito certum est, quod Mattheus non vsus fuit verbis denotantibus simplex consi-
5 lium, sed desiderium, & præceptum, dum facultatem tribuit hæredi expendendi publice suum nomen ac iussit retineri Institorem particularem in negocio, & ista dispositio fuit successiue per hæredem exequtioni demandata; Vnde non est dubium quin bona Matthei sint obligata Creditoribus negocij continuati ad formam suæ dispositionis ad effectum ne mercatores alijque, qui contraxerunt sub fide publica, remaneant decepti, vt dictum fuit *in Romana Societatis de Rotignis 11. Iannuarij 1645. §. quia cum & 2. Martij 1646. §. 1. in fine coram Reuerendiss. Terracinen. & 3. Ianuarij 1661. coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Nec pariter vrget, quod bona defuncti teneantur solum pro debitis contractis ab hærede quando negocium vti imperfectum venit ab hærede perficiendum, secus autem si ante obitum Testatoris iam fuisset completum, quia tunc Creditoribus competeret actio
6 contra hæredem; eiusque bona per *Bart. in l. cum Tabernam in fine ff. de pignorib. l. 6. § illud plene ibique gloss. ff. de his, qui not. infam. Merlin. de pignor. quæst. 45 num. 67.* Hoc enim procedere posset vbi nulla adesset particularis dispositio Testatoris non autem quando, prout hic demandauit negocij continuationem sub ipsius nomine; quia tunc siue relictum fuerit imperfectum, ac solummodo inchoatum, siue omnino

omnino completum semper dicitur peculium ipsius
Testatoris in administrationem hæreditatum, vt pro-
6 prerea æs alienum sit soluendum ex bonis Testatoris
tanquam vere ab ipso contractum, vt distinguendo
dixit Rota *coram Card. Caual. d. decis. 51. num. 2. & 3.*

Quod autem ex debitis contractis in continuatione
negocij potuerit inferri præiudicium Vxori, & filiabus
eiusdem Matthei circa Dotes, & legata eisdem in Te-
stamento relicta *iuxta decis. Card. Caual. 41: 51. 112. &*
7 *132. & decis. 269. par. 6. rec.* iam fuit responsum in *d.*
decis. R. P. D. mei Albergati §. fin. & hodie cessat diffi-
cultas, cum super hoc articulo pendeat causa coram
R. P. D. meo Emerix, coram quo sub *die 16. Iunij 1662*
emanauit decisio ad fauorem Vxoris, & filiarum illas
nempè pro suis Legatis, & dotibus esse præferendas
super bonis hæreditarijs Matthei, Pagnono, & litis
Consortibus.

Respectu verò Pauli dictum fuit ipsum teneri etiam
nomine proprio, quia in Libris negocij obtenta prius
per obitum Matthei Patris iudiciali approbatione à
Iudice, & Consulibus Mercatorum discripsit, ac pu-
blicè declarauit se velle etiam nomine proprio prose-
8 qui negotium sub currentibus tamèn nominibus Ioan-
nis, & Matthei Muscardini; Quapropter cùm voluerit
nedum Patris personam; sed etiam Socij repræsentare
remanet clara illius obligatio, itaùt teneatur insoli-
dum ad fauorem Creditorum negocij Rota *decis. 246.*
num. 5. cum seqq. par. 6. recent. & in preallegata Romana
Societatis de Rotignis cum alijs plenè cumulatis in præ-
cedentibus decisionibus.

Et ita vnica tantùm Parte informante &c.

ROMANA DOMVS DE VSAZZIIS.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Venditio bonorum fideicommisso subiectorum ab hære-
de grauato facta antequam fructus aliquos ex hæredi-
ditate perceperit sustinetur intra quantitatem Trebel-
lianicæ, ità vt Emptor non possit inquietari etiam si
grauatus post venditionem superuiuendo fructus ex
hæreditate perceperit. Extraneus hæres tenetur im-
putare fructus preceptos in Trebellianicam, In cau-
sam detractionum cedere debent primo alienata, hæc-
que quascumque detractiones æquare præsumuntur si
hæres non confecerit Inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Venditio bonorum fideicommissi à grauato facta, ante-*
quam fructus aliquos ex hæreditate perceperit, susti-
netur intra quantitatem Trebellianicæ.

2 *Emptor bonorum fideicommissi à grauato alienatorum*
antequam fructus ex hæreditate percepisset non potest
inquietari etiam si postea grauatus perceperit fructus
ex hæreditate.

3 *Hæres extraneus per fideicommissum grauatus tenetur*
imputare fructus perceptos in Trebellianicam.

4 *Alienationes prima cedere debent in causam detractio-*
num.

5 *Alienationes quæcumque factæ à grauato, qui non con-*
fecerit Inuentarium præsumuntur æquare detractiones
ipsi competentes, donec probet contrarium.

6 Croti sententia in Repet. l. filius fam. §. Diui ff. de leg.
primo per Rotam approbatur.

DECISIO DCCLVI.

IN Decisione 20. Card. Caualerij præsupponitur in
facto quod hæres pro sua 4. Trebellianica deuenerit
ad alienationem Domus, de qua agitur antequam ali-
quos fructus ex hæreditate perceperit, quo præsuppo-
sito Rota ibi censuit in Iure veram oppinionem, &
distinctionem *Croti in repet. l. filius fam. §. Diui ff. de*
1 *legat. 1.* quod scilicet venditio rei subiectæ fideicom-
misso facta per grauatum antequam perceperit aliquos
fructus ex hæreditate sustineatur intra quantitatem
Trebellianicæ, itaùt Emptor non possit inquietari
2 quamuis grauatus post venditionem per plures annos
fructus ex hæreditate percipiendo superuixisset; Ve-
rum quia huiusmodi principale præsuppositum in fa-
cto non subsistebat Domini recesserunt à decisis sub
die 13. Martij 1662. coram me quam resolutionem ho-
die Rota confirmauit.

Quod enim attinet ad factum, certum est quod Ia-
cobus Iunior de Vsazzis hæres grauatus ante aliena-
tionem Domus Alimenta per septennium, & plu-
res fructus habuerat ex bonis sibi assignatis per Elisa-
bettham vsufructuariam, & insuper loca montium
hæreditaria distraxerat pro pretio scutorum 715. Ideo-
què non poterat eligere Domum controuersam pro
3 quarta Trebellianica, quæ iam erat consumpta; Tum
quia tanquam extraneus tenebatur imputare alimenta,
& fructus perceptos, vt vltra allegatos in decisione
ex *Text. in l. Iubemus vbi gloss. verb. hæreditarijs in fine*
C. ad Senat. consult. Trebell. Thesaur. distinguens inter
filium, & extraneum *quæst. for. 50. per tot. lib. 1. cum*
alijs cumulatis in Bononien. de Bologninis 2. Maij 1653.
coram R. P. D. meo Celso §. Trebellianica verò.

Tùm etiàm quià in dictam causam cesserunt loca
4 Montium præcedenter distracta, cùm regulariter pri-
mo alienata cedere debeant in causam detractionum.
Præsertim quià Iacobus Inuentarium non confecit,
5 quo casu alienationes factæ præsumuntur æquare om-
nes, & quascumque detractiones, donec ab hærede
contrarium probetur, vt latissimè in *Perusina bono-*
rum 14. Iunij 1647. §. exceptio verò & 30. Maij 1650. §.
legitimam verò coram me.

Cum itaque ex facto aliter se habente non subsi-
stant fundamenta decisionis Card. Caualerij Domini
perstiterunt in resolutis, omisso articulo iuris ibi de-
ciso, super quo nihil firmare voluerunt; & licet in
decisione dixerim, quid quid sit de veritate opinionis
6 Croti, quæ habet multos Contradictores, id tantum
dictum fuit, vt appareat eandem Croti opinionem
non esse sine Contradictoribus, quos ideò ibi recensui
non autem, vt eam in dubium reuocarem, quam po-
tius in suo planè statu relinquere volui, quod licèt
satis clarum sit, ne tamèn vnquam de hoc dubitari
contingat hic clarius explicare libuit, quamuis tunc
non defuerint aliqui ex Dominis, qui de ea dubitarunt
alijs tamèn acriter contradicentibus.

Et ita altera &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Mercurij 4. Iulij 1663.

ARGVMENTVM.

Possessio legitimè capta, licet posterior debet manuteneri
quando anterior nulla & vitiosa in cōtinenti appareat.
Talis autem apparere dicitur in continenti si ab eo, qui
prætendit succedere vigore fideicommissi capta fuerit
aliunde, quam de manu hæredis, aut Curatoris hæredi-
tatis: vel ab eo, qui prætendit ab intestato succedere
capta fuerit, non obstante quod ipsi de testamento con-
staret.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non denegatur illi, de cuius possessione*
plenè constat.

2 *Possessio anterior est potius manutenibilis.*

3 *Possessio anterior nulla, & vitiosa detecta non impedit*
quin possessio posterior legitimè capta debeat manute-
neri.

4 *Fideicommissarius tenetur possessionem accipere de*
manu hæredis.

5 *Possessio fideicommissarij non capta de manu hæredis re-*

manet

manet vitiosa, & non manutenibilis.

6 *Possessio hæreditarij iacentis à fideicommissario capta Curatore hæreditatis non dato est inualida.*

7 *Fideicõmissarius manuteneri debet in possessione bonorũ fideicommissi licet ipsam non cœperit de manu hæredis, aut Curatoris hæreditatis, quotiescumque apertè constat de fideicommisso, & manifestum est nihil detrahendum esse ab hærede.*

8 *Successio intestata cessat, vbi apparet de testamento non abolito, neque cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto.*

9 *Causa falsa non vitiat possessionem, sed illius cognitio reijcienda venit ad petitorium, seu possessorium ordinarium; secus si de falsitate in continenti appareat.*

10 *Nullitas tituli incontinenti probata inficit possessionem & manutentionem.*

11 *Exceptio clara in causa manutentionis opposita non venit reijcienda ad petitorium, quamuis ex replicatione partis aliquid veniat discutiendum quoad requirat altiorem indaginem.*

12 *Possessio capta à fideicommissario* sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura tam ex testamento quam ab intestato *tanquam conditionalis habetur pro non capta, nec in præiudicium hæredis instituti tribuit possessionem manutenibilem.*

13 *Mandatum speciale requiritur ad possessionem de nouo acquirendam, secùs ad recuperandam.*

14 *Ratificatio possessionis nulliter capta ab eo, qui mandatũ speciale non habebat non retrotrahitur in præiudicium eius, qui medio tempore pòssessionẽ legitime adeptus est.*

15 *Possessio semper ab animo regulatur.*

16 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem in iudicio manutentionis non veniunt discutiendæ.*

DECISIO DCCLVII.

POst obitum bon. mem. Virgilij Spadæ Commendatarij Sancti Spiritus orta fuit controuersia super successione in eius hæreditate inter D. Marchionem Horatium Nepotem ex Francisco fratre hæredem ex testamento eiusdem Virgilij, & Marchionem Gregorium Com. Nicolaum, & alios fratres ex Iacobo Philippo altero fratre nepotes prætendentes succedere tam ab intestato, quam vigore fideicommissi ordinati per Paulum eorum Auum; Vnde commissa mihi causa præuia speciali commissione manu Sanctissimi Signata appellatione remota cum facultate manutenendi quem de iure proposui dubium super manutentione, & hodie Domini dixerunt Marchioni Horatio dandũ esse mandatum de manutenendo, cum ex datis in eius
1 *Summ n. 2.* plenè constet de sua possessione *vulg. §. retinendæ instit. de interd. l. 1. ff. & C. vti possidetis.*

Nec visum fuit releuare, quod possessio Marchionis Gregorij, & aliorum capta die 13. Februarij sit anterior possessioni Marchionis Horatij apprehensæ
2 die immediatè sequenti, & proinde velut anterior sit potius manutenibilis *Bald. in l. de rebus n. 2. C. de donat. ant. nupt. Rota coram Merlin. decis. 9. & decis. 14. vtrobique num. 4.* quia cum ex pluribus detegatur nulla, &
3 vitiosa, non impedit quin possessio posterior legitimè capta debeat manuteneri *ex traditis per Posth. de manut. obseru. 46. num. 2. & 3. & dixit Rota decis. 177. nu. 1 & seqq. par. 4. diuers.*

Non possunt autem excusari defectus anterioris possessionis, siuè ex titulo fideicommissi q. Pauli, siuè ex causa intestati eiusdem Virgilij; non enim substinetur respectu fideicommissi, quia cum fideicommissarij teneantur possessionem accipere de manu hæredis per
4 *Text. in l. 1. ff. quor. leg. Dec. in l. fin. num. 48. C. de edict. Diu. Adr. toll. Rot. in Melenitana Territorij 3. Iun. 1650 § subsistit coram me,* vtique aliter capta nullum iuris
5 tribuit effectũ, sed remanet vitiosa, & non manutenibilis *l. improba C. de acquir. possess. Marescott. var. resol. lib. 1 cap. 1 num. 1. Rota coram Card. Seraph. decis. 1605. nu. 3 Card. Caual. decis. 106. in fine Gregor. decis. 206. num. 6. Eminentiss. D. Otthobon. decis. 28. num. 3. decis. 116. num. 3 & decis. 176. num. 11. in Bonon. Bonorum 3. Aprilis 1645 24. Ianuarij 1646. & in alia Bononien. Bonorum 4. Decembris 1651. coram bon. mem. Dunozetto.*

Parum obstante, quod sub dicta die 13. Februarij possessio esset vacans cum adhuc hæreditas non fuisset adita per Marchionem; nam vbi etiam hæreditas fuis-
6 set iacens absque spe aditionis, adhuc pro validitate apprehensionis huiusmodi debuisset deputari Curator hæreditati eoq; citato procedere vt dixit *Rot. decis. 520 in fine p. 1. diuers. Greg. decis. 206. n. 7. vbi Add.* qui testatur de communi, & in specie dictum fuit *in d. Bonon. Bonorum 3. Aprilis 1645. § non obstat & 24. Iann. 1646 in principio coram Dunozetto.*

Et licet aliquando fideicommissarius veniat manu-
7 tenendus in sua possessione licet non capta de manu hæredis, vel Curatore hæreditatis nemine citato, hoc tamen procedit duntaxat ex æquitate, vbi apertè constat de fideicommisso claro, & manifestè apparet nullas hæredi competere detractiones itaut omnino sit certum nihil apud ipsum fore remansurum, quo casu ad euitandos inutiles circuitus non est tribuendũ hæredi id quod statim esset restituturus, vt declarauit *Rota decis. 126. num. 3. par. 3. recent. & in dicta Bononien. 3. Aprilis 1645. § & licet coram Dunozetto.*

Hæc autem in præsenti deficiunt, quia plura deducuntur contra fideicommissum, & nullo modo docetur hæredi non competere detractiones. Immò videtur Marchionem Horatium tanquam Vxoratum in Vrbe posse deducere annua scuta 8000. ad formam Testamenti Pauli fideicommittentis dati in eius summario num. 6. quapropter rimanet firma conclusio superius adducta, quod erat necessaria citatio hæredis vel Curatoris deputati ad possessionem legitimè capien. *vt in d. decis. 116. num. 3. par. 3. in Romana fideicommissi de Casijs 14. Martij 1657. & in d. Bonon. Bonorum coram Dunozetto §. & licet.*

Eoque minùs valet sustineri dicta possessio ex alio titulo nempè hæredum ab intistato; Quia cùm appareat de Testamento non abolito neque cancellato, nec
8 in aliqua sui parte suspecto non est locus successioni intestat *l. quandiù 90. ff. de regul. Iur. l. ex Testamento C. vnde liber.*

Non obstat, quod in Iudicio manutentionis solum factum inspiciatur, & propterea anteriorem possessionem semper esse manutenibilem, licet fuerit capta ex
9 falsa causa intestati, ea ratione quod falsa causa non vitiat possessionem, sed illius cognitio reijcienda venit ad petitorium, seù possessorium ordinarium vt per *Rot. decis. 74. num. 14. & seqq. & 76. num. 5. apud eundem Posth. de manut. & coram Buratt. decis. 186. num. 6.*

Si quidem Iura prædicta, non loquuntur quotiescunque constat prout hic, venientes ab intestato habuisse ante captam possessionem plenam notitiam Testamenti, cum illud fuerit coram eis apertum lectum, & publicatum, hoc enim casù, quia illico, & incontinenti apparet de falsa causa, & de nullitate
10 eorum tituli ante ingressum possessionis, nullitas tituli incontinenti probata inficit possessionem, & manutentionem, vt dixit *Rota decis. 56. num. 1. par. 8. recent.*
11 cum alijs relatis per *Posth. vbi supra obser. 42. num. 137 & seqq.* subdens *num. 142.* quod exceptio clara non venit reijcienda ad petitorium, quamuis ex replicatione partis aliquid veniat discutiendum, quod requirat altiorem indaginem, quod prius firmauit *Rota decis.*

55. num.

55.num.4.& 6.par.1.diuers.& in recent.decis.559.num. 9.par.1.

Præterea remouetur obiectum ex eo quod possessio
fuit apprehensa vigore mandati continentis clausulam
*sine præiudicio habentium meliora & potiora Iura tàm ex
testamento, quam ab intestato*, quæ cum sit conditio-
12 nalis habetur pro non capta, & in præiudicium hæ-
redis instituti non tribuit possessionem manutenibilem
*Rota decis.14.num.15.& 16. apud Posth.vbi supra Add.
ad Buratt.decis.511.num.6.& in d.Romana fideicommissi
de Cesijs 14. Martij 1657.§. nec anteriorem coram Du-
nozetto*.

Prædictis accedit nullitas eiusdẽ anterioris possessio-
nis, ex quo capta fuit a Comite Nicolao, sine eius Pro-
curatore substituto etiam nomine aliorum fratrum, à
quibus speciale mandatum procuræ non habebat, quod
13 omnino erat necessarium cum non ageretur de pos-
sessione recuperanda, sed quidem de nouo acquirenda
vt benè distinguit *Surd.cons.160.num.45. & seqq.* nihil
refragante ratificatione subsequuta, quia non retro-
trahitur in præiudicium Marchionis Horatij, qui me-
dio tempore possessionem legitime adeptus fuerat *ex*
14 *deductis per Gratian. discept. forens. cap.365. num. 27.
Rota decis.627.num.1.par.4. diuers. cum alijs relatis in
Maceraten. Magazzeni seu Manutentionis 24. Ianuarij
1642: coram Reuerendissimo Cornelio*.

Neque dicatur quod Comes Nicolaus ceperit pos-
sessionem nomine aliorum fratrum cum clausula *tam
coniunctim quam diuisim*, & sic possit tota possessio re-
sidere penes ipsum, quia cùm in actu apprehensionis
fuerit facta expressio aliorum fratrum, non fuit acqui-
15 sita possessio quæ semper ab animo regulatur *Text.in
l.quemadmodum 8.ff.de exeq.poss.Gregor.decis.252.nu.4.*

Cæterum demum deducta contra Testamentum vel
16 requirentia altiorem indaginem Domini dixerunt
non esse discutienda in hoc Iudicio manutentionis.

Et ita vtraque Parte Informante resolutum fuit &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM; S. Ascentij, & Daualillo.

Mercurij 4.Iulij 1663.

ARGVMENTVM.

Remissoria non denegatur in causa Decimarum data re-
leuantia materiæ articulatæ etiam absque fumo, Causę
enim Decimarum ad effectum Remissoriæ reputantur
prophanæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur in causa decimarum data releuan-
tia articulorum etiam absque fumo, quia huiusmodi
causa ad effectum remissoria est ad instar prophanę.*
2 *Priuilegia exemptiua Decimarum reuocantur si per lap-
sum temporis incipiant esse damnosa.*
3 *Dispositio* cap.suggestum de Decimis *non procedit quan-
do priuilegium transiuit in contractum.*
4 *Dispositio* cap.suggestum de Decimis, *non habet locum
nisi quando Rectores congruè sustentari non possunt.*
5 *Remissoria conceditur ne dum quando constat de clara
releuantia articulorum, sed etiam, quando est dubia.*
6 *Remissoria quæ in causa prophana conceditur absque fu-
mo facilius concedi debet exhibito fumo.*

DECISIO DCCLVIII.

CVM in postrema decisione huius causæ 3.Iunij 1661
coram me Rota declarauerit transactionem anni
1437.inter Monasterium B. Mariæ de Estrella, & Be-
neficiatos S. Ascensij sustineri quoad Decimas bono-
rum tàm præsentium quàm futurorum eo præcipuè
fundamento, quia pro parte Beneficiatorum adhuc non
sit plenè, & concludenter iustificata paupertas Mona-
sterij de tempore contractus, ac successiua opulentia,
& excrescentia redditunm vt veniret rescindenda ex
capite læsionis, vel saltem quod probatio vtriusque
partis reddatur turbinaut ad fauorem Beneficiatorum
posset intrare dispositio *Text.in c. suggestum de decim.*
Hinc sumpta occasione Beneficiati prætendentes mo-
do probare concludenter paupertatem de tempore
transactionis quodque successiue Monasterium ditissi-
mum euaserit exibitis in actis articulis ad hoc pro-
bandum petierunt remissoriam. Quare disputato Du-
bio an esset danda, & an cum retardatione vel sine fuit
in omnibus affirmatiuè responsum.

Quia causa decimarum ad effectum remissoriæ est
ad instar prophanæ, sicut aliæ quæcumque, in quibus
1 non agitur de titulo beneficij, Ideoque data releuan-
tia materiæ articulatæ etiam absque fumo denegari
non potest, vt innumeris congestis *in Hispalen. Deci-
marum 26.Iunij 1647.§.proposito itaque coram Eminen-
tissimo D.Card. Corrado*, ac in qualibet instantia ad
effectum remissoriæ reputatur prophana, vt pluribus
congestis dictum fuit in dicta *Hispalen. Decimarum
26.Iunij 1647.§. proposito itaque coram Eminentissimo
D.Card. Corrado Verall. decis.68. num.1.par.3.Coccin.
decis.149.num.1.& in Calaguritana præminentiarum
4.Decembris 1648.coram R.P.D.meo Celso.*

Releuantia in proposito videtur posse desumi ex
quo fuit articulata paupertas Monasterij non solum
à principio suæ erectionis anni 1419. sed etiam de
tempore transactionis vt patet præsertim ex quarto
articulo, vbi quod Monasterium vsque ad annum
1437. & vsque ad tempus vnionis Ecclesiarum rura-
lium S. Petri de Ruego, & S. Emiliani de Villaricca,
videlicet de anno 1454. ex omnibus redditibus, &
prouentibus vix percipiebat annua scuta 150. ita vt re-
putaretur egenum, & indigens eleemosinis; Vndè cum
postea articuletur augumentum diuitiarum in ingenti
2 quantitate sequutum post transactionem potest habere
locum dispositio *Text.in d.cap.suggestum*, cuius vigo-
re reuocantur priuilegia exemptiua Decimarum si per
lapsum temporis incipiant esse damnosa, & maximum
inferant præiudicium Ecclesiæ, cui decimæ debentur,
fuit ponderatum in decisionibus huius causæ *7.Febru-
rij §.1.quia, & 28.Nouemb.§.quoniam 1659. coram me.*

Et licet *in decis.§.vltra quod* dictum fuerit quod
aliqui ex DD. existimabant d. Textum non procedere
quando priuilegium transiuit in contractum iuxta
3 declarationem *Abb.& aliorum ibi alleg.* nec habere lo-
cum, nisi quando rectores congrue sustentari non pos-
4 sunt, *vt in cap.2.§.vbi autem de decim.in 6.* hoc priui-
legium transijt in contractum transactionis, quo casu
dictum Textum non habere locum declarat *Abb.ibidem
nu.6.* nec intrare, nisi quando Rectores congruè susten-
tari non possunt, *vt in cap.2.§.vbi autem de decim.in 6.*

Attamèn visum fuit Dominis hæc omnia esse exa-
minanda, & discutienda post factas probationes, &
interim, non esse denegandam remissoriam, quæ con-
5 ceditur nedum, quando constat de clara releuantia,
sed etiam quando est dubia *Rota decis. 25. de Test. in
antiq.in Mediolanen.Prioratus 27. Maij 1647. in fine co-
ram eodem D.Card. Corrado & decis 252.num.3.& 4.
par.9.rec. & in Toletana Decimarum 16. Martij 1648.
§.Rota enim coram R.P.D.meo Celso.*

Præterea ex abundanti non deficit fumus materiæ
articulatæ, nàm respectu antiquæ paupertatis Monaste-
rij videtur resultare ex enunciatiuis emissis in Bulla
Benedicti 136. ac in Bulla vnionis de Villaricca, & ex
solutione exiguæ quantitatis decimæ in summa scuto-
rum sex, quæ demonstrat modicitatem redditunm
respectu verò acquisitionum successiue post transactio-
nem factarum fumus elicitur ex pluribus partitis datis
6 *in Summario Beneficiatorum num.5.& 6.* si enim remis-

soria in causa propha na conceditur absque fumo data releuantia articulorn m, facilius concedenda venir exhibito sufficienti fnmo, vt in *decis. 22. num. 2. & 3. par. 8 rec. & coram Eminentissimo D. Card. Otthobono decis. 98 num. 13. ex quo cessat suspicio calumniæ, vt notat Add. ad Greg. decis. 83. num. 6. in fine Rota post secundum vel, cons. Farin. decis. 306. num. 1.*

Erità fuit resolutum dandam esse remissoriam cùm retardatione vel sine arbitrio Dominorum, ad effectum vt quam citius probationes impleantur vtraque &c.

LEODIEN. PAROCHIALIS
Mercury 4. Iuly 1663.

ARGVMENTVM.

Prouisus Apostolicus ab Executore literarum Apostolicarum in possessionē immissus venit manutenendus, Literæ enim Apostolicæ ad executionem demandatæ bonum ius, & legitimum titulum præbent; Nec per exceptionem assertæ vnionis præbentis alteri Ius nominandi potest manutentio retardari, maximè si per vltimum statum collatiuum beneficij prætensa vnio excludatur,

SVMMARIVM.

1 *Mensis Septembris vigore concordatorum Germaniæ est Sedi Apostolicæ reseruatus,*
2 *Prouisus à Sede Apostolica in mense ipsi reseruata bonum Ius fouere dicitur, & ex literis Apostolicis legitimum titulum habere,*
3 *Executor literarum Apostolicarum, cui demandatur Immissio Prouisi Apostolici potest se extraiudicialiter informare super narratis non existente legitimo contradictore.*
4 *Executor literarum Apostolicarum se informasse præsumitur dum ad executionem processit,*
5 *Nominatio Rectoris ad beneficium vnitum, vigore vnionis de Iure spectat ad Rectorem Ecclesiæ principalis, cui beneficium per vnionem accessit,*
6 *Vnio cum sit odiosa non præsumitur, sed debet plenè, & concludenter iustificari per publicum Instrumentum, vel rem iudicatam, vel confessionem partis.*
7 *Vnio incompatibilis est cum statu collatiuo.*
8 *Manutentio conceditur ei, qui docet de sua possessione per publicum Instrumentum, alio non possidente.*
9 *Vnio Ecclesiæ per exceptionem deducta, sed non probata, non facit excipientem legitimum contradictorem ad impediendam manutentionem Prouiso Apostolico.*

DECISIO DCCLIX.

SEruatius le Cocque præuia approbatione in concursu approbatus fuit auctoritate Apostolica de controuersa Parochiali Ecclesia S. Martini loci de Silentimio vacante per obitum Ioannis de Croix de mense Septēbris 1661. & ab Exequutore literarum Apostolicarum in possessionem immissus *Sum. Seruatij num. 1. & 2.* cum verò Thomas Bachelaire prætenderet nominationem ad dictam Parochialem spectare ad Abbatem de Iardiner vigore vnionis, delata causa ad Rotam dubitauit An constet de bono Iure Seruatij etiam ad effectum manutentionis, & affirmatiuè resolutum fuit.

Nàm cùm vacatio dictæ Parochialis contigerit in
1 mense Septembris, qui vigore concordatorum Germaniæ, est Sedi Apostolicæ reseruatus, *vt respondit Rota in Monasterien. Canonicatus 16. Ianuarij 1645. & 10. Iunij 1648. coram Reuerendis. Terracinen.* ac de ea Serua-
2 tius fuerit prouisus, vtique constare videtur de eius bono Iure; Nàm literæ Apostolicæ præbent Prouiso legitimum titulum *Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 2. num. 7. Rota decis. 30. sub num. 5. circa med. de concess. prebend. in non.* & postquam fuerunt exequutioni demandatæ in omnibus, præsumuntur iustificatæ, vt responsum fuit in alia *Leodien. Canonicatus, seu Coadiutoriæ 15. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Verospio in principio,*
& non existente legitimo contradictore, potuit exe-
3 quutor super narratis se extraiudicialiter informare,
4 & se informasse præsumitur dum ad exequutionem processit, *Rota decis. 71. num. 6. & 7. par. 6. recent. in Papien. Beneficiorum 23. Februarij 1654. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Mediolanen. Praeminentiarum 5. Martij præteriti coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstat exceptio vnionis huius Parochialis Abbatiæ de Iardinet, cuius vigore nominatio Rectoris de
5 Iure spectat ad Abbatem, quia de asserta vnione hodie non constat, & tamen cum sit odiosa, non præsumitur,
6 sed debet plenè, & concludenter iustificari per publicum Instrumentum, vel rem iudicatam, vel confessionem Partis, *Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 20. nu. 105,* præsertim ad excludendam riseruationem *Eminentis. Card. Otthob. decis. 168. num. 6. & in Vicen. Parochialis 29. Iunij 1650. coram bon. mem. Bichie, & in Barchinonen. Parochialis de Palau. 20. Iunij & 5. Decembris 1650 & 15. Maij 1654. coram R. P. D. meo Albergato.*

In proposito vnio exclusa remanet ex vltimo statu
7 collatiuo, qui incompatibilis est cùm ipsa vnione *Greg. decis. 112. num. 1. Card. Otthob. decis. 179. num. 3. & 4. & in d. Vicen. Parochialis §. Vnionis autem.* Status collatiuus optimè comprobatur, nàm de anno 1618. per obitum Dauidis prouisus fuit de huiusmodi Parochiali Ioannes de la Croix *d. Sum. num. 3.* qui illam possedit vsque ad annum 1661. quo tempore euenit controuersa vacatio, & sic constat de vltimo statu, qui deseruit pro exclusione vnionis, & ad sustinendam prouisionem Apostolicam, vt latè dictum fuit *in Barchinonen. Præpositura 26. Maij 1655. §. ad probandam coram me.*

Constito de bono Iure Seruatij etiam venit con-
8 cedendum mandatum de manutenendo, quia docet de sua possessione ex publico Instrumento *d. Summ. n. 2,*
9 quod ad hunc effectum suffragatur alio non possidente *vulg. l. Prædia ff. de acquir. poss.* & donec de titulo validę vnionis non fuerit cognitus interim Thomas non est legitimus Contradictor ad impediendam Seruatio manutentionem *Card. Otthobon. d. decis. 68. num. 7. & in supra citata Barchinonen. Parochialis de Palau.*

Et ità per Contradictas fuit resolutum Seruatio solum Informante &c.

BONONIEN. INDEMNITATIS:
Veneris 16. Nouembris 1663.

ARGVMENTVM.

Remedium Associationis in vim præcarij competit creditoribus, & habentibus causam ab eis, non solum contra Debitores; verum etiam contra singulares successores ab eis causam habentes,

SVMMARIVM.

1 *Associatio in possessionem virtute præcarij competit Creditoribus, & habentibus causam ab eis.*
2 *Associatio in vim Præcarij non solum competit aduersus debitores, verum etiam aduersus singulares successores habentes causam ab eis.*
3 *Præcarium ex forma stat. Bononiæ importat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate etiam contra tertium, eo quia per mutationem personæ non variatur Ius Creditoris,*

DECISIO DCCLX.

IN vim trium conformium totalium fuit coram bon. me. Buratto relaxatum mandatum exequutiuum ad fauorem q. Hieronymi Fabæ contra illos de Linis obligatos pro francatione quorundam bonorum per ipsos assignatorum q. Emiliæ Tusignanæ, & successiue Laurentius Facchionus hæres eiusdem Hieronymi vsque de anno 1642. obtinuit sibi concedi duplicatum dicti mandati coram bon. me. Peutingerio, cuius vigore

cepit possessionem Prædij nuncupati *di Bagno*. Quià verò se opposuerunt Patres Sancti Dominici Ciuitatis Bononiæ tanquam tertij possessores Prædij fuit ad instantiam Pacchioni disputatum dubium An esset concedendum mandatum de associando, quod affirmatiuè resolutum fuit *sub die 26. Februarij 1652. coram R.P.D. Peutingerio*, & hodie repropositâ causa informantibus dicto Laurentio, ac DD. de Piazza Cessionarijs eiusdem Pacchioni, fuit confirmata resolutio ex eisdem rationibus.

Creditum enim non potest controuerti tanquam resultans ex publico instrumento approbato per tres sententias conformes, & possessio Patrum Collitigantium probatur ex eo, quod Prædium, de quo agitur fuit de anno 1640. per illos de Linis venditum Com. Francisco Pepulo, qui posteà iure Legati illud reliquit Patribus præfatis, subsequuta eorum actuali possessione *Summ. antiquæ positionis, num. 3. 4. & 5.* Vndè cùm pro obseruatione contentorum in instrumento Debitores opposuerint pactum, & constitutionem precarij super omnibus eorum bonis, vtique Creditori, &
1 habentibus causam ab eo competit remedium associationis per *Text. in l. 3. C. de pignor.*

Parum obstante, quod agatur contra tertios pos-
2 sessores, quià associatio petita in vim precarij nedum competit contra Debitores. Verùm etiàm contra singulares successores ab eis causam habentes tàm ex iuris dispositione comprobata per *Bart. in repet. d. l. 3. sub num. 25. vers. Sed pone, quod Debitor, C. de pignor. Bero. cons. 66. nu. 8. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 926. num. 2. cum alijs relatis in Bituntina Census 27. Nouembris 1645. §. Possessio verò circa fin. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Quam etiam ex forma *Statuti Bonon. vol. 2. lib. 7. tit. pactum precarij*, vbi ex amplissima extensione precarium importat facultatem capiendi possessionem
3 propria auctoritate, quæ potest exerceri etiam contra Tertium, ea ratione, quià per mutationem personę non mutatur, neque variatur ius Creditoris, vt in his terminis consuluit *Grat. respons. 37. num. 12. lib. 1. Rota in recent. decis. 338. num. 2. par. 1. cum alijs in decisione congestis, §. Possessio.*

Et ità vnica, &c.

ROMANA PRÆTENSI MATRIMONII.

Lunæ 3. Decembris 1663.

ARGVMENTVM.

Matrimonium, quando de ipso agitur incidenter ad effectum legitimæ successionis ex leuioribus probationibus, & coniecturis iustificatur, secùs si principaliter de illius fœdere dubitetur, quo casu plena, & concludens probatio requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ex coniecturis, & leuioribus probationibus constare dicitur quando de ipso agitur incidenter ad effectum legitimæ successionis.*
2 *Matrimonium plenè, & concludenter probari debet vbi de illius fœdere dubitatur.*
3 *Matrimonium de præsenti non concluditur per verba prolata à Puella ad crates Monasterij coram Parocho quæ respiciant tempus futurum, hæc enim verba habent in ventre conditionem, quatenus accedat consensus Patris.*
4 *Dictio* Perche *denotat causam finalem.*
5 *Dictio,* Poi *significat tempus futurum.*
6 *Dictio* Poi *importat conditionem.*
7 *Consensus Patris de Iure Canonico non requiritur pro validitate Matrimonij.*
8 *Sponsalia ab altero ex sponsis contracta sub conditione quod Patris consensus accedat, ante conditionis implementum non dicuntur perfecta, nec alter ex sponsis cogi potest ad matrimonium patre expressè dissentiente, cum conditio huiusmodi non sit à Iure reprobata.*
9 *Verba,* E quando questo sia *continent conditionem.*
10 *Verbum* Volo *iunctum alteri verbo infinitiui temporis importat intentionem agendi de futuro.*
11 *Confessio alterius ex sponsis, vbi agitur an constet de matrimonio contra confitentem plenè probat.*
12 *Testis singularis depositio non probat.*
13 *Parochus in materia matrimonij deponens licet singularis plenam fidem habet apud Rotam, ex quo testatur de facto proprio nomine sui officij.*

DECISIO DCCLXI.

PRo decidendis nonnullis controuersijs inter Petrum Sauium, & Paulum Rubimauam in Tribunali Eminentissimi D. Cardinalis Vicarij illius Congregatio criminalis exquisiuit prius audire Votum Rotæ super eo an constet de matrimonio inter Paulum, & Mariam Annam Petri filiam, quo dubio de ordine Sanctissimi hodie proposito DD. negatiuè responderunt;
1 nàm cùm non agatur de matrimonio incidenter ad effectum legitimæ successionis, quo casu admittuntur leuiores probationes, & coniecturæ, sed principaliter
2 dubitetur de illius fœdere plena, & concludens probatio requiritur iuxtà *cons. Gemin. 27. num. 7. & passim à Rota approbatum.*

Probationes in proposito non videntur sufficientes, quia verba coram Parocho prolata ad Crates ferreas Monasterij à Puella, ibi: Existente habent in ventre conditionem *quatenus accederet consensus Petri sui Patris*, & vti respicientia tempus futurum denotant
3 potius quandam animi propensionem contrahendi ex interuallo post euentum conditionis, non autèm concludunt mutuum vtriusque consensum simpliciter de præsenti *cap. si inter virum 31. de sponsal. ibiq. Abb. n. 1. & seqq. & bene explicat Perez de matrimon. disput. 4. sect. 6. num. 3.*

Quod verba Puellæ contineant conditionem, & respiciant tempus futurum videtur desumi ex eo, quod dùm Magdalena Mater deprecabatur Parochum, vt consensum Patris obtinere curaret, ibi, *Essa Signora Maddalena cominciò à pregarmi, che douessi pregare il Signor Pietro suo marito à contentarsi che seguisse il matrimonio trà la loro figlia, & il Signor Paolo;* insurrexit Maria Anna, & inhærendo matris alloquutioni dixit, *Perche poi non voglio altro Sposo, ò altro marito, che il Signor Paolo qui*, quæ verba demonstrant Puellam pro actus perfectione contemplasse Patris consensum, de quo immediatè ante fuerat facta mentio, vt patet
4 ex illa dictione *Perche*, quæ denotat causam finalem *ex allegatis in Romana pecuniaria, seù Legati 11. Martij 1650. coram R.P.D. meo Albergato, §. Quoniam post med.*

Et quidem voluisse actum suspendere in tempus futurum, nempè post obtentum dictum consensum Pa-
5 tris, liquet ex altera dictione *Poi*, quæ non solùm significat tempus futurum per ea quæ tradit, *Tiraquell. in l. si vnquam, C. de donat. pag. mihi 175. num. 17. Rota decis. 289. nu. 2. post secundum vol. cons. Farin.* Sed etiam
6 conditionem importat per *Text. in l. inter illam 217. vbi gloss. ff. de verb. signific. Ias. in leg. si cui legetur 45. §. Hoc autem, num. 9. ff. de legat. primo, Rota decis. 167. num. 6. par. 2. rec.*

Et licèt pro validitate matrimonij Patris consen-
7 sus de iure Canonico non requiratur.

Nihilominùs quià in præsenti videtur per viam conditionis requisitus; Vtique dùm Pater expressè dissentit, non est cogenda Puella ad matrimonium contrahendum, quia cum sit conditio à Iure non reprobata ante illius implementum nec matrimonium,

8 nec sponsalia contracta dicuntur *per Text.expressum in cap. super eo de condit. apposit. in desponf. & dixit Rota in Romana matrimonij 8. Iunij 1644. §. fin. coram Penatingerio.*

Verba vero prolata per Paulum magis aperte demonstrant matrimonium non fuisse contractum per verba de præsenti, nam ipse immediate post verba Mariæ Annæ dixit: *E quando questo sia non voglio altro che V.S.* Aut enim continent eandem conditionem

9 in illis verbis *e quando questo sia* idest quando Pater consentiat; Aut saltem si essent dubia optime declarantur, ex quo idem Paulus die sequenti, nempe 2. Septembris 1661. comparuit in eodem Tribunali D.Card. Vicarij, & asseruit velle ducere in Vxorem Mariam Annam & ad docendum de eius statu libero induxit in Testem Alexandrum eius Patrem; frustra enim dixisset velle vxorem ducere si antecedenter credidisset

10 matrimonium per verba de præsenti fuisse contractum nam verbum *Volo* iunctum pro vt hic, alteri verbo infinitiui tẽporis ibi *Volens in eius Vxorem ducere D. Mariam Annam* importat intentionem agendi de futuro *ex allegatis in Vlixbonen. nullitatis Professionis 2. Ianuarij 1646. cor. Argnilles §. 8. considerabant Domini.*

Et ex hoc etiam elicitur confessio Pauli matrimonium non dum fuisse contractum, quæ contra ip-

11 sum confitentem plene probat, vt in his terminis dictum fuit *in Fauentina Matrimonij 7. Iunij 1658. §. Id enim conuincit coram R.P.D. meo Taia.*

Non obstant depositiones sex monialium, duæ enim non concludunt, quod fuerit contractum matrimonium de præsenti, immo videntur concordare cum depositione Parochi in ea parte, qua dicit consensum Mariæ Annæ non fuisse simplicem, & purum, sed conditionalem ibi *la quale pregò il detto Parocho, che rappresentasse questo al Sig. Pietro Sanij suo Padre e lo pregasse a darli il suo consenso per che era risoluta di non pigliare altro Marito se non detto Sig. Paolo.*

Et aliæ quatuor vti non informatæ de præcedenti colloquio inter matrem Puellæ, & Parochum super consensu obtinendo a Patre, conciliandæ sunt cum alijs, vt nempe audiuerint Mariam Annam velle nubere Paulo accedente consensu sui Patris.

Depositio vero Matris Puellæ quatenus concludit

12 per verba de præsenti remanet singularis; Ideoque non probat ex vulgatis maxime in concursu Parochi, cui licet singulari Rota solet in hac materia plenam

13 fidem adhibere, ex quo testatur de facto proprio nomine sui officij vt *in decis. 374. num. 3. p. 3. recent. & in dicta Romana Matrimonij 8. Iunij 1644. §. nec Parochus coram Peutingerio.*

Et ita vtraque &c.

RAVENNATEN. SEV FAVENTINA CAMBII.

Mercurij 5. Decembris 1663.

ARGVMENTVM.

Cambia, & Recambia redduntur sicca, & illicita, si non constet de trasmissione pecuniarum ad ferias; vnde si debitor ea soluerit sortem extinxit, & si vltra sortem soluerit repetere potest tanquam indebite soluta, non obstante quod in cõputorũ solidatione per instrumentum cambiorum debitorem se constituerit; Cambia pariter tamquam illicita non debentur si appareat Creditorem sine consensu, saltem tacito, debitoris à se ipso pecunias recepisse.

SVMMARIVM.

1 *Res Iudicata sine difficultate adesse dicitur vbi post Appellationem per bienninm, & vltra nihil fuerit actum in causa nec fuerunt prorogata fatalia.*

2 *Cambia, & recambia dicuntur sicca, & illicita cum non constet de transmissione pecuniarum ad ferias.*

3 *Cambia, non debentur si constet creditorem recepisse pecunias a se met ipso non concurrente expressa, vel saltem tacita voluntate debitoris.*

4 *Cambia, qua pratendit Creditor sibi deberi ex pecunijs a se met ipso receptis non dicuntur approbata per computorum solidationem, in qua quis se constituit debitorem cambiorum, absque eo quod appareat debitorem habuisse notitiam, quod huiusmodi cambia fuerint per creditorem ex proprijs pecunijs contracta.*

5 *Ratificatio requirit plenam, & distinctam scientiam in ratificante.*

6 *Contrarietas, & repugnantia in eodem Instrumento non præsumuntur, & ad eas euitandas sumi debet omnis interpretatio.*

DECISIO DCCLXII.

Debitum, quod de anno 1635. contraxerat Marcus a Lega cum Ioanne Lucatello, & Petro Antonio de Via solidatum fuit inter ipsos per publicum Instrumentum 29. Nouembris 1639. in libris 12593. monetæ Bononiæ tam pro sorte, quam pro cambijs prouisionibus, & expensis vsque tunc factis, & respectiue decursis, quam summam idem Marcus Debitor cum obligatione Laurentij, & Michaelis eius filiorum soluere promisit dd. Lucatello, & de Via intra terminum trium annorum, & interim soluere Cambia rationem librarum octo pro quolibet centenario, & Anno, Verum quia Debitor dictam solutionem neglexerat, Ipsæmet Partes iterum & per duas vices nempe de anno 1644. & 1648. ad nouas solidationes deuenerunt per publica Instrumenta repetita semper eadem obligatione soluendi cambia ad dictam rationem octo pro centenario quorum Instrumentorum vigore cum Lucatellus egisset in partibus contra Legam pro solutione sortis, & Cambiorum prodijt sententia absolutoria ad fauorem eiusdem Debitoris de anno 1650. quæ vlterius condemnauit Lucatellum ad restitutionem librarum 3519. quæ in causam sui crediti receperat, successiue vero deuoluta causa ad Rotam, resolutum fuit 16 Iunij 1653. cambia non deberi, vt in decisione edita coram bo: me: Bichio, quo interim defuncto lata fuit sententia a R.P.D. meo Priolo eidem suffecto confirmans sententiam de partibus, & vlterius condemnans Lucatellum ad restitutionem aliarum librarum 4057. vltra dictas libras 3519. in priori sententiam contentas; & demum commissa mihi causa cum clausula *Alberi de prorogatione termini* dedi Dubium An constet de re iudicata vel potius de causis &c. quod ex sequentibus affirmatiuè quoad primam negatiue vero quoad secundam partem resolutum fuit.

Quod respicit rem iudicatam sine vlla difficultate Domini admiserunt, cum post appellationem per bi-

1 ennium, & vltra nihil fuerit actum in causa minusque fuerint prorogata fatalia *cap. cum sit Romana de appell.* Vnde stricte ad Iustitiam sententiæ pro resolutione 2. partis dubij duo potissime visa fuerunt examinanda; Primum respicit realitatem, & Iustitiam cambiorum ad effectum dignoscendi an debitor valide fuerit ab eorum solutione absolutus, secundum vero consistit in taxatione sortis principalis debiti contracti, ira vt ea firmata percipi possit an pecuniæ excedant sortem in ea quantitate pro qua Lucatellus fuit condemnatus ad restitutionem; Ideoque distinctè procedendo placuit quoad primum distinguere duo tempora, nempè ab anno 1635. vsque ad annum 1639. & pro hoc

2 tempore cum non constet de transmissione pecuniarum ad ferias, cambia & recambia redduntur sicca, & illicita iuxta *constit. San. me: Pij V. 118. per tot. & dictum fuit in Romana Cambij 8. Aprilis 1658. §. Verum quia coram me.*

Ab anno autem 1639. vsque ad 1648. licet ex li-
teris vt vocant *dell'andata* videatur huiusmodi iusti-
ficatio exhibita, non tamen Cambia debentur, cum
appareat Creditores recepisse pecunias a se met ipsis,
quod non erat ibidem permissum, non concurrente
3 expressa, vel saltem tacita voluntate Debitoris, vt
probant auctoritates relatæ in *decis. bo:me: Bichij §. ni-
hilominus, & in Romana Cambij 7. Iunij 1662. §. rur-
sus coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Expressa si quidem voluntas non adest, & tacita
desumi non valet ex eo, quod idem Debitor in soli-
dationibus computorum videatur Cambia approbasse
4 dum pro illis se constituit Debitorem, quia cum non
appareat habuisse notitiam, quod cambia fuerint ab
ipsis met Creditoribus contracta, immo verisimiliter
potuerit credere fuisse cum alijs Mercatoribus con-
tinuata, vtique iste actus remanet æquiuocus, nec
inde desumi valet aliqua tacita ratificatio, quæ requi-
rit plenam, & distinctam scientiam in ratificante tam
5 iuris quam facti *Surd. cons. 49. num. 32. & seqq. & sub
n. 45. vers. dum vero cum alijs allegatis per Add. ad Gre-
gor. decis. 209. num. 9. Add. ad Burat. decis. 410. num. 15.
& in Romana fructuum Census 12. Decembris 1650. §.
minus subsistere coram Reuerendis. Papien.*

Respectu vero 2. articuli ad quam scilicet quantitatem ascendat debitum controuersum in sorte principali; Aliqui ex Dominis inhærebant Instrumento anni 1639. vbi partes solidando computa determinarunt creditum in libris 12593. & licet ibidem fuerit, expressum dictam quantitatem fuisse conflatam tam ex sorte, quam ex Cambijs post contractum debitum decursis, attamen existimabant fere impossibile sortem à cambijs distinguere; Verum quia ex calculo visa fuit subsistere summa iam firmata per Rotam in decisione huius causæ, censuerunt sortem non excedere libras 8770. Præsupposito enim quod contrahentes expresse declararunt solidationem fuisse factã vna cum cambijs decursis ab anno 1635. vsq; ad mensem Nouemb. 1639 quodque cambia fuerunt taxata ad rationem octo pro centenario iuxta conuentiones factas tam de anno 1639. quam 1644. & 1648. *ad tradit. per Cephal. cons. 96 num. 19. & seq.* hinc bene fuit sors principalis firmata in dictis libr. 8770. cum hæc quantitas spatio quinquennij ad dictam rationem octo tot fructus pariat, qui vnam cum sorte constituunt dictã summam lib. 12593

Non obstat quod in dicto instrumento anni 1639. exprimatur origo debiti prouenientis ex fideiussionibus factis a Lega pro tribus partitis in tribus Apochis, quæ præseferunt integram summam librarum 15593. Vnde inferebatur hanc quantitatem constitui duntaxat ex capitali pecuniæ non autem ex Cambijs.

Quia cum in instrumento adsit expressa declaratio
quod dicta summa fuerit conflata ex sorte in Cambijs
nulla vis fieri potest in assertis apochis, quæ cum non
adhibeantur, non est certum an vere contineant sum-
mam expressam pro solo capitali, vel potius etiam
pro cambijs. In dubio autem censeri debet illas com-
6 prehendere sortem, & Cambia ad effectum excluden-
di repugnantiam, & contrarietatem in eodem Instru-
mento, ad quam euitandam sumi debet omnis inter-
pretatio, *l. vbi repugnantia ff. de reg. Iur. Bald. cons.
465. num. 5. lib. 5. Rota decis. 188. num. 5. & decis. 250
num. 15. p. 6. recent.*

Hinc firmata quantitate sortis in libris 8770. Iustitia sententiæ condemnantis Lucatellum ad restitutionem desumitur ex solutionibus factis per debitorem relatis in eius summario num. 1. quæ cum ascendant ad libras 16347. patet eas excedere dictam sortem in libris 7577. quæ summa tanquam indebite soluta ex prædictis venit restituenda: Nil releuante, quod Lucatellus illas retinere prætendat tanquam fideiussor, asserens de mandato Petri a Lega persoluisse medietatem debiti Petro Antonio de Via concreditori, quia non subsistit dictum Petrum solutionem huiusmodi demandasse cum solum in quadam Apocha consenserit tanquam prætensus Debitor vt patet ex lectura *summar. eiusdem Lucatelli num. 4.*

Et ita vtraque &c.

CAMERINEN. DOMVS.

Veneris 14. Decembris 1663.

ARGVMENTVM.

Inuestitura alicui concessa pro se, & vsque in ipsius tertiam generationem comprehendit etiam pronepotes, non potest autem per pronepotes ad hæredem transferri in præiudicium Domini Directi, ea de ratione quia concessum ad tempus post illud tempus censetur denegatum. Testatore disponente de omnibus suis bonis, & iuribus, non veniunt bona emphyteutica restitutioni obnoxia, quæ specialem, & indiuiduam mentionem requirunt.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata clara est quando per biennium, & vltra post interpositã appellationem nihil actũ fuit in causa*
2 *Restitutio in integrum læsione cessante non datur, & sic sententia existente valida, & iusta.*
3 *Inuestitura alicui concessa* pro se, & vsque in ipsius tertiam generationem *comprehendit pronepotes attento pronomine* ipsius *per quod distinguitur generatio à generante.*
4 *Copula, & apposita in concessione inuestituræ alicui factæ* pro se & vsque in tertiam generationem *facit etiam pronepotes comprehendi.*
5 *Inuestitura expirat per mortem vltimi inuestiti, & fit locus deuolutioni ad fauorem Domini directi.*
6 *Bona emphyteutica non veniunt sub generali dispositionè, in qua Testator disponit de omnibus suis bonis, & iuribus, ea enim specialem mentionem requirunt*
7 *Inuestitura concessa certo generi personarum non potest per vltimum inuestitum in hæredem transmitti.*
8 *Clausula* ad habendum, & quidquid placuerit faciendum *apposita in concessione inuestituræ facta vsque ad certam generationem restringitur ad facultatem alienandi ad summum inter personas comprehensas, non verò extraneos.*
9 *Contrarietas, & repugnantia in vna eademque dispositione non debet præsumi.*
10 *Instantia non transit in successorem extraneum.*

DECISIO DCCLXIII.

IOannes Baptista Bossius prosequendo Iudicium Immissionis alias per Hiacynthum suum Authorem intentatum contra Possessores vnius Domus Emphyteuticę quæ per Ecclesiam Camerinen. fuerat concessa Dominico Montano pro se, & vsque in ipsius tertiam generationem masculinam, & fœmininam legitimè finitam coram diuersis Iudicibus diuersæ emanarunt sententię, quarum vltima lata à R.P.D. Carpineo contra Bossium ob non prosequutam in tempore appellationem fecit transitum in iudicatum; Ideò dubitaui an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè quoad primam, negatiuè verò quoad secundam partem resolutum fuit.

Res iudicata est clara, ex quo per biennium, & vl-
1 tra nihil actum fuit in causa, nèc fuerunt prorogata
fatalia *cap. cum sit Romana de appell. &* cessat beneficiũ
restitutionis in integrum, quià sententia est valida, &
2 iusta, & proinde excluditur læsio, sine qua restitutio
non datur *l. verum §. sciendum, & l. in causa, ibique
gloss. vers. & respondeo ff. de minor.*

De validitate non dubitatur, Iustitia verò patet ex eo quod Inuestitura, de qua agitur fuit concessa Dominico recipienti pro se, & vsque in ipsius tertiam generationem, quæ licet comprehendat Hiacynthum
3 Pronepotem, attento pronomine *ipsius* per quod distinguitur generatio à generante, cùm nemo possit generare se ipsum *iuxta distinctionē Bart. relatam per Bald. in Auth. si quas ruinas num. 4. C. de Sacros Eccles. Rota decis. 305 sub num. 2. par. 1. & 407 num. 5. par. 4. recent. Greg. decis. 522 num. 1. & 5. ibique Add. nu. 2.* Præsertim cùm adsit copula, & quæ operatur, vt tertia genera-
4 tio dicatur stare ampliatiuè, & augumentatiuè itavt Pronepotes comprehendat *iuxtà cons. Castrens. 338. n. 6 lib. 2. à Rota receptum, vt in Forosempronien. & Eugubina Emphyteusis 16. Iunij 1636 coram Coccino 5. quia pro resolutione, & in Asisien. Emphyteusis coram Merlino decis. 420. num. 14.*

Nihilominus non suffragatur Bossio extraneo ibidē non comprehenso, sed potius per mortem eiusdem Hiacynthi concessio expirauit, & factus fuit locus de-
5 uolutioni ad fauorem Ecclesiæ Dominæ directæ *Rota decis. 60. num. 2. par. 5. Gregor. decis. 348. num. 1.*

Non obstat, quod Bossius sit hæres vniuersalis Hiacynthi, quià non solum inspecto tenore Testamenti apparet Testatorem noluisse disponere de Domo controuersa, cùm professus fuerit disponere de omnibus suis bonis, & Iuribus, quorum appellatione non veniunt bona emphyteutica restitutioni obnoxia, quæ specia-
6 lem, & indiuiduam mentionem requirunt, *Rota decis. 319. sub num. 10. vers. & hoc non obstante part. 4. diuers. decis. 741. num. 22. vers. contrarium vero par. 4. tom. 3. recent. cum alijs allegatis in Romana Domus 19. Aprilis 1660. in fine coram me.*

Verùm etiam deficit potestas; nàm cùm agatur de concessione limitata, non poterat vltimus de generatione in præiudicium Ecclesiæ Dominę directæ illam
7 extendere, & in extraneos, quatenus voluisset illam transmittere, ea ratione quia concessum ad tempus vltra illud censetur denegatum *l. si vnus 5. 1. vbi Bald. ff. de pact. Gregor. decis. 567. n. 1. ibique Add litera A.*

Nil releuante clausula *ad habendum, & quidquid placuerit faciendum*; Quià in concessione restricta ad certum tempus, vel ad certam generationem, ipsa quo-
8 que clausula restringitur, nec importat facultatem alienandi, nisi ad summum inter personas comprehensas, non autem ad extraneos, & vltra tertiam genera-
9 tionem completam, ne alias in vna, eademque dispositione sequatur contrarietas, & repugnantia, vt in his terminis animaduertit *Rota decis. 60. in fine, & decis 86 num. 17. par. 5. decis. 511. num. 8. par. 6. cum alijs latè congestis in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. & 10. Iunij 1648. coram me.*

Et iuxta prædicta intelligenda est decisio Gipsij in alia *Camerinen. Domus apud Giouagn. cons. 44. n. 111. lib. 2.* quatenus ibi dicitur posse tertiam generationem de re emphyteutica ad libitum disponere.

Hinc non vrget, quod Iudicium fuerit inchoatum per Hiacynthum ipso viuente; sicut enim emphyteusis non erat durabilis vltra personam ipsius Hiacynthi, cū
10 non sit hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia, ità etiam instantia non potuit in Bossium hæredem extraneum transire *ex Text. in l. operarum ff. de oper. liber* probat *Peregrin. de fideicomm. art. 53. num. 26.* & in his terminis dictum fuit *in Cesenaten. Emphyteusis 15. Martij 1652. §. neque instantia coram Reuerendissimo Papien.*

Denique non est momenti, quod Ecclesia non potuerit in præiudicium Hiacynthi consentire translationi factæ per Zenobiam in personam illorum de Sauinis, maximè quià ad formam concessionis generatio masculina erat præferenda feminæ, Prædicta enim possent forsan habere locum si Hiacynthus adhuc viueret non autem dùm eo defuncto remansit extincta prima concessio, & Ecclesia iàm renouauit Inuestituram moderno Possessori.

Et ita vtraque &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Mercurij 13. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Immissio super bonis vsque ad mortem à Testatore possessis conceditur Hæredi venienti ex Testamento non abolito, neque cancellato, nec ad immissionem hæredi impediendam fideicommissarius dicit ur legitimus contradictor, nisi concurrant tria necessaria requisita, nempè quod fideicommissum sit clarum, possessio non vitiosa, & quod hæredi nullæ competant detractiones.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur hæredi scripto super bonis vsque ad mortem per Testatorem possessis.*
2 *Immissio conceditur etiam possidenti non vt sibi tradatur noua possessio, sed pro confirmatione eiusdem iam acquisita.*
3 *Confessio per possessorem facta se possidere bona tanquā hæreditaria, probat eadem bona penes Testatorem extitisse vsque ad eius mortem.*
4 *Descriptio probat contra describentem.*
5 *Fideicommissarius vt sit legitimus contradictor ad impediendam Immissionem hæredi scripto tria debent necessario concurrere, nempè quod fideicommissum sit clarum, quod possessio non sit vitiosa, & quod hæredi nullæ competant detractiones.*
6 *Possessio à fideicommissario non apprehensa de manu hæredis est vitiosa, & nullius momenti.*
7 *Exceptio requirens altiorem indaginem à fideicommissario opposita non retardat immissionem hæredi scripto sed reyciendà venit ad petitorium.*
8 *Possessio capta per legatarium aliunde quam de manu hæredis de æquitate sustinetur ad euitandos inutiles circuitus.*

DECISIO DCCLXIV.

Resoluto Dubio manutentionis ad fauorem D. Marchionis Horatij de Spadis præuia decisione edita sub die 4. Iulij præteriti coram me successiuè eidem fuit à me concessum mandatum de manutenendo ad limites suæ possessionis, & quoad bona, quorum possessio erat vacans, ipse fuit deputatus Depositarius, & Administrator cum decreto de nihil innouando circa Palatium, & bona existentia in Prouincia Romandiolæ in Territorio Brittinorij; Verum quià tanquam hæres scriptus in Testamento Virginij Institutoris Primogenituræ, & Maioratus, idem D. Marchio Horatius petebat Immissionem in omnibus bonis per Testatorē relictis, quam pariter petebant DD. Marchio Gregorius, & fratres vigore fideicommissi q. Pauli eorum Aui Ideò ad instantiam vtriusque Partis dubitaui An, & cui sit danda Immissio, & super quibus bonis, & responsum fuit dandam esse Marchioni Horatio in omnibus bonis tàm mobilibus, quàm stabilibus à Testatore possessis vsque ad obitum reseruata habitatione Palatij in Vrbe legata R. P. D. Sigismundo, ac D. Com. Nicolao vna cum mobilibus assignandis iuxtà formam Testamenti, nec non bonorum existentium in Territorio Brittinorij pariter legatorū eidem Com. Nicolao eius vita durante.

Cùm enim Testamentum Virginij careat omni vitio visibili, denegari non potest Immissio D. Marchioni Horatio hæredi ibidem instituto tàm super bonis ab ipso possessis, & alijs sibi concessis in administrationem

tionem, quàm etiam super locis Montium apprehensis à DD.Marchione Gregorio, & fratribus, cum omnia fuerint per Testatorem vsque ad obitum possessa per *Text.in l.fin.C.de Edict.Diu.Adr. toll. vbi gloss.& communiter Doct.*

Parum obstante, quod quam plura bona possideantur ab eodem Marchione Horatio; nàm etiam possi-
2 denti conceditur Immissio non vt sibi tradatur noua possessio, sed pro confirmatione eiusdem iam acquisitæ, *vt ex doctrina Bart. communiter recepta in l.1.nu.2. C.de Carbon.Edict.*latè dictum fuit *in Romana fideicommissi de Nicolinis 30.Iulij 1653.§.existentia enim cor.me*

Possessio Testatoris vsque ad obitum quoad bona,
3 super quibus petitur Immissio constat ex datis in Summario D.Marchionis Horatij *num.3.*cum tribus *seqq.* & quoad loca Montium vltra expressam Partis confessionem, quæ de illis possessionem habuit vti de hæreditarijs eiusdem Virginij, constat ex literis patentibus
4 & descriptione in libris Secretariorum sub nomine bo. me.Cardinalis Spadæ,& Virginij fratris *Rot.apud Postb. de manut.decis.135.n.4.& in Romana,seu Ianuen.locorũ Montium prima Iulij 1648.coram R.P.D.meo Priolo.*

Non obstat antiquius fideicommissum Pauli Spadę, cuius vigore DD. Marchio Gregorius, & fratres prætendunt Immissionem ad repellendum D.Marchionem Horatium agentem ex posteriori Testamento. Quia cum in proposito non concurrant necessaria requisita, nempè quod possessio non sit vitiosa, quod fideicommissum sit clarum,quodque per hæredem nullæ facien-
5 dæ sint detractiones; vtique fideicommissarij non reputantur legitimi contradictores pro impedienda Immissione hæredi scripto, *ad Text.in l.1.§.quod ait Prætor ff.quorum legat.Roman.cons.312.in princip. Roland. à Vall.cons.78.num.14.lib.3. Rota decis.125.num.10.in Vrbenetana Prædij 27.Iunij 1642.§.minus releuat corã me, & in Eugubina fideicommissi 25. Iunij 1663.§.Immissionem coram R.P.D.meo Vicecomite.*

Et quidem deficit primum requisitum respectu possessionis, quæ cum non fuerit apprehensa de manu hæ-
6 redis remanet ad istum effectum prorsus vitiosa, & nullius momenti, vt dictum fuit *in Senogallien.Successionis 29.Ianuarij 1652.coram Eminentiss.D.Card.Corrado § fideicommissi verò exceptio, & in Bononien. Successionis de Barbettis 11.Martij eiusdem anni coram R. P.D.meo Albergato §.non obstat, vers.cùm præsertim*, cum alijs *allegatis in decis.4. Iulij præteriti §. non possunt vers.aliter capta.*

Nec etiàm fideicommissum potest dici clarum ad fauorem descendentium Iacobi Philippi, cùm Virginius iuhærendo facultati sibi concessæ per Paulum fideicommittentem,disposuerit ad fauorem Marchionis Horatij descendentis ex Francisco *d.Sum.num.1.*Licèt enim Paulus vocauerit omnes descendentes masculos ex Iacobo Philippo, & Francisco filiis, tamen se declarauit in illis verbis ibi. *Dichiara, che non prescriue in quali Teste habbiano da ritornare li Beni &c. ma lascia in arbitrio dell'vltimo soprauiuente di ritornarli in quelle Teste, che più li parerà, e piacerà purche vadino nelle persone delli Signori Giacomo Filippo, e Francesco, e di loro descendenze mascoline, e legitime dando se così le parerà ad vno molto, ad vn'altro poco, o niente, volendo. ciò lasciare del tutto nell'arbitrio, e volontà del vltimo. sopraniuente, quale si contenta, che possa fare vantaggio à chi meno merita è vantaggio, à chi più sempre ad arbitrio, e volontà sua.* Vndè donèc discutitur an Virginius vltimus superstes excesserit fines suæ facultatis disponendo dumtaxat ad fauorem vnius ex Nepotibus, & an rectè vel ne vsus fuerit arbitrio sibi à Testatore concesso, non est interim hæredi scripto retardanda Immissio, quià cùm ex pluribus hinc inde deductis subiecta materia requirat altiorem indaginem, non debent prædicta examinari in hoc Iudicio Immissionis
7 vbi similes exceptiones non admittuntur, sed meritò reiici debent ad petitorium, & Iudicium ordinarium *Rota decis.521.nu.12.post. Posth.de manut.& in recent. decis. 387.num.3.par.1.*

Vltra quod non plenè iustificatur identitas bonorum scilicet quod loca Montium prouenìant ex hæreditate Pauli; ac etiam plures prætenduntur detractiones præsertim illa ratione annui redditus saltèm scutorum 8000. debita ex eodem Testamento Pauli de quo *in d. decis.4.Iulij præteriti § hac autem coram me.*

Quod autem D.Marchio Horatius, & eius filius ad formam dispositionis Virginij realiter non supposuerint maioratui omnia bona, tàm hæreditaria Cardinalis Veralli, quam alia quæcumque ad ipsos peruenta, & peruentura tollitur ex instrumento celato *in d.Summ. num.2.*ex quo patet dictam bonorum incorporationem non esse verbalem, vt contendebant Informantes pro D.Marchione Gregorio, sed quidem realem, & effectiuam vt ex illius lectura.

Quoverò ad habitationem Palatij cum assignatione Mobilium, & vsumfructum bonorum Brittinorij, cum possideantur à R.P.D.Sigismundo, & respectiuè, à D. Com. Nicolao in vim Legati clari eiusdem Virginij Domini dixerunt competere retentionem eisdem Le-
8 gatarijs de æquitate canonica ad effectum euitandi inutiles circuitus, *Rota decis.116.num.3 par.3 rec.& admittitur in eadem decis.4.Iulij præteriti super manutentione §.& licet aliquando.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BREINIS.

Veneris 1 Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Testator,qui ante hæredis Institutionem in suo Testamento taliter disposuit *Voglio, che ricaschi detta heredità a gli infrascritti miei Parenti*, & immediatè subdidit, *e questo voglio che sia mia vltima volontà &c.* censetur habuisse perfectam, & deliberatam voluntatem fideicommittendi, & substituendi consanguineos, etiamsi ipsorum personas inferius post hæredis institutionem non expresserit, creditur enim Testator intellexisse de consanguineis, quibus supra legata reliquerat, vel de ijs, pro quibus lex supplet, deficiente expressione testatoris interpretando fauore venientium ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Testator nominans consanguineos in superiore parte testamenti & ante hæredis institutionem, per verba importantia substitutionem destinatinam, si postea eos inferins non describsit censetur consulto omisisse, & eum fideicommissi pœnituisse.*

2 *Institutio hæredis censetur conditionalis si in quanis inferiori parte testamenti Testator conditiones apposuerit secus si conditiones in superiore parte testamenti ante ipsam institutionem adiunxit.*

3 *Fideicommissum regulariter inducitur ex verbis* Voglio, che ricaschi detta heredità a gl'infrascritti &c.

4 *Fideicommissum inducitur per verbum* Volo.

Fideicommissum inducitur per verbum Recaschi.

5 *Contradictio, manifesta in vltimis voluntatibus non est præsumenda, nec admittenda.*

6 *Testator post confectum testamentum eadem die consignans ipsum notario asserendo in ipso contineri suam vltimam voluntatem,indicat ipsum esse perfectum, & deliberatum.*

7 *Testamentum non exprimens personas, quibus per fideicommissum hæreditas restituenda sit suppletur per interpretationem legis fauore venientium ab intestato.*

DECISIO DCCLXV.

GVglielmus, & alij de Breinis prætendentes q. Robertum Breiuum ipsos substituisse per fideicommissum Simoni Petro hęredi instituto decedenti sine filiis, egerunt contra Io. Baptistam Corradum ipsius hæredẽ pro assequutione bonorũ Roberti, sed in tribus instantijs succubuerunt. Obtenta verò commissione restitutionis in integrum mihi directa, & desuper dubio proposito 7. Februarij 1661. responsum fuerat non constare de causis huiusmodi restitutionis, At concessa noua audientia, & articulo per duas alias vices maturius discusso placuit DD. recedere à decisis, & pro restitutione in integrum respondere.

Licèt enim iterum existimauerint, quod seclusis facti circustantijs, atque in abstracto præsens dubium considerando, modus ille substituendi, quo in proposito Robertus vsus fuit ibi *Voglio, che ricaschi detta heredità all'infrascritti miei parenti* non contineat perfectam fideicommittendi voluntatem, sed solum simplicem pollicitationem, adeout dùm inferius designa-
1 tos Consanguineos non descripsit, pœnituisse censeatur & consulto fideicommissi grauamen omisisse remanente institutione pura, & libera, perinde ac si dicta verba adiecta non fuissent vt vltra alias authoritates in decisione allegatas probat *Text. in l. Testamentum & C. de instit. & substit. qui licèt post.* verba in decisione relata addat ibi *Sin autem conditiones quasdam in quauis parte Testamenti posuit, tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem*, id tamen non intellexit de conditionibus
2 positis in parte superiori ante institutionem sed dumtaxàt de positis in quauis inferiori parte post institutionem, vt declarando subiunxit in finalibus verbis ibi *& sic omnia compleri tamquam si Testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset, quæ infra conscripta sunt.*

Attamen re in concreto casui nostro considerata, ponderatisque facti circumstantijs existimarunt Robertum perfectam, & deliberatam habuisse fideicommittendi voluntatem, quia apposita præfata ordina-
3 tione ibi *Voglio, che ricaschi detta heredità alli infrascritti miei Parenti*, ex qua regulariter fideicommissum inducitur vt de verbo *volo est Text. in l. verbum C. de fideicomm. Rota in Imolen. Success:ionis 16. Maij 1640. §. penultimo coram me, & de verbo* ricaschi Socein. *Iun. cons. 105. nu. 7. lib. 1. Sim. de Pret. de interpret. vltim. vo-*
4 *lunt. lib. 3. interpret. 2. lib. 1. sol. 4. vers. adde quod de verbo recadat* statim, & in mediatè subdit *E questo voglio, che sia mia vltima volontà, è Testamento quale voglio, che preuaglia &c.* Cum enim in huiusmodi verbis immediatè sequentibus Testator suam dispositionem vocauerit perfectam, eique omnimodæ perfectionis effectum tribuerit. Vtique dicendum videtur substitutionem Consanguineorum non fuisse destinatiuam, & ex post perficiendam, sed prorsus perfectam, & absolutam; pugnant enim insimul destinatio, & perfectio, nec potest stare quod eo momento, quo dicit se descripturum inferius fideicommissarios eodem momento dicat se ità disponere, vt sua dispositio tanquam vltima voluntas valeat, & cuicunque prævaleat, ista namque non esset pœnitentia, nec recessus à proposito sed manifesta fatuitas, & contradictio, quæ nec præsumenda, ne-
5 que admittenda est, *l. non ad ea 89. ff. de legib. l. nam adeo ff. de condit. & demonstr.*

Et quamuis deinde addiderit duas alias prouisiones, id tamen non est momenti, quia fuerunt omninò nouę, nec vnquam antea cogitatæ, Ideo nil mirum si illas apposuit, quando primum de eis cogitauit; At verò è contra nulla ratio, seù congruentia postulabat, quod differret ad aliam Testamenti partem incongruam, & omninò insolitam fideicommissariorũ expressionem, quos in mente conceperat, & quos velle describere professus fuerat.

Præfata magis vrgent ponderando, quod eodemmet die, quo testamentum scripsit 27. Martij 1629. illud etiam consignauit Notario clausum, & sigillatum, asserens in eo contineri eius vltimam voluntatem, ac
6 in ipso suum hæredem instituisse, legata fecisse, & alia iuxta eius intentionem, & voluntatem disposuisse *Summ. Corradi prima positionis num. 1. & 2.* Huiusmodi enim consignationis actus contemporaneus cum præfacta assertione eo magis ostendit voluntatem testatores non fuisse indeliberatam, & imperfectam, sed quidem deliberatam, & perfectam.

Et hinc DD. dixerunt, vel per lapsum, & incuriam posuisse verbum illud *infrascritti pro soprascritti*, vel intelligendo de consanguineis, quibus supra pinguia legata reliquerat, vel saltem attentis huiusmodi facti circumstantijs nos non versari in casu solius pollicita-
7 tionis, nec imperfectæ voluntatis, sed in casu certæ, & deliberatæ dispositionis, in qua ob deficentiam expressionis personarum, quibus per fideicommissum hæreditas restituenda sit, lex supplet interpretando fauore venentium ab intestato *l. qui filium ff. ad Trebell. l. peto in princ. ff. de legat. 2. Castr. cons. 241. ad fin. vers. Idem ergo vol. 2. Menoch. cons. 434. num 5. & de fideicomm. art. 5 num. 12. cum alijs alleg. per Fusar. de substit. quæst. 277. à num. 27. vsque ad 50.*

Et ità vtraque parte informante &c.

BONON. FIDEICOMMISSI DE HERCVLANIS.

Luna 4. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus non præsumitur satisfactus de suis detractionibus ex quacumque alienatione facta de bonis fideicommissarijs, quoties validum, & solemnè inuentarium totius hæreditatis confecit.

SVMMARIVM.

1 *Detractiones grauato competentes non præsumuntur cõsumpta ex quacumque alienatione, dum solemne, & validum inuentarium confecit.*

2 *Legitima filij licet non agnita, nec petita per filium ad quoscumque hæredes etiam extraneos transmittitur.*

3 *Solutio facta pro integra satisfactione præsuponit omnimodam solidationẽ, & integram præcessisse solutionẽ.*

4 *Mobilia per lapsũ decennij vsu consumpta præsumuntur*

5 *Hæres grauatus persoluens debita hæreditaria habet præsumptionem quod de proprijs pecunijs persoluerit, nisi constet pecunias in hæreditate remansisse, aut mobilium distractiones factas fuisse.*

6 *Trebellianica sufficienter censetur prohibita, dum testator iussit omnia sua, bona perpetuo remanere sub fideicommisso sine aliqua detractione, & diminutione.*

7 *Melioramenta, vt iustificentur necessaria est probatio status antiqui, & impensi.*

8 *Pretium rei venditæ à duobus insimul censetur de Iure peruenisse ad manus vtrinsque eorum pro medietate.*

9 *Fructus percepti post purificatum fideicommissum ab hærede grauati veniunt imputandi in causam detractionum.*

10 *Hæres grauati post purificatum fideicommissum facit suos fructus pro rata detractionum ipsi competentium.*

DECISIO DCCLXVI.

ORdinato fideicommisso per Hieronymum de Herculanis anno 1581. ad fauorem omnium eius descendentium masculorum successerunt primo loco Bernardinus, & Iulius Cæsar filij Testatoris hæredes instituti, cumque ex Bernardino natus fuerit Hieronymus Iunior, hic per mortem Angeli Mariæ filij Iulij Cæsaris sine filijs, Iudicium immissionis instituit contra Isabellam eiusdem Angeli Mariæ Sororem, & hæ-

redem eaque defuncta contra illos de Scarpis eius hæredes, & possessores bonorum fideicommissariorum prouenientium ex portione Iulij Cæsaris, verum quia perdidit sententias de partibus pronunciatum fuit fideicommissum esse purificatum ad fauorem Bernardini iunioris, eique dandam esse immissionem deductis tamen de iure deducendis. Hinc causa deuoluta ad Rotam, dubitaui strictè super reseruatis an, & quæ detractiones competant illis de Scarpis, & responsum fuit detractiones deberi iuxta modum inferius exprimendum.

Præmisso enim quod præsumptio integræ satisfactionis, & consumptionis detractionum ex nonullis
1 alienationibus desumpta locum non habet, quoties, vt hic, validum, & solemne inuentarium à grauato confectum fuit, ex quo apparet de vero statu totius hæreditatis iuxtà distinctionem firmatam *coram me in Perusina bonorum 30. Ianuar. 1650. §. Quo verò ad modicitatem*.

Domini primo loco dixerunt deberi legitimam ex persona Iulij Cæsaris Testatoris filij, quæ licet non
2 agnita, nec petita per filium transmittitur ad quoscumque hæredes etiam extraneos ex allegatis *in Romana supplementi legitimæ 18. Maij 1640. §. Quemadmodum coram me*.

Secundo libras 2100. pro medietate Doris librarum 4200. Elisabetthæ de Naldis secundæ vxoris Hieronymi Testatoris non restituta à Iulio Cæsare pro eius portione *Summario illorum de Scarpis, numer. 4.* Non obstante, quod huiusmodi restitutionis instrumentum loquatur duntaxat de libris 261. & solid. 2. Quià cùm loquatur pro integra solutione, & satisfactione dd. librarum 4200. præsupponit omnimodam
3 solidationem, & integram præcessisse solutionem, *l. si ex pluribus in princ. ibiq. gloss. verb. reliquum, ff. de solut. in puncto Dotis Rota decis. 261. num. 2. & 3. part. 9. rec. & in Interamnen. Dotis 7. Febr. 1661. coram me, §. Non obstat in fine*.

Tertio libras 600. pro medietate librarum 1200. quas ijdem Bernardinus, & Iulius Cæsar in pluribus vicibus persoluerunt ad computum pretij Domus *alla Baroncella*, quàm Testator emerat à Miserottis pro libris 2200. *Summ. num. 5. & 6.* nec non alias libr. 400. à solo Iulio Cæsare pro residuo pretii dictæ Domus post diuisionem persolutas *Summ. num. 7.*

Quarto libras 2500. pro medietate librarum 5000. à præfatis fratribus solutarum pro residuo pretij aliarum domorum cum Andaueno per testatore empto rum à Beltranimis, & Theodolis *Summ. num. 8. & 9.*

Quinto libras centum pro vna tornatura terræ empta à Iulio Cæsare, & incorporata in prædio fideicommissario Castri Guelfi tornaturarum 15. *Summ. n. 11.* ... Et denique libras 375. solutas ab eodem Iulio Cæsare pro affrancatione ratæ domorum, seu Mansionum *della Baroncella* à testatore alienatarum cum pacto frâcandi *Summ. num. 10.* Reliquas autem libras 83. non persoluit Iulius Cæsar, sed Bernardinus.

Non obstat, quod huiusmodi solutiones factæ censeantur ex pretio Bibliothecæ, & mobilium hæreditariorum fideicommittentis, seu ex credito librarum 10. mill. debitarum à Comitibus de Herculanis ex causa retrouenditionis prædij Gazzanigi. Quià Bibliotheca in inuentario descripta non legitur, nec alio modo probatur hæreditaria fideicommittentis, mobilia verò
4 nec probantur distracta, & spatio tot annorum vsu consumpta præsumuntur, vt responsum fuit *In Anconitana dotis 4. Iulij 1640. coram me in recent. dec. 250. num. 2. par. 8.* Itaque hæredes grauati persoluendo de-
5 bita hæreditaria habent præsumptionem ad eorum fauorem, quod de proprijs ipsorum pecunijs illa persoluerint, non autem de ære hæreditario, vt voluit *Bald. in l. fin. §. In computatione, num 2. in fine vers. Adde quod C. de iur. deliber. Peregrin. de fideicomm. art. 35. num. 54. cum seqq. Grat. an. disc ept. forens. c. p. 204. nu 3. & seqq.* Idque certius procedit respectu prædicti crediti librarum 10. mill. cum appareat retrouenditionem non fuisse factam nisi de anno 1592. solutiones autem saltèm pro maiori parte eam longè præcessisse vti factas de annis 1588. 1589. & 1590. *Summ. num. 6. et 9.*

Cæteras autem detractiones Domini non admiserunt, nàm omissa Trebellianica, quæ nec prætendebatur, nec iure prætendi poterat, vti sufficienter per fideicommittentem prohibita, dum iussit omnia sua bona perpetuò remanere sub fideicommisso sine aliqua
6 detractione, & diminutione ex deductis *in Romana fideicommissi de Ramponis 13. Iun. 1661. coram R. P. D. meo Bourlemont*.

Dos primæ vxoris testatoris, & matris Bernardini, & Iulij Cæsaris vt prætenditur librarum 2000. nec cõstituta probatur, neque eidem testatori persoluta. Expensæ funeris non iustificantur ab hæredibus grauatis solutæ, & circa melioramenta deficit probatio status antiqui, & impensi, quæ necessaria est, vt habita iusti-
7 ficatione melioratis demandari possit refectio illius, quod minus est *ad text. in l. in fundo 38. vers. Et si plus, ff. de rei vindic. cum concordantiis allegatis in Romana vineæ 6. Februar. 1662. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. Firmata ex bis*.

In causam verò supradictarum detractionum dictũ fuit imputandũ esse pretium dicti prædij Gazzanigi retrouenditi Comitibus de Herculanis pro medietate
8 tamen, quæ ad Iulium Cæsarem infimul cum Bernardino fratre retrouendente de iure peruenisse censetur *ad text. in l. Reos, §. Cum in tabulis, ff. de duob. Reis.*

Similique modo imputandos esse fructus post puri-
9 ficatum fideicommissum perceptos *Fusar. de substitut. quæst. 667. num. 13. Rota decis. 77. num. 15. par. 5. recent.*
10 Detractis tamen illis, quos pro rata crediti detractionum Scarpi fecerunt suos, vt per *Menoch. cons. 185. num. 35. & pluribus seqq.* pretium verò prædij Modesani visum fuit non esse imputandum, quia distractum fuit à Virginia vxore Bernardini.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS DE VSAZZIIS.

Lunæ 18. Febr. 1664.

ARGVMENTVM.

Donatio causa mortis continens pactum de non reuocando adhuc reuocari potest, dummodo pactum huiusmodi, non in substantialibus, sed in executiuis eiusdem donationis adiectum fuerit. Donatio non pure lucratiua sed mixta facta absenti exigit indiuiduam acceptationem donatarij, nec per solam acceptationem Notarij pro ipso perficitur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio, quæ non denegatur fideicommissario docenti purificatione fideicommissi, eiusdem quoque hæredi denegari non debet.*

2 *Donatio causa mortis potest per donatorem reuocari, et de bonis donatis ad libitum disponi.*

3 *Donatio censetur facta inter viuos, quando ipsius substantia adijcitur pactum de non reuocando, licèt mentionem mortis contineat.*

4 *Clausula in executiuis adiecta non immutant naturam principalis dispositionis.*

5 *Donatio causa mortis cum pacto de non reuocando in executiuis adiecto ad libitum reuocari potest.*

6 *Donatio facta absenti, ante ipsius acceptationem non dicitur perfecta.*

7 *Donatio facta absenti Notario pro ipso stipulante, & acceptante si sit mere lucratiua dicitur perfecta.*

8 *Donatio facta absenti, qua non sit merè lucratiua, sed onerosa, vel saltem mixta, requirit specialem, et indiuiduam donatarij acceptationem, nec per stipulationem Notarij pro absente perficitur.*

9 *Minor potest etiam sine solemnitatibus iuri quærendo renunciare.*

10 *Creditor hæredis non habet actionem contra bona fideicommissaria ad ipsum hæredem obuenta, sed contra propria eiusdem.*

11 *Donatione reuocata, censetur quoque reuocatus ordo soluendi legatum in donatione relictum.*

12 *Aditio hæreditatis ex actu æquiuoco probari non potest, sed certam, & concludentem probationem requirit.*

DECISIO DCCLXVII.

Franciscus, & Fabritius fratres de Vfazzijs vocati ad fideicommissum Caroli senioris post intentatum iudicium in Rota contra illos de Scagnis possessores trium domorum dicto fideicommisso subiectarum, quas alienauerat Iacobus iunior eorum pater conuenerunt in quodam instrumento diuisionis inter ipsos initæ, *che la lite delle Case di Borgo con li Scagni, e suoi Creditori si proseguisca communemente, e guadagnandosi vada à benefitio commune*. At cum pendente iudicio Fabritius decesserit de anno 1611. & eo defuncto Franciscus frater superstes fuerit immissus in possessionem dd. domorum, iste vigore pacti in dicto instrumento appositi assignauit Vincentiæ Zocchiæ hæredi dicti Fabritij loco medietatis domorum recuperatarum integram domum magnam excepto hospitio subtus eam cum mansione, & Cellauinaria, quia vero huiusmodi assignationi se opposuit Peregrinus Vitalis vti creditor Francisci. Ideo Vincentia contra ipsum litem instituit, quam prosequuta fuit contra Virginiam eiusdem Peregrini hæredem, quæ medio tempore nonnulla iura illorum de scagnis acquisiuit.

Defuncta Vincentia successit Franciscus Cherubinus illius hæres vniuersalis ex testamento, qui prosequendo iudicium per Vincentiã inchoatum obtinuit prius reuideri decisionem 20. Cardinalis Caualetij, vbi dictum fuerat illis de scagnis suffragari exceptionem detractionis Trebellianicæ spectantis ad Iacobum iuniorem alienantem, & postquam ab ea ex facto recessum fuit, vt ex decisionibus coram me emanatis 13. Martij 1662. & 27. Iunij 1663. successiuè Cherubinus citatis tam illis de Scagnis, quam Virginia Vitali, ac Ioanni Paguino domus possessore, petijt dubium An illi sit danda immissio super domo controuersa, & pro qua rata, & Domini responderunt dandam esse in portione Fabritij.

Purificatio fideicommissi ad fauorem fabritij, & bonorum identitas non controuertitur; Ideoque sicut Fabritio denegari non posset Immissio *ex remedio l. fin. C.*

1 *de edict. diu. Adr. tollen.* Ita quoque concedi debet Cherubino hæredi hæredis, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 236. Rota decis. 116. num. 1. par. 3. recent. & in Romana hæreditatis de Scarsellis 17. Nouemb. 1645. in fine coram bon. mem. Dunozetto.*

Non obstat, quod Fabritius de anno 1607. amplissimam fecerit donationem omnium bonorum ad fauorem Francisci fratris, quo fit, vt Domus, de qua agi-

2 tur spectet ad Franciscum donatarium, & causam habentes ab illo, non autem ad Fabritium, eiusque hæredes, quia cum fuerit donatio causa mortis, vt patet ex lectura instrumenti ibi. *concedo per titolo di donatione causa mortis*, vtique potuit Fabritius illam reuocare prout fecit *sub die 27. Aprilis 1610.* ac de bonis prius donatis ad libitum disponere *l. mortis 10. ff. de donat. caus. mort.*

Nil releuante pacto de illam non reuocando; cuius vigore huiusmodi donatio effici solet irreuocabilis, nã dictum pactum non fuit adiectum substantiæ donatio-

3 nis, quo casu Doctores admittunt donationem præsumi factam inter viuos, licet mentionem mortis contineat, sed quidem legitur in parte exequutiua. ibi *prometto detta donatione, e singole cose in essa contenute hauer rate, e grate, ne meno reuocarle, ò farle reuocare*

4 Tunc enim quia est regulare quod clausulæ in exequutius adiectæ non immutant naturam principalis dispositionis, sed eidem omninò famulantur, omnes con-

5 ueniunt, quod donatio causa mortis non obstante hoc pacto possit quandocunque reuocari, vt distinguendo *tradunt. Dec. cons. 304. num. 5. Ruin. cons. 51. num. 14. lib. 1 Couarr. in rubr. de testam. per. 2. num. 13. vers. 2. conclusio Clar. in §. donatio causa mortis quæst. 1. n. 6. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 7. Menoch. præsumpt. 10. num. 3. Rota decis. 586. num. 5. par. 5. recent. cum alijs relatis per Add. ad Buratt. decis. 581. num. 18. vers. hæc tamen conclusio.*

Præterea visum fuit donationem non posse suffragari, attento quod Fabritius illam expresse reuocauit ante Francisci acceptationem prout iure fieri poterat

6 cum donatio facta absenti ante acceptationem non dicatur perfecta *per Text. in l. absenti ff. de donat. Rota decis. 421. & 428. vtrobique num. 1. par. 2. recent. & post. Zacch. de oblig. Camer. decis. 123. num. 12. & seqq.*

Et licet non procedat vbi in donatione adest stipulatio Notarij pro absente, *vt in Bononien: Donationis 10. Maij 1662. §. quia coram R. P. D. meo Bourlemont,*

7 hoc tamen habet locum in donatione merè lucratiua, secus autem in donatione, prout hic, continente onus

8 soluendi Virginiæ Lisciane scuta 200: nec nõ scuta 100 pro dote vnius aut plurium puellarum. Cumque sit onerosa vel saltem mixta non sufficit stipulatio Notarij pro absente sed requiritur specialis, & indiuidua donatarij acceptatio, vt distinguit *Rota coram Merlin. decis. 697. num. 7. in recent. decis. 27. num. 1. par. 7. in Bononien. Donationis 25. Iunij 1661. §. nec releuat coram R. P. D. meo Benilaqua Fauentina Societatis 26. Iunij 1647. § nam scientia coram Eminentiss. D. Card. Celso & in Romana Domus 27. Februarij 1663. §. tamen quia coram me.*

Eoque fortius cum reuocatio successerit de consen-

9 su ipsius met Francisci donatarij, qui cum ageretur de iure quærendo potuit licet minor absque solemnitatibus reuocationi consentire, vt *in Romana prætensa donationis 25. Iunij 1660. coram Reuerendiss. Papien. §. fin*

Non obstat, quod domus controuersa antequam per Franciscum fuerit assignata Vincentiæ auctrici Cherubini fuisset iam per eundem Franciscum cessa Valeriano Scalzino pro rata scutorum 800. cui proinde non poterat Franciscus per subsequentem cessionem

10 præiudicare, quia cum non agatur de debito fideicõmittentis, sed de particulari obligatione Francisci, vtique Scalzino pro dictis scutis 800. non competebat actio, nisi in portione eiusdem Francisci debitoris, & sic domus magna remanet ab huiusmodi onere exempta cum in diuisione fuerit assignata Fabritio, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. par. 2. gloss. 9. num. 50. & seq. Rota in Ciuitatis Castelli Census 21. Aprilis 1625. coram bo. me. Pironano §. quia vers. attamen pro diuisione.*

Vltra quod non videtur subsistere, quod hæc domus comprehendatur in cessione facta Scalzino, cum tres Domus distinctæ reperiantur fideicommissariæ sitæ in Regione burgi è conspectu carcerum, quarum altera in pluribus actibus fuit solita appellari domus magna aliæ vero duæ vel domus simpliciter, vel cum diminutiuo domunculæ, dum igitur cessio loquitur de dua-

bus

bus domibus, nec vllam facit mentionem de domo magna, vtique ista remanet exclusa, & potuit deinde assignari Vincentiæ, attento præsertim, quod videtur prorsus inuerisimile, quod si Franciscus cessit domum magnam Scalzino voluerit postea eandem met domum quam amplius non habebat tradere Vincentiæ pro portione Fabritij.

Summa vero per Franciscum soluta Virginiæ Liscianæ pro adimplemento onerum in donatione comprehensorum non potest à Pagnino prætendi, quia solutio tanquam facta de anno 1612.& sic per duos annos post
11 reuocatam donationem remanet prorsus voluntaria, cum per dictam reuocationem donationis omnibusque & singulis in ea contentis fuerit quoque reuocatus ordo soluendi dictum legatum, *vt in Romana scutorum 30.mil.9.Aprilis 1661.coram R.P.D. meo Albergato.*

Denique non obstat; quod Fabritius fuerit hæres Iacobi Patris, & propterea non docto de Inuentario,& non reddita ratione, non posset impugnando factum defuncti alienationem domus reuocare; Quia de huiusmodi aditione non constat, & ad istum effectum sufficit instrumentum compromissi relatum *in Summ. Pagnini num.*8.Nam licet Franciscus, & Fabritius fratres compromittant omnes eorum prætensiones, lites motas;& mouendas super hæreditatibus Iacobi,& Paulæ eorum parentum, hoc tamen, non concludit pernecesse aditionem in bonis, & hæreditate eiusdem Iacobi, cum lis potuerit concernere prætensiones contra
12 hæreditatem; Vndè ex hoc actu æquiuoco deduci non valet probatio aditionis, quæ requiritur certa, & concludens *Card.Caual.decis.*452.*num.*1.*Buratt.decis.*207. *n.*3.*ibique Add.& in Romana Societatis officij* 18.*Martij* 1658.*coram Reuerendiss.Papien.§.neque prædictis*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA CONTRIBVTIONIS

Luna 10.*Martij* 1664.

ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis conceditur data releuantia articulorum, imo data dubietate super releuantia vnius dumtaxat articuli,hæc sufficit,vt super omnibus remissoria non denegetur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis data releuantia articulorum denegari non solet.*

2 *Remissoria in prophanis conceditur stante etiam sola dubietate super releuantia materia articulata.*

3 *Contributio taxata de mandato principis in erectione seminarij pro eiusdem sustentatione cessare debet, quotiescumque tales seminarium fecerit acquisitiones, ex quibus congrue valeat sustentari.*

4 *Articulus releuans in prophanis tradit secum irreleuantes, & sufficit releuantia vnius, vt super omnibus remissoria concedatur.*

DECISIO DCCLXVIII.

IN decisione edita coram me 21.Aprilis 1660.dictum fuit assignationem taxæ factam de mandato Clementis VIII. Collegio Meleuitano in locum Seminarij erigendi expirasse; Quia vero agentes pro eodem Collegio hodie intendunt probare non subsistere factum in decisione præsuppositum in ea parte, qua dicitur Collegium, quam plura bona, & redditus acquisiuisse, ex quibus commode sustentari valeat,exibitis pluribus articulis petierunt remissoriam, quam Domini conce-
1 dendam esse dixerunt, cum versemur in prophanis vbi data releuantia articulorum non solet denegari *Cass. de Grass. decis.* 1. *num.*10. *de dilat. Caputaq.decis.* 63. *part.*3.*& in Mantuana Bonorum* 17. *Februarij* 1653. *in princ.coram me.*

Releuantia desumebatur ex quarto articulo additio-

nali continente quod expensa necessaria pro manutentione Patrum hodie sit maior, quam esset de tempore erectionis Collegij, non solum quia fuit auctus numerus Patrum, sed etiam quia pretia rerum nimis in insula melitæ excreuerunt. Cum enim tam ex Breue Clementis debeant duodecim Religiosi ad minus in Collegio commodè sustentari iuxta eorum regularia instituta, quam etiam in instrumento fundationis inito inter Episcopum, & Patres, hæc commoda sustentatio fuerit conuenta pro duodecim viris religiosis, cũ dictione *saltem*, dum hodie patres probare intendnnt numerum religiosorum de necessitate fuisse auctum ad quindecim, & pro sustentatione cuiuslibet vix sufficere annua scuta 100. probatio videtur profutura licet redditus collegij ascendant ad scuta 1829. quia cum exinde veniant deducendæ solutiones Debitorum vt dicitur in summa scutorum 509.nec non aliæ expensæ necessariæ potest esse, quod redditus absque taxa non sufficiant pro sustentatione collegij vel saltem remanet dubium, & pendet à probationibus faciendis an assignatio debeat cessare in totum, vel in parte iu-
2 xta proportionem acquisitionum ad formam Concilij quæ sola dubietas sufficiens videtur ad effectum, vt remissoria concedatur *Rota decis.*25.*de Testam antiq.Buratt.decis.*656.*num.*5.*Eminentissimus.D.Card.Ottbobon. decis.*82.*num.*2.

Non obstat, quod collegium de tempore fundationis commodè se sustentauerit cum sola assignatione taxæ annui redditus scutorum 600. ideoque dum successiuè acquisiuit alios redditus d. quantitatem excedentes videatur probata eius congrua sustentatio,itaut assignatio debeat ad formam Concilij cessare.

Vltra quod enim *Conc.Trid.sess.*23.*cap.*18.*de refor.* vbi mandat quod in parte, vel in totum portio taxata
3 remittatur, quando seminarium in partem, vel in totum dotatum reperiretur addidit hæc verba, *vt res ipsa exegerit*, ex quibus videtur voluisse quod acquisitiones fuerint iudicatæ sufficientes pro sustentatione, adhuc non bene infertur à tempore antecedenti ad præsens,tum quia collegium à principio minorem numerum patrum retinebat, nec est certum, an sola taxa vel etiam piorum eleemosinis magis in ipso collegij exordio charitate feruentium sustentaretur.

Tum etiam quia Pontifex assignando taxam videtur voluisse prouidere commodæ sustentationi colleggij non se restringendo ad tempus fundationis, sed ad quodlibet tempus, donec dicta assignatione indigeret ne dicatur voluisse collegium erigere, vt postea disperderet,quod est absurdũ; Vnde non est inspiciendum quid collegium impenderet de tempore fundationis sed videndum est,quod hodie requiratur pro illius cõgrua sustentatione; nam ex temporis mutatione pretia rerum quotidie variantur *l.pretia rerum* 63.*§. nonnulla ff.ad l.falcid.Cephal.consil.*714.*num.*14.*Gregor.decis.*101 *num.*3.& ex quantitate pecuniæ hodie rerum valor excreuit vltra dimidiam; vt docet experientia, & tradit *Eugen.cons.*34.*num.*28.*lib.*1.*Add.ad decis.*67.*num.*23.*& seq.par.*9.*recent.*

Quapropter cum iste articulus probabilem releuantiam contineat, dictum fuit dandam esse remissoriam ad effectum, vt factis probationibus videantur an taxæ
4 assignatio expirauerit nec ne. Nil releuante quod cęteri articuli videantur irreleuantes quia in prophanis articulus releuans trahit secum irreleuantem, & sufficit releuantia vnius, vt super omnibus remissoria concedatur ex plenè congestis *in Vladislauien. Villa de opemburgh.* 5. *Aprilis* 1647.§. *fuit enim vers. nihilominus, & in Pisauren. Iocalium* 27.*Nouembris* 1652. §.1.*in fine coram me.* Et ità vtraque &c.

TRIVENTINA IVRISDICTIONIS.

Veneris 14. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Vt iudex non possit procedere in causa sine vitio nullitatis, & attentatorum tamquam pro suspecto recusatus, requiritur legitima recusatio in scriptis proposita præuia appellatione, ab vlteriore processu ac medio iuramento suspicionis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest procedere in causa post legitimã recusationem, & suspicionem propositam absque vitio nullitatis, & attentatorum.*

2 *Iura extracta pendente lite absque compulsoria, & partis citatione non probant.*

3 *Recusatio iudicis debet fieri in scriptis præuia appellatione ab vlteriori processu, & medio iuramento.*

DECISIO DCCLXIX.

AB Archipresbytero Oppidi Castri Pignani prætendente omnimodam exemptionem a iurisdictione Ordinarij fuerat admissus ad exercitium curæ, & administrationem Sacramentorum in Ecclesia Matrici eiusdem oppidi Bartholomeus Alena, qui cum requisitus ab eodem ordinario ne amplius in exercitio se ingereret, absque eius consensu, & approbatione parere recusauerit, ab eodem declaratus fuit excommunicatus vna cum alijs, qui impedimentum præstiterunt Mandatario eiusdem Curiæ Episcopalis quominus eidem Bartholomeo citationes præsentarentur; At commissa causa appellationis per Breue Sanctissimi pronunciatum fuit per delegatum Apostolicum ad fauorem dicti Bartholomei & aliorum cum subsequuta illorum absolutione a censuris; quia vero Reuerendiss. Episcopus Triuentinus allegabat omnia fuisse peracta post quam Iudex fuerat recusatus & per plures vices suspectus allegatus; ideo deuoluta causa ad Rotam, ac proposito dubio An constet de attentatis, pro illorum exclusione responsum fuit.

Non enim dubitarunt Domini de iuris conclusio-
1 ne, cum certum sit Iudicem non posse ad vlteriora procedere post legitimam suspicionem, & recusationẽ absque vitio nullitatis, & attentatorum *Bart. in l. quia poterat 4. nu. 3. ff. ad Trebell. Rota coram Verall. decis. 60. nu. 4. p. 1. cum alleg. in decis. 52. num. 1. coram Emineutiss. D. Card. Ottbobono & in Marsicen. Iurisdictionis 5. Martij 1646. §. quod attinet cum seq. coram bo. me: Bichio.*

Verum quia de legitima recusatione exhibita penes acta Iudicis delegati sufficienter non constat ex iuribus huc vsque productis, cum non fuerint extracta a Cancellario d. iudicis delegati, sed ab alio Notario
2 lite pendente absque compulsoria, & partis citatione, quę proinde non probant *ad notat. in cap. fin. de fid. Instr. Rota coram Buratt. decis. 644. num. 2. & 3. & in recent. decis. 239. num. 11. p. 8.*

Et insuper non apparet recusationem fuisse in scriptis propositam præuia appellatione ab vlteriori pro-
3 cessu medio iuramento *iuxta decis. 2. num. 2. cum pluribus seqq. p. 2. diuers.*

Ideo fuit resolutũ non constare dę attentatis vtraq; parte informante &c.

ROMANA LEGATI.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Dominus qui iure legati reliquit suo famuliari donec vixerit partem, suis familiaribus dari solitam, pro ipso & vno famulo, censetur reliquisse panem, & vinum; non autem pecuniam pro obsonijs.

SVMMARIVM.

1 *Legatum de parte, seu portione dari solita familiaribus an comprehendat solum panem, & vinum, vel etiam pecuniam num. 2. & 6.*

3 *Contenta sub eadem oratione debent pariformiter determinari.*

4 *Copula Et denotat æqualitatem, & facit quod idem sit de vno, ac de altero ex copulatis.*

5 *Testator præsumitur minus quam fieri potest, voluisse bæredem grauare.*

6 *Solutiones facta à matre sine mandato, non praeiudicant filio &c.*

DECISIO DCCLXX.

LEgatum factum a bo: me. Card. Ludouisio, sub his verbis *Lego Lucę Antonio Iuncta familiari meo vna vice duo millia scuta, & donec vixerit partem familiaribus meis dari solitam pro ipso, & vno famulo* taxatum fuit in mestruis scutis decem a R. P. D. meo Verospio præuia decisione *edita sub die 4. Iulij 1663.* hodie vero in gradu appellationis dubitaui An constet de excessiua taxatione, & affirmatiue fuit resolutum.

Nam Testator non reliquit Lucæ Antonio totum id quod suis familiaribus solebat eo viuente præstari, sed solum se restrinxit ad partem dari solitam, & quid
1 quid sit an partis appellatione veniat duntaxat panis & vinum, vt bene deponut quinque Testes formiter examinati *summario D. Principis num. 1.* vel potius comprehendantur etiam pecuniæ pro obsonijs, vt prætendunt hæredes Lucæ Antonij; Attentis tamen
2 circumstantijs in hac facti specie concurrentibus censuerunt DD. legatum huiusmodi esse restinguendum ad portionem panis, & vini; si quidem in vna eademque oratione Testator mandauit dari partem tam Lucæ Antonio, quam vni ipsius famulo, & sicut dubitari non potest, quod pro famulo non debeat præsta-
3 ri stipendium pecuniarum, sed pars duntaxat in speciebus panis, & vini, idem quoque dicendum est respectu Lucæ Antonij cum omnia in eadem oratione contenta debeut æqualiter, ac pariformiter determinari *Bart. in l. Prætor §. cstq. differentia num. 1. vers. nam cum omnia ff. de vi bonor. rapt. Surd. cons. 150. num. 17. Rota decis. 135. num. 24. p. 8. recent.*

Maximè attenta copula & ibi *pro ipso, & vno fa-*
4 *mulo* quæ denotat æqualitatem, & efficit vt idem sit de vno, quod de altero ex copulatis *l. si mibi, & Titio ff. de verb. signif. felin. in cap. 2. num. 32. verb. copula de rescript. Gregor. decis. 308. num. 3.*

Aduertendo insuper quod Lucas Antonius participauit de legato scutorum 10. mil. quæ testator reliquit ve distribuerentur inter familiares, ac etiam consequutus fuit scuta 2000. sibi particulariter legata. Hinc enim, auc dici debet fuisse pinguius eidem Legatario prouisum ex vnica, & anticipata solutione cum alias debuisset menstruatim iuxta solitum pecuniam recipere, aut saltem remanet valde dubium an vere Testator voluerit vltra dicta scuta 2000. aliam pecuniarum quantitatem sub nomine partis relinquere, ideoque
5 in dubio militat iuris præsumptio, per quam censetur Testatorem voluisse grauare hæredem minus, quam fieri potest *l. huiusmodi §. cum Pater ff. de legat. 1. Honded. cons. 57. num. 37. & seqq. lib. 2. Rota coram Buratt. decis. 580. num. 10. & in Romana Legati scut. 30. mil. 1. Iulij 1644. §. Praterea coram me*

Hinc non aduersatur *Decisio 455. p. 4. diuers.* minusque exemplum desumptum ex legato bon: mem. Card. à Balneo, Quia in casu dictæ decisionis Legatum non erat restrictum pro vt hic, ad solam partem dari solitam, sed quidem fuerat factum a Card. de Deza suis familiaribus de victus portione, quam habebant viuente Testatore Verba vero Legati Cardinalis a Balneo sunt nimis clara, ibi *se li dia tutto quello, che in casa mia haueuano, seruendo ò vero l equi-*

ualente

ualente, dicto Summario Domini Ducis numer. 3.

Solutiones autẽ factæ Lucæ Antonio in scutis menstruis decem non suffragantur; quia cum *ex datis in Calce facti heredum num. 2.* detegantur factæ non à
6 D. Principe hærede sed à D. Ducissa Phiani eius matre absque mandato, nullum ex eis præiudicium infertur eidem D. Principi dictarũ solutionum ignaro *l. soluendo 41. in fin. ff. de negoc. gest. Honded. cons. 66. num. 7. lib. 1. Rota decis. 26. num. 3. p. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

ASSISIEN. MANVTENTIONIS.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Possessio, quæ habet horam est potius manutenibilis, cum præsumatur anterior in concursu alterius horam non habentis, ad dignoscendam autem anterioritatem possessionis, non inspicitur tempus concessæ immissionis, sed apprehensæ possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio probanti possessionem suam, non est deneganda.*
2 *Possessio habens horam præsumitur anterior in concursu alterius horam non habentis, & ideò est potius manutenibilis.*
3 *Anterioritas possessionis non deducitur ex hora concessæ immissionis, sed apprehensæ tenutæ.*
4 *Possessio non creditur intra vnius horæ spatium apprehensa, si constet, quod eiusdem horæ spatio, plures testes fuerint examinati; aliaque gesta, quæ maiorem cursum temporis requirebant.*
5 *Confessio partis probat anterioritatem possessionis partis aduersæ.*
6 *Possessio habens horam, si impossibile sit, quod de omnibus bonis intra horæ adiectæ spatium, capta fuerit propter bonorum multiplicitatem, & distantiam, restringi debet ad bona viciniora, & de quibus probabiliter capi potuit.*
7 *Possessio habens horam, quod non potuerit in tali spatio de omnibus bonis apprehendi, ab asserente concludenter probari debet.*

DECISIO DCCLXXI.

Defuncta ab intestato Hieronyma, possessio hæreditatis & bonorum illius fuit capta vna & eadem die nempe 8. Nouembris 1651. tam a Bernandino fratre vterino, quam a Monasterio B. Mariæ Episcoporum ex persona Susannæ, & Ceciliæ Sororum defunctæ, & successiue inter partes super controuersia succedendi inita fuit concordia, a qua cum postmodum Moniales recessissent, & ab A.C. manutentionem obtinuissent, causa per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitaui An & cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini ad fauorem vtriusque Partis responderunt.

Etenim respectu Bernardini probatur eius possessio
1 quoad septem corpora, de quibus in eius *summario num. 1.* nil releuante quod eadem die fuerit pariter apprehensa per Moniales, quia cum possessio Bernardini
2 sit cum expressione horæ 17. hæc præsumitur anterior & existimatur manutenibilis in concursu alterius horam non habentis ex allegatis *per Posth. de manut. obser. 71. num. 10. Rota coram Merlino decis. 878. num. 1. in Romana fideicommissi de Cæsijs 14. Martij 1657. coram bo: me: Dunozetto & in Ariminen. Bonorum 18. Iunij eiusdem anni §. manutentio si quidem coram me.*

Nec refert, quod Moniales hora 16. petierint, & obtinuerint mandatum de immittendo, quia cum in
3 hoc iudicio tempus præcisum adeptæ possessionis inspicien. sit non autem petitæ, & concessæ Immissionis, vt conuincunt auctoritates mox relatæ, excludi-tur quod eadem hora fuerit apprehensa possessio, cum intra illius horæ spatium plures Testes fuerint exami-
4 nati & alia gesta, quæ maiorem cursum temporis requirebant, vt bene ad propositum considerat Rota *in Romana fideicommissi de Cæsijs §. eisdemque vers. quã etiam.*

Et quatenus ab vtraque partium petitione resultare posset probatio anterioritatis, possessio Bernardini esset præferenda, qui hora 15. obtinuit immitti.

Concurrit vlterius confessio Monialium desumpta
5 ex successiuo Instrumento transactionis celebrato cum Bernardino, in quo ipsæ fatentur prius Bernardinum & subinde Monasterium adeptum fuisse possessionem *summario Bernardini num. 2.*

Non obstant testes pro parte Monialium examinati de impossibilitate capiendi possessionem omnium corporum tam breui spatio duarum horarum propter considerabilem distantiam inter vnum, & aliud
6 corpus ideo apprehensio possessionis sub hora 17. verificetur tantum in domo posita in Ciuitate iuxta *decis. Merlin. 878. num. 3.*

Hoc enim cessat ex eo, quod omnia corpora hæreditaria Hieronymæ ascenderent ad numerũ duodecim Bernardinus vero non accepit possessionem omnium
7 duodecim sed solummodo sex vltra domum, quapropter testes deponentes da impossibilitate quoad
8 duodecim corporum, nullo modo concludunt quo ad solam medietatem, neque quoad illa sex corpora conuincunt actum possessionis non potuisse intra dictum tempus duarum horarum legitimè expleri, vt in simili dictum fuit *in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Eminentiss. D. Card. Corado §. fides enim.*

Quo vero ad alia bona, de quibus Bernardinus non ostendit possessionem, resolutum fuit dandam esse manutentionem Monasterio cuius possessio probatur ex datis in eius *Summario num. 1.*

Et ita vtraque parte &c.

PERVSINA CENSVS.

Lunæ 24. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Retrouenditio census conditionaliter facta, cum clausula præseruatiua priorum iurium, & pacto resolutiuo, conditione non impleta, penitus euanescit, & periudè est ac si numquam facta fuisset. Vnde per huiusmodi retrouenditionem, qui in census constitutione pro emptore fideiussit non liberatur.

SVMMARIVM.

1 *Census validitas, & fideiussoris obligatio probatur per instrumentum superinde celebratum.*
2 *Debitoris obligatione extincta, fideiussoris quoque cessat obligatio.*
3 *Pacto resolutiuo in contractu conditionali apposito in casum non impletæ conditionis contractus euanescit, & perinde est ac si nunquam factus fuisset.*
4 *Census per dationem in solutum extinctus, non potest amplius sub quouis prætextu reuiuiscere.*
5 *Retrouenditio census conditionaliter facta cum pacto redeundi ad primæua iura suspensum retinet effectum extinctionis census, donec conditio impleatur.*
6 *Fideiussoris obligatio extinguitur per simplicem nouationem contractus, nec reuiuiscit sine eius nouo consensu.*
7 *Fideiussoris obligatio non extinguitur per nouationem conditionalem contractus continentem pactum resolutiuum, & clausulam præseruatiuam priorum iurium in casum non implementi.*
8 *Ratificatio contractus sub conditione initi, & iam defecta conditione resoluti, nullum operatur effectum in præiudicium iuris alteri quæsiti.*

DE-

DECISIO DCCLXXII.

MArcellus de Alphanis, qui fideiusserat pro Ansi-
deis in instrumento Census Scutorum 600. fuit ad
instantiam illorum de Baptistis hæredum Octauij Dan-
zettæ creditoris conuentus in Tribunali A.C. pro fru-
ctuum solutione & sententiam absolutoriam reporta-
uit, sed commissa mihi causa appellationis dubitaui
An fructus census debeantur, & affirmatiue respon-
sum fuit.

Pro causa dubitandi non fuit controuersa validitas
impositionis Census, neque obligatio fideiussoria Mar-
celli cum de vtraque sufficienter constet ex publico
instrumento relato *summario Caroli num* 1. sed solum
1 fuit allegata eiusdem Census retrouenditio sequuta de
anno 1657. mediante datione in solutum eiusdem do-
mus valoris scutorum 900. & vnius census annui reddi
tus scutorum 48: vigore enim præfatæ assignationis
prætenditur fuisse extinctum nedum censum, de quo
agitur, verum etiam alios duos in sorte principali
scutorum 600 qui pariter ab Ansideis fuerunt impositū
ad fauorem eiusdem Octauii, & proinde dicitur Mar-
cellum amplius non teneri, cum sequuta census extin-
ctione, & liberatione principalis Debitoris cesset,
2 quoque obligatio accessoria fideiussoris *l. Vranius ff. de
fideiuss. Buratt. decis. 934. num. 3.*

Cæterum attento tenore retrouenditionis censue-
runt domini censum non fuisse extinctum, quia con-
trahentes expresse conuenerunt ibi. *quod in casu, quo
d. D. Octauius, eiusque hæredes in fine cuiuslibet anni,
& deinde aliorum quatuor Mensium non consequuti fue-
rint fructus d. census, eidem D. Octauio & suis liceat, &
possint toties quoties casus euenerit redire ad sua primæ-
ua iura pro rata omnium prædictorum censuum, quibus
iuribus per præsens instrumentum non intelligatur fa-
ctum aliquod præiudicium, siue nouatio immo in casu
præfato ex nunc pro tunc intelligatur recessum &c. æque
ac si factum non fuisset & hoc ad omnem simplicem, &
extraiudicalem declarationem d. D. Octauij eiusque &c.*
3 & ideo cum intra tempus conuentum non fuerint so-
luti fructus census, vt supra assignati vigore pacti re-
solutiui prorsus euanuit retrouenditio perinde, ac si
nunquam facta fuisset *Bald in l. ea lege num. 13. vers.
ego dico C. de condit. ob caus. Peregrin. cons. 77. num. 7.
lib. 6. Rota in Narnien. excarcerationis 6. Februarij 1662
coram R. P. D. meo Bourlemont §. nam Hippolyta & in
terminis Census tradit Cenc. de Cens. quæst. 108. num. 18.
& seqq. Rota post eundem decis. 495. num. 33. & seq. p. 9.*

Nec applicantur auctoritates allegatæ pro parte
Marcelli ad effectum probandi, quod vbi census extin-
4 guitur per dationem in solutum non possit amplius
sub quouis prætextu reuiuiscere; omnes enim proce-
dunt in casu puræ, & simplicis retrouenditionis irre-
uocabiliter factæ per viam dationis in solutum, nam
tunc in casu euictionis, seu non adimplementi non agi-
5 tur ex veteri contractu census iam resoluto, sed solum
competit actio euictionis, vel ad factum vigore secun-
dæ stipulationis, secus autem quando, prout hic, retro-
uenditio est conditionalis, & continet pactum rede-
undi ad primæua iura, quo casu effectus extinctionis
remanet in suspenso, & ab ipsa conditione dependet
vt bene distinguit *Cenc. vbi supra d. quæst. 108. num. 17.
quæst. 114. num 14. Rot. post. eundem decis. 289. in fin. cum
alijs per Surd. decis. 266. num. 4. & seqq.*

Nec obstat, quod per simplicem contractus noua-
6 tionem extincta remaneat obligatio fideiussoris, nec re-
uiuiscat sine eius nouo consensu: Quia id non procedit
7 quoties, vt hic, nouus contractus, ex quo inducitur
nouatio expressum continer pactum resolutiuum, &
clausulam præseruatiuam priorum iurium *Dec. in l.
pacta nouissima num. 5. C. de pact. Bald. cons. 77. num. 2.
vers. in contrarium est veritas lib. 1. Grat. cons. 126. nu 8.
lib. 1. Maur. de fideiuss. sect. 10. cap. 4. num. 46.*

Neque releuat pactum in instrumento retrouendi-
tionis adiectum, quod scilicet Marcellus intelligatur
à fideiussione liberatus statim sequuta ratificatione fa-
cienda per Alexandrum filium Persiani Ansidei, quæ
ratificatio superuenit de anno 1660. tum quia pactum
huiusmodi restringitur ad obligationes, & fideiussio-
nes contentas in eodem instrumento retrouenditionis
ibi. *statim sequuta ratificatione D. Marcellus intelliga-
tur penitus, & omnino liberatus, & exemptus ab huius-
modi fideiussione, & quacumque alia sua obligatione in
præsenti instrumento contenta*; & sic non extenditur ad
fideiussionem factam in instrumento Census, de qua
hodie agitur, tum etiam quia ratificatio non superue-
nit tempore habili, sed post resolutum contractum
mediante declaratione illorum de Baptistis iudiciali-
8 ter facta, quod nempè volebant habere regressum ad
primæua iura, ideoque tanquam facta re non amplius
integra nullatenus suffragatur, neque vllum operatur
effectum in præiudicium iuris alteri quæsiti *Bart. in l. si
vxor 13. §. si quis vxorem nu. 3. & 4. ff. ad l. Iul. de adult.
Menoch. cons. 675. num. 5. & 6. Gratian. discept. forens.
cap. 57. num. 17. cum plene congestis in Eugubina compro-
missi 6. Aprilis 1663. §. si quidem, & §. ex qua coram
R. P. D. meo Verospio.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 28. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Creditum probatur ex simplici copia instrumenti, non
reperto originali in prothocollis, concurrentibus ad-
miniculis, quorum vnum, & validum est, si pars non
neget existentiam instrumenti, sed eius tantummodo
validitatem.

Statutum Vrbis, in quo annullantur dotes excedentes sū-
mam ducatorū bis mille de carollenis est merè laicale.
Statutum propter confirmationem Apostolicam dici-
tur papale, & per consequens aptum comprehendere
clericos, dummodo tamen in ipso expressa mentio facta
sit de clericis, vel adsint in eo verba apta comprehen-
dere clericos, qualia sunt *quod statutum seruetur in om-
nibus, & quibuscumque curijs*, & verba pariter *ogni
persona di qualsiuoglia stato grado, o preeminenza si sia*
prolata in lege ab eo condita, qui subditos habet
clericos.

SVMMARIVM.

1 *Copia instrumenti, non reperto originali in protocollis
probat creditum concurrentibus adminiculis, quorum
vnum est si non negetur existentia Instrumenti, sed
eius validitas impugnetur.*

2 *Instrumentum impugnans ex capite inualiditatis fate-
tur illius existentiam.*

3 *Statuta Vrbis super reformatione, & moderatione do-
tium sunt mere laicalia.*

4 *Statutum propter Apostolicam confirmationem dicitur
Papale, & sic aptum comprehendere clericos dum
tamen in ipso expressa fiat mentio de clericis, vel ad
sint verba apta illos comprehendere.*

5 *Dictio per importat causam efficientem.*

6 *Confirmatio statutorum à Pontifice facta indicat statuta
non fuisse à Pontifice condita, hæc enim Papali confir-
matione non indigent.*

7 *Confirmatio robur addit confirmato non autem illud ex-
tendit ad ea, quæ in ipso non continentur.*

8 *Statutum habens Apostolicam confirmationem, in qua
pæna excommunicationis iniungatur inobseruantibus
non per hoc dici potest clericale, cum huiusmodi pæna*

solam

solam executionem respiciens statuti substantiam non immutet.

9 *Statuta prohibentia inutiles expensas funerum, & eorum prophanam pompam non sunt clericalia, sed bene a laicis condi possunt.*

10 *Licentia non semper petitur ex necessitate, sed interdum ad maiorem cautelam.*

11 *Statutum continens verba* che nessuna persona di qualsiuoglia stato grado, ò preeminenza, &c. *si fuerit conditum à Papa, qui subditos habet clericos, & Cardinales, eos comprehendit.*

12 *Statutum conditum a laicis licet comprehendat verba* ogni persona di qualsiuoglia stato, grado, o preeminenza *non extenditur vltra laicos.*

13 *Statutum habens verba* quod seruari debeat in omnibus, & quibuscumque curijs *per illa comprehendit etiam clericos.*

14 *Clericus vti potest statuto laicali per modum priuilegij vbi a principio contractus declarauit se velle vti tali statuto, secus si hoc, re non integra, declaret.*

15 *Tutor tenetur curare quod contractus pro pupillo celebratus sit validus, alias tenetur ad damna, & interesse*

16 *Nullitas allegata ab eo, qui ipsi causam dedit, ei non prodest.*

DECISIO DCCLXXIII.

IN decisionibus editis coram me 18. Iunij 1655. & 22. Iunij 1657. firmatum fuit relaxandum esse mandatũ pro residuo sortis principalis dotis Ersiliæ contra D. Marchionem Tarquinium hæredem bon. mem. Cardinalis de S. Cruce, non obstantibus duabus exceptionibus, quæ pro parte eiusdem hæredis potissime deducebantur, altera quod instrumentum dotale non sit originale, sed copia, altera vero quod dos fuerit constituta vltra summam taxatam in antiquis reformationibus Vrbis anni 1532. vbi annullantur dotes excedentes quantitatem ducatorum bismille de Carolenis, concessa vero aduersus dictas resolutiones noua audientia agentes pro D. Marchione iterum in ijsdẽ exceptionibus acerrime insistebant, sed causa per 4. vices reproposita tandem placuit dominis decisiones confirmare.

Exceptio enim quod Creditum dotis Ersiliæ, & obligatio Cardinalis Prosperi de Sancta Cruce iustificentur ex sola simplici copia Instrumenti non reperto eius originali in Prothocollis Notarij rogati sufficienter fuit sublata *in 1. decisione §. quorum Notarius*, & signanter, ex quo stantibus adminiculis copia simplex probationem facit sicut ipsum originale non attento
1 defectu prothocollationis, quia non potest Notarius per eius omissionem partibus præiudicare *Paris. cons. 104. num. 62. lib. 1. Aymon. cons. 121. num. 11. Rot. decis. 525. num. 6. p. 1. recent. Buratt. decis. 10. num. 7. & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 251. num. 29.*

Plura vero adminicula in dicta 1. decisione recensentur, quibus additur, quod Cardinalis iudicialiter conuentus nunquam Instrumentum impugnauit, sed solum reuocauit in dubium eius validitatem. Vnde per necessarium antecedens præsupposuit, & fassus fuit
2 illius existentiam admittendo substantiam propriæ obligationis quod sufficit *ad tradit per Rot. decis. 227. num. 10. & 11. p. 9. recent.*

Maior difficultas visa fuit consistere in alia exceptione nam informantes pro marchione prętendebant reformationem moderatoriam dotium ad solos ducatos bis mille de carolenis non esse statutum laicale, vt dictum fuit in præcedentibus decisionibus, sed quidem esse constitutionem Pontificiam aptam compre-
3 hendere dotem de qua agitur, licet constitutam a persona Ecclesiastica, nempe Cardinali de Sancta Cruce, sed responsum fuit, quod huiusmodi dotium reformationes vere sunt statuta Populi Romani, vt firmauit *Rota coram Gregor decis. 267. per tot.* nec contrarium tenuit *Romana Dotis 21. Februarij 1567. coram Robusterio, relata, coram Seraph. decis. 1170. num. 3.* quia ibidem sollummodo fuit dictum, quod propter confirmationem Apostolicam statutum diceoatur papale & sic comprehendebat Clericos, quæ vtique conclusio in eo duntaxat casu admittitur vbi in ipso statuto expressa mentio facta sit de clericis, vel adsint verba apta illos comprehendere, alias secus, vt comprobatur in vtraque præcedenti decis. huius causæ, & probat exitus Litis in *d. Romana dotis*, nam in subsequentibus propositionibus Domini in dicta conclusione non fuerunt concordes, & propterea mandarunt, vt causa amicabiliter inter partes componeretur per concordiam subinde autem quoties casus euenit semper
4 constanter tenuit sententiam in decisionibus huius causæ firmatam, & plenissime comprobatam coram *Merlin. decis. 901. per tot. recedendo* ab antiquioribus.

Non obstant verba Rubricæ ibi *Reformationes, & statuta, adhortationes, & præcepta S. D. N. Clementis VII. Pont. Max.* quia subsequuntur alia ibi *facta & ordinata per Magnificos Viros D. Marium Salomonium de Albertischis &c.* nempè per conseruatores Priorem capitum Regionum, & tresdecim reformatores regionatim electos auctoritate consilij Populi Romani,
5 quæ aperte demonstrant condita fuisse a Populo Romano, non autem a Summo Pontifice, nam dictio *per* apposita ante denominationem Reformatorum denotat causam efficientem *cap. vt noueritis caus. 22. quæst. 1. Roman. cons. 301. num. 13. vers. 2. causæ efficientis*

Idque Domini pro indubitato habuerunt, ex quo successit confirmatio, ipsius Clementis VII. quoties enim constitutio est Papalis, non exigitur vlterior eiusdem Pontificis confirmatio, quæ propterea indicat Pontificem confirmantem non habuisse reformationes
6 confirmatas pro lege propria, sed pro lege aliena nempe ipsius Populi Romani, quæ Sedis Apostolicæ confirmationem exposcit, & sic ipsa confirmatio iu-
7 xta suam propriam naturam robur addit confirmato, non autem illud extendit ad ea, quæ in ipso non continentur iuxta *doctrin. Dec. in l. mere num. 3. ff. de Iurisd. omn. Iud. cum allegatis in 2. decis. §. Ratio enim, & in Melenitana Contributionis 21. Aprilis 1660. coram me.*

Nec proinde momenti est appositio pœnæ excommunicationis, quia fuit adiecta in confirmatione, vt indicant verba earundem reformationum ibi *Ancora e piaciuto alla Santità di Nostro Signore per maggior fermezza, & osseruanza delli presenti Statuti &c.* Ideoque stat accessorie, & consequtiue ad ipsam con-
8 firmationem, ac propterea ad eius limites est restringenda, & regulanda, cumque respiciat solam exequutionem non immutat substantiam.

Minus officit, quod contineant moderationem funerum, quia illorum respectu prophanam duntaxat pompam restringunt, & inutiles prohibent expensas,
9 de quibus Laici Iure optimo statuere possunt *ex deductis in 2. decis. §. nec refert.*

Sicut etiã non turbat, quod aliquando ab Ecclesiasticis petita fuerit Licentia constituendi dotes in maxima quantitate, quia exinde inferri non potest, quod reformationes essent constitutiones Papales, nec quod sub eis vere comprehenderentur personæ Ecclesiasticæ,
10 nam huiusmodi licentiæ ad cautelam, & ad euitandã indebitam prætensionẽ incursus pœnæ potius quam ex vera necessitate vt plurimum peti, & impetrari solent *Dec. cons. 197. n. 3. post med. vers. non obstat impetratio, Menoch. cons. 901. n. 45. & seqq. Surd. cons. 321. n. 58. vers. Postremo Eminentiss. D. Card. Otthobon. decis. 141. n. 23.*

Quod

Quod autem Reformationes præfatæ habeant verba
apta comprehendere Clericos ex ipsarum lectura prorsus remouetur, cum in eis nec de Clericis, seu personis Ecclesiasticis mentio habeatur nec adsint verba, quæ valeant illos includere, nam illa ibi *che nessuna persona di qualsinoglia stato, e grado, o preeminenza si sia ardisca &c.* vtique comprehendunt Clericos, &
11 etiam Cardinales, quando sunt prolata in lege, vel constitutione condita ab eo, qui subiectos habet ipsos Clericos, & Cardinales, nempè à Papa in quibus terminis loquitur *Gomez in probem. reg. Cancell. quæst. 4. sub num. 2. vers. & in eadem, & vers. quantum vero* loquens de regulis Cancellariæ a Summo Pontifice conditis, & in eisdem terminis procedit *Rota decis. 452. num. 29. p. 5. recent.* secus autem quando prolata sunt in statuto condito a Laicis, qui nullam habent iurisdictionem in Clericos. Hoc enim casu eos non comprehendunt, sed restringuntur ad illas duntaxat personas quæ ipsis statuentibus subsunt, vt bene firmat *2. decis 5*
12 *ner suffragatur*, vbi *in §. sequenti* ponderatur hoc certius procedere attento, quod in alijs subsequentibus earundem dotium reformationibus, expressa Clericorum mentio facta legitur. Verba autem apta comprehendere Clericos ea solum dicuntur, ex quibus præci-
13 pitur, quod statutum seruetur in omnibus, & quibuscunque Curijs vt aduertit *Rota coram Merlin. d. decis. 901. sub num. 5. & in recent. decis. 58. num. 34. p. 6.*

Et hinc non releuat, quod statutum seu reformationes prædictæ adimant fidem instrumentis in habilitando Notarios subditos, ne desuper Instrumenta conficere possint, quia non videtur posse deduci congrua consequentia; ergo comprehendit Clericos vt patet ad sensum, & sic pariter non vrget, quod Clerici possint vti Statutis Laicorum per modum priuilegij, quatenus ipsis sint fauorabilia, nam vt responde-
14 tur *in 1. decis. §. quatenus vero*, id posset habere locum vbi Clericus a principio contractus declarauerit velle vti statuto, vel priuilegio non autem ex post re non amplius integra, quando scilicet prout hic fuit cæptum iudicium super exequutione contractus ex *Lambertengh. & alijs ibi allegatis*.

Cæterum hodie placuit Dominis motiuum alias deductum, quod dum Cardinalis fuerat tutor Francisci curare tenebatur quod contractus ad sui fauorem celebratus omnino validus esset, etiam præuia licen-
15 tia Apostolica, quam ipsemet in alijs casibus impetrauerat, alias non solum tenebatur ad omnia damna, & interesse iuxta *Text. in l. ob fænus ff. de admin. Tut. Roland. cons. 10. num. 20. lib. 2.* sed etiam nec ipse nec
16 eius hæredes exinde allegare possunt propriæ obligationis nullitatem, cui ipse causam dedit *l. illicite 10. vbi communiter DD. ff. de reb. cor. Menoch. cons. 58. n. 37. Pie. ad statut. Vrb. gloss. 20. num. 22. cum seqq.*

Et ita vtraque &c.

LEODIEN. BONORVM.

Lunæ 31. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Ad successionem decedentis ab intestato sine descendentibus, admittuntur collaterales æqualiter iuxta gradus prærogatiuam, sublata sexus differentia, ipsisque competit immissio super bonis defuncti ex interdicto quorum bonorum. Testes ad probandum testamentum nuncupatiuum debent de toto tenore testamenti deponere, contestes esse, & ad id specialiter rogati.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas defuncti ab intestato sine descendentibus defertur collateralibus æqualiter iuxta gradus prærogatiuam, sexus differentia sublata.*
2 *Interdictum* quorum bonorum *competit hæredibus ab intestato venientibus.*
3 *Testes tres sufficiunt pro validitate testamenti de iure municipali Ciuitatis Leodien.*
4 *Testes ad probandum testamentum nuncupatiuum debent deponere de toto tenore testamenti de quo non fuit confecta scriptura.*
5 *Testes ad probandum testamentum nuncupatiuum debent esse contestes.*
6 *Testes non probant testamentum nuncupatiuum nisi fuerint in præsentia testatoris, & ad id specialiter rogati.*
7 *Testis vnus si fuerit rogatus, non inde infertur alios fuisse rogatos.*
8 *Testis consanguineus inducentis ad eius fauorem non benè probat.*

DECISIO DCCLXXIV.

Defuncto Nicolao Hodeigæ immissionem in omnibus eius bonis obtinuit in partibus Lucas ex fratre prædefuncto nepos tanquam hæres ex testamento pro parte vero Annæ, Elisabethæ, & Sanctæ germanarum Sororum eiusdem Nicolai prætendentium succedere ab intestato, introducta per appellationem causa ad Rotam, dubitaui, an, & cui sit danda immissio, & resolutum fuit dandam esse eisdem Sororibus pro tribus ex quatuor partibus.

Cum enim Nicolaus decesserit ab intestato, nullis relictis descendentibus ad eius successionem æqualiter
1 admittuntur collaterales iuxtà gradus prærogatiuam sublata sexus differentia per *Text. in Auth. cessante C. de legit. hæred.* eisque debetur immissio ex interdicto
2 quorum bonorum vti hæredibus ab intestato venientibus *l. 1. C. quor. bonor. Menoch. de adipisc. poss. remed. 1. num. 33. & seqq.*

Non obstat testamentum nuncupatiuum ad fauorem Lucæ nepotis desumptum ex depositionibus trium testium relatis in *Summ num. 1. & duobus seqq.*

Quia licet de iure municipali Ciuitatis Leodij tres
3 testes sufficiant pro validitate Testamenti, vt in alia *Leodien. coram me 3. Iulij 1662.* Nihilominus in pro-
4 posito visum fuit non constare de huiusmodi testamento: Vltra quod enim testes præfati non deponunt de toto tenore testamenti neque videntur contestes tã
5 in cortice, & formalitate verborum, quam in substantia, prout requiritur ad effectum probandi testamentum nuncupatiuum, de quo non fuit confecta scriptura, vt docet *Bald. in l. cum antiquitas 28. num. 5. vers. in contrarium videtur C. de testam.* quem sequitur *Rota decis. 533. num. 8. & 9. p. 4. tom. 3. decis. 588. num. 16. p. 5 tom. 2. recent. cum alleg. in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658. coram R. P. D. meo Albergato §. Alij duo Testes.*

Animaduertebant Domini Nicolaum non accessisse ad domum Pannæ animo, & voluntate testandi, sed occasione visitandi eundem Panneam tunc ægrotum & insuper verba superius recensita ad alium effectum fuisse per eum prolata, Nicolaus enim requisiuerat ægrotum an Testamentum condidisset, & quia respondit non esse sibi quod festinaret, ideo dum Nicolaus immediate replicauit quantum ad se iam fecisse suum hæredem videtur hoc modo potius voluisse imitare ægrotum ad disponendum, & insimul colorare suam requisitionem eidem per antea factam. Hoc addito, quod Nicolaus de tempore prolationis verborum non reperiebatur cum Testibus in loco congruo
6 sed in Coquina, neque Testes fuerunt specialiter vocati, atque rogati ad actum testandi vt requiritur non solum de iure communi *l. hæredes palam §. in Testamentis ff. qui Testam. facere poss. l. hac consultissima C. de Testam. & Auth. rogati C. eod. tit.* sed etiam de iure municipali Leodien. vt testatur *Modern. Mean. in sua obseru. 62. num. 1.*

Parum releuante, quod primus testis referat testatorem

torem

7 torem sibi dixisse, *& huius rei Testis eris*; tum quia
ex rogitu vnius non infertur ad rogitum aliorum; tum
8 etiam quia dictus testis tanquam Consanguineus præfati Lucæ, ad eius fauorem non bene probat *D D. in l. C. de testam, & in d. Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658 coram R.P.D.meo Albergato §. Et quamuis*.

Et ità per contradictas &c.

MEDIOLANEN. IVRISPATRONATVS

Lunæ 3. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à Patrono intra legitima tempora, constito de beneficij vacatione, & clericatu præsentati venit instituendus; nec potest excludi per prouisum Apostolicum ex rescripto gratioso, si in supplicatione mentio iurispatronatus facta non fuerit, tunc enim gratia remanet nulla, & ea non obstante potest Rota ad præsentati institutionem deuenire.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus intra legitima tempora ab iuspatronatus habente constito de eius clericatu, & beneficij vacatione venit instituendus.*

2 *Sententia Rotalis in iudicatum transacta super statu beneficij prolata, facit ius quoad omnes.*

3 *Rota potest deuenire ad institutionem præsentati ab habente iuspatronatus, non obstante prouisione Apostolica de altero gratiosè facta, si ipsi constet non fuisse in precibus apud Papam factam mentionem de iurepatronatus, & consequenter gratiam esse nullam, & subreptitiam.*

DECISIO DCCLXXV.

Resolutum fuit Paulum Antonium esse instituendum
quia docet de existentia iurispatronatus controuersi, illiusque pertinentia ad fauorem Sororum de
Marlianis, a quibus intra legitima tempora fuit præsentatus, de illius vacatione, ac clericatu, quibus con-
1 currentibus præsentato debetur institutio *Text. in cap. cum Bertoldus, vbi Abb. num. 12. de sent. & re iud. Rota in Lucana iurispatronatus 26. Iunij 1662. in princ. coram R.P.D. meo Albergato*.

Vacatio beneficij sequuta per obitum Prosperi Rastelli vltimi possessoris nunquam à partibus fuit controuersa, quinimò admittitur in *prima decisione 28. Martij 1661. in princ. coram me* de clericatu, & habilitate præsentati constat ex literis presbyteratus *Summ. num. 3.* & ex fide Ordinarij *num. 4.* existentia vero, & pertinentia ad fauorem Sororum de Marlianis resultat ex duabus decisionibus in causa factis, & sententia
rotali à me lata in iudicatum transacta, quæ tanquam
2 lata super statu beneficij facit ius quoad omnes *Rota post Viuian. de iurepatr. decis. 77. num. 3. in rec. decis. 13. num. 1 t. p. 9. & in alia Mediolanen. Beneficij 31. Ianuarij 1646. § etenim coram bo: me: Dunozetto*.

Hinc non refert, quod Blancus fuerit à Sede Apostolica de hoc beneficio prouisus tanquam de libero. Quia cum in supplicatione non fuerit facta mentio iurispatronatus, gratia remanet nulla, & subreptitia
Card. Seraph. decis. 729. num. 1. Buratt. decis. 702. num. 8.
3 Et potest *Rota in vim Clementinæ Auditor 3. de rescript.* ad institutionē Pauli Antonij deuenire; vt per *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 31. num. 53. in Asculana iurispatronatus coram Eminentiss. D. Card. Otthob. inter impress. decis. 246. n. 6. & in d. Mediolanen. Bonorum cor. Dunozette in fine*.

Et ità altra tantum &c.

FAVENTINA SVCCESSIONIS.

Veneris 7. Maij 1664.

Res iudicata clara est vbi lapsi sunt plures anni à die interpositæ appellationis; Restitutio in integrum cessat sententia existente valida, & iusta, cum tali casu cesset læsio, quæ sola est fundamentum restitutionis Fœminæ de iure ad successionē matris admittuntur æquè ac masculi, nec repelluntur à statuto exclusiuo fœminarum in concursu masculorum, cum statutum huiusmodi tamquam correctorium iuris communis debeat strictè interpretari, & restringi ad successiones ascendentium ex linea paterna tantum; maximè vbi statutum huiusmodi excludit fœminas non simpliciter à successione ascendentium sed cum qualitate dotationis, vel ratione conseruandæ agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata non potest in dubium reuocari vbi lapsi sunt plures anni à die interpositæ appellationis, & nihil est actum in causa.*

2 *Restitutio in integrum non datur sententia existente valida, & iusta, cum tali casu cesset læsio, quæ est fundamentum restitutionis.*

3 *Fœminæ de iure communi æque ac masculi admittuntur ad successionem matris.*

4 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos cum sit correctorium iuris communis debet strictè interpretari.*

5 *Statutum correctorium iuris communis non recipit extensionem de persona ad personam.*

6 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos à successione patris, & Ascendentium, intelligi debet de ascendentibus masculis, & per lineam paternam, licèt alioqui nomen ascendentis tamquam generale sit aptū comprehendere tam masculos quam fœminas.*

7 *Statutum excludens fœminas à successione ascendentium si incipiant à masculo recte agi debet ad ascendentes tantum de eadē qualitate masculina in primo expressa.*

8 *Statutum excludens fœminas ab hæreditatibus Ascendentium non simpliciter, sed cum qualitate dotationis, intelligi debet de hæreditatibus, masculorum, ascendentium, quibus incumbit onus dotandi, non verò de hæreditate matris.*

9 *Mater non tenetur nisi in subsidium dotare filias.*

10 *Statutum exclusiuum fœminarum potissimum fundatur in ratione conseruandæ agnationis pro indemnitate masculorum respectu bonorum à parentibus masculis prouenientium, & ideo ex æquitate locum habere non debet in successione in bonis maternis.*

11 *Statutum disponens quod masculinum concipiat fœmininum habet locum in materia tantum indifferenti, non vbi ratio suadeat nomine ascendentis venire tantummodo masculos.*

12 *Obseruantia declarat statuti dispositionem alioquin dubiam.*

DECISIO DCCLXXVI.

Defuncta Susanna ab intestato cum filijs, nempe Laurentio, Michaele, Francisca, ac Magdalena, ex qua natus est Io: Baptista, iste post obitum Magdalenæ matris obtiuuit à R. P. D. Baranzono tunc A. C. Locumtenente sententiā immissionis pro quarta parte in hæreditate d. Susannæ, cuius vigore fuit relaxatum ac successiuè exequutum mandatum exequtiuum in bonis Marci mariti eiusdem Susannæ possessis à Michaele, & alijs detentoribus, à quibus interposita appellatione vsque de anno 1652. cum deinde nihil fuerit actum in causa, hodie vigore commissionis exequutorialis ad instantiam Actoris signatæ dedi dubium, an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutioni in integrum, & ipso tantum informante, ad eius fauorem emanauit resolutio.

Res iudicata excusari non potest ob lapsum tanti
1 temporis à die interpositæ appellationis, & restitutioni in integrum non est locus, quia cum sententia sit
2 valida, & iusta, cessat læsio, sine qua restitutio non datur *Rota decis. 1. num. 1. de restit. in integr. in nou.*

Præ-

Præsupposita validitate desumitur iustitia ex eo, quod Ioanni Baptistæ agenti ex persona Magdalenæ matris merito fuit concessa immissio ex interdicto quorum bonorum in quarta parte hæreditatis Susannę ab intestato defunctæ, cum de iure fœminæ æqualiter
3 vna cum masculis ad successionem matris admittantur *l. 1. C. de legit. hæred. Auth. cessante C. eod tit. & Auth. in successione C. de suis. & legit. Rota decis. 183. num. 1. & 24. par. 8. recent.*

Non obstat *statutum Brisighellæ Rubr. 24. de success. ascendentium lib. 2.* exclusiuum fœminarum propter masculos ab hæreditate Ascendentium, nam cum loquatur de Ascendentibus per lineam paternam, vt inferius demonstrabitur, & in eorum hæreditatibus excludat fœminas in concursu masculorum, eius dispositio non habet locum in proposito, vbi agitur de ma-
4 tris hæreditate, illiusque successione; statutum enim prout hic, correctorium iuris communis debet strictè interpretari, nec recipit extensionem de persona ad
5 personam *Dec. conf. 688. num. 2. & alys allegatis* dictum fuit *in Fauen. successionis 6. Aprilis 1663. §. neque dispositio vers. cumque agatur de statuto coram R. P. D. meo Albergato.*

Quod autem huiusmodi statutum comprehendat hæreditates Ascendentium per lineam paternam desumi videtur ibi *statuimus & ordinamus, quod mortuo Patre, vel Ascendente ab intestato &c. tota hæreditas talis præmorientis in totum, & vniuersaliter pertineat ad masculū vel masculos dd. fæminis ab hæreditate exclusis.* Cū enim dispositio incipiat a genere masculino ibi *mortuo Patre*
6 licet postea subsequatur nomen ascendentis, tanquam generale est aptum comprehendere masculos, & fœminas restringitur tamen, & modificatur ita vt comprehendat Auum, vel alium Ascendentem de eadem qualitate masculina significata in Patre antecedenter
7 expresso, vt bene facit *Text. in l. quotits ibique Dd. C. Famil erciscl. Fulgos. conf. 54 per tot. Cephal. conf. 343. num 27. & seque ad 33. Rota decis. 373. circa fin. p. 3. rec*

Idque comprobatur, ne dum quia statutum non excludit fœminas simpliciter ab hereditatibus ascenden-
8 tium, sed cum qualitate dotationis, mandat enim illas dotari iuxta Patrimonium Defuncti vnde videtur statuentes voluisse fœminas excludere ab hæreditatibus Patris vel Aui, quibus incumbit onus dotandi filias, vel Neptes, non autem ab hæreditate Matris,
9 quæ non tenetur nisi in subsidium *Fulgos. d. conf. 54. num. 3. vers. 5. statutum Cephal. d. conf. 343. num. 6. Honded. conf. 9. num 14. lib. 2. Menoch. conf. 813. num. 9. Rota coram Card. Seraph. decis. 396. num. 4. & in recent. decis. 247. num. 6. & 7. p. 5.*

Verum etiam quia similia statuta exclusiua fæminarum potissimum fundantur in ratione conseruandæ agnationis pro indemnitate scilicet familiæ masculo-
10 rum respectu bonorum, quæ a Parentibus masculis proueniunt, idemque ex quadam æquitate congruit, vt bona, quæ a fæminis nempe a matre deriuant ad fæminas etiam æque ac, ad masculos deferantur, *Paul. de Castr. conf. 119. num. 3. & seqq. lib. 1. Surd. decis. 9. nu. 7. & seq. & comprobat. Rota coram Merlin decis. 581. nu. 25*

Sicuti non releuat alia dispositio eiusdem Statuti in rubr. 22 quod scilicet masculinum concipiat fæmi-
11 ninum, vltra quod enim intelligi debet in materia indifferenti, & vbi non concurrunt, verba nec ratio suadet sub nomine ascendentis venire duntaxat masculos, *vt in Romana supplementi legitimæ 5. Aprilis 1644. §. nec obstant. ea coram me impress. in recent. decis. 267. p. 9.* adhuc statutum in præsenti bene se declarat in casibus in quibus masculinū continet fæmininum, pro vt non est casus, de quo agitur, ex superius deductis.

Et facilius prædicta procedunt attenta obseruantia
12 subsequuta cum semper ad successionem matris fuerint admissæ sorores vna cum masculis; quæ quidem obseruantia bene declarat eiusdem statuti dispositionem alioquin dubiam.

Et ita altera tantum &c.

BONONIEN. OFFICII PROXENETÆ.

Lunæ 5. May 1664.

ARGVMENTVM.

Filius Officialis, qui vigore indulti Pontificij sit omnibus præferendus in successione ad officium sui Patris, quatenus de tempore mortis eiusdem habilis fuerit, & á D. Card. Legato approbatus; si sub prætextu inhabilitatis exclusus fuerit, & eo non audito, alius prouisus sit, benè potest, interposita appellatione, aduersus factam electionem, propriam habilitatem iustificare, & consequenter prælationem, & immissionem debet obtinere.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in executione literarum Apostolicarum denegari non potest habenti qualitates ab ipsis requisitas.*
2 *Testes deponentes de re ad eorum artem spectante plenè probant.*
3 *Testes tanto magis probant si ad effectum, circa quem deponunt sint approbati.*
4 *Habilitas requisita ad effectum succedendi ad aliquod officium si ex sola naturali ratione proueniat in quolibet esse præsumitur, donec contrarium probetur.*

DECISIO DCCLXXVII.

Erecto Collegio Proxenetarum Arcus Sericę in Ciuitate Bononiæ auctoritate Cardinalis Iustiniani tunc Legati erectionem primo loco confirmauit San. me. Paulus V. & postmodum Innocentius X. qui Collegio præfato inter cætera indulsit, vt in casu obitus alicuius Proxenetæ cum filijs, qui sint habiles, isti cæteris alijs præferantur cum autem per obitum Angeli Michaelis Velli sequutum de anno 1651 D: Card. Legatus prouiderit Bartolinum sub prætextu, quod Vellius non reliquerit filium habilem; Hinc Franciscus filius defuncti causa introducta in Curia super executione literarum Apostolicarum & a R. P. D. A. C. Bulgarino sententiam fauorabilem reportauit, a qua commissa mihi causa appellationis dubitaui An eidem sit danda Immissio, & affirmatiue responsum fuit.

Habet enim Franciscus intentionem fundatam in literis Apostolicis, quæ mandant filium habilem Pro-
1 xenetæ defuncti præferri cæteris alijs concurrentibus ad officium sui Patris, & ideo cum de illius filiatione & habilitate sufficienter appareat, vtique in illarum executionem est immittendus in possessionem officij controuersi *vt docet Bold. in l. 2. num. 59. C. de seruit. & aqu. cum alys allegatis per Rot. decis. 371. num. 2. p. 9. rec.*

Habilitas vero eiusdem Francisci probatur ex de-
2 positionibus Testium formiter examinatorum *summario num. 7.* iunctis attestationibus Proxenetarum Collegij eodem *Summ. num. 9.* asserentium esse iuuenem habilem idoneum sufficientem, ac capacem ad obtinendum officium sui Patris, & fide plurium mercatorum serici Ciuitatis Bononiæ *summario num. 11.* quibus tanquam in arte peritis plurimum venit deferendum *per Text. in l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic. Bald. conf. 40. num. 10. lib. 5. Rota coram Duran. decis. 368. num. 12. & decis. 23. pariter num. 12. p. 9. recent.*

Præcipuè cum Summus Pontifex mandauerit, vt circa habilitatem eligendorum stetur iudicio eorundem officialium, & mercatorum, & proinde eorum
3 fides tanquam approbata eo magis venit attendenda, vt in simili de personis approbatis per testatorem est, *Text. in l. Theopompus ff. de dot. prœleg. Peregr. de fideic. art. 33.*

art.33.num. 8. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.1.num.16.

Quæ facilius admitti debent attento; quod Franciscus de tempore obitus sui patris erat in 23. ætatis anno constitutus, nec non per annum ante iam fuerat adscriptus in matricula Notariorum Collegij Ciuitatis Bononiæ. Vnde præsumitur habilis etiã ad effectum de quo agitur, cum pro exercendo officio Proxenetæ necessarium non sit adeò scientia, & doctrina pollere, vt enim aduertit primus testis, ibi. *Ognuno che habbia qualche poco di spirito in breue si può informare, e far prattico, & esperto perche questa non è virtù da douersi studiare*, videtur sufficiens habilitas proueniens à naturali ratione, quæ tanquam homini intrinseca censetur in quolibet inesse donec contrarium

4 probetur, vt est bonus *Text. in cap. dudum de præsumpt. & cap.1. de scrutin. in ordin. facien. Alciat. de præsumpt. reg.1. præsumpt.38. num.1. cum alijs relatis per Menoch. eod. tit. lib.5. præsumpt.1. num.8.*

Non obstat, quod ex forma earundem literarum Apostolicarum ad effectum, vt filius possit prælationem obtinere debeat esse approbatus à D. Cardinali Legato, cuius approbatio non solum non concurrit in Francisco, sed imò habet contra se illius declarationem, dum eligendo Bartolinum dixit Angelum Michaelem Vellium Patrem Francisci decessisse, *senza hauer lasciato figliuolo, che sia trouato habile, & essercitato in detto mestiero.*

Quia cum defuncto Angelo Michaele die 2. Augusti 1651. D. Cardinalis Legatus non audito, nec vocato Francisco filio die 12. eiusdem mensis & sic infra decem dies tantum post officij vacationem elegerit Bartolinum sub prætextu inhabilitatis filiorum defuncti, non tenebatur Franciscus eundem D. Cardinalem adire pro eius approbatione, sed satis omnino fuit, quod interposita appellatione aduersus dictam electionem à die habitæ notitiæ propriam habilitatem iustificauerit coram iudice appellationis, & ab eo approbationem, & sententiam fauorabilem obtinuerit, vt propterea, vti sufficienter habilis de tẽpore mortis patris petitam prælationem, & immissionem obtinere etiam debeat, *ad tradita in decis. Greg.527. sub num.2.*

Et ita vtraque &c.

BARCHINONEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 26. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur propter irreleuantiam materiæ articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio ex pluribus actibus in specie iustificata præponderat generali probationi, quod quis existimetur vir honestus, & bonæ opinionis quoad vitam, & mores.*

2 *Probationes leuiores, & non plenè concludentes sufficiunt pro repellendo clerico à parochiali obtinenda ex capite inhabilitatis, secus si agatur de priuando eo beneficio iam obtento.*

3 *Scientia sola non reddit Clericum idoneum ad parochialem regendam, sed etiam vitæ innocentia, prudentia, & similia.*

4 *Prælatio in concursu cum doctiori ad beneficium parochiale concedi potest ei, qui mediocri literatura ornatus, moribus tamen est præstantior.*

5 *Remissoria non datur stante articulorum irreleuantia.*

DECISIO DCCLXXVIII.

IN concursu habito ad Parochialem Ecclesiam S. Mariæ Villæ de Cordadeu de iurepatronatus Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Barchinonen. fuit quoad mores reprobatus Ioannes Seguer, qui prosequendo causam appellationis in Rota contra Franciscum Subirã renunciatum pro habili, & idoneo die 25. Iunij, ad instantiam Francisci fuit disputatum an ei competeret manutentio, vel potius esset apponenda in sequestrum, tunc placuit omissa prima parte dubij respondere pro appositione sequestri, vt ex decisione edita coram me sub dicta die, sed reproposita causa Rota iussit videri de bono iure.

Quia vero bonum ius potissimum dependet à iustificatione qualitatum eiusdem Seguer, eius Agentes ante huiusmodi disputationem petierunt remissoriam articulando illius probitatem, atque doctrinam, quam denegandam esse dubio proposito responsum fuit.

Articuli omnes, licet tendant ad probandam bonam fidem Seguer, eiusque literarum non videntur releuantes; cum enim ex testibus relatis *in Summ. Francisci* fuerit probata in specie illius diffamatio ex pluribus

1 actibus, parum refert generalis probatio, quod ipse existimetur Vir honestæ conuersationis, ac bonæ opinionis quoad vitam, & mores; magis enim in concursu speciales probationes attenduntur, *Crauett. consil. 94. num. ... Soccin. Iun. consil.88. num.18. & 19. lib.2. & in his terminis Rota coram Com. tul. decis.119. n.15. & in Sabinen. concursus 6. Aprilis 1609. coram Card. Sacrato apud Marchesan. de commiss.1. p. fol.291. num.4. vers. nec faciunt testes.*

Et cum non agatur de priuando Seguer beneficio iam obtento, sed de repellendo à Parochiali obtinen-

2 da non requiruntur probationes plenæ, & concludentes, sed leuiores sufficiunt, vt bene *per Rotam coram Eminentiss. D. Card. Otthobon. decis 202 num.16. & in Calaguritana Beneficij de Bilbao 18. Iunij 1657. §. Nec dicatur, quod testes coram R.P.D. meo Bevilaqua.*

Respectu vero doctrinæ articuli sunt pariter irreleuantes, quia in hac materia non attenditur sola scien-

3 tia, sed etiam vitæ innocentia, morum honestas, prudentia, zelus, sedulitas, & alia multa requiruntur, quæ ad tranquillum Ecclesiæ gubernium, & ad regi-

4 men animarum videntur necessaria; vnde præferri potest ille, qui mediocri literatura ornatus, moribus tamen est præstantior, *cap. nisi cum pridem §. pro defectu quoque scientiæ de renunciat. Rota in Firmana iurispatronatus 18. Iunij 1656. §. præterea coram R.P.D. meo Albergato, & in Naulen. Parochialis 15. Maij 1662. § fin. coram me.*

Et ità ex capite irreleuantiæ dictum fuit non esse

5 dandam remissoriam vtraque parte informante &c.

AMERINA SALVIANI.

Veneris 30. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Filius hæres patris venditoris non potest obtinere contra emptorem, cui tenetur de euictione promissa per Patrem. Nec iuuari potest per aditionem hæreditatis factam cum beneficio legis, & inuentarij, si inuentarium non fuerit legitimè confectum, vel si appareat ipsum possidere bona hæreditaria, hoc enim casu tenetur hæres beneficiatus seruare factum defuncti, quovsque suppetunt vires hæreditariæ, cum beneficium inuentarij inductum sit vt præseruet hæredem à damno, non autem, vt ei præstet lucrum cum aliena iactura.

SVMMARIVM.

1 *Hæres venditoris non potest tamquam creditor obtinere contra emptorem, cui tenetur de euictione per venditorem promissa.*

2 *Inuentarium minùs legitimè confectum nullum hæredi affert beneficium.*

3 *Inuentarium hæreditatis pro sua validitate requirit subscriptionem hæredis, decretum Iudicis, & testium præsentiam.*

4 *Inuentarium debet continere descriptionem omnium, & singu-*

singulorum bonorum, & iurium in hæreditate repertorum, alias tamquam defectuosum non tenet.

5 *Inuentarium vt sit legitimè confectum exigit loco creditorum absentium præsentiam trium testium bonæ cōditionis, & famæ.*

6 *Stylus contra iuris dispositionem non iustificatur ex fide extraiudiciali.*

7 *Inuentarium non eximit hæredem à solutione debitorum hæreditariorum, si constet ipsum bona hæreditaria possidere.*

8 *Hæres beneficiatus tenetur seruare factum defuncti, quousque suppetunt vires hæreditariæ.*

9 *Inuentarium præseruat quidem hæredem à damno, non autem ei præstat lucrum cum aliena iactura.*

10 *Adiudicatio bonorum alicui facta sine praecedenti eorum æstimatione est nulla.*

11 *Adiudicatio bonorum controuersorum facta pendente lite creditoribus non citatis est nulla.*

12 *Hæres beneficiatus licet possit petere vt suum creditum separetur ab hæreditate, hoc tamen facere debet citatis alijs creditoribus, vel legatarijs, & alijs quorum interest.*

DECISIO DCCLXXIX.

PRædium, quod aliàs à Brancaleone Venturello venditum fuerat Sancti Morello, Sebastianus Brancaleonis filius obtinuit in Iudicio Saluiani pro credito dotali Agnetis Clementinæ eius matris, sed commissa causa in Rota cum clausula, *Constito, quod sit locus Aegidianæ*, & proposito dubio ad formam commissionis, hodie Domini responderunt non esse locum Ægidianæ attenta iniustitia sententiæ, quæ desumitur ex eo quod Sebastianus filius, & hæres Brancaleonis venditoris non poterat tanquam creditor aliquid obtinere
1 contra emptorem, cui tenebatur de euictione promissa per patrem *ad text. in leg. vendicantem, ff. de euict.*

Et licet hæreditatem patris adiuerit cum beneficio
2 legis, & inuentarij, non potest tamen huiusmodi beneficio iuuari, cum inuentarium non fuerit legitimè
3 confectum; Tum quià caret subscriptione hæredis, decreto Iudicis, ac testium præsentia, vt pro illius validitate requiritur ex allegatis *in Anconitana, seu Maceraten. Census 2. May 1661. §. Quia coram R.P.D. meo Bourlemont*. Tùm quia non fuerunt in eo descripta omnia bona hæreditaria, & signanter fuerunt omissi plures Census in summa scutorum 400. quos in emptione prædij controuersi idem Brancaleo ad computum pretij receperat à Morello emptore pacto adiecto ne possent alienari, sed stare deberent pro euictione eiusdem prędij *Summ. Morelli, nu. 1.* Clarum est enim in inuentario esse describenda omnia, & singula bona,
4 & iura in hæreditate reperta, aliàs tanquam defectuosum non tenet, *l. fin. §. Sin autem duobus, C. de iur. deliber. Handed. cons. 34. nu. 13. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 532. num. 10. Gregor. decis. 473. num 2.* Tùm etiam quià loco creditorum absentium non fuerunt adhibiti tres testes bonæ conditionis, & famæ, qui confectioni
5 eiusdem inuentarij assisterent iuxtà formam præscriptam *in Auth. de hæred. & falcid. §. Hinc nobis, versic. Si verò absunt aliqui, Rota in recent. decis. 331. num. 18. part. 5. & tradunt relati per Add. ad Buratt. decis. 750. num. 7.*

Nec refert, quod de stylo Ciuitatis Ameriæ pro validitate inuentarij satis sit adhibere duos testes absq; solemnitate; Etenim ad hunc effectum non exhibetur nisi quædam fides extraiudicialis relata in *Summario*
6 *Sebastiani, num. 5.* Quæ non videtur sufficiens ad probandum stylum contra iuris dispositionem per ea, quæ tradunt *Grattan. discept. for. cap. 694. num. 52. & seqq. & Rot. decis. 175. num. 13. par. 9. recent.*

Prętere a ex alio capite inuentarium eidem Sebastia-
7 no non suffragatur, quià cum ipse possideat plura bona hæreditaria, non potest solutionem debitorum effu-
8 gere; Nam hæres beneficiatus tenetur seruare factum defuncti quousq; suppetunt vires hæreditariæ, quia in-
9 uentarium præseruat quidem hæredem à damno, non autem ei præstat lucrum cum aliena iactura *Bart. in l. cum vir sub nu. 14. vers. Sed si fecit inuentarium, ff. de vsucap. Surd. cons. 577. num. 16. & seqq. Hond. cons. 3. num. 53. lib. 1. Rota coram Greg. decis. 67. in fin. in Bononien. fideicommissi de Rubeis 14. Martij 1650. §. Nec obstat coram Emmentiss. D. Card. Celso, & in Bonon. pecuniaria 6. Martij 1656. §. Nihilque refragatur vers. Quia admissa coram Reuerendiss. Papien.*

Parum obstante, quod dicta bona possideat non iure hæreditario, sed tanquam sibi adiudicata pro credito dotis maternæ. Vltra quod enim adiudicatio
10 fuit nulliter facta absque præcedenti bonorum æstimatione ex relatis per *Add. ad Buratt. decis. 96. lit. A.* adhuc sustineri non potest tanquam facta post litem
11 motam cum Morellis creditoribus, illisque non citatis. Nàm hæres beneficiatus licèt petere possit, vt suum creditum separetur ab hæreditate, hoc tamen fa-
12 cere debet citatis alijs creditoribus, vel legatarijs, & alijs, quorum interest, vt assignatio fiat pro eo, quod sibi debetur *Bald. in l. debitori 7. num. 4. vers. Sed pone, C. de pact. Surd. cons. 7. num. 32. & decis. 22. num. 3. Antonin. de Amat. var. resol. qui plures refert, resol. 56. n. 22. Rota coram Card. Mantic. decis. 126. num. 6.*

Et ità omissis alijs, quæ ab informantibus deducebantur circa nullitatem sententiæ A.C. ac etiam circa subsistentiam crediti dotalis Agnetis Clementinæ resolutum fuit vtraque &c.

ROMANA CENSVS VITALITII.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Acquisitio facta per administratorem, quem non probetur aliunde habuisse pecunias, censetur facta administratorio nomine, & de pecunijs eius, cuius bona administrantur. Acquisitio facta pro persona nominanda non exigit præcisam nominationem, sed sufficit quod hæc ex coniecturis deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio vbi est in personis, & veritas in actu, quaritur ius vera persona, non fictę.*

2 *Simulatio de persona ad personam est licita.*

3 *Simulationis non fraudolenta, nec præiudicialis causa non est probanda.*

4 *Administrator acquirens, si de tempore acquisitionis æquiualentem pecuniarum summam de iuribus administrationis penes se retineat, præsumitur administratorio nomine, non proprio acquisiuisse.*

5 *Administrator Religiosus non præsumitur nomine proprio, sed administratoria acquisiuisse.*

6 *Religiosis est prohibita negociatio.*

7 *Administrator non probans aliunde habuisse pecunias censetur administratorio nomine acquisiuisse, non proprio.*

8 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati iunctis adminiculis, & præsumptionibus prębent veritatis magnum indicium.*

9 *Acquisitio facta pro persona nominanda, secuta nominatione perinde est, ac si à principio nominata persona acquisiuisset.*

10 *Fructus sequuntur dominium.*

11 *Liber non exhibitus sub prætextu combustionis in odiū non exhibentis præsumitur continere sufficientes probationes fauore petentis eum exhiberi.*

12 *Acquisitio facta pro persona nominanda non exigit præ-*

cisam

*cisam nominationē, sed sufficit per coniecturas, aliasue
probationes deduci posse pro quo facta fuerit* .

DECISIO DCCLXXX.

Rector Ven. Collegij Romani anno 1651. imposuit
Censum Vitalitium ad fauorem D. Ioannis Geor-
gij Iustiniani, qui cum declarasset se in eo non habere
nisi nudum nomen, sed omne commodum, & incom-
modum spectare ad patrem Vincentium Iustinianum
Societatis Iesu Professum, seu ad personam ab eo no-
minandam; Hinc orta controuersia inter D. Elisabee-
tham sororem eiusdem patris Vincentij asseren. Cen-
sum fuisse sibi acquisitum ex propria illius pecunia, &
consequenter sibi fructus deberi, & Collegium præten-
dens ad solutionem non teneri, ex quo Census specta-
ret ad patrem Vincentium Professum, & eo defuncto
ad Societatem, dubitaui an fructus Census debeantur
Elisabetthæ, & affirmatiuè responsum fuit.

Cùm enim Census de quo agitur licèt factus in per-
sona ad fauorem Ioannis Georgij ad ipsum nō spectet,
sed ad personam à P. Vincentio nominandam, & ex
pluribus intra deducta appareat personam hanc fuisse
dictam Elisabeetham sororis Patris Vincentij videtur
applicari doctrina *Bald. in l. eum precibus, C. de probat.*
3 *in fine*, asserentis, quod vbi simulatio est in personis, &
veritas in actu, quæritur ius veræ personæ, & non fictæ,
2 licita enim dicitur simulatio de persona ad personam
*per text. in l. si quis gestum, C. plus val. quod agitur Rota
decis. 253. num. 2. par. 4. tom. . . . recent. & in Romana
Cambij 1645. coram Puteo, § Primo in fin. vers. Vndè
rum veritas* .

Imò cum ista simulatio non sit legibus exosa, nec
3 tendat in fraudem, nec præiudicium alterius ad illam
inducendam opus non est probare causam simulandi
*ex tradit. per Grattan. discept. forens. cap. 950. numer. 46.
Merlin. decis. 714. num. 6.*

Quod autem Pater Vincentius voluerit acquirere
Censum controuersum non sibi, sed Elisabetthæ soro-
4 ri, desumebatur ex eo, quod cùm bona, & effectus eius-
dem sororis administrauerit, & de tempore impositi
Census æquiualentem summam pecuniarum in mani-
5 bus retinuerit, vt plenè demonstratur in facto, ibique
ex iuris præsumptione omnis acquisitio existimatur
potius facta nomine administratorio, quàm proprio
*ad text. in l. si duo, ff. per quas person. Nob. acquir. cum
alijs allegatis in Barchinonen. alimentorum 17. Maij
1647. §. Secundus verò aliùs, & 31. Maij 1665. §. Pri-
mo, quia coram bo. me. Dunoz.*

Præsertim dum agitur de administratore Religio-
6 so, & Professo, qui votum paupertatis emiserat, & pro-
inde cum pro se ipso esset prohibitus negociari, nec
probetur aliunde habuisse pecunias, quàm ex effecti-
7 bus sororis ab ipso administratis præsumitur ex illius
effectibus, & pro illa Censum acquisiuisse *ad tradit. per
Roman. cons. 346. num. 15. & seqq. Crauett. cons. 161. n. 16.
post med. vers. Non obstat, Rota decis. 241. num. 7. part. 7.
recent. vt in simili dictum fuit in Romana hæreditatis 9.
Aprilis 1663. coram R. P. D. Hinot. §. Plenìori suffragio.*

Idque suadetur tum ex eius Epistola scripta sorori
de anno 1656. in qua fatetur se vsque ab anno 1650.
exegisse plures effectus tanquam illius administrator,
& pecunias in illius vtilitatem implicasse, tum ex de-
positione iurata D. Raphaelis de Turre, qui asserit au-
diuisse ab ipsomet Patre Vincentio, qui inuestimenta,
& alias negociationes faciebat ex pecunijs sororis sub
nomine amicorum ad solum effectū reportandi maio-
rem vtilitatem ad fauorem ipsius sororis, tum ex atte-
stationibus duorum testium deponentium paritèr de
hoc solito Patris Vincentij inuestiendo pecunias soro-
ris sub nomine tamen aliarum personarum, qui testes
8 licèt ad perpetuam rei memoriam examinati iunctis
tamen tot adminiculis, & præsumptionibus magnum
præbent indicium veritatis *Caputaq. decis. 334. part. 1.
ac part. 5. recentior. decis. 260. num. 4. Buratt. decis. 306.
numer. 6.*

Nec releuat obiecta inuerisimilitudo fundata in eo,
quod si Census debuisset acquiri pro sorore facilius
eius nomine, & ad illius vitam, quàm nomine Ioannis
Georgij impositus fuisset.

Vltra quod enim non est opus indagare causam,
cur Pater Vincentius sub nomine illarum personarum,
non autem sororis pecunias inuestiret, cum in hac si-
mulatione de persona in personam non sit necessaria
causa ex prædictis, & hoc forsan venire potuit, vt fa-
cilius sororē retineret in obsequio propriæ voluntatis.

Adhuc cessat hæc inuerisimilitudo animaduertendo
quod vsque ab initio Census videtur impositus ad fa-
uorem Elisabetthæ. Attenta enim declaratione Ioan-
nis Georgij, Census non spectat ad ipsum, licèt sub eius
nomine fuerit creatus neque spectat ad Patrem Vin-
centium, quia cum acquisiuerit pro persona nomina-
9 da, vt constat ex dicta declaratione Io. Georgij, & ap-
pareat nominasse sororem, est proinde ac si à princi-
pio eidem sorori fuisset facta acquisitio, *l. si absent. s. 4.
& ibi Bald. in secunda opin. C. si vers. pet. Rota in Bonon.
pradij 18. Febr. 1661. §. Et quamuis in fine coram R. P.
D. mea Beuilaqua* .

Et quod ipse Pater Vincentius nominauerit sororē
desumitur non solum quia rogauit Ioannem Geor-
gium, vt eo defuncto curaret, quod fructus Census sol-
10 uerentur Elisabetthæ, quod demonstrat voluisse Cen-
sum ad illam spectare, dum fructus soluuntur Domi-
no, & dominium sequuntur *l. ex diuerso, ff. de rei vindic.
Hondrd. cons. 39. num. 22. lib. 2. Gratian. discept. foren. ca-
pit. 988. num. 11.*

Sed etiam quia in Epistola sorori directa expressè
asseruit, quod post eius obitum inueniret pingue au-
gumentum bonorum in libro existente penes præposi-
tum Iauuæ, nec non plures declarationes factas ad sui
fauorem, quæ licet non exhibeantur, sufficit tamen
quod earum existentia fuerit probata ex Epistola eius-
dem Patris præpositi formiter recognita, quia dum
11 hodie à Collegio non traduntur sub prætextu, quod
fuerint combustæ in ipsorum odium censetur in eis
adesse probationem sufficientem, & perfectam, vt in
his terminis dictum fuit in *Romana, seu Neapolitana
Tutela 8. Iunij 1646. §. final.*

Et ad effectum, de quo agitur non exigitur præcisa,
& indiuidua declaratio per pactū expressum, sed suffi-
12 cit quocunq; modo apparere possit ex præcedentibus
& subsequentibus de animo acquirentis, ad cuius com-
modum, & fauorem voluerit acquirere iuxtà deducta
in decis. 40. num. 11. Gregor.

Et ita vtraque &c.

FERRARIEN. PECVNIARIA.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Creditum concludentèr probatur ex solidatione compu-
torum facta inter partes, probatur etiam ex partitis li-
brorum legaliter tentorum, quæ si vlterius adminicu-
lis roborentur, etiam pro scribente probant. Libros
legaliter tentos si quis approbauerit quoad aliquas
partitas, non potest deinde quoad alias eos impugna-
re. Per mortem debitoris principalis secutam de
tempore, quo iam eius fideiussor fuerat constitutus in
mora fideiussio non expirat.

SVMMARIVM.

1 *Computorum solidatio inter socios facta concludenter
probat creditum in summa ibidem firmata* .

2 Li-

2 *Libri legaliter teati coaeurreat.bus adminiculis probant pro scribente.*

3 *Libris coatiaeatibus errorem in aliqua partita aon est adhibeada fider.*

4 *Libri qaoad al:qaar partitas approbati, non possunt qao ad reliqaas impagnari.*

5 *Mercatorer soleat creare partitas per modum crediti, non autem per modum solationis.*

6 *Fideiussor ad certum tempus, eo elapso est constitatar in mora.*

7 *Fideiussor ad certum tempus, eo elapso absque alia interpellatione tenetur ad debitum.*

8 *Fideiussor ad repræsentandum per mortem principalis debitaris liberatar.*

9 *Fideiussor constitutus in mora repræsentandi principalem debitorem, non liberatar per mortem eiasdem.*

DECISIO DCCLXXXI.

AD instantiam Ioannis Bonetti fuir vigore mandati
suspicinnis fugæ carceratus Passapontes in Ciuitate Ferrariæ prætensus debitor scutorum 9000. occasione Societatis frumenti, & bladarum inter ipsos contractæ. Cum autem Petrus Sauinus mediante Procuratore ad hoc specialirer deputato promiserit illum
repræsentare in carceribus intra duos menses, & posteà
quandocunque sub pœna debiti, illumque non repræsentauerit, ideò Bonettus creditor Iudicium instituit
contra eundem Sauinum fideiussorem pro debiti solutione, & hinc inde sententiæ in Curia emanaruut; At
causa denoluta ad Rotam, & commissa Eminentissimo
D. Cardinali Celso, tunc Rotæ Auditori dubitatum
fuit 24. *Ianuary* 1663. An & ad quid Sauinus teneatur, & tunc dilata resolurione iniunctum fuir, vt strictè videretur de iustiria crediti, Vnde prosequuta disputatione coram me in eius locum subrogato, dubium reproposui, & hodie resolutum fuit Sauinum
teneri.

Etenim respectu partitæ librarum 18592. Creditum
Bonetti probatur ex solidatione computorum factæ
inter ipsos socios anno 1647. vbi Passapontes se con-
1 stituir debitorem Bonetti in dicta quantitate *Summ.
eiusdem num* 8. quæ quidem solidatio computorum
probat concludenter creditum contra solidantes in
summa ibidem firmata, vt notat *Alex.cons.141. nu.4.
lib.6. Rota in Romana pecuniaria 26. Iuny 1648. §. Primo, & 20. Iuny 1650. §. Eoque libentius coram Eminentissimo D. Card. Celso, & in Romana seù Marsicana
pecuniaria 12. Maij 1662. §. Iustitia verò coram R.D.
D.meo Boarlemont.*

Respectu verò residui vsque ad summam scut. 9000.
desumitur ex literis Cambij ab eodem Bonetto solutis post dictam computorum solidationem dicto *Summario, num.9.* ac etiam ex alijs solutionibus factis venditoribus Bladarum *Summ.num.10.* & insuper ex par-
2 titis librorum negotij ipsius Bonetti formiter extractis, qui libri tanquam legaliter tenti, & ex præfatis
scripturis adminiculati probant etiam pro scribente
*Bart.in l.admoaeudi, nu.27. ff.de iure iur. Sard.cons.543.
in fin. Guidop.decis.441. per tot. Burast.decis.344. nu.9.
Card. Cauaser. decis.484. sub num.4. cum pluribus congestis per Add. ad decis. 345. num:100. & seqq. part.9.
recentior.*

Non obstat, quod libris præfatis non sit adhibenda
3 fides vti continentibus errorem respectu partitæ scutorum ter mille; Vltra quod enim cum Sauinus eos-
4 dem libros approbauerit in pluribus partitis facientibus pro se, non potest quoad reliquas impugnare.

Adhuc constat in facto, quod Passapontes mutuò
acceperat sub fideiussione Bonetti scuta 3000. à Catalano, cui restituere promisit intra sex menses, cù autē
Passapontes transacto tempore promissionem non
seruauerit, & proinde Bonettus fuerit adstrictus tanquam fideiussor illa de proprio exbursare hic benè potuit eandem partitam quam prius posuerat ad credi-
5 tum Passapontis transportare ad creditum Catalani
iuxtà morem mercatorum, qui partitas solent creare
per modum crediti, non autem per modum solutionis, vt testatur *Add.ad Gregor.decis.366.num. . . lit.B.
in fin.vers. Quia semper Mercatorer.*

Hinc probata iustitia crediti non potest Sauinus
solutionem effugere, attenta illius clara obligatione
de repræsentando Passapontem in carceribus, quià
6 cum intra duos menses eum non repræsentauerit ad
formam conuentionis, fuit constitutus in mora per lapsum certi temporis iuxtà text. *in l.magna, Cod.de contrahen.& committ.stipul.* vbi communiter DD. & pro-
7 inde cum in contractu sit apposita certa dies, & pœna
absque alia interpellatione tenetur, *ad l.Sancimus, C.
de fideiuss. Fachin.controu.iur.lib.9.cap.77. per tot. Caceran.decis.Pedemont.49. num.6. Rot. post Zacch.de
oblig.Camer.decis.44.num.1. & seqq. & in* Romana, *seu
Nepesina fideiussionis de repræsentando 25. Iuny 1634.
§. Iustitia verò coram bo.me. Dunozetto.*

Parum obstante, quod pendente hac lite inter creditorem, & fideiussorem decesserit debitor principalis,
8 per cuius obitum dicatur liberatus fideiussor ab onere
repræsentandi per text. *in l.si decesserit, ff.qui satid. cog.*
9 Quia cum obierit post moram incursam post lapsum
temporis obligationi adiecti, non suffragatur fideiussori in mora iam constituto, vt patet ex verbis text.in
d.l.si decesserit, & est regulare, quod casus superueniens
post culpam, & ius alteri quæsitum non liberat *Surd.
cons.12. num.58.* & in simili dictum fuit *in Romana
Census 24. Martij præteriti coram me.*

Denique non subsistit, quod Procurator à Sauino
constitutus ad fideiubendum excesserit fines mandati,
restringuendo obligationem ad duos menses. Quià
poterat hoc facere vigore facultatis sibi traditæ in ipso mandato procuræ, vt patet ex lectura ibi: *Pro eo fideiubendum etiam sub obligatione &c. de repræsentando, &
reponendo d.D. Dominicum de Passapontis in carceribus
Ferrariæ, in quibus ad instantiam d. D. Bonetti detinetur
infra tempus, & terminum inter partes, vel eorum Procuratores concordandi aut à DD. superioribus decretandum &c.* maximè cum obligatio eiusdem Procuratoris successerit ad formam Decreti D. V. Legati Ferrariæ, ibi: *Sub pœna debiti dicti Passapontis infra bimestre
Summ. Bonetti, n.2. & 3.*

FAVENTINA BONORVM.

Lunæ 9. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Instantia per defunctum cępta in actione reali continuatur in hæredes. Bonorum identitas ex quibus probetur. Portio substitutorum non natorum accrescit alijs substitutis. Donatio facta absenti à donatario expresse non acceptata, aut ratificata non sustinetur per simplicem acceptationem Notarij pro absente. Renunciatio fideicommissi non inducitur per diuisionem hæreditatis facta à non habente scientiam fideicommissi. Trebellianicæ exceptio quando immissionem fideicommissario non retardet, & quando vni ex fideicommissarijs non prohibeatur totum petere fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in bonis fideicommissarijs conceditur docenti de fideicommisso, eius purificatione, & bonorum identitate.*

2 *Instantia cępta per defunctum in actione reali regulariter continuatur in hæredes.*

3 *Descriptio bonorum uti propriorum in testamento facta probat ea fuisse in bonis testatoris.*
4 *Identitas bonorum probatur per instrumentum diuisionis, & per enunciatiuas aliorum instrumentorum.*
5 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam concurrentibus adminiculis probant.*
6 *Identitas bonorum probatur ex partita æstimi, seu catastri Ciuitatis.*
7 *Substitutio facta sororibus in concursu filiarum nasciturarum fortius operatur ex verisimili mente testatoris filijs non natis.*
8 *Substitutio conditionalis non purificata conditione remanet inefficax.*
9 *Substitutorum portio, qui nati non sunt accrescit alijs coniunctim substitutis.*
10 *Transmissio non admittitur in fideicommisso transuersali nisi concurrant vrgentes coniecturæ.*
11 *Transmissio admittitur in fideicommisso transuersali, si coniectura contemplationis agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionum concurrant.*
12 *Transmissio excluditur, dum testator nominibus proprijs substitutos vocauit.*
13 *Vocatio facta nominibus proprijs restringitur ad personas nominibus proprijs expressas.*
14 *Donatio facta absenti ante actualem acceptationem, seu ratificationem Donatarij non est perfecta.*
15 *Donatio non mere fauorabilis sed mixta, si tacitè tantum fuerit per Donatarium ratificata, aut à Notario pro absente acceptata, non abdicat dominium à Donante.*
16 *Donans iura sua, nec in donatione deducens iura haredum non aufert ius fideicommissi ipsis competens independenter à donante, sed ad illud possunt ex persona propria aspirare.*
17 *Aditio hæreditatis cum beneficio leg. & Inuent. efficit quo ad bona propria adeuntis non confundantur cum hæreditarijs.*
18 *Diuisio bonorum hæreditatis non præiudicat hæredi in fideicommisso, quod ignorat.*
19 *Scientia præcisa iuris sibi competentis probari debet in hærede diuidente bona hæreditaria, ad effectum vt sibi præiudicet in fideicommisso.*
20 *Diuisio simplex bonorum hæreditatis, si non appareat de expressa voluntate diuidentium renunciandi fideicommisso, ipsius renunciationem non inducit.*
21 *Trebellianica censetur prohibita ex prohibitione alienationis facta hæredi ad hoc vt omnia bona deueniant in vocatos.*
22 *Trebellianica satisfactio inducitur ex perceptione fructuum facta per hæredem grauatum.*
23 *Trebellianica creditum redditur illiquidum ex perceptione fructuum facta ab hærede grauato.*
24 *Creditum illiquidum hæredis non valet impedire immissionem fideicommissario.*
25 *Fructus bonorum fideicommissi ab hærede percepti in causam Trebellianicæ veniunt imputandi.*
26 *Fideicommissarius cui competit vna pars fideicommissi non prohibetur petere totum fideicommissum, præstita cautione de restituenda portione ad alterum fideicommissarium spectante.*

DECISIO DCCLXXXII.

Dandam esse immissionem Constantiæ de Seuerolis resolutum fuit 27. *Iunij* 1659. *coram me* in quibusdam bonis fideicommissarijs Alberti nempe super domo existente in Ciuitate Fauentiæ in Parochia Sanctæ Mariæ Vgonum super possessione tornaturarum 180. in territorio Bononiæ, nec non alia possessione in territorio Fauentiæ in fundo Tagliauera, nuncupato la Seuerola; Quia verò postmodum Constantia decessit relictis hæredibus quatuor familijs de Seuerolis descendentibus ex Bartholomæo filio Equitis Andreæ Senioris, & signanter filijs q. Marci, quorum vnus est D. Nicolaus Seuerolus Aduocatus Consistoralis, ac in Romana Curia insignis Aduocatus, Ideò ad eius instantiam proposui dubium, & hodie Domini decisionem confirmarunt.

Sicut enim Constantiæ denegari non poterat immissio in bonis præfatis, cum docuerit de fideicommisso, eiusque purificatione, ac bonorum identitate, 1 ita pariter illius hæredes idem iudicium prosequendo possunt quoque immissionem obtinere cum sit regulare, quod instantia incepta per defunctum in actione 2 reali continuetur in hæredes *per text. in l. si constante ff. solut. matrim. Surd. cons. 222. à num. 10. signanter num. 15 Rota decis. 54. num. 11. p. 4. tom. 1. recent.* fideicommissum Alberti non reuocatur in dubium, & identitas bonorum à testatore possessorum vsque ad obitum plenè iustificatur in facto; si quidem Albertus non solum illa 3 descripsit vti propria in eius testamento ex qua descriptione seu adnotatione resultat, quod fuerunt in bonis eiusdem testatoris iuxtà *cons. Bald. 89. num. 3. lib. 1. & in Casenaten. fideicommissi 6. Iunij 1659. §. Et corroboratur, & 3. Iunij 1661. §. Probatur etiam coram Eminentissimo Card. Celso.*

Verum etiam respectu Domus, Fauentiæ; & Prædij existentis in Territorio Bononiæ vltra Instrumentum diuisionis factæ inter Albertum, & fratrem vbi apparent obuenta in portione Alberti, concurrunt 4 quam plures enunciatiuæ emissæ in diuersis publicis, Instrumentis datis in *Summario num. 8. & seqq.* iunctis præsertim duorum Testium depositionibus, qui licet 5 ad perpetuam rei memoriam examinati, alijs tamen adminiculis suffulti bene probant *Caputaq. decis. 234. p. 1. Buratt. decis. 306. num. 6.*

Et respectu Prædij in fundo tagliauera vltra prædictum Instrumentum diuisionis, & dictos Testes, probatio etiam desumitur ex partita æstimi, seu catastri 6 Ciuitatis Fauentiæ, ex qua probari identitatem bonorum dixit *Rota coram Card. Seraph. decis. 1344. nu. 2. cum alijs allegatis in d. Casenaten. fideicommissi 6. Iunij 1659. coram D. Card. Celso.*

Quibus addendum est Prædium nuncupatum *Beluedere*, quod Achilles Seuerolus Archidiaconus Fauentiæ Alberti frater sibi riseruauerat in Instrumento donationis per ipsum factæ eidem Alberto, & Africano fratribus, qui Achilles cum decesserit, superstite tantum Alberto, ille in dicto Prædio succeslit illudque viuens possedit, vt probatur ex instrumento diuisionis, alijsque in facto deductis.

Quo vero ad fideicommissi purificationem iterum fuerunt repetita illa duo obiecta. Primo quod Constantia, & aliæ Sorores Bartholomæi fuerint insimul substitutæ æqualiter cum filiabus fæminis, quæ nunquam natæ fuerunt, & propterea dicitur fideicommissum non deuenisse ad casum a Testatore præscriptum, nempe simultaneæ successionis sororum æqualiter cum filiabus, secundo quod in omnem casum DD. Marchio Spada, & Taurellus tanquam filij Cæciliæ, & Iuniperæ Sororum deberent succedere iure transmissionis, seu repræsentationis intrando in locum matrum.

Cæterum visum fuit vtrunque remoueri ex ijsdem responsionibus datis in decisione nam respectu primi denuo censuerunt Domini vocationem Sororum ex ve- 7 risimili mente Testatoris non defecisse, licet filiæ, quæ nasci sperabantur, natæ non fuerint, ea potissimi ratione, quia in casu existentiæ filiarum voluit Testator in earum concursu Sorores substituere, multo fortius dicen-

dicendum, est substituisse filiabus non natis, vt pro-
bant authoritates in decisione relatæ §.*Vltraquod*, *De-*
cisus verò, & cæteri ab altera parte allegari loquun-
tur solum quando substitutio est conditionalis, eius-
8 que purificatio penderet à Natiuitate filiorum, quo
casu filijs non natis remanet inefficax substitutio, tan-
quam conditione non adimpleta; secus autem quan-
do, pro vt hic, substitutio purè, & simpliciter lo-
quitur de Sororibus natis, ac de filiabus nascituris,
hoc enim casu remanet firma conclusio, quod portio
9 filiarum, quæ natæ non fuerunt accrescit alijs coniun-
ctim substitutis, vt probat *Text.in l.qui quartam 15.*
§.fin & in l.si duobus 16.§.vlt.ff.de legat.1.cum alijs in
decisione congestis §.quia vlt in fine.

Secundum de transmissione tollitur ex eo, quod
cum agatur de fideicommisso conditionali non admit-
10 titur transmissio, nisi concurrant vrgentes coniectu-
ræ, quæ deficiunt in præsenti, attento, quod non
fuerit contemplata agnatio; neque adsit digressus ad
11 plures gradus substitutionum, his enim deficientibus
cæteræ omnes remanent inefficaces, & insufficientes,
vt dictum fuit in *Hostien. fideicommissi 1. Decembris*
1659.§.nec obstat cum seq.coram me.

Maximè cum testator vocauerit constantiam, aliaſ-
12 que Sorores proprijs nominibus, quo casu vrgentior
coniectura resultat pro exclusione transmissionis, qua-
si quod Testator se restrinxerit ad solas personas, quas
13 proprijs nominibus expressit *Card.Canal. decis. 434.*
num.4.cum. allegatis in d. Hostien. fideicommissi §.conie-
ctura in fine.

Minus vrget obiectum hodie de nouo deductum,
quod bona, de quibus agitur fuerint de anno 1633.
per Bartholomæum donata inter viuos Camillæ eius
Matri, & ideo cum Pantasilea, & Constantia sint hære-
des dicti Bartholomæi teneantur dispositionem sui
Authoris approbbare.

Vltra quod enim donatio non potest dici perfecta
tanquam facta Camillæ absenti, quæ donanti præde-
14 cessit ante actualem acceptationem, seu ratificatio-
nem *Text.in l.absenti 10. ff.de donat.Rota post. Zach.de*
oblig.Cam.dec.123.nu.15.& seq.& coram Reuerendiss.
Royasdec.f.304. num.21.

Et cum non versemur in donatione mere fauorabili
& lucratiua, sed potius mixta quamplura onera con-
15 tinente, non suffragatur tacita ratificatio, neque
acceptatio Notarij pro absente, sed omnino require-
batur vera & effectualis ipsius Donatariæ acceptatio,
sine qua nec dominium, nec possessio fuit a Donante
abdicatum, *gloss.in l.1.verb. liberalitatem ff.de donat.*
Alex cons.204.num.3.vers. tamen videtur lib.7. Rota
decis.27.nu.1.p.7 recent Merlin.decis.697.num.77. cum
pluribus alleg. in Fauentina Societatis 26.Iunij 1647.
coram Eminentiss.D.Card.Celso §.nam scientia.

Adhuc ex tenore ipsius donationis remouetur quæ-
libet dubietas, quia cum Bartholomæus in donatione
non deduxerit iura hæredum, sed solum se restrinxerit
ad iura sua, quæ sibi competebant super bonis, de qui-
bus agitur, addita expressa declaratione, quod no-
16 lebat teneri de euictione nisi ex dato, & facto suo tan-
tum, non fuit sublatum ius fideicommissi hæredibus
competens independenter à Bartholomæo, sed dona-
tione non obstante possunt ex eorum propria persona
ad illud aspirare iuxta doctrinam *Bald. in l.qui se Pa-*
tris nu.12.C.vnde liber. Fusar. de substit.quæst.593.nu.
165.Rota dec. f.362.num.2.& 3.p.9.recent.& in Rauen-
naten.hæreditatis 24.Iunij 1661.coram R.P.D. meo Al-
bergato §.prout præteritio cum seq.

Præsertim quia Constantia hæreditatem Bartholo-
17 mæi adiuit cum beneficio legis, & inuentarij &c. quo
casu eius iura propria non potuerunt confundi, nec
prohibetur ex propria persona consequi bona de qui-
bus agitur ex dispositione Alberti, *Bald.in l.si vxor n.1*
C.de bon.auct.iud.possid.Surd.cons.7. num 31.Rota coram
Eminentiss.D.Card.Ottbob.decis.180.& decis.270. vtro-
bique num.13. & in Romana fideicommissi de Zuccaris
4.Februarij 1650. coram bon. mem. Dunozetto §.Præte-
reà non obstat.

Quod autem Constantia diuidendo bona contro-
uersa vti hæreditaria Bartholomæi sibi præiudicauerit
18 in iuribus fideicommissi nullius est momenti; quia
de eo tempore non habebat sufficientē notitiam fidei-
commissi, vt respondet decisio in §. *fin.* Quæ quidem
scientia fideicommissi non bene desumitur ex sangui-
nis coniunctione, ex legatis relictis eisdem sororibus,
& ex alijs deductis pro parte D. Marchionis, Etenim
non concludunt præcisam, & indiuiduam scientiam
19 iuris sibi competentis, quæ omnino requiritur ad ef-
fectum, vt per talem diuisionem induci valeat renun-
ciatio ex parte mulieris, *per Text.in l. de his ff de tran-*
sact.Rota decis.724.num. 5.p.4.tom.3.recent.

Et non solum non probatur sufficiens scientia fidei-
commissi; verum etiam de actuali diuisione non do-
cetur, nec aliunde apparet sorores diuidentes habuis-
20 se expressam voluntatem renunciandi cum alias per
simplicem diuisionem remissio fideicommissi non re-
sultet *Text.in l. cum Pater §.hæreditatem ff.de legat.2.*&
plenè dictum fuit *in Bonon. fideicommissi de Monteren-*
tijs 22.Iunij §.Nec ex eo cum seq. & 27. Ianuarij 1662.
coram R.P.D. meo Priolo.

Denique non obstat exceptio detractionis Trebel-
lianicæ, quia subsistunt responsiones alias datæ, quod
21 censetur prohibita ex prohibitione alienationis facta
hæredi ad hoc vt omnia bona deueniant in vocatos, vt
in decisis §. non obstat, quodque ex fructuum percep-
22 tione facta per Bartholomæum primum hæredem gra-
uatum vel oritur illius satisfactio vel saltem remanet
23 creditum illiquidum, quod impedire non valet im-
missionem fideicommissario, *Rota in Romana fideicom-*
24 *missi de Palatijs 28.Iunij 1647.§.fin.coram Arguelles &*
in Bonon. fideicommissi de Maluetijs 4. Februarij 1661.
coram R.P.D. meo Beuilaqua §.quam sententiam.

Nil releuante responsione, quod testator iam dispo-
suerat de fructibus suæ hæreditatis, quia cum disposi-
tio sit particularis restricta ad fauores dictorum præ-
diorum, & habitationem vnius domus remanserunt
25 alia bona, ex quibus Bartholomæus post obitum Ca-
millæ liberè fructus percepit, quos in causam Trebel-
lianicæ imputare tenebatur per *Rotá in Suessana legiti-*
mæ 10.Martij 1662.§.nec obstat coram R.P.D.meo Fata.

Nec turbat quod Seuerolis debeatur solum portio
Constantiæ; quia cum Pantasilea altera substituta ho-
die non agat non prohibentur petere totum dummo-
26 do præstent cautionem de restituendo eidem Pantasi-
leæ propriam portionē iuxta praxim de qua per *Surd.*
cons.359. num.15.& 16.cum relatis in decis.§.non obstat
Et ità vtraque parte informante &c.

ÆSINA CENSVS.

Lunæ 16. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Debitor certæ summæ ad certam diem soluendæ pro ex-
tinctione Census tenetur ad damna, & interesse, si ob
eius moram, & culpam census non fuerit extinctus.
Per lapsum diei solutioni adiectæ debitor dicitur con-
stitutus in mora absque interpellatione. Exceptio non
implementi opponi non potest ab eo, qui primò non
adimpleuit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 debi-

2 *Debitor certæ summæ destinatæ in extinctione census, si census non fuerit extinctus eius mora, & culpa tenetur ad damna.*
3 *Obligatio Cameralis continet damna, & interesse.*
4 *Damnum fuisse incursum per creditorem ex omissa solutione debitoris in specie probari debet.* Declara, num. 5. & 6.
7 *Damna, & interesse debentur creditori adstricto ad solutionem vsurarum ob moram debitoris, qui intra præfixum tempus non soluit.*
8 *Requisita Castrensis non sunt de necessitate probanda vbi agitur de damno emergente, sed eo iustificato reficiendum est.*
9 *Debitor per lapsum diei solutioni adiectæ, verè dicitur morosus absque alia interpellatione.*
10 *Dies regulariter interpellat pro homine.*
11 *Verbum* Debeat *importat præcisam obligationem, & necessitatem.*
12 *Pactum factum ad fauorem vnius, non potest in eius odiũ retorqueri.*
13 *Exceptio non implementi non potest opponi ab eo, qui primò contrauenit.*
14 *Mora prima attendi debet, vbi quæritur à quo debeantur damna, & interesse.*
15 *Exceptio non implementi, non datur ei, cuius non interest.*
16 *Debitor partem debiti soluens absque exceptione, videtur declarare se velle ad residuum etiam sine exceptione teneri.*

DECISIO DCCLXXXIII.

CReditum, quod habebat D. Marchionissa Margharita Gabriellia in hæreditate q. Francisci de Amicis primi viri vendidit, & cessit mediante persona D. Marchionis Francisci de Flaschis secundi eius viri anno 1633. Adriano de Honoratis ementi pro se, fratribus, & nepotibus pretio scut. 10500. qui tunc soluit scut. 3000. residuum verò soluere promisit infra quinquennium anno quolibet scuta 2000. ità tamen quod vltima solutio esse deberet 24. *Iunij* 1638. *de scutis* 1500. Quià verò dicta hæreditas reperiebatur grauata annuo censu scutorum 1000. ad fauorem Tarij de Tatijs, ab ipso D. Marchione fuit accollatus præuia promissione inter eundem, & dd. Honoratos illum extinguere his verbis: *Quod solutio sortis debeat fieri cum pecunijs soluendis per DD. de Honoratis ex dicto residuo pretij scutorum 7500. ad beneplacitum dd. DD. de Honoratis cum qua solutione voluerint*, & vt latius habetur in *Summ. vtriusque Partis, num. 1.* Vndè cùm Honorati in tribus solutionibus posteà factis nunquam declarauerint eorum beneplacitum circa census extinctioné, & vltimam pactitam anni 1638. pro residuo pretij nõ persoluerint, quo stante D. Marchio coactus fuit soluere fructus Census successiuè decursos; Ideò contra Honoratos instetit coram A. C. tàm pro solutione residui pretij, quam etiam fructuum loco damnorum, & interesse, sed eum, ex speciali commissione Sanctissimi iniunctum fuerit, vt procedatur de voto Rotæ, indè dubitaui, an sit relaxandum mandatum, & resolutum fuit affirmatiuè.

Quod respicit residuum pretij obligatio clara elici-
1 tur ex publico instrumento venditionis, quod facit probationem probatã; Quo verò ad fructus loco damnorum, & interesse, in quo consistit totum huius causę momentum, licèt Honorati non se obligauerint ad census extinctionem, sed hoc onus in se assumpserit D. Marchio; Attamen ipsi adhuc effectum tenebantur tradere pecunias, & insuper declarare qua solutione facienda erat Census extinctio, iuxta deductam conuentionem; Vndè dùm in præcedentibus solutionibus factis vsque ad summam scutorum 6000. nu quam declarauerint, quod cum eis extingueretur Census, de necessitate sequitur, quod extinctio non poterat fieri nisi vltima solutione, & proinde cùm Honorati in hac vltima solutione defecerint, eorumque mora, & cul-
2 pa non fuerit Census extinctus; Vtique tenentur ad damna passa per D. Marchionem, qui coactus fuit continuare solutionem fructuum, quos non soluisset si pecunias Honorati subministrassent tempore conuento, vt in his terminis probat *Cyriac. contron. 368. numer. 18. Card. Causl. decis. 605. Merlin. decis. 246. num. 5. Rota post Cenc. de Cens. decis. 554. in fine in Bononien. damnorum 4. Maij 1612. coram bo. me. Coccino, & in Bononien. nullitatis concordiæ 27. Ianuar. 1648. §. Verum retorque-*
3 *tur coram Bichio*, Præcipuè attenta obligatione Camerali, sub qua contineri damna, & interesse Rota nunquam dubitauit.

Et quamuis in decernendis huiusmodi damnis reprobato *Ruin. cons. 104. num. 6. lib. 1.* Rota existimaue-
4 cit opus esse, quod in specie probetur damnum fuisse incursum ex omissa solutione iuxtà *decis. Coccin. 498. num. 3. & alias relatas in Lanellen. 26.* Nouembris 1650 *coram Eminentissimo Domino Cardin. Corrado, § Neq; ratione lucri*; Attamen hoc procedit vbi non est cer-
5 tum an creditor recipiendo pecunias, illas verè erogasset in causam, ex qua prouenit damnum; Tunc enim ob solam negligentiam debitoris in non soluendo tẽpore conuento, damnum non dicitur sufficienter probatum ad effectum, de quo agitur, cum potuerint pecuniæ in alios vsus conuerti; Secùs verò vbi, prout
6 hic, adest certa, & præcisa destinatio pecuniarum in causam extinctionis Census absque eo, quod potuerit pecunias in aliam causam implicare; Hoc enim casu
7 dùm debitores fuerunt morosi in soluendo tempore conuento, dubitari nequit de damno Marchionis, qui fuit adstrictus soluere fructus Census, à quibus necessario fuisset liberatus, si solutio sequuta esset intra terminum præfixum, & consequenter eidem competit actio pro damnis, & interesse, vt probat, *Leotard. de vsur. quæst. 71. num. 4. & 6. Rota in dicta Bononien. damnorum 4. May 1612. coram Coccino, cum alijs supra relatis.*

Neque ad istum effectum opus est probare requisita *Paul. de Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc.* Quia
8 cum non agatur de lucro cessante, sed de damno emergente, illo iustificato ex prædictis reficiendum venit absque alia probatione dd. requisitorum per Text. in *l. Inde Neratius, ff. ad l. Aquil. Mascard. de probat. conclus. 933. num. 16. vol. 2. cum allegatis in Firmana pecuniaria 2. Iunij 1656. §. Nec est opus coram R. P. D meo Priolo.*

Vltra quod dicta requisita non desunt; nam quod Honorati fuerint constituti in mora liquet ex eo, quod
9 vltima solutio scutorum 1500. pro residuo integri pretij conuenta fuit 24. *Iunij* 1638. per lapsum namque diei solutioni adiectæ verè dicuntur morosi absque
10 alia interpellatione, cum regulariter dies interpellet pro homine *ad text. in l. Magnam, & ibi, Doct. C. de contrahen. stipulat. Rot. decis. 85. part. 4. tom. 2. & decis. 192. vtrobiq. num. 17 part. 5. recent.*

Destinatio verò pecuniarum, immò necessitas illas erogandi in extinctionem Census, de quo agitur patet ex ipso instrumento venditionis ibi: *Et solutio sortis debeat fieri cum pecunijs soluendis per DD. de Honoratis ex dicto residuo pretij*, quod verbum *Debeat* præ-
11 cisam obligationem, & necessitatem importat, *gloss. in capit. attendentes verb. debeant de stat. Monach. cum alijs per Rot. in Romana locationis 6. Mart. 1662. §. Hinc non vigere coram R. P. D. meo Verospio.* Præcipuè attento

teuto pacto quod Honorati ex dicta solutione valeant reportare iura, & cessiones, quo fit vt Marchio in eorum præiudicium non potuerit in alios vsus quam in causam destinatam erogare pecunias.

Non obstat, quod totum residuum pretij scut. 7500. fuerat indifinitè destinatum pro extinctione Census scutorum mille, vnde remanet dubium an potius cum pecunijs iam solutis in quantitate scutorum 6000. vel cum vltima partita non dum soluta fieri deberet extinctio, & proinde affirmari non valeat, quod defectus vltimæ solutionis fuerit causa certa, & immediata damni.

Pro responsione enim animaduerterunt Domini, quod licet totum pretium fuerit generaliter destinatum ad effectum extinctionis Census, fuit tamen ab Honoratis particulariter electa, & destinata non solum tacitè, sed etiam expressè vltima partita scutor. 1500. prout vigore conuentionis poterant eorum arbitrio determinare, ibi: *Ad beneplacitum DD. de Honoratis cum qua solutione voluerint*. Tacita namque distinatio resultat ex quo in præcedentibus solutionibus nũquam declararunt velle cum eis Censum extinguere; Ideoque præsumitur de eorum voluntate dilata extinctio ad vltimam partitam, quæ propterea de necessitate in hanc causam implicari debebat. Expressa verò desumitur ex Epistolis ipsiusmet Adriani de Honoratis directis D. Marchioni, vbi de anno 1639, post factas omnes alias solutiones declarauit velle extinguere Censum cum vltima partita residuali scutorum 1500. ibi: *Sub intraremo uoi nel Censo, e la liberaremo con le cessioni di ragioni*. & melius in alia, ibi: *In risposta dico à V.S. Illustrissima che io son pronto di pagare li scudi 1500. al Signor Tatio, mostrarò questo suo ordine di frutti, saldarò la sorte, e frutti, & del resto farò rimessa à Roma Summ. D. Marchionis, num. 2.*

Nec subsistit, quod pactum extinguendi Censum cum residuo pretij fuerit factum ad fauorem, & cau-

12 telam illorum de Honoratis, & ideò non debebat in eorum odium retorqueri; Quia ad eorum fauorem quidem est vt extinctio fiat potius cum vna quam cũ altera solutione, quod fuit remissum eorum arbitrio; At subministratio pecuniæ certo, & determinato tempore facienda ad præcisum effectum extinctionis non respicit illorum fauorem, sed venit de necessitate obligationis, & respicit potius fauorem Marchionis agentis de damno vitando, dùm ea mediante liberari debebat ab vsuris, quibus premebatur ad not. per *Ias. in l. Item quia sub num. 1. & vers. Secundo limita, ff. de pact.*

Denique non vrget præcipuum obiectum ad informantibus pro Honoratis excitatum, quod cùm DD. de Flaschis promiserint tradere scripturas pro iustificanda partita scutorum mille crediti cessi contra hæreditatem dicti Amici illasque nunquam tradiderint, benè potuerint Honorati propter huiusmodi non ad implementum residuum pretij retinere.

Quoniam consignationi dd. scripturarum non fuit adiecta certa dies, sed promissa fuit duntaxat ad requisitionem illorum de Honoratis, ibi: *Et sic omni tempore ad requisitionem simplicem dd. DD. Emptorum, seu eorum altero dare, & consignare scripturas antenticas, &c.* Vndè cum ipsi huiusmodi requisitionem non fecerint nisi de anno 1650. non possunt proinde

13 ex hoc prætextu obijcere defectum implementi ex parte venditorum ad effectum euitandi motam ab ipsis emptoribus iam incursam de anno 1638. & sic lon-

14 gè ante d. requisitionem, quæ quidem mora tanquam prima adhunc effectum attenditur *Auchar. cons. 86. num. 2. & 3. Dec. cons. 421. num. 6. cum alys relatis in Romana Grani 13. Nouembris 1641. §. Eoque minus vers. Prius enim coram me impress. in recent. decis. 471. num. 23. part. 9.* Insuper Honorati ex dilata scripturarum consignatione nullum imaginabile damnum, seu præiudicium vllo vnquam tempore recipere possunt. Durante enim vita Marchionissæ Margaritæ iam possident integram hæreditatem Amici debitoris titulo vsusfructus ab eadem Marchionissa empti, in futurum verò post mortem illius pariter sunt cauti ex deposito per eos facto in Sacro Monte Pietatis Ferrariæ sub expresso vinculo, & prohibitione ne inde pecuniæ amoueantur, nisi consignatis scripturis pro iustificatione d. partitæ scutorum mille, vt ex cedula depositi dicto

15 *Summ. Marchionis, num. 4.* Qua propter cessante damno, & præiudicio, cessat interesse, & sic deficit quoque prætextus remorandi solutionem residui pretij, ac ruit exceptio non implementi, quæ in tantum prodest excipienti, in quantum sua interest promissionem non esse adimpletam *Surd. cons. 101. num. 24. Rota coram Gregor. decis. 347. num. 11. & ibi, Add. num. 20. Merlin. decis. 246. num. 3. Buratt. decis. 571. num. 5. & in recent. decis. 192. num. 20. par. 5.*

Et præfata fortius procedunt ex quo Honorati post factum dictum depositum scutorum 2000. soluerunt Tatio Censuario scuta 245. quamuis scripturæ non fuissent consignatæ, vt ex prædictis Epistolis dicto *Summ. Marchionis, num. 2.* soluendo enim partem de-

16 biti satis declarauit se velle teneri absque alia exceptione ad soluendum integrum residuum, & pro scripturarum consignatione sufficienter cautos esse.

Et ità vtraque &c.

ROMANA LEGITIMÆ.

Veneris 14. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Per retentionem legitimæ hæres non potest impedire immissionem fideicommissario super alijs bonis legitimam excedentibus. Bonorum diminutio absque culpa hæredis secuta cedit damno hæredis, & petentis legitimam pro eorum quota, sicuti augumentum cedit commodo vtriusq; Legitima detrahi debet ex singulis corporibus hæreditarijs. Constitutio dotis facta pro omni eo, quod mulier prætendere posset non comprehendit fideicommissum ipsi mulieri ignotum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in vim* l. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll. *concedenda est iustificato fideicommisso eiusdem purificatione, & bonorum identitate.*

2 *Retentio pro legitima impedit immissionem.* Declara num. 3.

4 *Bonorum diminutio absque culpa hæredis secuta cedit damno hæredis, & legitimarij, sicuti augumentum commodo vtriusque accrescit.*

5 *Bonorum diminutio damno hæredis cedere debet.*

6 *Retentio pro fructibus legitimæ ex bonis fideicommissarijs debita non competit contra fideicommissarium, sed datur actio contra eum, qui fructus fideicommissi percepit.*

7 *Legitima vltrà ratam hæreditatis taxari non potest.*

8 *Legitima regulariter non detrahitur ex vno corpore, sed ex singulis corporibus hæreditarijs, & tam ex melioribus quam ex deterioribus.*

9 *Præscriptio nunquam currit contra ignorantem, & agere non valentem.*

10 *Dotis constitutio facta pro omni, eo, quod mulier prætendere potest non comprehendit fideicommissum, de quo mulier nullam habebat notitiam.*

11 *Scientia indiuidua, & præcisa iuris sibi competentis requiritur in muliere renunciante, seu recipiente pro omni eo, quod prætendere potest.*

DE-

DECISIO DCCLXXXIV.

Virginia Delfina de Celsis in testamento instituit hæredem fiduciarium Bernardinum Maturum sub his verbis: *Volendo, che detto m.o herede disponga di tutta la mia heredità, e frutti di essa nel modo, e forma, che io ho ordinato à bocca &c. alla quale dispositione mi rimetto e voglio che s'attenda, come se fusse espressa nella presente scrittura*; in cuius exequutionem defuncta Virginia de anno 1615, Maturus declarauit eius voluntatem fuisse, vt Theodoræ filiæ dotatæ in Monasterio Turris speculorum consignarentur mobilia, ac esset hæres vsu fructuaria donec fuissent nuptui traditæ eius Neptes, nempè Maria Virginia ex Mario, & Antonina ex Ioanne filijs eiusdem testatricis, quas si nuberent, instituit hæredes æqualiter in proprietate cum reciproca substitutione inter ipsas in casu quo altera moreretur ante nuptias; Quia vero Maria Virginia innupta decessit de anno 1623. relicta hærede Angela Gabriellia eius matre, quæ cum ex bonis hæreditarijs testatricis recepetit à Maturo in causam legitimæ Mariæ Virginiæ prædefunctæ portionem cuiusdam crediti, & nonnulla loca montium insurrexit D. Antonina prætendens totam hæreditatem d. Virginiæ Delfinæ sibi delatam fuisse per obitum Mariæ Virginiæ ante contractas nuptias, & immissionem petijt contra DD. de Mignanellis filios, & hæredes Angelæ possessores locorum montium, & crediti, de quibus agitur, ac sententiam fauorabilem obtinuit à R. P. D. Ghino Iudice deputato ab A. C. successiuè deuoluta causa ad Rotam, & mihi commissa proposui dubium, an D. Antoninæ danda sit immissio in locis montium & credito, & Domini attento numero trium filiorum Virginiæ testatricis dixerunt esse concedendam, dempta tertia tertiæ partis quæ pro legitima Mariæ Virginiæ debetur eisdem Mignanellis hæredibus Angelæ.

Extrema necessaria ad immissionem sufficienter fuerunt probata, de fideicommisso enim constat ex declaratione Maturi, quæ tanquam facta de ordine testatoris existimatur perinde ac si in eius testamento inesset, maximè quia hoc idem expressè mandauit, ibi, *alla quale dispositione mi rimetto, e voglio, che s'attenda come se fosse espressa nella presente scrittura*. De illius purificatione ad fauorem Antoninæ per mortem Ma-
1 riæ Virginiæ non dubitatur, & identitas iustificatur ex datis *in Summ. num. 4.* quibus concurrentibus fideicommissario non denegatur immissio *in vim l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*

Non obstat, quod creditum, & loca montiũ, de quibus agitur retineantur pro legitima Mariæ Virginiæ, iuxtà assignationem factam per Maturum hæredem fiduciarium; Etenim, non dubitarunt Domini, quia retentio pro legitima impediat immissionem in euen-
2 tum restitutionis fideicommissi, sed visum fuit hanc legitimam non posse absorbere decem loca montium assignata vna cum scutis 347. quia cum de tempore assignationis sequutæ de anno 1624. hæreditas consisteret in locis montium 21. & credito scut. 695. vt
3 ostenditur in facto; vtique tertia pars trientis debita Mariæ Virginiæ quoad loca montium non excedebat loca duo cum vno tertio alterius loci, & quoad creditum scut. 77. ideoque respectu huius quantitatis competit solum retentio, & in reliquis pro summa excedente DD. Mignanelli nullam habent iustam causam impediendi petitam immissionem ex traditis per *Rot. decis. 559. n. 5. p. 1. & decis. 92. num. 4. p. 2. recent.*

Et licet prætendatur, quod hæreditas Virginiæ habito respectu ad transactionem initam cum Hortentio de Ce sis 18. *Iulij* 1614. consisteret in scut. 11450. & in legitima excederet quantitatem assignatam.

Attamen omisso, quod summa contenta in transactione non fuit integre exacta, ipsamet Virginia dum vixit, & Maturus ea defuncta plures fecerunt distractiones, itaut cum hæreditas tempore petitionis, & assignatæ legitimæ d. quantitatem locorum montium 21. & scut. 695. non excederet, ad hanc ratam deberur legitima, quia dicta diminutio sequuta absque culpa,
4 vel mora hæredis non tantum cedit damno illius, sed etiam pro quota cedit damno legitimarij sicuti augumentum accreuisset commodo vtriusq. *vt trad. t Pereg. de fideicom. art. 36. num. 33. & seqq. Corn. cons. 253. 2. dub. vers. circa 2. consultat. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 7. num. 46. Rota post eundem decis. 90. in recent. decis. 602. sub num. 6. in fin. p. 3. & decis. 47. num. 1. p. 4.*

Maximè quia diminutio successit ante assignatio ẽ legitimæ, de tempore, quo viuebat Maria Virginia, quæ cum esset, hæres æqualiter cum D. Antonia, debuit quoque inter ipsas esse commune damnum con-
5 tingens, quamuis admitteretur diminutionem cedere debere damno solius hæredis, *vt tradit Curt. sen. cons. vlt. num. 30. & per tot.*

Neque augetur quantitas legitimæ ex debito fructuum à die obitus Testatricis, quia cum essent soluendi ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum non autem ex capitali pro illis remanet actio contra
6 Maturum, qui illos percepit, sed non competit retentio aduersus D. Antoninam fideicommissariam *vt dictũ fuit in Terracinen. fideicommissi 17. Februarij 1645. coram Eminentiss. D. Card. Ottobono decis. 18. num. 29.*

Minus releuat, quod assignatio fuerit facta à Maturo hærede fiduciario, & a sorore Theodora exequutrice testamentaria habentibus amplissimam facultatem.

Nam vltra quod nec in Testamento, neque in declaratione vlla fit mentio de assignatione legitimæ. Ad hoc illorum facultas non potest suffragari. Quia
7 aut hæreditas de tempore assignationis consistebat in locis 21. tantum, & scut 659. eorum facultas non potuit extendi ad taxandam legitimam vltra ratam hæreditatis cum alias esset arbitrium disponendi de integra hæreditate non autem facultas assignandi legitimam. Aut verò hæreditas plura alia, vt dicitur, continebat, & hoc casu, cum ista sint inexigibilia non debebant remanere integra pro hærede sed super illis debuit legitimario pro sua quota assignari legitima,
8 quæ regulariter non detrahitur in vno corpore, sed in singulis rebus hæreditarijs *l. linea Margaritarum l. Plantius ff. ad l. falcid. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 20. cum alleg. per Add. ad decis. 29. num. 170. p. 8. recent.* neque in bonis melioribus seu deterioribus *Bald. in l. filium num. 28. C. famil. hercisc. & cons. 217. lib. 1. Dec. cons. 81. num. 7. Rot. post Merlin. vbi supra decis. 113. n. 2*

Quod vero creditum, & loca montium pacificè fuerint supra 30. annos a DD. de Mignanellis possessa, & proinde actio pro immissione videatur præscripta responsio resultat ex facto, quia cum Apocha declarationis factæ per Maturum fuerit semper retenta à carolo Gabriellio Patre Angelæ *summar. D. Antoninæ nu. 3.* D. Antonina nunquam habuit notitiam substitutionis
9 factæ ad eius fauorem, sicque non potuit agere pro immissione, ad quam obtinendam egebat dicta declaratione, quapropter excluditur præscriptio, quæ nunquam currit contra ignorantem & agere non valentem *l. 1. in fin. C. de annal. except. cum alleg. in dec. 28. num. 38. p. 8. rec.*

Denique non est momenti, quod in constitutione Dotis facta D. Antoninæ dictum fuerit pro omni, & toto eo, quod prætendere & consequi posset in bonis Virginiæ, quia id potest intelligi, quoad alias detractiones,

ctiones, quæ ipsi poterant competere non autem trahi debet ad renunciationem fideicommissi de quo nullâ
11 notitiam habebat, cum ad illum effectum requiratur in Muliere præcisa,& indiuidua scientia Iuris sibi competentis, *vt in Fancutina bonorum 27. Iunij 1659. §.fin. & 9. Iunij 1664. coram me*.

Et ita vtraque &c.

VALLISOLETANA MATRIMONII.

Luna 23. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Promissio contrahendi matrimonium ex scriptura resultans, vt promissore negante vim probationis obtineat debet formiter recognosci per testes, qui viderint illum scribere, & vlterius iustificari debet scripturam ipsam fuisse consignatam prætensæ sponsæ de voluntate eiusdem promissoris, vt constito de eius promissione ad matrimonium contrahendum cogi possit. Non est autem cogendus promissor ad matrimonium, si reperiatur sponsæ coniunctus in gradu prohibito, vel si per sententiam damnatus fuerit alternatiuè ad soluendam dotem, vel matrimonium contrahendū,& dotem soluerit, vel denique si propter oborras inimicitias ex coactione ad inuitas nuptias scandulum potius timeri posset.

SVMMARIVM.

1 *Apocha non probat promissionem matrimonij contrahendi nisi fuerit formiter recognita per testes, qui viderint eam scribi.*

2 *Apocha promissionis matrimonij contrahendi penes sponsam reperta promissionem non probat nisi iustificetur ipsi consignatam fuisse de voluntate scribentis, & promittentis.*

3 *Promissio matrimonij contrahendi inita inter coniunctos in gradu prohibito non tenet, nec ex ea cogi potest promittens ad contrahendum.*

4 *Promissio Matrimonij contrahendi inter coniunctos in gradu prohibito inita sub conditione obtinendi dispensationem à Summo Pontifice secundum nonnullos à principio est valida, & parit obligationem.*

5 *Promissio matrimonij contrahendi inter coniunctos inita sub conditione obtinendi dispensationem, iuxta veriorem in iure sententiam, à sui principio non sustinetur, sed dispensatione superueniente omnino requiritur nouus consensus.*

6 *Pontifex dispensando coniunctos in gradu prohibito vt possint matrimonium contrahere, dat solam facultatem contrahendi, non autem ratum habet matrimonium, quod prius illicitè contractum fuerit.*

7 *Promittens matrimonium contrahere si damnatus fuerit alternatiuè ad contrahendum, vel dotandum, & dotem sponsa receperit, censetur ab ipsa absolutus ab obligatione contrahendi.*

8 *Promittens matrimonium contrahere non venit cogendus si inimicitia, & odium inter sponsos oborta sint, ne ex coactione ad inuitas nuptias potius scandalum sit timendum.*

DECISIO DCCLXXXV.

Resolutum fuit Gregorium non esse cogendum ad matrimonium contrahendum, quia vel non constat legitimè de illius promissione ex Apocha, vt dici-
1 tur conscripta manu eiusdem Gregorij, cum non fuerit formiter recognita per Testes, qui viderint illum scribere, minusque constet prætensam apocham de
2 ipsius voluntate fuisse consignatam Philippæ pro vt requiritur ad effectum, de quo agitur, vt in his præcisis terminis dictum fuit *in Vlixbonen. Matrimonij 21. Iunij 1613. coram Card. Sacrato* vbi late respondetur ad stylū Curiæ de recognitione facienda per testes habentes notam manum, cum in huiusmodi scripturis recognitio debeat esse rigorosa, atte ita præsertim negatione Gregorij, & Testibus deponentibus non esse illius manu conscriptam, & quod de falso suspectam habent, vt aduertitur in *d. decis. Vlixbonen.*

Vel quatenus etiam constaret de promissione, Gregorius non esset cogendus, quia cum ipse, & Philippa sint inter se coniuncti in gradu prohibito contrahere, vt deponunt Testes formiter examinati & habetur ex iudiciali confessione Michaelis Perez de Sancta Cruce Procuratoris eiusdem Philippæ *sum. num. 13.* sponsalia inter eos inutiliter contracta fuere, & per consequens
3 huiusmodi promissio tanquam de re prohibita non tenet *Innoc. in cap. super eo de condit. apposit. in princip. Nauarr. de consanguin, & affin. cons. 5. num. 2. Card. Seraph. decis. 1156. nu. 3. Buratt. decis. 203. num. 5. cum alijs allegatis in d. Vlixbonen. matrimonij §. 3. dato, & non concesso*.

Et quamuis nonnulli existiment, quod prohibitus contrahere possit se obligare sub conditione obtinendi dispensationem à Summo Pontifice, ita vt per illius
4 superuenientiam valida censeatur obligatio perinde ac si nullum à principio adfuisset impedimentum, vt refert *Sanchez de matrim. lib. 5. disput. 5.*

Præter quod deficit in facto, quod promissio Gregorij contineat reseruationem dispensationis Apostolicæ cum potius purè, & simpliciter fuerit concepta sub illis verbis. *Dico ego Gregorius, quod in Vxorem Ducam Philippam Cerrotto*. Attamen in iure verior est sententia, quod in hac materia huiusmodi obliga-
5 tio per dictam conditionem; non substinetur, sed dispensatione superueniente omnino requiritur nouus consensus ea ratione, quia Pontifex dispensando dat
6 solam facultatem contrahendi, non autem approbat & ratum habet, quod illicite gestum fuit, vt alias firmauit *Rota in Hispalen. Sponsalium impress. in recent. decis. 603. num. 20. p. 5. Buratt. d. decis. 203. num. 6. Card. Mantic. decis. 201. num. 3. cum alijs relatis in Cæsaraugustana sponsalium 11. Maij 1657. §. quæ nec etiam coram Reuerendiss. Zarate*.

Præterea animaduerterunt DD. quod per sententiam de partibus fuit Gregorius alternatiuè condemnatus, vel ad soluen. Dotem, vel ad matrimonium contrahendum, vnde cum Philippa ad furmam sen-
7 tentiæ Dotem receperit; vtique promissioni factę per Gregorium de illas ducenda in Vxorem videtur renunciasse, vt in specie dictum fuit *in Cordouben. Matrimonij 21. Maij præteriti §. præterea dum Maria coram R.P.D. meo Verospio*.

Demum ex alia rationabili causa visum fuit Gregorium non esse cogendum, quia propter querelam criminalem contra eum porrectam à Philippa, eiusque causa passam carcerationem per spatium vnius anni, nec non per diuturnam Litem, & graues expensas, quas adhuc substinet verisimiliter inter ipsos or-
8 ta fuit inimicitia, & odium, ita vt ex coactione ad inuitas nuptias potius timendum esset ne scādala procederent, vt bene ad propositum aduertit *Rota coram Buratt. decis. 311. & Add. ibidem, & in d. Corduben. Matrimonij §. Hinc quidquid sit, & seq.*

Et ità Gregorio tantum informante resolutum fuit.

ASSISIEN. BONORVM.

Veneris 27. Iunij 1664.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio posterior capta non citato possessore anteriori remanet clandestina, & turbatiua, ac proinde non manutenibilis.*

DECISIO DCCLXXXVI.

Vtrique ex collitigantibus fuit sub die 17. Martij præteriti coram me concessa manutentio in bonis Hieronymæ prędefunctæ, nempe Bernardino fratri pro septem corporibus, & pro reliquis quinque Monasterio B. Mariæ Episcoporum agenti ex persona Susannæ, & Ceciliæ Sororum, quia vero post resolutionem fuerunt pro parte Bernardini examinati duo Testes ad probandum, quod illa quinque corpora apprehensa per Moniales non spectant ad hæreditatem Hieronymæ, sed sunt propria ipsius met Bernardini, ideo Domini recesserunt hodie à decisis in ea parte, pro qua super illis fuit Monasterio concessa manutentio.

Cum enim Testes expressè deponant, quod Bernardinus semper tam viuente Hieronyma, quam ea defuncta possedit bona, de quibus agitur tanquam propria, in eis recolligendo fructus, & faciendo alios actus possessorios indicantes dominium *sum. Informationis num. 2.* Vtique Monasterio non competit manu-
1 tentio vigore suæ possessionis, quia tanquam posteriot, & capta non citato possessore anteriori remanet clandestina, & turbatiua, ac proinde non manutenibilis *Bart. in l. si duo num. 4. ff. vti possid. Card. Seraphin. decis. 1006. num. 2. cum alijs allegatis in Nullius, seu Nonantulana Beneficij 4. Iulij 1663. §. nec releuat coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Et ità altera tantum &c.

IANVEN. PRIORATVS.

Veneris 27. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Prouisus ab Ordinario de beneficio vacante immitti debet in eius possessionem absque alia iustificatione. Nominatio reseruata certo collegio omnibus defunctis, vno excepto facienda est per superstitem, in quo omne ius collegij dicitur residere, eoque intra legitima tempora non nominante, libera electio ad Ordinarium deuoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius dicitur prouidere motu proprio Ecclesijs, & non personis.*

2 *Immissio concedenda est ab Ordinario absque alia iustificatione.*

3 *Nominatio reseruata alicui, si intra legitima tempora, non fuerit facta, libera electio dicitur ad ordinarium deuoluta.*

4 *Nominatio certo collegio reseruata, si omnes de collegio perierint vno excepto, per superstitem facienda est, cum in eo ius omne collegij resideat.*

5 *Scientia vacationis Ecclesiæ præsumitur in Capellanis eiusdem Ecclesiæ adscriptis, & in diuinis inseruientibus, maximè attento lapsu temporis, num. 6.*

DECISIO DCCLXXXVII.

Erecto Prioratu de anno 1501. in Ciuitate Genuę sub titulo S. Ioannis vna cum Priore & sex Sacerdotibus seu Capellanis ordinis Hierosolymitani de Iurepatronatus Commendatarij pro tempore S. Ioannis de Capite Areno Cardinalis Petrus de Fundator tunc Magnus Magister inter cætera mandauit, *che sempre, che accaderà mancare il Priorato per eccesso, morte, ò altra cosa in eleggere, e nominare il nuouo Priore si proceda sotto questa forma cioè, che il Colleggio de rimanenti Capellani &c. di scienza, ò conseglio delli 4. Priori delle sacre ceneri debbano nominare al Padrone vno del loro Collegio più anziano, ò vero &c. & il detto Padrone confermarà il nominato de detti Cappellani*, & prout latius habetur in instrumento fundationis ralato in *sum. num. 1.* Cum autem per obitum Bartholomęi vltimi Prioris sequuti de mense Iunij 1657. Eminentiss. Magnus Magister de dicto Prioratu prouiderit P. Paulum Maynerium sub die 10. *Aprilis* 1658. & de Mense Maij subsequentis Priores Sacrarum Cinerum nominauerint Antonium Mariam Paulinum, Hinc Lite inter hos suborta, & commissa mihi causa dubitaui An Maynerio sit danda Immissio & affirmatiue responsum fuit.

Cum enim de vacatione Prioratus per obitū Bartholomei vltimi possessoris deponant Testes relati in *Sum.*
1 *nu. 2.* & versemur in prouisione Ordinarij, qui dicitur prouidere motu proprio Ecclesijs, & non personis *Felyn. in cap. ad aures n. 15. de rescript. Card. Seraph. decis. 1026. num. 3. & decis. 1467.* prouiso debetur immissio absque alia iustificatione ex alleg. *per Rotam decis. 585. num. 19. & 20. p. 5. & decis. 88. num. 22. p. 8. recent.*

Et poterit quidem Magnus Magister iure ordinario prouidere Maynerium tam vigore priuilegij *Pij IV. constit. 9. §. 5. & 6. & 67.* quam etiam attentis stabilimentis Religionis, & signanter *stat. 60. commendis de quo in Summ. num. 6. & in Meliten. Præminentiarum 9. Iunij 1625. §. Nam quoad Magnum Magistrum, & seq. coram Vbaldo.*

Nec obstare videtur prælatus tenor fundationis circa modum eligendi Priorem, vbi cauetur nominationem fieri debere à Capellanis de consensu quatuor Priorum Sacrarum Cinerum, quia cum Bartholomæus obierit de Mense Iunij 1657. electio vero facienda per Capellanos non successerit intra sex menses illis elapsis collatio deuoluta fuit ad Magnum Magistrum tam ex ipsa fundatione, quam ex priuilegijs, & sta-
2 bilimentis prædictis, non autem ad Priores Sacrarum Cinerum, quibus in fundatione non fuit reseruata collatio, seu nominatio, sed duntaxat consensus in electione facienda per Capellanos; ideoque cum isti non nominauerint intra tempus à Iure Statutum *in*
3 *cap. 2. de conceß. prebend. & cap. licet de supplend. neglig. Prelat. Cochier. de Iurisd. Ordin. in exempt. p. 2. quæst. 3 num. 7. Garz. de benef. p. 10. cap. 3. num. 1. Rebuff. in prax. tit. de deuolut. gloss. 9. num. 7. Rota coram Pen. decis. 959. num. 9.* quod procedere etiam in Beneficijs regularibus, & manualibus tradit idem *Garz. vbi supra dicto cap. 3. num. 46.*

Nil releuante, quod tempore vacationis Prioratus pestilentia consumpsisset omnes Capellanos vno tantum excepto, quia ille vnicus superstes poterat eligere aut nominare cum in eo ius omne Collegij resideret per *Gloss. in cap. gratiam verbo pauciores de post Prælat. optimè Nauar. & cons. 6. n. 2. de elect. lib. 1. & cons. 38. num. 2. de regular. lib. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 110. cum alijs copiosè allegatis per moderanum Patrem Passarinum Procuratorem generalem Ordinis Prædicatorum in suo tractatu de Canon. elect. cap. 10 num. 8. & cap. 11 num. 93. Rota coram Card. Seraphin decis. 860. num. 7. & decis. 1050. num. 4.*

Dum enim Prior, & Capellani eidem Ecclesiæ ad- scripti diuinis inseruiebant; hinc oritur verisimilis
4 præsumptio scientiæ sufficiens ad effectum, de quo agitur, maximè attento lapsu temporis decem men-
5 sium, vt per *Lotter. d. lib. 2. quæst. 24. nu. 16. Garz. d. p. 10. cap. 2. num. 31. & 32. Rota decis. 481 num. 3. p. 1. diuers. & decis. 309. num. 3. p. 3. recent.*

Et ità per contradictas &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE EVLATE.

Veneris 4. Iulij 1664.

ARGVMENTVM.

Beneficium in concursu adiudicandum est ei, qui probat se filium naturalem, & patrimonialem, & de tempore vacationis se opposuisse, nec non fuisse ab examinatoribus Synodalibus approbatum, maxime si sit sacerdos, & doctoratu, alijsque qualitatibus insignitus cum simpli-

simplici Clerico concurrens reprobatus in examine regulariter post annum ad nouum examen non admittitur, interdum autem Rota ex causa legitimi impedimenti etiam post lapsum decem & octo mensium ad nouum examen reprobatum admisit.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium adiudicandum est ei, qui probat se esse filium naturalem, & patrimonialem in suis, & de tempore vacationis se opposuisse, nec non ab Examinatoribus synodalibus approbatum fuisse.*

2 *Beneficium adiudicari debet ei, in quo maiores qualitates concurrunt.*

3 *Approbatio facta de Clerico ad beneficium concurrente in nouo examine per 18. menses post primum examen secuto non reddit irrationabilem eiusdem reprobationem in concursu factam nec illius habilitatem iustificat de tempore concursus.*

4 *Clericus in examine reprobatus aliquando fuit per Rotam ad nouum examen post 18. menses admissus in casu tamen dumtaxat legitimi impedimenti.*

5 *Examen nouum regulariter non admittitur post annum à die reprobationis ad iustificandam habilitatem examinati de tempore concursus.*

DECISIO DCCLXXXVIII.

AD Beneficium medium Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Eulate quod vacauerat per ascensum Petri ad integrum inter alios se opposuerunt Ioannes Lopez, & Vincentius Ortiz; cum verò Ioannes approbatus ab Examinatoribus Synodalibus fuerit successiuè ab Ordinario institutus, appellauit Vincentius à mala relatione Examinatorum, & commissa mihi causa appellationis dubitaui an, & cui beneficium sit adiudicandum, & ad fauorem Ioannis ipso tantum informante resolutum fuit.

Quia cum ex datis in *Summ. à num. 1. vsque ad 5.* Ioannes probet se esse filium naturalem, & patrimonialem in suis locis, & de tempore vacationis se op-
1 posuisse in tit. requisita motus proprij Clem. VIII. fueritque approbatus ab Examinatoribus Synodalibus vtique Beneficium venit eidem adiudicandum, ad tradit, *per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. num. 81. & seqq. cum alijs relatis per Rotam in Romana Beneficij de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. in princ. & in Calagurritana Beneficij de Comago 10. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Verospio.*

Maximè, quia in Ioanne maiores qualitates concurrunt, quam in Vincentio; est enim Sacerdos Doctor
2 Philosophiæ ac plures approbatus ad audiendas fidelium confessiones, ex quibus eidem Vincentio tanquam simplici Clerico esse præferendam dixit, *Rota in dicta Calagurritana de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. & in alia Calagurritana Beneficij 26. Nouembris 1646. §. est vero coram bo: me. Bichio.*

Non obstat quod Vincentius ab Examinatoribus in Curia fuerit approbatus, & sic videatur docere de irrationabili iudicio Examinatorum Synodalium: Etenim dum examen in Curia successit post menses 18. à die reprobationis secutæ in partibus exinde non iustifi-
3 catur habilitas de tempore concursus, ideoque non suffragatur, cum interim potuerit doctior euadere, & remouere obstaculum inhabilitatis, *Rota decis. 505. num. 4. p. 2. rec. & in Calagurritana Beneficij de Brinas 1. Iulij 1650. §. vnde coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Et licet aliquando etiam post lapsum decem & octo mensium nouum examen admiserit, *vt in Calagurritana Beneficij de Vcon 15. Decembris 1649. §. non vrget coram Arguelles.*

Hoc tamen procedit duntaxat in casu legitimi im-
4 pedimenti, ex quo per appellantem non stetit, quominus statim examini se subiecerit: Aliàs enim non docto de aliquo impedimento prout hic, post lapsum anni à die reprobationis regulariter non attenditur
5 nouum examen ad probandum habilitatem de tempore antecedenti, vt probat *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. nu. 155. Gregor. decis. 184. num. 3. & in Calagurritana Beneficij de Comago 18. Februarij 1647. §. neque vrget coram R.P.D. meo Verospio.*

Et ità altera tantum &c.

BONONIEN. INDEMNITATIS.

Luna 24. Nouembris 1664.

ARGVMENTVM.

Possessor prædij annuo debito grauati, si soluat dicitur debitum proprium soluere, & ideò reportare nequit cessionem iurium translatiuam, exercibilem contra tertium.

S V M M A R I V M.

1 *Cessio translatiua exercibilis contra Tertium reportari non potest per possessorem soluentem annuum legatum super possesso prædio constitutum, cum debitum proprium soluere dicatur.*

2 *Collusionis suspicio, intrare videtur vbi prædium magni valoris permittente possessore fuerit pro medico pretio subhastatum.*

3 *Adiudicatio facta in partibus post auocationem causæ ad curiam est nulla.*

4 *Legatum annuum solui debet ex fructibus, si sufficiant, nec pro ipso competit adiudicatio prædij grauati.*

DECISIO DCCLXXXIX.

PRæuijs duabus decisionibus editis altera sub die 26. Februarij 1652. coram Peutingerio, & altera 16. Nouembris 1663. coram me firmatum fuit Laurentio Pacchiono, ac DD. de Piazzis illius Cessionarijs competere remedium associationis super prædio Balnei in vim præcarij adiecti in publico instrumento canonizato per tres sententias Rotales; Hodie vero Patres S. Dominici possessores præfati prædij nōamplius insistunt super deductis in decisione sed allegant se possidere prędium vigore cessionis reportatæ à Reuerenda Fabrica Sancti Petri mediante persona Vincentij Pizzoli. Cum enim Franciscus Tossignanus olim possessor prædij controuersi in eius testamento condito de anno 1595. reliquerit nonnulla legata pia, quæ per eius hæredes non fuerunt impleta, inde Pizzolus de anno 1651. mediante solutione scutorum 55. obtinuit cessionem iurium à R. Frabrica contra bona hæreditaria Tossignani, eiusq; vigore fecit sibi prædium adiudicari, quod postea dedit in solutum patribus collitigantibus, cuius cessionis vigore prætendentibus patribus se esse creditores anteriores, & proinde posse impedire petitam associationem, Ideo dubium proposui super resolutis, & hodiè Domini decisiones confirmarunt.

Siquidem cessio, in quo patres vnice fundantur legitur facta Pizzolo ex eo, quod hæredes Tossignani per 30. annos cessauerint à solutione Legatorum, vt patet ex narratiua supplicationis. Vndè distinguendo tempora, aut dicta solutio fuit neglecta ab anno 1640. & pro hoc tempore patres non possunt iuuari dicta cessione, quia prædium præfatum fuit possessum à Co: Francisco de Pepulis, & successiuè ab ipsis patribus tanquam eius Legatarijs, Cum enim ratione possessionis teneerentur ad onera iniuncta prædio, vtique soluendo Fabricæ siue Pizzolo illius Cessionario vide-
1 tur soluisse debitum proprium, & proinde poterant quidem illius liberationem, & extinctionem reportare non autem iurium cessionem exercibilem contra Tertium *iuxta doctr. Bart. in l. Modestinus, nu. 4. ff. de solut.* quam amplexa fuit *Rota coram Greg. decis. 68. num. 5.*

cum

cum relatis in Auximana bonorum 8. Iunij 1663. §. Nec Ascanio in fine coram R.P.D. meo Albergato.

Aut verò ab anno 1621. vsque ad annum 1640. legata non fuerunt adimpleta, & visum fuit non suffragari adiudicationem prædij Pizzolo factam; Nam
2 vltra quod adiudicatio non videtur carere suspicione collusionis dum Partes permiserunt subhastari pro
3 modico credito creditum valoris librarum 20. mil. Adhuc detegitur nulla; Tùm quià fuit facta in partibus postquam causa per decretum Sacr. Congregationis Reuerendæ Fabricæ fuerat auocata ad Curiam *Summ. responsionis Piazzi, num. 3.* Tùm etiàm quià pro annuo legato non poterat adiudicari ipsum prædium,
4 sed solutio fieri debebat ex fructibus quatenus illi sufficerent *l. Liberto, §. Primo, ff. de ann. legat. Surd. decis. 28. num. 2. Rota in Romana domus, & pretij Officij 11. Martij 1658. §. Verùm nec debita coram R.P.D. meo Priolo.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Lunæ 1. Decembris 1664.

ARGVMENTVM.

Dos constituta in pecunia cum adiecto pacto quod statim inuestiri debeat in rebus stabilibus, quæ sint fundus dotalis non reputatur vt quantitas, sed vt species, vnde fructus ex ipsa debentur ad rationem inuestimenti, secus est quando dos à principio constituta fuit in quantitate simpliciter, & ex interuallo postea tradita fuerint bona in solutum cum adiectione, quod bona sint fundus dotalis, tunc enim pactum ex interuallo adiectum non valet immutare naturam Dotis à sui principio in pecunia simpliciter constitutæ, & ideo fructus ex ea ad rationem quantitatis debentur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis debentur Viduæ ab hæredibus viri post iudicialem interpellationẽ ex dispositione Statut. Vrbis.*

2 *Dos consideratur vt species, licet à sui principio fuerit in quantitate constituta, si pactum fuerit pecuniam illicò inuestiendam esse pro fundo dotali, & ideo ex ipsa fructus debentur ad rationem inuestimenti.*

3 *Contrahentes aliter sensisse credendum non est, quam per verba fuerit expressum.*

4 *Fundus dotalis dicitur constitus si facta fuerit eius expressio non solum in dotis constitutione, sed etiam in casu eiusdem restitutionis.*

5 *Dos non est censenda vt quantitas, licet à sui principio fuerit in quantitate constituta, quando tacitè vel expresse colligi potest contrahentes voluisse, quod res empta pecunijs dotalibus euaderet fundus dotalis.*

6 *Dos constituta in quantitate inuestienda in censum eo magis dignoscitur non transire in dominium viri, si in casu redemptionis census, dos denuo debeat eodem modo inuestiri.*

7 *Dotis quantitas inuestienda tanto magis videtur cedere in fundum dotalem, si non fuerit petita eius assecuratio super bonis viri.*

8 *Mulier habet dominium, & plenam vindicandi facultatem in fundo dotali.*

9 *Pactum de restituenda dote, constituta in pecunia inuestienda, in ijsdem corporibus, conuincit inuestimenta fuisse fundos dotales.*

10 *Inuestimentum faciendum ex pecunia dotali de sui natura importat quod in dubio potius ipsum censeatur datum in dotem, quam ipsa pecunia.*

11 *Maritus ad inuestiendam dotem coactus non nisi inique compelli potest in casum restitutionis ad soluendos fructus ex ea tamquam ex quantitate.*

12 *Dos constituta in quantitate cum pacto quod inuestimenta ex ipsa facienda sint mulieri hypothecata vt quantitas reputatur, non vt species, & dominium ipsius residet penes maritum.*

13 *Dos constituta in pecunia cum pacto inuestiendi relicta facultate marito inuestimenta alienandi dicitur esse in dominio mariti, & vt quantitas est recensenda.*

14 *Dos in quantitate simpliciter constituta, si ex interuallo soluatur in tot bonis cum pacto, quod succedant in fundum dotalem, non ideo amittit naturam dotis in quantitate constitutæ.*

15 *Dos in quantitate constituta cum pacto quod statim fiat inuestimentum pro fundo dotali, non habetur amplius vt quantitas, sed vt species.*

DECISIO DCCXC.

IN Capitulis initis occasione matrimonij contracti de anno 1624. inter D. Olimpiam Spadam, & Marcum Antonium Victorium Com. Gaspar sponsæ Pater dotem constituit in scutis 18. mil. monetæ, quæ soluere promisit videlicet scuta 8000. liberè alia scuta 1000. ad effectum inuestiendi in tot censibus, locis montium non vocabilium, vel stabilibus ad libidum eiusdem Viri, quæ deseruirent pro paraphreno sponsæ. Reliqua vero Scuta 9000. cum onere pariter inuestiendi pacto expresso ibi: *Li rimanenti scudi 9000. compimento di detta Dote promette pagare frà il tempo di sei anni prossimi dopo lo sponsalitio sudetto, cioè la rata di scudi 1500. ogni fine di anno ad effetto però di rinuestirli inconsinenti in altri luoghi de' Monti non vacabili, Censi, ò beni stabili sicuri in Romà ad elettione di esso Signor Marc' Antonio da obligarsi, e conseruarsi sempre con li sudetti scudi 1000. di parafreno per cautela di Dote, e per fondo dotale di detta Signora Olimpia con le cautele necessarie, & in caso di estintione di Censi, ò Monti, debba il Prezzo di quello rinuestirsi como di sopra, e sempre con espressa dichiaratione, che si comprano con i denari dotali di detta Signora Olimpia, e che sempre debbano rimanere, e conseruarsi per suo fondo dotale.*

Subsequuto celeri obitu Comitis Gasparis, Comitissa Virginia Matthæia vxor deuenit ad celebrationẽ instrumenti dotalis, in quo Marcus Antonius receptis iam scutis 8000. tam illa quàm reliqua decem millia modo, & forma, & tẽporibus in præfatis Capitulis cõuentis sibi successiuè soluenda manutenere, & conseruare promisit, & in omnem casum restitutionis in simili specie restituere vna cum illius quarto.

Quam integram dotem, & illius quartam partem obligauit, & assecurauit super omnibus suis bonis cum clausula, & effectu constituti, & cum priuilegijs, prærogatiuis, & cautelis, quibus de iure, vel alias fundi dotales vtuntur, potiuntur, & gaudent.

Cum itaque post mortem Marci Antonij factus fuisset locus restitutioni dotis ad fauorem D. Olimpiæ DD. de Rubertis accollatarij huius debiti ex concordia inter ipsos, & DD. de Caraphis inita super successione bonorum à prædicto Marco Antonio relictorum persoluerint scuta 1578. 95. in causam dictæ dotis, & quarti, nec non scuta 1716. in causa fructuum ad eam rationem, quam pecuniæ, vt supra inuestitæ reddiderant, & in reliquo ad rationem statutariam scutorum septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno ad formam decreti prouisionalis A. C. facti sine præiudicio iurium partium, vt latius ex ordine in *Summ. DD. de Rubertis, num. 5.*

Sed prætendente D. Olimpia fructus ad hanc rationem septem cum dimidio indistinctè deberi pro integra dote, Iudicium instituit contra eosdem Accollatarios in eodem Tribunali A. C. à quo Iudice deputato R.P.D. Vrsino fuit eidem vigore specialis commissionis Sanctissimi iniunctum, vt in causa procederet de voto Rotæ appellatione remota; Ideò disputato hodie dubio, an fructus debeantur, & ad quam ratio-

cionem resolutum fuit fructus deberi ad rationem in-
uestimenti.

Etenim quod fructus debeantur nulla cadit diffi
cultas stante clara dispositione *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 137.*
1 quo cauetur fructus Viduæ deberi ab hæredibus viri
post iudicialem interpellationem, quæ in proposito
non deficit, vt in *Summ. Olimpiæ, nu. 2.* Quod verò de-
beantur ad rationem inuestimenti desumitur ex eo,
quod licet ex tenore Capitulorum integra dos scuto-
rum 18. mill. deberet illicò inuestiri in locis Montium,
Censibus, vel stabilibus pro ista non reputatur, vt quā-
2 titas, sed vt species, cum idem Iudicium faciendum sit
de pecunia ad emptionem rei distinata, quod de ipsa
re empta, *l. talis scriptura in fine, ff. de legat. 1.* & in ter-
minis pecuniæ dotalis *Gratian. discept. 920. num. 26. &
Rota decis. 91. num. 23. part. 8. recent.*

Attenta præsertim partium conuentione, quod in-
uestimenta ex pecunijs dotalibus facienda remanere
semper, & conseruari deberent pro fundo dotali, ex
3 qua videtur resultare voluntas contrahentium, quos
aliter sensisse non est credendum, quam verbis fuerit
expressa *l. Labeo ait, num. 7. vers. Equidem non habeo,
ff. de supellect. legat. l. quidquid adstringendum, ff. de verb.
oblig.* Quod etiam repetitum legitur in casu restitio-
nis pecuniarum inuestitarum, quæ iterata fundi dota-
4 lis expressio magis enixam contrahentium mentem
ostendit illum voluisse cum effectu constituere, vt ex
vulg. text. in l. Balista, ff. ad Trebell. arguit in his præci-
sis terminis *Cranett. cons. 48. num. 2. & 3.* & firmatur in
*decis. Card. Caual. 37. num. 1. & in decis. 259. num. 6. p. 8.
recentior.*

Parum enim refert an dos fuerit à principio consti-
tuta in quantitate, vel in specie, quando tacitè, vel ex-
presse colligi potest contrahentes voluisse, quod res
5 empta ex pecunia dotali euaderet fundus dotalis vt
fuit animaduersum in *decis. 145. num. 3. part. 4. tom. 2.
in decis. 91. num. pariter 3. & decis. 259. num. 2. & seqq.
part. 8. recent.* & latissimè *in decis. 792. num. 6. & seqq.
coram Merlino.*

Neque vrgent pacta in Capitulis adiecta, quia po-
tius assumptum videntur comprobare. Fuit enim in
illis conuentum, quod inuestimenta prædicta non
solum conseruari semper deberent pro fundo, sed
etiam, quia in casu redemptionis Censuum, vel extin-
6 ctionis Montium, denuò pecuniæ modo, quo supra in-
uestirentur, ex quo satis elicitur illorum dominium in
virum absolutè non transijsse, & per DD. illa fuisse
effecta fundum dotalem, vt considerat, *Rota in d. de-
cis. 91. num. 6. part. 8. & 792. num. 7. coram Merlino.*

Quod euidentius redditur ex eo, quod cum dos
consisteret in scutis 18. mil. Maritus pro rata dunta-
xat scutorum 8000. libere solutorum illam in proprijs
bonis assicurauit, pro reliquis vero inuestiendis nulla
legitur assecuratio, cuius rei alia non potest assigna-
ri ratio nisi, quod inuestimenta effecta fuissent fundi
dotales, pro quibus opus non erat assecuratione, cum
in ijs dominium mulier habeat, & plenam vindican-
di facultatem, *l. in rebus C. de Iur. dot. Gabr. cons. 60. n. 3
& 4. lib. 2. Mant. de tacit. lib. 12 tit. 28. n. 26.* & hanc esse
vrgentem coniecturam dixit *Rota in d. decis. 259. n. 9.
par. 8. recent.*

Considerato etiam pacto restituendi dotem in eadē
specie, quod certe conuincit inuestimenta fuisse fun-
dos dotales quorum restitutio particulariter fit in ea-
dem specie, & indiuiduo *ad Text. in l. inter Virum C.
de iur. dot. & probat* alijs allegatis *Add. ad decis. Greg.
573. num. 16. vers. & hoc maxime*, & ponderauit in
his terminis *Rota in d. decis. Merlini 792. num. 8.*

Idque facilius quia de natura Inuestimenti est, quod
in dubio potius illud censeatur datum in Dotem,
10 quam ipsa pecunia, contra quam est factum *Rota
decis. 287. num. 2. & 292. p. 3. recent.* ac etiam in dicta
decis. 792. num. 8. sed etiam quia nec æquitas, nec in-
11 stitia patitur, quod Maritus cogatur incerto redditu
dotem teneri inuestitam, & quod hæredes illius gra-
uiores exinde fructus compellantur exsoluere, vt egre-
gie firmat Rota *decis. 292. num. 4. p. 1. recent.*

Nec prædictis aduersantur decisiones allegatæ pro
parte D. Olimpiæ, quia *in Romana Saluiani 4. Febru-
arij 1661. coram me,* Dos in quantitate constituta in
eadem quantitate erat restituenda, & loca montium
tradita fuerunt Marito æstimata *in Romana Dotis 10.
Iunij eiusdem anni coram Reuerendiss. D. meo Vicecomi-
te tunc Archiepiscopo Ephesino Hispaniarum Nuntio*
12 non fuerat conuentum, quod inuestimentum, prout in
casu, de quo agitur starent pro fundo dotali, sed so-
lum, quod essent hypothecata pro fundo dotali, &
vlterius data fuerunt Marito facultas illa alienandi,
maximum enim inter vtrunque casum discrimen, in-
13 tercedit, Nam in primo casu dominium verè. & na-
turaliter dicitur esse penes vxorem; in secundo verò
dominium bonorum constat fuisse apud maritum, li-
cet bona effecta sint, & hypothecata ad fauorem vxo-
ris, & optimè distinguendo tradit, *Rota in d. decis. 91.
num. 14. & 15. & decis. 219. num. 11. part. 8. recent.*

Reliquæ verò auctoritates loquuntur quando post
14 constitutam dotem in quantitate ex interuallo ali-
quod immobile datum fuit in solutum. Tunc enim
hæc verba pro fundo dotali non solent accipi in suo ri-
gore ne actus separati, & posteriores repugnent consti-
tutioni dotis in quantitate, secùs verò quando in in-
strumēto conuenitur, vt pecuniæ statim inuestiātur, vt
15 bene contrarijs omnibus respondendo distinxit vtrūq;
casum *Rota in d. decis. 792. num. 19. vers. Denique nec
prædictis*, & hæc distinctio etiam comprobatur in
*Vrbeuetana Legati 4. Maij 1648. coram Bichia, §. Sunt
autem*, licet ob diuersas facti circumstantias contra-
rium in illa resoluatur.

Firmato igitur ex his quod pro summa inuestita dos
consisteret in fundis dotalibus sequitur, quod ad alios
fructus adstringi non debeant Accollatarij, quam ad
illos, qui ex dictis fundis, & inuestimentis percipi so-
lent *ad tradit. in decis. 292. num. 6. p. 1. recent, & apud
Zacch. de oblig. Camer. decis. 235. num. 31. & coram Mer-
lino decis. 547. num. 4.*

Et ita vtraque Parte &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM
Sancti Ascensij, & Daualillo.
Veneris 5. Decemb. 1664.

ARGVMENTVM.

Parochialitas iustificatur leuioribus probationibus, præ-
sertim quando non agitur principaliter de illius sub-
stantia, sed incidenter ad effectum decimandi.

SVMMARIVM.

1 *Discretiua Oratio demonstrat diuersitatem, & sepa-
rationem.*
2 *Dictio Alijs adiecta terminis illorum diuersitatem ab
antea expressis designat.*
3 *Contiguum esse importat de necessitate esse diuersum.*
4 *Contigua dicuntur ea, quorum extrema ad inuicem se
tangunt.*
5 *Exemptio vnius prædij importat situationem ipsius sub
Iurisdictione eximentis.*
6 *Transactio regulariter solet comprehendere omnia in li-
tem deducta.*
7 *Testium interesse reddit suspectam ipsorum fidem.*
8 *Testes concordantes cum iuribus productis in concursu
cum alijs non concordantibus, veniunt præferendi.*

9 Te-

9 *Testibus adminiculatis in concursu magis est deferendum.*

10 *Parochialitas probatur lenioribus probationibus quando de ipsa agitur incidenter, ad effectum scilicet decimarum, non principaliter pro demonstranda substantia eiusdem.*

11 *Iuris assistentia pro percipiendis decimis ex aliquo fundo deficit Parocho, si probetur fundum situm esse extra eius Parochiæ fines.*

12 *Reo sufficiunt tales probationes, per quas intentio Actoris debilitetur, vel saltem dubia reddatur.*

DECISIO DCCXCI.

AD euertenda fundamenta decisionis coram me editæ 4. Decembris 1662. Agentes pro Beneficiatis S. Ascensij potissimè insistebant in eo, quod Villaricca probetur situata iuxtà terminos Parochiæ S. Ascensij; Vndè inferebant pro decimis prædialibus in dict. Territorio de Villaricca se habere intentionem fundatam in dispositione iuris in *cap. Quoniam de decim. & cap. fin. de Paroch.* Vndè proposita causa 14. Martij præteriti fuit dilata resolutio, & particulariter iniunctum, vt informetur strictè super situatione termini præfati; Ideoque reassumpta disputatione Domini persliterunt in decisis.

Quod enim attinet ad situationem non solùm beneficiati non probant terminum de Villaricca esse intra limites propriæ Parochiæ, quinimmò contrarium desumi videtur ex pluribus pro Monasterio deductis, ex quibus patet dictum terminum semper fuisse habitum, & reputatum etiam ab ipsismet beneficiatis collitigantibus, & alijs pro distincto, & separato à dicta Parochia S. Ascensij, & primo resultat ex discretiuo modo loquendi tàm in mandato procuræ facto à beneficiatis ad transigendum cum Monasterio 7. Februarij 1437. quam ex instantia eodem tempore facta nomine Capituli, & Archidiaconi de Naxera pro habenda licentia ab Episcopo Calaguritano; Etenim in dicta instantia fuit narrata lis, quam habuerunt cum Conuentu de Estrella, & dictum fuit illam fuisse motam ad effectum vt Conuentus eis soluere deberet decimas de omnibus fructibus, quos Monachi colligunt ex bonis sitis intra Territorium S. Ascensij, & medietatem decimarum ex fructibus, quos Conuentus colligit in alijs terminis, nempè de Briones Villaricca, & Valpieri; Mandatum verò in eius dispositiua continet, quod Conuentus decimare debeat vna cum beneficiatis de fructibus, quos colliget in Tenutis sitis intra terminum de Daualillo vnum de quinquaginta de tritico, Hordeo, & Vuis, & quod de terris, quas habet, vel habebit in terminis de Briones, de Villaricca, & Valpieri nihil pro decimis soluere debeat *Summ. Monastery, num. 2 lit. B.* Ex hoc enim discretiuo modo loquendi, inter terras existentes intra territorium S. Ascentij, pro quibus, in instantia petitur integra decima, & in mandato reseruatur vnum de quinquaginta, & inter alios terminos de Briones, Villaricca, & Valpieri, pro quibus petitur sola medietas, & in mandato liberantur à toto manifestè apparet terminum de Villaricca fuisse habitum pro distincto, & separato à terminis Sancti

1 Ascentij iuxtà naturam discretiuæ orationis, quæ diuersitatem, & separationem demonstrat, *Surd. cons. 426. num. 1. Add. ad Gregor. decis. 301. num. 18. Rota dec. 235. num. 1. par. 9 rec.*

Immò dùm Beneficiati pro bonis in termino de Villaricca non petebant integram decimam, sed solam medietatem, ex hac petitione satis demonstrarunt illum non habuisse pro termino eorum Parochiæ cùm medietas decimarum vigore constitionis Synodalis soluatur Rectori pro bonis cultis extra Parochiam, de qua constitutione fuit facta mentio in præcedenti decisione §. *Nec pariter obstat.*

Et valdè confert totus tenor concordiæ inter Conuentum, & Beneficiatos initæ de d. anno 1437. vbi nō solum ex verbis superius recensitis apparet contrahentes habuisse terminum de Villaricca pro diuerso, & separato ab illo S. Ascensij, sed etiam ipsomet facto comprobarunt, dum ad formam prædicti mandati procuræ dictum terminum penitus liberarunt à solutione decimarum; Aduertendo insuper, quod in pluribus locis eiusdem concordiæ bona sita in Territorio de Villaricca distinguuntur à bonis sitis intra limites S. Ascē-

2 sij cum dictione *Alijs*, quæ dictio adiecta terminis, illos omninò diuersos ab expressis designat *Text. in l. si fundum sub conditione, §. Si libertus, ff. de legat. primo Rota decis. 35. num. 4. part. 7. recent. & in Romana, seu Vercellen. fideicommissi 5. Martij 1659. coram R. P. D. meo Verospio.*

Prædicta adminiculantur ex testibus pro parte Capituli examinatis, qui deponunt concordiam cedere in vtilitatem eiusdem Capituli ex solutione vnius de quinquaginta pro decima bonorum, quæ Conuentus habet in terminis contiguis, prout sunt Villaricca,

3 Briones, & Valpieri, Asserentes enim terminum de Villaricca esse contiguum alteri termino S. Ascensij de necessitate supponunt illum esse diuersum, & extra

4 eius fines existere, Cum illa dicantur contigua, quorum extrema ad inuicem se tangunt *gloss. in cap. vnic. verb. contiguum de consecrat. Eccles. in 6. & in capit. si Ciuitas verb. contignis de sent. excomm. eodem lib. & benefacit decis. coram Merlin. 600. num. 7. & duob seqq. & decis. 635. num. 3. & 4.*

Corruit quoque altera ponderatio, quod nempè Ecclesia S. Emiliani de Villaricca de tempore vnionis factæ monasterio anno 1454. erat commendata Petro de Bagnos beneficiato Ecclesiæ Calaguritanæ *Summ. responsionis Monastery, num. 1.* & tamen si dicta Ecclesia fuisset intra limites S. Ascentij debuisset commendari Presbytero eiusdem Loci, non autem extero iuxta consuetudinem illarum partium, per quam beneficia conferuntur patrimonialibus.

Non obstant in contrarium deducta pro beneficiatis, & signanter quod dum in concordia fuit conuen-

5 ta exemptio à solutione decimarum pro bonis existentibus in terminis de Villaricca, ex tali exemptione videatur probata præcedens situatio intra fines Parochiæ iuxtà *decis. 207. num. 2. vers. Quando autem, parte secunda diuers. Buratt. decis. 578. num. 14. & in recent. decis. 655. num. 1. part. 3.*

Quia exemptio, de qua in concordia non est merè realis respiciens duntaxat locum de Villaricca, quo casu illius exemptio forsan præsupponeret existentiam intra limites Parochiæ, sed respicit principaliter personas Monachorum, qui cum vigore præmemoratæ Constitutionis Synodalis potuerint occasione culturæ adstringi ad solutionem decimarum etiam pro bonis extra Parochiam, sequitur quod eorum exemptio non includat pernecesse situationem termini exempti potius intra, quàm extra Parochiam, vt in decisione §. *Nec pariter*, & insuper cum lis à principio fuerit mota etiam pro decimis de Villaricca, vt patet ex narratiua concordiæ, & alijs supra relatis; Vtique con-

6 sentaneum fuit eximere etiam terminum præfatum in transactione, quæ regulariter solet comprehendere omnia in litem deducta, *Surd. cons. 418. num. 11. & 21. Card. Caual. decis. 124. num. 3. Rota in recentior. decis. 54. num. 3. decis. 549. n. 3. part. 1. & decision. 100. numer. 2. part. 2.*

Neque releuat, quod ex depositionibus testium ap-

pateat, quod beneficiati in dicto termino de Villarica
exegerunt decimas, administrarunt Sacramenta,
tumularunt mortuos, fecerunt processiones, & similia;
7 Tùm quià fides dd. Testium redditur suspecta propter
aliquale interesse, quod tanquam Incolę S. Ascensij habent
super collatione beneficiorum; Tum etiam quià
8 in concursu veniunt præferendi testes Monasterij, quià
concordant cum scripturis superius recensitis, nec non
cum alijs iuribus relatis in alia decisione, §. *Probatur
autem*, ex quibus apparet de Parochialitate dictæ Ecclesiæ
Sancti Emiliani, prout talis nuncupata fuit de
tempore vnionis ab eodem exequutore literarum Apostolicarum,
& fuit quoque talis iudicata in quatuor
sententijs successiuè latis, nempè de annis 1458. 1476.
1524. & 1617. *Summ. impressa præterita positionis, numer. 12. cum quatuor seqq.* In concursu autem magis
9 est deferendum testibus adminiculatis *Rota dec. 285.
num. 6. & decis. 276. num. 2. & 8. part. 8. recent.*

Quæ omnia visa fuerunt Dominis sufficientia ad
10 effectum probandi parochialitatem, non solùm quia
de illa non agitur principaliter, sed tantum incidenter
ad effectum decimarum ex firmatis in decisione, §. *Lo-
11 que fortius*, sed etiam quià constito ex prædictis, quod
Ecclesia S. Emiliani sit extra fines Parochiæ S. Ascensij
deficit beneficiatis prætensa iuris assistentia, & proin-
12 de Monasterio Reo conuento tales probationes sufficiunt
per quas intentio Actoris debilitetur, aut saltem
dubia reddatur, *Merlin. decis. 597. num. 34. & in Toletana
decimarum de Capilla 14. Decembris 1648. §. Primo
cum duob. n. seqq. coram R.P.D. meo Verospio.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA AVGMENTI DOTIS.

Ven. 12. Decembris 1664.

ARGVMENTVM.

Legatum de toto tritico quod reperitur in Horreo Testatoris calculari debet in minori summa, hæc autem minor summa dicitur iustificatam per depositiones Testium etiam discordes pro ea tamen quantitate in qua sunt concordes, maximè si aliquo adminiculo roborêtur Legatum certæ speciei transacto triennio, vltra quod non præsumitur species durare, in pecunia solui debet.

SVMMARIVM.

1 *Legatum certæ speciei calculari debet in minori quantitate.*

2 *Testes discorditer deponentes de quantitate speciei, quæ liquidanda venit pro solutione legati, probant tamen in ea minori summa, in qua sunt concordes, maximè si aliqua adminiculo illa quantitas adiuuetur.*

3 *Inuentarium quod detegitur defectuosum nullum facit gradum probationis.*

4 *Species non præsumitur durare vltra triennium.*

5 *Pretium regulariter succedit loco rei, quæ amplius præstari non potest.*

DECISIO DCCXCII.

CVm fuerit iam resolutum deberi legatum frumenti
à Bernardino factum ad fauorem Hieronymæ
vxoris, vt in decisione edita 18. *Iunij 1663. coram me*
confirmata 24. *Maij præteriti*, hodie dubitaui circa
quantitatem, quam Domini taxarunt in rubris 45.

Constat enim ex publico instrumento possessionis
adeptæ per Carolum Gozzium Procuratorem specialiter
deputatum à Roseo hærede, quod de tempore
obitus Bernardini in horreo nuncupato del Montano
aderant rubra decem frumenti circiter, & in alio horreo
posito extra Ianuam Oppidi Ciuitatis Lauiniæ
aderant rubia 35. vel 40. circiter, quę in totum ascen-
1 dunt ad rubia 45. calculando in minori quantitate,
prout fieri debet vbi agitur de solutione Legati, vt in
Romana Legati 17. Martij præteriti coram me.

Idque probatus ex duobus testibus formiter examinatis,
qui licet videantur intèr se discordare, ex quo
alter de maiori, alter verò de minori quantitate deponit,
attamen probant, quia minor quantitas, in qua
dicuntur contestes, correspondet summæ superius fir-
2 matæ, & in dicto instrumento expressæ, quorum Testium
depositiones eo magis veniunt attendendæ, cum
ex instrumento præfato recipiant adminiculum, vt in
his terminis dictum fuit in *Albanen. redditionis rationis
23. Iunij 1662. coram Eminentissimo D. Cardinali
Celso, §. Et nihilominus.*

Neque releuat, quod Roseus in inuentario descripserit
frumentum in solis rubris 15. quià cùm ex prædictis
appareat longè maiorem quantitatem fuisse in
3 horreis repertam, nulla vis fieri potest in inuentario,
quod in hac parte detegitur defectuosum *Roland. consil. 73. num. 49. & seqq. lib. 2. Rota decis. 350. num. 3. p. 1.
recent. & coram Eminentissimo* D. *Card. Ottbob. dec. 501.
num. 2. & 3.*

Quià verò frumentum amplius extare non præsumitur,
nam vbi sunt præstandi certi fructus in specie
4 non censentur durare vltra triennium *iuxtà gloss. in
l. prima, C. si aduers. vsucap.* & proinde illorum loco
debetur pretium, quod regulariter succedit loco rei,
5 quæ amplius præstari non potest, *Card. Mantic. dec. 281
nu. 1. & 2. & in Bononien. Societatis 10. Decemb. 1663.
§. Ac proinde vers. Qui viceuersa coram Reuerendissimo
Domino Gerunden.* Ideo Domini dixerunt pretium
deberi ad rationem scutorum 11. pro quolibet rubro,
quià de tempore obitus Bernardini sequuti de mense
Nouembris 1655. frumentum tanti solebat vendi in
dicto Oppido Ciuitatis Lauiniæ vt probatur ex Testibus,
& relatione Periti *Summ. Informantis, num. 9.*

Et ità altera tantum &c.

ROMANA HEREDITATIS

Veneris 16. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Hęres restituere grauatus omnibus masculis ex descendentijs testatoris, non potest in præiudicium aliorum vnum tantum vocare, maxime quando Testator non grauauit restituere simpliciter familiæ, sed plures personas, & lineas particulariter expressit.

SVMMARIVM.

1 *Bona restitutioni obnoxia non possunt ab hærede contraria dispositione iterum grauari.*

2 *Hæres obligatus restituere pluribus expresse nominatis, non satisfacit nominando vnum.*

3 *Hęres grauatus non potest in aliorum præiudicium vnũ eligere, nec satisfacit voluntati Testatoris, si plures personas, & lineas idem testator specialiter expressit.*

5 *Dictia* Purche *est modificatiua præcedẽtis dispositionis, illamque secundum nouas conditiones, qualificat, & restringit.*

6 *Correctio, & contrarietas in eodem actu non præsumitur, ad quam euitandam qualibet summi debet interpetratio.*

7 *Facultas à Testatore hæredi concessa vt, valeat vni parum alteri plus aut nihil relinquere, operatur vt possit omnes ad libitum priuare.*

8 *Testator, qui descendentes ex duabus lineis in numero plurali vocauit, nullo modo ad vnum restringi voluisse censetur, ita vt hæres valeat vni omnia bona hæreditaria conferre*

9 *Discretiuus modus loquendi plurimum inseruit pro arguenda dispositionum diuersitate.*

10 *Verba* Dando ad vno multo ad vn altro poco, o niente *non tribuunt absolutam facultatem grauato, sed restrictam, & à iure regulandam.*

11 *Ar-*

11 *Arbitrium meræ voluntatis, quando aliquid arbitrio alicuius committitur, non censetur consensum, sed ad arbitrium boni uiri restringitur & num.12.*
13 *Substitutio quoties confertur in liberam voluntatem alterius non substinetur.*
14 *Verba quæ substantiam dispositionis non tangunt, de iure permittuntur.*

DECISIO DCCXCIII.

BO:m. Virgilius Spada in suo, cũ quo decessit testamento disponendo tam de bonis proprijs, quam etiam de bonis prouenientibus ex hæreditate q. Pauli Patris hæredem vniuersalem instituit D. Marchionem Horatiũ ex Francisco fratre prædefuncto Nepotem. Quià verò DD. descendentes ex Iacobo Philippo altero fratre testatoris contendebant quoad bona Pauli dispositionem huiusmodi non substineri attento fideicommisso per d. Paulum ordinato ad fauorem tàm Iacobi Philippi, quàm Francisci, & vtriusque descendentiæ pluribus inter ipsos, & d. D. Marchionem Horatium super hoc ortis differentijs, prius dubitaui super manutentione, & successiuẽ super immissione, & in vtroq; dubio prodijt resolutio ad fauorem hæredis scripti, vt in decisionibus editis 4. *Iulij* 1663. & 23. *Ianuarij* 1664 In quibus cum exceptio dicti fideicommissi q. Pauli fuerit reiecta ad petitorium. Ideo reassumpta dispntatione Virgilij in totum, vel in parte, & DD. responderunt illa non cadere in totum.

Quemadmodum enim dubitari non potest de fideicommisso à Paulo super bonis, de quibus agitur ordinato, ad fauorem Iacobi Philippi, & Francisci, eorumque descendentium per lineam masculinam vt clarè liquet ex verbis testamenti, ibi: *Si come ordina dispone. e comanda, che il sopra viuente debba restituire alla morte sua alli Sig. Giacomo Filippo, e Francesco altri loro fratelli, & à descendenti loro per linea mascolina tutti li stabili, luoghi de Monti non vacabili, e censi, che si trouaranno nell'heredità come sopra.* Ita quoque Virgilius, qui tanquam vltimus ad formam dicti præcepti restituere tenebatur omnibus masculis ex vtraque descendentia non poterat in præiudicium aliorum vnum tantum vocare prout fecit, instituendo Marchionem Horatium filium Francisci cæteris descendentibus ex Iacobo Philippo exclusis, non solum quià bona restitutioni obnoxia non possunt ab hę-
1 rede contraria dispositione iterum grauari, vt tradit *Malin. de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 1. num. 2. Peregrin. cons. 38. num. 4. lib. 3. cum alijs allegatis in Romana fideicommissi de Boncompaguis 22. Martij 1662. §. nec facit coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in firmana Primogenitura 15. Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo verospio §. Ratio vero.*

Sed etiam quià obligatus restituere pluribus expres-
2 sè nominatis non satisfacit nominando vnum iuxtà doctrinam *Bart. in l. 1. num. 1. ff. de opt. legat.* quam sequitur *Rota decis. 299. num. 6. p. 3. recent. Card. Seraph. decis. 874. num. 2. in Romana successionis 5. Nouemb. 1608 coram Ortembergo, & in d. Romana fideicommissi de Boncompaguis dict. §. Nec facit vers. omnis remouetur difficultas.*

Et licet contrarium admittatur quando quis est
3 grauatus restituere familiæ, quo casu vni relinquendo potest alios omittere; vt per *Text. in l. vnum ex familia §. si falcidia ff. de legat. 2.* dictum fuit *in Romana rennunciationis 23. Iunij 1651. coram me,* non tamen procedit,
4 vbi testator, prout hic, plures personas, & lineas particulariter expressit; tunc enim non licet grauato vnũ dumtaxat in aliorum præiudicium eligere, cui soli restituendo non dicitur satisfactum voluntati testatoris, vt distinguendo firmatur *in dict. decis. Card. Seraph. 874 dict. num. 2. & in dict. Romana rennunciationis coram me §. obiectum enim. vers. vel si nominatim.*

Non obstat quod idem Paulus remiserit arbitrio superuiuentis electionem personarum ibi. *In oltre dichiara, che non prescriue accertatamente in quali Teste habbiano à ritornare li beni stabili, Monti e Censi, che haueranno a ritornare per queste sue ordinationi alli Sig. Giacomo Filippo, e Francesco e loro descendenze mascoline, ma lascia in arbitrio dell'vltimo soprauiuente di ritornarli in quelle Teste che più le parerà, e piacerà.* Etenim cum ex his appareat de enixa testatoris voluntate superius expressa, & hic quoque repetita circa restitutionem ad fauorem vtriusque descendentiæ arbitrium huiusmodi censetur datum ad effectum; vt esset in potestate grauati præeligere capita in qualibet descendentia, non autem vt posset vnam descentiam in totum excludere, vt benè idem testator dictum arbitrium moderando immediate se declarauit, ibi: *purche vadano nelle persone delli Sig. Giacomo Filippo, e Francesco, o di loro discendenze mascoline,* quæ dictio
5 *purche*, est modificatiua præcedentis dispositionis, illamque secundum nouas conditiones qualificat, & restringit: *Dec. in cap. ex literis num. 51. vers. vnde secundo, & num. 52. de constit. Rota decis. 777. in fine p. 2. decis. 247. num. 26. p. 5. & decis. 329. num. 31 p. 6. recent.*

Idque facilius, quia non est verisimile, quod Testator post ordinatum fideicommissum fauore descendentiæ Iacobi Philippi toties repetitum, & tam magno verborum apparatu constitutum voluerit tribuere arbitrium hæredi grauato, vt illud posset ad libitum destruere, ac suam præcedentem dispositionem euertere;
6 Aliàs enim admitteretur in eodem actu correctio, & contrarietas, ad quam euitandam quælibet sumi debet interpretatio *per Text. in l. non ad ea 88. ff. de cond. & demonstrat.*

Sicut etiam non vrgent alia verba sequentia ibi *dando se così li parerà ad vno molto ad vno altro poco ò niente volendo ciò lasciare del tutto nel arbitrio, e volontà di detto vltimo sopravivente, quale si contenta che possa refare suantaggio a chi meno meriterà, e vantaggio à chi più sempre ad arbitrio, e volontà sua* quia retento eodem themate non videntur importare talem facultatem vt superstes valeat ad libitum alteram ex duabus descendentijs à Testatore vocatis penitus excludere; Expressa enim in dictis verbis huiusmodi facultas non legitur, quià testator permittendo, quòd hæres va-
7 leat, vni parum, aut nihil relinquere, non inde dixit, quod potuerit omnes priuare, tacita verò facultas subintelligi non potest resistente clara voluntate disponen-
8 tis sæpius iterata, qui descendetes ex duabus lineis vocando in numero plurali, nullo pacto restringi ad vnum voluisse censetur. *Bald. in l. iubemus §. si autem num. 2. C. ad Trebell. Molin. de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 4 num. 55. in fine vers. & si in plurali eligendi facultas in dicta Romana successionis coram Ortembergo §. 1. in fine vers. deinde verba pluralis numeri, & in dict. decis. 229. num. 6. in fine p. 3. recent.*

Quod Paulus respexerit descendentias, & personas in numero plurali, non autem voluerit vnum tantum admitti, magis apertè desumitur ex eo, quod vbi voluit concedere hanc facultatem tribuendi totum vni id expressè declarauit prout fecit in casu, quo Franciscus deficeret sine filijs, ibi: *Vuole & ordina, che vadino nel Sig. Giacomo Filippo e sua descendenza mascolina però a quello o quelli, che parerà a lui compiacendosi di lasciarlo in libertà di disporre in chi più a lui parerà, purche ne disponga nel Sig. Giacomo Filippo, ò in vno ò più della descendenza di lui; Summario impresso litera D.* qui di-
9 scretiuus modus loquendi plurimum deseruit pro ar-

guenda diuersitate dispositionum, *Surd.cons.426.n.1. Add.ad Gregor.decis.301. num.18. Rota coram Merlin. decis.800.num.11.*

Præterea verba præfata *dando ad uno molto, ad un*
10 *altro poco, ò niente*, non sunt apta tribuere liberam & absolutam facultatem grauato, sed solum restrictā, & moderatam ac à iure regulandam, tum quia vbi ali-
11 quid confertur in arbitrium alicuius non censetur illi datum plenum arbitrium liberæ ac meræ voluntatis, sed quasi bono viro eidem potius commissum videatur & sic ad arbitrium boni viri restringitur *per Text.in l. fideicommissa §.fideicommissum vers.quamq; ff.de legat.3. Abb.in cap. Quintauallis num.32.ante fin. vers. & Ego puto de Iur.iur.Soccin.Sen.in l.vtrum 8. §.cum quidam n.11.in fin.ff.de reb.dub.cum alijs per Merl decis.393.n.1.*

Tum etiam quia hanc facultatem fuisse restrictam, & limitatam comprobant verba testamenti superius recensita, ibi: *quale si contenta, che possa far svantaggio à chi meno meritarà è vantaggio à chi più:* Ex qui-
12 bus patet arbitrium, vt supra concessum superstiti, non esse ad libitum suæ voluntatis exercendum, sed quidem regulandum à meritis, vel demeritis vniuscuiusque ex vocatis, *Menoch.cons.369.num.14.& in his terminis Peregrin. de fideicommiss. art.33.num.65. vers. item valet relictum.*

Cuius quidem arbitrij exercitium, eo magis in proposito redditur irrationabile, ne dum quia Virgilius non ob demerita motus fuit ad excludendum DD.descendentes ex Iacobo Philippo, cum potius in eius testamento singulariter eos commendauerit, sed etiam quia Paulus fideicommittens maiorem animi propensionem semper ostendit erga lineam Iacobi Philippi, vt colligitur ex toto contextu testamenti, & signanter, vbi per modum consilij proponit forsan fore opportunum plantari Ramum suæ familiæ in Vrbe, ibi: *Ne lascia di mettere in consideratione, ma non in iussione che forsi sarà à proposito, & adequato al stato di Casa &c. di piantare vn ramo di perpetuità della sua Casa &c. in Roma e considerando il stato presente dice, e dichiara, che inclinarìa più presto alla descendenza numerosa del Sig. Giacomo Filippo, e così crede, che loro siano per fare e che non oprerà in ciò punto l'affetto d'esserli l'altro fratello ex vtroque dict. Summ. impresso num. 1. litera N. & litera O.* Quinimmo personam Francisci fuisse Paulo minus dilectam desumi potest ex declaratione eiusdem Pauli, qui prohibendo bonorum alienationem dixit se habere causam priuandi Franciscum sua legitima *dict. Summario litera C.*

Non obstante, quod Paulus in alia parte testamenti dixerit: *E lascia nella mente, e spirito d'esso Padre Virgilio il spirito proprio in tutto e per tutto d'esso Testatore,* Vltra quod enim hæc verba respiciunt facultatem declarandi verba ambigua, & obscura testamenti, quam testator immediatè ante attribuerat eidem Virgilio;
13 Adhuc non possent importare facultatem alterandi substantiam dispositionis; nàm quoties substitutio confertur in liberam voluntatem alterius non substinetur, vt consuluit *Paris.cons.38.per tot.lib.3.Peregr. de fideicom.art.33.num.52. & seqq. Rota decis.350.n.4. & seqq.p.6.rec.* Ideoque verba præfata videntur solum
14 tribuere facultatem distribuendi bona inter vocatos, ac illos ex vtraque descendentia magis præeligere, quæ cum non tangant substantiam dispositionis de iure permittuntur, *iuxt.theoric.Bart.in l.illa institutio num.1 ff.de hæred.instit.Mohed.decis.6. de Testam. & in Bonon. fideicommissi de Monterentijs 27. Iunij 1657.§. denique non releuat coram bo.me.Dunozetto.*

Quo vero ad assignationem bonorum vt prætenditur, præuentiue factam eisdem DD. descendentibus ex Iacobo Philippo, & quoad deductionem annuorum scutor. 8000.ad fauorem vxorati in Vrbe aliasque prætensiones deductas pro parte dicti D. Machionis Horatij Domini dixerunt non esse præsentis inspectionis, nam ex prædictis censuerunt solum bona Pauli non cadere in totum sub dispositione Virgilij; An autem in qua parte cadant particulari disputatione reseruarunt.

Et Ità vtraque parte informante dictum fuit &c.

MELEVITANA COMMENDÆ.

Veneris 16. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Commenda vacans adiudicari debet in concursu Antiano & capaci. Alienatio bonorum Ecclesiæ lapso sæculo præsumitur facta concurrentibus omnibus ad eam requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Commenda vacans adiudacari debet Antiano, & capaci.*
2 *Antianitas Equitis Hierosolimitani ad effectum obtinendæ commendæ probatur ex smutitione ad eius fauorem facta in Prioratu tamquam de magis Antiano.*
3 *Eques Hierosolymitanus qui semel assecutus fuit commendam eamque dimisit, censendus est capax commendæ.*
4 *Commenda, quæ sit beneficium curatum in concursu videtur potius adiudicanda Fratri Capellano, & Sacerdoti, quam Armorum seruienti, cum iste incapax reputetur pro sacramentis administrandis.*
5 *Commendatarij Religionis Hierosolimitanæ vbi non valent per ipsos sacramenta administrare possunt ad exercitium curæ nominare sacerdotes idoneos per ordinarios locorum approbandos.*
6 *Beneficium conferri debet iuxta tenorem erectionis, & fundationis.*
7 *Commeda Religionis Hierosolymitanæ regulariter magis Antiano confertur.*
8 *Dismembratio est species alienationis, & ideo ad ipsam concurrere debent omnia requisita veræ alienationis.*
9 *Alienatio bonorum Ecclesiæ post lapsum sæculi præsutur facta com omnibus ad eam legitime faciendam requisitis.*
10 *Commendatarij Religionis Hierosolymitanæ habent facultatem faciendi prouisionem, & præsentationem ad beneficia etiam curata eorum commendis subiecta.*
11 *Admittens legem, ex qua resultat ius suum eam amplius impugnare non potest.*

DECISIO DCCXCIV.

POst quam vacauerat Commenda S.Iacobi de Fuentes de Mense Iunij 1663.per obitum D.Hieronymi Preti comparuerunt ad illam petendam in Prioratu Portugalliæ Fr. Petrus Ribera seruiens armorum, & Fr. Andreas Pintus Capellanus, quia vero fuit facta Smutitio ad fauorem Riberæ, & successiue à Consilio ordinario emanauit sententia super adiudicatione, ac
1 confirmata per Consilium completum; ideo interposita per Pintum appellatione, & causa mihi commissa dubitaui An, & cui sit adiucanda Commenda, & DD.censuerunt adiudicandam esse Riberæ tanquam Antiano, & capaci ad formam stabilimentorum Religionis *cap. 1.de Commend.*

Antianitas Riberæ probatur ex ipsa smutitione ad
2 eius fauorem facta in Prioratu tanquam de magis Antiano *eius Summario num.6.*iuncta etiam attestatione Reuerendiss. Episcopi Melitæ, eiusque capacitas desumitur ex eo, quod de tempore smutitionis dimisit aliam commendam, quam tunc possidebat *dict. Summ. num.5.*quam assequutus non fuisset, si qualitibus neces-
3 sarijs fuisset destitutus, vt in specie ponderauit *Rota*

in

in alia Melequitana Commendæ 27. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Ghisilerio Episcopo Teccacinen. max vero Imolen. § habilitas Saraceni.

Non obstat, quod agatur de Beneficio curato
4 Ideoque Ribera tanquam Armorum seruiens repute-
tur incapax pro Sacramentis administrandis, sed ve-
niat præferendus Pintus frater Capellanus, & Sacerdos.

Vltra quod enim Commendatarij huius religio-
nis Hierosolymitanæ vbi per se ipsos non valent
5 Sacramenta administrare, possunt ad exercitium
curæ nominare Sacerdotes idoneos per ordinarios lo-
corum approbandos vt cauetur in *Constit. 9. Pij IV.*
§. 42. Ad huc remouetur obiectum ex lectura erectionis
commendæ, de qua agitur sequutæ vsque de Anno
1533. vbi constat, quod tunc authoritate Magni Ma-
gistri Ecclesia Sancti Iacobi de Fuentes fuit dismēbra-
ta à Præceptoria de Mouramorta Prioratus Portugal-
liæ, fuitque erecta in commendam de Cabimento co-
pulatiue, tam pro fratribus seruientibus, quam pro
Capellanis nullo alio ordine inter ipsos seruato nisi
Antianitatis *dict. Summ. num. 1.* vnde admissa antiani-
tate Riberæ, hic præferri debet non solum quia te-
6 nor erectionis, & fundationis venit attendendus *cap.*
recipimus de priuil. Anchar. in Clem. quia contingit notab.
9. de Relig. Domib. Rota decis. 496. ferè per tot. p. 1. &
7 *decis. 216. num. 1. & seqq. p. 2. recent.* sed etiam quia re-
gulariter in consequendis commendis huius Religionis
magis Antiani præferuntur *Merlin. decis. 225. nu. 1.*

Et licet Informantes pro Pinto acertimè insistant
super nullitate dictæ dismembrationis, attamen vi-
sum fuit hodie perperam impugnari post lapsum tem-
poris vltra sęculum. Etenim non negatur, quod dis-
8 membratio sit species alienationis, & in ea requirantur
omnia, quæ sunt necessaria in alienatione bonorum
Ecclesiæ, sed ex hac temporis diuturnitate innēta obser-
9 uantia præsumitur in actu dismembrationis, & ere-
ctionis prælatæ omnia requisita interuenisse, vt in his
terminis dictum fuit *in Toletana dismembrationis 20.*
Decembris 1619. §. tum etiam quia, & seq. & 6. Apri-
lis 1620. §. nec obstat coram Remboldo, & tradit Add.
ad Buratt. decis. 857. num. 13.

Obseruantia desumitur ex quo omnes prouisiones,
quę hodie exhibentur, fuerunt factæ à Lingua Portu-
galliæ, non autem à Commendatario de Mouramor-
ta, quæ propterea ostendunt dismembrationem, &
nouam erectionem fuisse effectum sortitas, cum alias
data nullitate dismembrationis Ecclesia Sancti Iacobi
remansisset Beneficium dependens a dicta Commenda
de Mouramorta & per consequens collatio spectasset
ad eius Commendatarium, non autem ad Linguam,
vt expresse cauetur *in Statut. Relig. cap. 59. vbi supra de*
10 *Commend.* ibi, *e Commendatori nelle loro Commen-*
de hanno la prouisione, ò presentatione de Beneficij Ec-
clesiastici con cura d'Anime, ò senza dependenti dalle
loro Commende.

Vnde cum lingua non habeat Ius conferendi nisi
præsupposita validitate dismembrationis, & respecti-
uè erectionis in commendam, vtique ex Sinutitioni-
bus vsque adhuc per Linguam factis satis apertè obser-
uantia eiusdem dismembrationis elicitur, quinimmò
hanc validitatem admisit ipsemet Pintus Collitigans,
qui ab eadem Lingua Portugalliæ Ecclesiam contro-
uersam petijt, & sic deducendo Ius suum à validita-
te dismembrationis conqueri non potest si Lingua ei
denegauit adiudicationem, quià iuxtà legem nouæ
11 erectionis ordinem antianitatis seruare tenebatur,
quam legem ipse Pintus non potest amplius impugna-
re iuxta punctualem *decis. Seraph. 750. num. 1.*

Et ità vtraque &c.

MVRANA CONGRVÆ.

Lunæ 19. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Declaratoria post intimationem personalem factam de literis executorialibus, & seruationem quatuor terminorum seruari solitorum de stylo denegari non potest. Damnatus ad quantitatem præstandam non bene parere dicitur literis executorialibus nisi per actualem traditionem quantitatis. Exceptio respiciens iniustitiam sententiæ retardare non potest paritionem executorialibus debitam.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria venit concedenda post personalem intimationem literarum executorialium, & seruationem quatuor terminorum seruari solitorum de stylo.*

2 *Paritio executorialibus facienda mediante solutione quantitatis in forma specifica adimpleri debet.*

3 *Exceptio respiciens iniustitiam sententiæ retardare non potest paritionem executorialibus debitam.*

DECISIO DCCXCV.

POst quam Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Muranæ
fuerat per sententiam rotalem latam à R. P. D. meo
Bourlemont condemnatum ad præstandam congruam
Archipresbytero eiusdem Ecclesię in annuis ducatis 50
monetæ illarum partium, fuerunt successiuè expeditæ
literæ exequutoriales, quibus in partibus legitimè
præsentatis, & non docto de earum paritione dispu-
tato dubio sub die 12. *Februarij* 1663. coram me di-
ctum fuit dandam esse declaratoriam, cuius resolutio-
nis impulsu Capitulum paruit, pro terminis postmo-
dum decursis idem Capitulum denuò contumax pari-
tioni resistit, iterum placuit Dominis declaratoriam
concedere.

Cum enim condemnatio contineat solutionem
congruæ ne dum pro terminis decursis, verum etiam
In futurum decurrendis eo ipso, quod Capitulum à
dicto mense Octobris huiusmodi solutionem non iu-
stificat nullo modo dici potest paruisse mandatis rota-
1 libus, prout omninò parere tenebatur, & propterea
post intimationem personalem eidem factam de literis
exequutorialibus, & seruationem quatuor termino-
rum seruari solitorum declaratoria iuxtà stylum non
potest denegari.

Non obstat renunciatio facta per Capitulum de om-
nibus fructibus, & redditibus Parochiæ *della Camera*
ad fauorem Archipresbyteri, Nàm præterquod non
obstante dicta renunciatione idem Capitulum decimas
& alia iura Parochialia exegit, vt ex attestationibus
iuratis plurium testium *Summ. Archipresbyteri num. 1.*
Adhuc renunciatio huiusmodi suffragari non potest ad
effectum, de quo agitur; quia dum condemnatio Ca-
pituli continet prætensam solutionem annuorum du-
catorum 50. vt expressè legitur in sententia, ibi: *Ar-*
chipresbytero assignandam esse congruam, illamque ta-
xandam ad annuos ducatos 50. monetæ illarum partium
liberam, & immunem, prout assignamus, & taxamus
percipiendam ex fructibus, decimis, & emolumentis
2 *massæ communis dictæ Cathedralis, & à dicto Capitulo*
annuatim præstandam, & soluendam summario Archipre-
sbyteri antiqua positionis num. 1. vtiq. vera paritio con-
tinere debet factum positiuum, nempè actualem tradi-
tionem quantitatis.

Neque releuat prætensio Capituli, quod ex fructi-
bus, & redditibus Ecclesiæ S. Nicolai non teneatur
3 tradere congruā Archipresbytero sub prætextu, quod
hæc Ecclesia sit vnita Mensæ Capitulari, quatenus
enim hoc deducitur ad effectum reducendi quantita-
tem einsdem congruæ iam taxatam in sententia hoc
non est præsentis inspectionis, quia cum respiciat sen-

tentiæ

tentiæ iniustitiam, non potest interim Capitulum ex hoc capite excusari ex allegatis *in Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 12. Decembris 1659. §. si quidem coram R.P.D. meo Verospia*.

Et ità fuit resolutum dandam esse declaratoriam nisi infra mensem vtraque &c.

ÆSINA FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Substitutus per fideicommissariam quæ in se continet vulgarem subintrat in locum gradus caducati perindè ac si immediatè primo hæredi fuisset substitutus. conie cturæ admittuntur ad inducendum reciprocum fideicommissum de linea ad lineam, & si deficiant vulgata tria requisita quod scilicet omnes fuerint vocati, substitutio fuerit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi existentia, & purificatio desumitur ex verbis testamenti.*

2 *Substitutio vulgaris sub fideicommissaria continetur.*

3 *Substitutus per fideicommissariam ex vi vulgaris in ea contenta subintranda in locum prædefuncti, censetur, ac si immediatè primo hæredi fuisset substitutus.*

4 *Fideicommissum reciprocum de linea ad lineam non inducitur, nisi omnes fuerint vocati, substitutio fuerit facta vltimo morienti, & de tota hæreditate.*

5 *Fideicommissum reciprocum inducitur per coniecturas etiamsi dicta requisita non concurrant.*

6 *Coniecturæ apta reputantur ad inducendam reciprocam inter vocatos constitutio primogenituræ, contemplatio agnationis, & alienationis prohibitio.*

7 *Verba in rem prolata à testatore important fideicommissum reale.*

8 *Linea tanquam nomen collectiuum omnes descendentes amplectitur.*

DECISIO DCCXCVI.

IVlius de Amicis in Testamento condito anno 1591. constituit perpetuam primogenituram in prædio, seù Villa nuncupata *di Fellanica*, quam reliquit Alexandro fratri, ordinando tres substitutiones, primam ad fauorem eius primogeniti masculi, & descendentium masculorum in infinitum, alteram ad fauorem Petri Simonis filij Claricis sororis eiusdem fideicommittẽtis, & Thomæ de Ghislerijs coniugum cum hoc, quod sumere deberet cognomen, & arma.

In tertia vocauit secundo genitum ex Angelo altero filio dictorum Claricis, & Thomæ casu quo dictus Petrus Simon deficeret sine filijs, & pariter iniungendo onus reassumendi cognomen domus de Amicis, & successiuè idem testator subdit, ibi: *In caso, che per mancamento di linea, non si potesse effettuare il sopradetto fidecommisso di Fellonica, e sua Villa vada alla Santissima Casa di Loreto.*

Quià verò primo loco defecit linea Alexandri per obitum Francisci filij sine filijs, & pariter obijt Petrus Simon absque filijs, hinc ad instantiam Antonij secundo geniti ex Angelo quæsitum fuit 4. Iulij 1635. *coram bo. me. Hieronymo Verospia.* An constaret de fideicommisso ad eius fauorem, & affirmatiua prodijt resolutio, quæ cum lite pendente obierit relicto altero Antonio ex Angelo filio prædefuncto nepote, iste prosequendo disputationem tam contra hæredes Francisci filij Alexandri, quam etiam contra Almam domum Lauretanam prætendentem ad eius fauorem fuisse purificatum fideicommissum, obtinuit disputari dubium An sit standum, vel recedendum à decisis, vel potius fideicommissum sit purificatum ad fauorem Almæ Domus, & pro eodem Antonio informante resolutum fuit.

Etenim quoad primam partem dubij subsistunt fun-
1 damenta decisionis; Quià fideicommissum fauore secundo geniti ex Clarice desumitur ex verbis Testamenti, ibi: *Et in caso, che il detto Signor Pietro Simone mancasse senza figli, voglio sij del secondo genito del Signor Angelo suo fratello carnale purche egli lasci il cognome de Ghislieri, e si chiami dell' Amici*, non obstante quod Petrus Simon decesserit ante obitum filiorum Alexandri primo loco substitutorum; Quià licèt fuerit caducatus gradus Petri Simonis per eius prædecessum non tamen defecit conditio substitutionis ad fa-
2 uorem filiorum Angeli; Nàm ex vi vulgaris, quæ sub fideicommissaria continetur *Bart. in l. Centurio, nu. 32. ff. de vulg.* Subintrando in locum Petri Simonis pe-
3 rinde censetur, ac si immediatè filij Alexandri fuerint substituti idem *Bart. in l. quandiu 68. num. 10. vers. Item facit ff. de acquir. hæred. Gratian. discep. forens. cap. 65. numer. 21. & seqq. Rota decis. 201. num. 10. & seqq. part. 8. recentior. interamen. fideicommissi 26. Februarij 1654. §. Quoad existentiam in fine coram R.P. D. meo Beuilaqua cum alys relatis in decisione, §. Et quidem.*

Neque dubitari potest quin onus fideicommissi iniunctum omnibus de linea Alexandri fuerit repetitum ad fauorem substitutorum in sequentibus gradibus;
4 Quamuis enim explicitè non concurrant omnia requisita ad inducendum fideicommissum reciprocum de linea ad lineam, quod omnes fuerint vocati substitutio sit facta vltimo morienti, & de tota hæreditate, vt tradunt DD. *in leg. hæredes mei 57. §. Cum ità, ff. ad Senat. Consul. Trebell.* Plures tamen in proposito concurrunt
5 coniecturæ, quæ ad inducendam reciprocam admittuntur etiamsi prædicta requisita non concurrant, vt dixit, *Rota coram Merlin. decis. 326. nu. 16. Terracinen. fideicommissi de Pilorcys 13. May 1648. coram Reuerendissimo Ghislerio Episcopo Imolen. confirmata coram Eminentissimo Card. Ottobono decis. 177. per tot. cum allegatis in Bononien. bonorum 27. Ianuarij 1662. coram R.P.D. meo Albergato.*

Ex coniecturis, quæ singulariter recensentur in de-
6 cisione vltra Constitutionem primogenituræ de sui natura successiuæ contemplationem agnationis veræ, & fictæ, & digressum ad plures gradus substitutionum præcipuè placuit Dominis prohibitio alienationis per testatorem facta de prædio controuerso addita ratione per eum expressa, ibi: *Perche io voglio, che quella Villa possessione sopradetta perpetuamente sij primogenitura di vno di Casa de gli Amici, &c. e non potendo nelli maschi trascenda nella linea feminina, come hò detto di sopra.* Hæc enim ratio plurimum deseruit ad inducendam reciprocam, ne aliàs contra mentem Testatoris prædium exear de illius familia vera, vel ficta, cui voluit particulariter prospicere *Rot. decis. 284. num. 23. & seqq. part. 6. rec. & dictum fuit in Romana fideicommissi de Maximis 24. Martij 1659. coram R.P.D. meo Beuilaqua, §. Quod facilius.*

Ponderando etiam verba præfatæ dispositionis fuis-
7 se directa, ibi: *Perche voglio, che quella Villa, &c.* quæ videntur inducere fideicommissum reale, & sic bona censentur obnoxia restitutioni ad fauorem omnium substitutorum itavt alter alteri restituere teneatur, vt in *Rauennaten. fideicommissi 11. Februar. 1661. coram R.P.D. meo Priolo, §. Maximè cum testator.*

Quo verò ad secundam partem dubij dictum fuit non dum esse purificatum fideicommissum ad fauorẽ Almæ Domus quià cùm prætendat desumere eius vocationem ex verbis superius recensitis, ibi: *In caso, che per mancamento di linea non si potesse effettuare il sopradetto fideicommisso, &c. vada alla Santa Casa di Loreto*, sufficit pro nunc respondere hunc casum non euenisse;

Quià

Quià per existentiam Antonij linea secundogeniti, ex Angelo non dicitur adhuc defecta, cum linea tamquà
8 nomen collectiuum omnes descendentes complectantur ad tradita per *Peregin. de fideicom. art. 22. num. 24. Rot. decis. 97. num. 8. part. 7. recent.*

Et ità altera, &c.

MOGVNTINA CANONICATVS.

Lunæ 26. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Beneficia promoti ad Episcopatum vacant nisi adsit indultum Apostolicum illam retinendi per quod promotus eadem retinere valet absq; tituli innouatione, & beneficia non vacant nisi per illius obitum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia omnia promoti ad Episcopatū de iure vacant.*
2 *Limita tamen stante indulto retentionis præuentiuè concesso à Summo Pontifice.*
3 *Beneficia promoti ad Episcopatum non attento indulto retinendi, remanent reseruata Sedi Apostolicæ.*
4 *Indultum retinendi beneficia ad fauorem promoti ad Episcopatū impedit vacationem, & efficit, vt promotus absq; innouatione tituli, retineat beneficiū vt prius, quod non vacat, nisi per illius obitum naturalem.*
5 *Reseruatio inducta per extrauag. ad regimen de Prabend. fundatur super promotione, & operatur quod omnia beneueficia promoti vacent, & sint Sed. Apostolicæ reseruata.*
6 *Beneficia promoti, cui concessa fuit retentio, remanent quidem reseruata, vt prius; sed non vacant, nisi per mortem naturalem promoti.*
7 *Indultum retinendi concessum promoto post secutam vacationem per promotionem, non tollit præcedentem vacationem sed solum suspendit effectum vsque ad obitum, quo succedente prouisio fit, vti de vacante per promotionem.*
8 *Secus autem dicendum est quando indultum fuit concessum ante secutam vacationem.*
9 *Beneficia promoti ad Episcopatum prouidenter tanquā vacantia per obitum attenta gratia retentionis concessa ante promotionem.*
10 *Clausula, Siuè præmisso, siuè alio quouis modo vacet, requirit iustificationem saltem desuper illius modi narrati, & alius desumi non potest.*

DECISIO DCCXCVII.

AD Episcopatum Vuormatiæ promoto Vgone Euerardo Cratz Sanctissimus D.N. eidem concessit facultatem retinendi Canonicatum, quem tunc temporis obtinebat in Ecclesia Moguntina cuius facultatis vigore illum retinuit vsque ad eius obitum sequutum de mense Martij 1663. Cùm autem Philippus Federicus illum impetrauerit à Sede Apostolica vti vacantem per promotionem ad Episcopatum, dubitaui an eius litteræ Apostolicæ sint exequendæ, & Rota censuit illas non esse exequendas;

Etenim non videntur iustificatæ in ea parte, in qua narratum fuit Canonicatum, de quo agitur vacasse per promotionem Vgonis ad Ecclesiam Vuormatien.
1 Quià licèt de iure omnia beneficia promoti ad Episcopatum vacent *cap. cum in cunctis, §. Primo de elect.* Cessat
2 tamen vacatio ex indulto retentionis præuentiuè illi concesso, vbi Summus Pontifex expressè decreuit Canonicatum huiusmodi per promotionem non vacare *Summ. Ioannis Luce, num. 1.*

Non obstat, quod beneficia promoti ad Episcopatū
3 non attento indulto retinendi semper remaneant Sedi Apostolicæ reseruata per *Extrauag. ad regimen de prabend. §. Rursus Monasteria.*

Quià dixerunt Domini aliud esse beneficium vacare per promotionem, & aliud beneficium esse reseruatum. Reseruatio enim est certa, & incontro[...]ibilis, sed non inde certa est vacatio per promotionem quoties Papa, vt hic, præuentiuè concessit indultum reti-
4 nendi: Illud enim impedit vacationem, quæ alias per subsequentem promotionem induceretur, & operatur, vt promotus absque innouatione tituli, & absque noua collatione, & possessione beneficium, vt prius retineat quod non prius vacat, quàm sucæ[...] per eius mortem naturalem, vt optimè responsum. *Rota coram Pen. decisa 17. num. 13. & seqq. & in Cusentina beneficij 18. Iunij 1631. coram bo. me. Dunozetto.*

Reseruatio autem inducta per *d. Extrauag.* non fun-
5 datur super vacatione, sed super promotione, & efficit, quod omnia beneficia, quæ obtinebat promotus tempore promotionis Sedi Apostolicæ reseruata sint siuè tunc vacantia, siuè in futurum vacatura, iuxtà literalem dispositionē.

Authoritates verò allegatæ ab informantibus pro Philippo casui nostro non contradicunt neque applicantur, nàm *Simonett. de reser. qu. 27. Cassad. decis. 3. de consuet. Mandos. ad reg. primam Cancell. quæst. 15. num. 7.*
6 & alij nihil aliud firmant nisi quod beneficia promoti, cui concessa fuit retentio, remaneant reseruata, vt prius quod non controuertitur, sed non inde sequitur, nec ipsi voluerunt, quod vacaret per promotionem, Inimò expressis verbis præsupponunt vacationem per mortē, *vt Simonett. d. quæst. 27. num. 5. 101: Deinde moretur in partibus, &* ibi: *Quocunque tempore fiat vacatura Cassador.* ibi: *Nam quomodocunque postea vacent censentur reseruata etiamsi per obitum d. dec. [...]. de consuet.*

Alij autem, qui voluerunt vacare per promotionem
7 loquuntur, & intelligendi sunt duntaxat in casu, quo retentio concessa fuisset post sequutam vacationem per promotionem, Tunc enim gratia retentionis ipsam præcedentem vacationem non tollit, sed solummodo suspendit eius effectum vsque ad obitum, quo succedente prouisio fit vti de vacante per promotionem,
8 cùm illa vacatio nunquam fuerit consumpta; Secùs autem est quando retentio conceditur ante sequutam vacationem; Nam hoc casu per gratiam ipsius retentionis impeditur, & excluditur vacatio ob promotionem, solumque prorogatur reseruatio, seù effectus re-
9 seruationis ad mortem ipsius promoti, & tunc vacatio succedit per mortem, & prouisio fit vti de vacante per obitum, vt distinguendo declarat *Barbos. allegatus pro Philippo vot. dec. f. 28 sub num. 13. vers. Quod tunc demum ego intell gebam.*

Neque Philippo suffragari potest clausula, *Siuè præ-*
10 *misso, siuè alio quouis modo vacet,* Quià requirit iustificationem, saltèm de facto illius modi dispositionē Papæ narrati per promotionem, qua iustificatione cessante alius modus desumi non valet iuxtà *decis. Coccin. 139. nu. 9.* Tantoque minus in proposito sumi potest vacatio per obitum, cum particulariter à Sanctissimo excepta fuerit, ibi: *Dummodo Canonicatus, & prabenda huiusmodi non vacet per obitum.*

Et ità vtraque, &c.

CARPENTORATEN. BONORVM.

Veneris 30. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Reintegratio denegari non solet constito de præcedenti possessione Actoris, & præsenti possessione Rei vbi Iudex nulliter, & iniustè processit, dicitur autem Iudex nulliter, & iniustè processisse, quando absque præcedente citatione pro certa die sententiam protulit, in qua condemnauit leuis delicti Reum in pœnam exilij, & confiscationis bonorum, pœna enim confiscationis hodiè non nisi pro maximis criminibus irrogatur, immo semper cessat vbi delinquens extraordinaria pœna punitur. SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possessio præcedens delinquentis probatur ex instrumento possessionis adepta per fiscum de bonis eiusdem tanquam delinquentis.*

2 *Possessio probatur ex subhastatione.*

3 *Reintegratio denegari non solet probata præcedenti possessione Actoris, & præsenti Rei, vbi Iudex nulliter, & iniustè processit.*

4 *Citatio ad sententiam fieri debet specialiter, & pro certa die itaut generalis, & incerta non sufficiat, alias sententia est nulla.*

5 *Confiscatio bonorum hodiè non fit nisi pro maximis criminibus, itaut pro delicto illati vulneris absque morte, & membri alicuius mutilatione irrogari non possit.*

6 *Confiscatio bonorum non intrat, vbi delinquens extraordinaria pœna punitur.*

7 *Sententia nulla, & iniusta numquam transit in iudicatū.*

8 *Acta facta in causa criminali, non veniunt transportanda in Iudicio ciuili.*

DECISIO DCCXCVIII.

Antonius Iean criminaliter inquisitus ex eo, quod ictu Sclopi Venatorij percusserit Dionisium fuit per Iudicem Bedoini in contumaciam condemnatus in pœnam Exilij, & confiscationis bonorum. Quià verò idem Antonius habito recursu ad Sacram Congregationem super Stat. Auenionen. obtinuit absolutionem respectu pœnæ Exilij, & successiuè ab Eminentissimo D. Cardinali Chisio Legato reintegrationem ad bona per eius sententiam diffinitiuam; Ideò commissa causa appellationis in Rota dubitaui an sit danda reintegratio, & affirmatiuè Domini responderunt.

Probantur enim extrema in hoc Iudicio requisita;
1 Nàm præcedens possessio Antonij desumitur ex instrumento possessionis adeptæ per fiscum tanquam de bonis ipsius delinquentis *Eminentissimi D. Card. Ottobon decis. 137. num. 3.* Et recens possessio fisci, & aliorum ab eo causam habentium resultat ex subhastatione
2 *Mer in dec. s. 168 num 10.* Quibus concurrentibus vbi Iudex prout hic, nulliter, & iniustè processit, non solet
3 reintegratio denegari ex allegatis *in Romana domus 13 Ianuary 1662. §. Ex instrumento cum seqq. coram R. P. D. meo Albergato.*

Nullitas videtur clara, quià sententia fuit lata nulla præcedente citatione ad sententiam, quæ specialiter
4 pro certa die requiritur itant generalis, & incerta non sufficiat, vt tradit *Vermigl. cons. 127. num. 1.* & dixit, *Rota dec. s. 113. num. 4. post secundum vol. cons. Farin.*

Iniustitia vero desumitur ex quo delictum Antonij propter leue vulnus Dionisio illatum absque morte, vel alicuius membri mutilatione non fuit tale, quod pœnam confiscationis bonorum vindicaret, quæ hodie non irrogatur nisi pro maximis criminibus vt alijs alleg. testatur *Peregrin de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. numer. 8.*
5 *& seqq.* Inmò cum fuerit condemnatus in pœnam exilij cessabat omnis confiscatio, quæ non intrat quan-
6 do delinquens pœna extraordinaria punitur, vt per *Bald. in l. vnic. C. fine iussu Princip.* consuluit *Vermigl. cons. 108. num. 5. Farinace. cons. 185. num. 71. lib. 2. Toudut. quæst. ciuil. cap. 20. num. 10.*

Neque dicatur, quod Antonius non sit audiendus post lapsum terminum vnius anni præfixum in dicta sententia contumaciali: quia cum ex prædictis senten-
7 tia detegatur nulla, & iniusta nunquam potuit transire in iudicatum, *Farin. d. cons. 185. nu. 71. vers. quare eum in casu non permisso.*

Sicut etiam non releuat defectus transportationis actorum in partibus factorum num sufficit respondere, quod dd. acta tanquam criminalia non pertinent ad hanc causam, quæ ciuilis tantum in Rota est com-missa; acta enim indicij criminalis cum dicantur fa-
8 cta in diuersa causa, & inter diuersas personas, nempè cum Procuratore fiscali non sunt transportanda in iudicio ciuili *Rota decis. 58. num. 2. in fine p. 3. recent. & in Romana Camby 8 Martij 1652. §. quod vero in princ. coram me.*

Et Ità vnica tantum &c.

BARCHINONEN. PAROCHIALIS
Veneris 30. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causis beneficialibus vt concedatur non solum requiritur releuantia materiæ articulatæ, sed etiam fumus veritatis, hæc autem requisita deficere dicuntur, quotiescumque articuli super quibus petitur Remissoria tendunt ad faciendam tantummodo probationem in genere aduersus speciales probationes, quibus in concursu magis est deferendum. Testes extraiudicialiter examinati, & absque citatione partis admittuntur ad probandum fumum veritatis, & ad alium quoque excludendum, sicuti etiam sufficienter probant, vbi agitur de repellendo aspirante ad Parochialem in concursu alterius nullam exceptionem habentis, secus si de priuando aliquem beneficio iam obtento ageretur.

SVMMARIVM.

1 *Probationes speciales in concursu cum generalibus magis attenduntur.*

2 *Fumus veritatis excluditur contrarijs probationibus.*

3 *Remissoria non conceditur in causis beneficialibus, nisi cum releuantia materiæ articulatæ concurrat etiam fumus veritatis.*

4 *Testes extraiudicialiter & absque partis citatione bene admittuntur ad probandum fumum veritatis, aut illum excludendum ad effectum remissoria concedenda, vel deneganda.*

5 *Probationes leuiores, imo attestationes extraiudiciales admittuntur vbi agitur de excludendo aspirante ad beneficium in concursu alterius exceptiones non habentis. secus si ageretur de ipso priuando beneficio iam obtento.*

DECISIO DCCXCIX.

Domini confirmando decisionem editam 26. Maij 1664. coram me iterum denegarunt remissoriam Seguer quia cum articuli tendant ad probandam illius bonam famam in genere, nimis vrget contraria probatio specifica desumpta ex quindecim testibus relatis
1 *in Summ. Francisc. num. 1.* Hinc enim aut materia articulata videtur irreleuans, quia in concursu magis speciales, probationes attenduntur, vt probat *Roman. cons. 167. num. 10. cum* allegatis in alia decisione *§. Articuli omnes*, & sic non debet admitti probatio, quæ non esset profutura *l. ad probationem ff. de probat gloss. in cap. cum contingat verb. nihil ff. de leg.*

Aut saltè ex dd. Testibus tollitur fumus veritatis, qui
2 contrarijs probationibus excluditur *Burati. decis. 23 num. 8. & decis. 273. num. 6.* & in beneficialibus vltra re-
3 leuantiam materiæ ad effectum remissoriæ omnino requiritur *Rota coram Coccino decis. 165. num. 6. & in Gerunden. Parochialis 1. April. 1661. §. in quam Domini coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quod Testes præfati nullum gradum probationis constituant tanquā extraiudicialiter examinati absque partis citatione. Vltra quod enim ad effectum de quo agitur huiusmodi probationes extra-
4 iudiciales sufficiant, quæ sicut admittuntur ad probādum fumum, ità etiam ad illius exclusionem debent admitti, vt remissoria denegetur, vt dictum fuit in *Placentina bonorum 4. Iunij 1655. §. Et quamuis replicetur coram me.*

Adhuc

Adhuc ſubſiſtit reſponſio aliàs data, quod ſcilicèt
cùm non agatur de priuando Seguer beneficio, ſed ſo-
lum de illum repellendo à Parochiali obtinenda in
concurſu alterius nullam exceptionem habentis, vtiq;
non exiguntur plenæ probationes, ſed quidem leuio-
5 res ſufficiunt, quinimò atteſtationes extraiudicia-
les admittuntur iuxtà diſtinctionem relatam *in Cala-
guritana beneficij de Bilbao 25. Maij 1656. in princi-
pio coram bon. mem. Bichio, & 18. Iunij 1657. §. Nec
dicatur verſ. Secus autem quando coram* R. *P. D. meo Be-
uilaqua cum relatis in præterita deciſio ne, §. Et cum non
non agatur.*

Et ità vtraque, &c.

TOLETANA, SEV NVLLIVS IVRISDICTIONIS

Veneris 6. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in materia graui, quando in partibus nullæ ſunt factæ probationes, & materia articulata eſt releuans, nunquam denegatur, maximè in prophanis, vbi conceditur etiam ſine fumo: & quando concedatur ad retardandum ſummariſſimum poſſeſſorium.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prophanis conceditur ſine fumo, quando materia articulata ſit releuans.*

2 *Obſeruantia minuit fidem ſcripturis.*

3 *Fides ſcripturarum per obſeruantiam augetur.*

4 *Remiſſoria non conceditur ad retardandum ſummariſſimum poſſeſſorium manutentionis.*

5 *Poſſeſſio in his, quæ à libera facultate pendent, non acquiritur, niſi conſtito de acquieſcentia.*

6 *Materia articulata ſi per ſcripturas probari poteſt, non eſt locus remiſſoria.*

7 *Articulus vnicus ſufficit, quod nō probetur per ſcripturas vt ſuper omnibus remiſſoria concedi debeat, & vltra ea quæ probari poſſunt per ſcripturas, teſtes deponant de publica voce, & fama.*

DECISIO DCCC.

IN Decreto Regij Conſilij Ordinum confirmato in forma ſpecifica per Sereniſſimum Magnum Magiſtrū Hiſpaniarum Regem occaſione Viſitationis Conuentus de Veles Ordinis S. Iacobi de Spata inter cætera Sancitum fuit, quod non admittantur in poſterum in Conuentu prætendentes habitum niſi in primis, & ante omnia perſonaliter compareant in dicto Conſilio, & ibi, examinentur, & approbentur, quodque ex approbatis Capitulum dicti Conuentus eligat eos, qui magis conuenientes, & idonei viſi fuerint, ſed prætendentes Prior, & Conuentus ex huiuſmodi Decreto fuiſſe priuatos poſſeſſione, ac libera facultate examinandi, & ad libitum admittendi Religioſos ad habitum, interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa ſubſcripſi dubium an eiſdem Priori, & Conuentui ſit dandum mandatum de manutenendo; Cùm autem pro parte Procuratoris Fiſcalis Regij Conſilij Ordinum fuerint producti in actis articuli ad probandum in partibus materias articulatas ſubſcripſi aliud dubium an ſit danda remiſſoria, & propoſito in hac Rota vtroq; dubio, Domini quoad illud ſuper manutentione dixerunt, quod videatur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, quo verò ad aliud ſuper remiſſoria affirmatiuè reſponderunt.

Quià cùm agatur de cauſa graui, in qua nullæ ſunt
1 factæ probationes in partibus, & materia articulata
ſit releuans etiam ſine fumo, qui non riquiritur in
prophanis remiſſoria non ſolet denegari, *Rota dec. 259
num. 2. part. 9. cum alijs in Auenionen. fideicommiſſi 26.
Maij 1662. § Statim coram me*

Releuantia deſumitur ex eo, quod probationes tendunt ad oſtendendam, ac iuſtificandam iuſtitiam dicti
Decreti, quod licèt impugnetur, prætextu antiquæ
ſententiæ arbitramentalis confirmatę auctoritate Apo-
ſtolica, attamen probari intenditur Sereniſsimum Ma-
gnum Magiſtrum, eiuſque conſilium alias promulgaſ-
ſe conſimiles reformationes, & decreta, illaque fuiſſe
ſeruata etiam in Conuentu de Veles, præcipuè cum
decretum, de quo agitur emanaſſe dicatur ad euitan-
dos abuſus, & corruptelas, quæ ob ignorantiam pro-
feſſorum emerſerant, quæ probationes multum confer-
re videntur ad oſtendendam dictæ ſententiæ arbitra-
2 mentalis inobſeruantiam, quæ ſolet minuere fidem
3 ſcripturis, quemadmodum à contrario ſenſu per ob-
ſeruantiam augetur *Cephal. conſ. 441. num. 106. & ſeqq.
vol. 3. Rota deciſ. 703. num. 8. par. 2. recen. & coram Emi-
nentiſs. D. Card. Otthob. deciſ. 40. num. 22. & 23.*

Non obſtat, quod Prior, & Conuentus poſt dictam
ſententiam ſemper extiterint in poſſeſſione liberè re-
cipiendi Nouitios, & ideò ſicut in hac libera receptio-
4 ne eſſent manutenendi, ità quoque denegari debeat re-
miſſoria, quæ non conceditur ad retardandum ſumma-
riſſimum poſſeſſorium manutentionis ex allegatis in
Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram me.

Etenim huiuſmodi poſſeſsio hodie non videbatur
tam clara, vt poſſet impedire petitam remiſſoriam,
cùm potius ob varias difficultates ſuper dubio manu-
tentionis fuerit dilata reſolutio, & ſignanter animad-
uerſum fuit, quod ſententia arbitramentalis, in qua po-
tiſſimè ſe fundant Prior, & Conuentus loquitur de ad-
miſſione Nouitiorum, non tamen diſponit de exami-
ne, ad quod præſens difficultas reſtringitur, & vlterius
cùm ex Bulla Iulij Secundi fuerit tributa Magno Magi-
ſtro facultas exercendi omnimodam ſuperioritatem, &
correctionem in temporalibus per ſe ipſum, & in ſpi-
5 ritualibus per aliquam perſonam ab ipſo eligendam,
non ex eo, quod vſus non fuerit facultate examinandi
admittendos ad ordinem antequam reciperentur, &
paſſus fuerit, quod liberè admitterentur à Priore vide-
tur acquiſita eidem Priori aliqua quaſi poſſeſſio ma-
nutenibilis ſuper iure negatiuo contra Magnum Ma-
giſtrum, in his enim, quæ à mera facultate dependent
non acquiritur poſſeſſio, aut non vſus in contrarium
niſi conſtito de probatione, & acquieſcentia ad tradita
per *Poſth. de manut. obſeru. 53. num. 13. & ſeqq. Rota poſt
eundem deciſ. 186. num. 7. & ſeqq. Add. ad Greg. dec 162.
ſub num. 15. lit. C. Card. Caual. deciſ. 286. num. 1. & de-
ciſ. 473. num. 1. part. 3. recent.* licet de prædictis plenè
agendum ſit in diſcuſſione negocij principalis.

Nèc etiàm releuat, quod materia articulata probari
6 poſſit per ſcripturas; Ideoque non veniat concedenda
remiſſoria ad probandum per Teſtes; Tùm quià non
omnes articuli probari poſſunt per ſcripturas, & ſuf-
7 ficit vnus, vt ſuper omnibus remiſſoria concedatur
Greg. deciſ. 124. num. 3. Tùm etiàm quià ſufficit, quod
vltra ea, quæ poſſunt probari per ſcripturas deponere
valeant de publica voce, & fama, vt dixit, *Rota coram
Eminentiſs. D. Card. Otthob. deciſ. 82. num. 9. & ſeqq.*

Et ità vtraque Parte informante, &c.

ÆSINA CENSVS.

Ven. 27. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Venditore non tradente ſcripturas crediti venditi iuxtà promiſſionem factam, competit emptori retentio pretij, donec illæ tradantur; Nec poſſunt per venditorem ſub prætextu retardatæ ſolutionis fructus prætendi, cum hi tamquam ſorti acceſſorij non debeantur ipſa non debita, & mora ceſſante; In moram autem nequit emptorem conſtituere venditor, qui ex parte ſua contractum non adimpleuit per traditionem ſcripturarū, quæ licet promiſſę non fuerint ad diem certam, attamē

de natura contractus præstandæ sunt, ità, vt ipsis non exhibitis, non dicatur venditor rem venditam tradidisse. Mora non incurritur ab eo, qui potest aliqua exceptione iuuari. In concursu moræ venditoris non adimplentis, & emptoris non soluentis, attendenda est mora venditoris, qui prius contractum adimplerè tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *Emptor non potest ad solutionem cogi, nisi prius venditor pro sui parte promissa adimpleuerit.*

2 *Fructus tamquam sorti accessorij deberi non possunt, vbi sors ipsa non debetur.*

3 *Interesse non debetur cessante mora.*

4 *Mora non incurritur per emptorem vbi venditor ex parte sua contractum non adimplenit.*

5 *Exceptio non implementi ex parte venditoris ab emptore opposita post moram incursum ipsum non adiuuat.*

6 *Conditio apposita in contractu ad fauorem vnius non debet in eius odium retorqueri.*

5 *Scriptura necessaria pro iustificatione, & exactione crediti venditi ex natura contractus debens per venditorem emptori exhiberi, aliàs non dicitur venditor rem venditam tradidisse.*

8 *Mora non incurritur ab eo, qui potest aliqua exceptione iuuari.*

9 *Mora venditoris non adimplentis concurrente cum mora emptoris non soluentis, illa venditoris attendi debet, qui prius contractum adimplere tenebatur.*

DECISIO DCCCI.

Marchio Franciscus de Flaschis nomine D. Margharitæ Gabriellіæ eius vxoris vendidit Adriano, & fratribus de Honoratis omnia credita, quæ eadem D. Margharita habebat in hæreditate q. Francisci de Amicis eius primi viri pretio scutorum 10500, nempè scuta 6000. pro Dote scut. 2000. pro Legatis scuta 392. pro pretio Bellugrum scut. 1000. pro expensis funerum, & reliqua scut. 1108. pro vsufructu eidem relicto ijdemque emptores ad computum pretij soluerunt scut. 3000. tempore contractus, & pro residuo promiserunt exbursare quolibet anno scut. 2000. cùm hoc, quod vltima solutio esse deberet 24. Iunij 1658. in summa scut. 1500. At quià hanc vltimam partitam tempore conuento non persoluerunt, & proinde DD. de Flaschis hæredes Marchionis Francisci prætendebant ex hac omissa solutione non fuisse extinctum censum scut. 1000. quo hæreditas eiusdem Amici grauata reperiebatur; Ideò petierunt relaxari mandatum tam pro residuo sortis, quam etiam pro fructibus Census scut. 1000. loco damnorum, & interesse, & proposito dubio 16. Iunij 1664. coram me ad eorum fauorem emanauit resolutio à qua tamen hodie Domini recedendum esse putarunt.

Etenim quoad residuum pretij, quod detractis solutionibus factis per Honoratos, de quibus constat in *Summ. num.* 5. remanet in scut. 825. visum fuit non posse relaxari mandatum aliquod, cum emptoribus competat exceptio non implementi contra Marchionem venditorem; Iste enim vendendo credita vxoris discretiuè, & secundum eorum species illa distinxit, & singula appretiauit, & inter cætera cessit creditum pro expensis funerum pretio scutorum mille, pro cuius iustificatione in specie promisit omni tempore ad simplicem requisitionem emptorum consignare scripturas authenticas, & legales; Vnde cum nunquam ipse, nec eius hæredes scripturas tradiderint licitè possunt
1 Honorati retinere pretium, quia emptor non potest ad solutionem cogi nisi prius venditor adimpleuerit promissa pro parte sua, *Text. in l. Iulianus, §. Offerri, ff. de action. empt. Surd. cons.* 101. *num.* 1. *cum seqq. Rota decis.* 33. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Præsertim hodie postquã venditor fuit pluries ad illas tradendas requisitus ex cumularis per *Oleam de cession. iur. tit.* 7. *quæst.* 1. *nu.* 3.

Quouerò ad fructus pari modo emptores non tenentur nedum quia interesse tanquam sorti accessoriũ
2 deberi non potest, vbi sors ipsa non debetur *l. Debitor, ff. de vsur. l. si creditriti, C. eod. tit.* sed etiàm quià defi-
3 cit mora, sine qua certum est interesse non deberi per *Text. vbi communiter Doct. in l. Lecta, ff. si cert. pet.* ven-
4 ditor enim, qui contractum ex parte sua non impleuit non potest emptorem in mora constituere ex firmatis *in Bonon. Iudaici 26. Februarij 1663. §. Secundo quia coram R. P. D. meo Emerix.*

Non obstat, quod consignationi scripturarum non fuerit adiecta certa dies, sed fuerit promissa ad requi-
5 sitionem illorum de Honoratis, qui cùm institerint solùm de anno 1650. non possint euitare moram ab ipsis iam prius incursam vsque de anno 1638. ex allegatis in decisione.

Præter quod enim ad dictam consignationem scri-
6 pturarum Marchio teneri voluit omni tempore, vt indicant clara verba instrumenti ibi: *Et sic omni tempore ad requisitionem simplicem dd. DD. Emptorum dare, & consignare scripturas*, quæ verba *ad requisitionem simplicem*, cum videantur potius adiecta fauore emptorum non debent in eorum odium retorqueri, adhuc præfata obligatio tradendi scripturas non resultat ex requisitione emptorum, sed quidem prouenit ex natura rei, & ipsius contractus; Nàm semper tenetur venditor exhibere scripturas sufficientes pro iustifica-
7 tione, & exactione crediti venditi, & donec illas exhibeat interim non dicitur rem venditam tradidisse *Olea vbi supra dicta quæst.* 1. *num.* 13. *Rota coram Pen. decis.* 634. *per tot. & decis.* 228. *num.* 4. *post Zacch. de ob ig. Cam.*

Et propterea ante illarum consignationem nulla potest in emptoribus considerari mora quamuis de anno 1658. vltimam pagam non persoluerint, quià dum poterant pretium retinere ex superius firmatis, vtique excusantur à mora, quæ non incurritur ab eo,
8 qui potest aliqua exceptione iuuari, *cap. non est in mora 60. de reg. iur in 6. l. Sciendum 21. ff. de vsur. Bardellon. cons.* 160. *num.* 6. *Menoch. cons.* 293. *sub num.* 10.

Quinimo si vterque ex contrahentibus fuisset morosus Marchio scilicet in tradendo scripturas, & Hono-
9 ratus in soluendo pretium, illa venditoris est attendẽda, qui prius contractum adimplere tenebatur per text. *in l. si & per emptorem 51. §. Quod si fundum, ff. de act. empt. Mandell. Alb. cons.* 729. *num.* 13. *cum seq. Rota coram Mohed. decis.* 1. *de pact.*

Quod autèm Honorati videantur tuti ex inuestimento facto Ferrariæ cum onere, quod scut. 2000. solui non possint nisi facta consignatione scripturarum, cessat ex eo quod Marchionissa iam de illis disposuit in opus pium, prout facere poterat iuxtà dispositionem Testatoris.

Et ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Ven. 27. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Mercatorum libri, vt pro Tertio contra Tertium probent quid requiratur; literæ cambij quando præsumantur solutæ. Actor intentionem suam, in qua se fundat probare tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *Quietantia bene probat solutionem.*

2 *Partita remanet iustificata ex actis in causa factis.*

3 *Liber mercatoris vt probet pro tertio, contra tertiũ necesse, est vt solutio per quietantiã recipientis iustificetur, & n. 9. & 10.*

4 *Ept-*

4 *Epistola recognitione carens non probat.*
5 *Verba ordinis solutionis collata in tempus futurum, solutionem non probant, nisi etiam quietantia ostendatur*
6 *Solutio considerabilis summa non est verissimile, quod fiat sine quietantia.*
7 *Literæ cambij quando præsumantur solutæ.*
8 *Instrumentum habens relationem ad aliud, non plus operatur, quam relatum.*
11 *Actor intentionem suam, in qua se fundat, probare tenetur.*

DECISIO DCCCII.

Resolutum fuit coram me sub die 24. Ianuarij 1663.
non constare de causis restitutionis in Integrum
aduersus Sententiam Reuerendissimi Ghisilerij Episco-
pi Imolen. condemnantem DD: Zeccadoros ad solutio-
nem sex partitarum, de quibus agitur, sed obtenta
per eos noua audientia, & proposita causa, fuit dila-
ta resolutio, ;vnde reproposito hodie dubio DD. dixe-
runt, reformandam esse decisionem quoad partitam
scutorum 105.

Iustificant enim Zeccadori eius partitæ solutionem
1 per productionem quietantiæ Franciscæ Busalinæ Cre-
ditricis Arduini de Taurinis *hodierno Summ: Zeccado-
ri num.* 10. factam in actis A.C. vsque de anno 1604:
quæ bene probat solutionem *Card. Seraph. decis.* 1139.
n. 2. *& in Romana pecuniaria* 24. *Nouemb.* 1659. *§. qui-
bus non aduersatur coram Reuerendiss. Papien. & in Bo-
non. pecuniaria* 20. *February* 1660. *coram eodem §. quia
satisfactio, &* 14. *February* 1661. *coram R.P.D. Beni-
luqua §. Inter alia.*

Non obstante, quod non exhibeatur receputa ori-
2 ginalis, quia quidquid sit an per fluminis inundatio-
nem præsumatur deperdita, satis de ea dicitur consta-
re ex productione, quæ vsque de Anno 1604. facta
fuit coram A.C. præsertim quod Paulo post dictam
productionem A.C. mandauit excomputari, & boni-
ficari Zeccadoris dictam partitam scut. 105. referen-
do se ad quantitatem in actis productam *eodem Summ.
num.* 11.

Quoad reliquas verò quinque partitas, confirma-
runt decisionẽ, quia subsistunt omnia in ea deducta, ete-
nim, quod attinet ad primam partitam scutorum 200.
3 compreheusam in alia scutorum 3200. non probant
Zeccadori verè fuisse solutam, siue attendatur ordo
illorum de Donis directus Fundaccio, qui non doce-
tur effectum sortitus; neque eius solutio iustificatur
per quietantiam recipientis vt opus esset ad hoc vt li-
ber Mercatoris probaret pro Tertio contra Tertium,
vt ex l. exemplo C. de probat firmauit *Rota in hac causa*
24. *February* 1644. *coram Reuerendiss. Imolen. §. quarta*
siue attendatur Epistola Isabellæ, quod cum careat re-
4 cognitione non probat, vt dictum fuit *in decisione §.
vltra quod* maxime quia talis recognitio erat omnino
necessaria, cum per Taurinos fuerit facta protestatio,
generalia contra vt in regestro Remboldi fol. 253. *& in
Summ. Taurini litera B.* tanto magis quod dicta epi-
stola importat simplicem ordinem, cuius etiam verba
hodie melius exhibita non dicunt *li quali sono pagati*
vt dictum fuit in alia decisione *§. vltra quod. li quali
m: farò pagare quanto prima d. Summ. num.* 4. vnde cum
5 fiut collata in tempus futurum, solutionem non pro-
bant, nisi successiue ostendatur quietantia, sine qua,
6 cum agatur de summa cōsiderabili non est uerisimile
quod sit facta solutio *Gregor. decis.* 188 *num.* 3. *& in re-
cent. decis.* 290. *in fine p.* 6.

Non obstat, quod Isabella sub die 12. *Decemb.* 1603
dederit ordinem Zeceadoro, vt vltra scuta 3000. sol-
ueret cui dicebat apodixa alia scuta 200. *Summ. Zecca-
dori num.* 3. & quod in executionem prædictæ epistolæ
Zeccadorus mediante Banco illorum de Donis remise-
rit hanc summam Nicolao Fundaccio ad effectum, vt
eam solueret, Isabellæ *eodem Summ. num.* 2. quodque
ipsa sub die prima Ianuarij 1604. fassa fuerit recepisse
literam cambij Fundaecio directam, vt sibi soluere-
tur *eodem Summ. num.* 4. etenim quoad dictas duas epi-
stolas subsistit responsio decisionis, quod scilicet non
fuerunt recognitæ, & hodie vlterius additur, quod
cum fuerit oppositum contra eas *generalia contra*, re-
cognitio erat omnino facienda, & quod attinet ad re-
missam factam per Zeceadorum Fundaccio mediante
banco illorum de Donis non probatur exinde facta re-
missa, neque ea deduci potest ex prima epistola, quod
vt dixi, eius verba important tempus futurum, & non
est recognita.

Neque dicatur, quod ex quo literæ non redierunt
protestatę præsumantur solutæ, quia forsan talis prę-
7 sumptio procederet si literæ prædicti cambij probatæ
fuissent acceptatæ per Fundaccium, quod hucusque
probatum non fuit.

Nec huiusmodi acceptatio potest deduci ex partitis
extractis ex libro Ciuitatis Castelli, vbi Fundaccius
erat Thesaurarius, quæ dantur *in Summ. Zecchadori
num.* 5. licet enim partita scut. 250. & altera scut. 200.
correspondeant duabus partitis extractis ex libris illo-
rum de Donis, de quibus fuit facta tracta, siue remis-
sio Fundaccio, de qua tracta fit mentio in dd. partitis
libri communitatis ibi, *compreso due lettere di remessa
di Roma di scudi* 450. tamen cum ibidem non dicatur
à quo Romæ mercatore facta fuerit huiusmodi remis-
sio, non est necessario inferendum, quod hæc fuerit illa
remissio facta a Donis, præsertim quia ibi non apparet
cui facta fuerit solutio prædicta, & sic non est inferen-
dum, quod facta fuerit dictæ Isabellæ, cum æque bene
alteri fieri potuerit.

Instrumenta de anno 1611: & de anno 1630. facta
inter Taurinos, ac Montautos talem solutionem non
probant; etenim primum datum *in Summ. præterita po-
sitionis Zeccadori num.* 2. nihil aliud continet, quam
agnitionem debiti inter ipsos diuidentes, vt dictum
8 fuit *in decis. §. non obstat.* alterum vero de anno 1630.
eodem Summ. num. 3. nihil operatur, quia cum habeat
relationẽ ad illud diuisionis celebratum de anno 1611
eo plus operari non potest ex vulgatis.

Tertia partita scutorum 40. quæ ex libro illorum de
Donis asseritur soluta Ludouico della Motta, non est
9 sufficienter iustificata cum non exibeatur quietantia,
sine qua liber mercatoris non probat pro tertio contra
tertium, *vt in decis.*

Eodemque defectu laborat alia partita scutorum 50
quæ prætenditur soluta Montautis, subsistit enim re-
sponsio decisionis *in §. responsum* quod licet Montauti
petierint à Zeccadoro hanc summam sibi mutuari non
10 ideo sequitur mutuatam fuisse, quod etiam non con-
cludunt verba, *hò dato l'ordine al banco*, quia talis or-
do non exibetur, & licet die 11. Iulij probetur facta
solutio similis summæ ipsis Montautis ex partitis li-
brorum de Donis non ostenditur tamen quietantia ad
hoc, vt dictis libris fides adhibeatur, & semper verum
est dicere, quod solutio fieri potuerit de mandato alte-
11 rius ad excludendam præsumptionem solutionis hu-
iusmodi, in qua se fundans ea omnino iustificare te-
netur tanquam fundamentum suæ intentionis *ad l.
quinquenta* 12. *ff. de probat.*

Respectu vero aliarum duarum partitarum scutorũ
16.80. & scutorum 15. nulla alia datur iustificatio, quã
ea resultans ex priuato libro Zeccadori.

Et ità vtraque &c.

ROMANA PALATII DE CAPRANICA.

Veneris 6. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Vocata ab initio tota familia cum onere restituendi posteris, & successoribus in perpetuum, censetur omnes de familia inter se reciproce substituti, & fideicommissum defertur vsque ad vltimum, maxime attenta prohibitione alienandi extra familiā concepta absque vlla restrictione ad certos casus, vel personas, & etiam stantibus verbis testamenti directis ad certa bona particularia, quo casu fideicommissum dicitur reale. Enunciatiuæ antiquæ in instrumentis emissæ æquiualent famæ, Remedium saluiani datur etiam fideicommissario particulari, pro recuperatione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum ordine successiuo vsque ad vltimum defertur.*

2 *Institutio facta certis personis de familia facit præsumere onus restituendi fuisse adiectum discretiuè inter descendentes vniuscuiusque lineæ eiusdem familiæ, non autem vt de vna in aliam fiat transitus.*

3 *Dispositio relatiua intelligi debet secundum qualitates relati.*

4 *Reciproca substitutio inter omnes de familia censetur inducta ex eo, quod testator a principio totam familiam vocauit.*

5 *Prohibitio alienationis bonorum extra familiam, non restricta ad certos casus, vel personas, ad omnes de familia extenditur, & inter ipsos reciprocum fideicommissum inducit.*

6 *Fideicommissum reale resultat ex verbis in rem directis*

7 *Fideicommissum reale fauore familiæ inductum transit inter omnes de familia, itaut alter alteri per reciprocam restitutione teneatur.*

8 *Identitas bonorum probatur ex diuisione facta inter primos hæredes, cum expressione confinium.*

9 *Tempus excedens centum annos, dicitur antiquum.*

10 *Enunciatiua in antiquis optimè probant descendentiam*

11 *Enunciatiua in antiquis æquipollent famæ.*

12 *Filiatio in antiquis probatur etiam per solam famam.*

13 *Admissio ad portionem fideicommissi probat admissum fuisse de descendentia vocatorum.*

14 *Descendentia probatur ex admissione ad actus, ad quos non potuissent admitti, nisi veri descendentes.*

15 *Admissus ad præsentandum præsumitur de descendentia patronorum.*

16 *Singula, quæ de per se non sufficerent, insimul iuncta bene probant.*

17 *Descendentia familiæ nobilis habetur pro notoria.*

18 *Filiatio iustificatur ex leuioribus probationibus vbi de ea, non agitur principaliter, sed solum incidenter ad effectum successionis.*

19 *Filiatio non est concludentissimis probationibus iustificanda, vbi nullus alius de descendentia concurrit, sed agitur cum extraneo.*

20 Remedium legis fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. *non competit ex fideicommisso ordinato in contractu donationis inter viuos, sed solum datur actio personalis.*

21 *Immissio in vim literarum apostol carum datur ad instar legis finalis.*

22 *Saluianum pro recuperatione fideicommissi datur etiam fideicommissario particulari.*

23 *Literæ apostolicæ habentes tractum successiuum fauore omnium de familia, possunt semper executioni demandari, & illarum effectus, non remanet consumptus, per admissionem primo vocatorum.*

DECISIO DCCCIII.

Loco domorum, quæ ad formam dispositionis bon. mem. Cardinalis Dominici de Capranica inseruire debebant pro habitatione scholarium Collegij ab ipso ordinati alias magis aptas a fundamentis extructis bo. mem. Angelus itidem Cardinalis de Capranica illius frater, & hæres, qui successiuè obtinuit a Sixto 4. de anno 1478. domos vt supra pro Collegio destinatas dismembrari, ac separari ab alijs bonis d. collegij cum hoc quod de cætero pertineant ad eundem Angelum Cardinalem, quoad vixerit, eoque defuncto ad illos duntaxat de sua domo, familia, & agnatione in perpetuum, iuxta prouidam dispositionem per eum faciendam; cum autem eius dispositio fuerit quod succederent pro tertia parte Nepotes ex q. Iuliano eius fratre, pro alia tertia parte filij q. Antonij descendentes ex Ioanne altero fratre, & pro reliqua tertia parte Dominicus, & Bartolomeus filij q. Agabiti pariter nepotes ex Bartolomęo fratre, & deinceps eorum posteri, & successores in perpetuum de eisdem domo, & familia iuxta formam, & tenorem literarum Sixti 4. Ideo defecta linea Ioannis, per obitum Stephani sine filijs masculis, fuit pro parte DD. Bartholomęi aliorumque descendentium, ex linea Bartholomęi senioris introductum iudicium immissionis contra Ven: Monasteriū & Moniales Sanctissimæ Purificationis super tertia parte palatij, de quo agitur ab ipsis detenta iure hæreditario illorum de Cinquinis hæredum Claudiæ, & Gentileschæ filiarum dicti Stephani de Capranica, & cumSignatura Iustitiæ præuia auocatione a quibuscumque iudicibus causam in Rota commiserit, dedi dubium an sit danda immissio, quod hodie post trinam propositionem affirmatiuè resolutum fuit.

Extrema enim necessaria ad immissionem visa fuerunt sufficienter iustificata, nam fideicommissum desumitur tam ex literis Sixti 4. quam ex dispositione dicti Cardinalis Angeli facta in executionem dd. literarum, & cum expressa relatione ad illas vbi post mortem eiusdem disponentis fuerunt vocati nepotes ex tribus fratribus, illorumque posteri, & successores

1 in perpetuum de domo, & familia de Capranica; vnde resultat perpetuum, & absolutum fideicommissum fauore familiæ, quod ordine successiuo defertur vsque ad vltimum *per text. In l. cum ita §. in fideicommisso, & in l. peto §. fratre ff. de legat. 2.*

Non obstat, quod cum fuerint institutæ certæ personæ de familia onus restituendi videatur adiectum

2 discretiue inter descendentes vnius cuiusque lineæ duntaxat, non autem vt de vna in aliam fiat transitus, *iuxta decisionem Card. Seraph. decis. 1023. num. 3. & in florentina, seu Bononien. de Barbadoris 25. Iunij 1640. S. etenim cum difficultas coram bon. mem. Coccino.*

Pro responsione enim animaduerterunt Domini, quod licet dispositio Cardinalis Angeli videatur directa ad nepotes ex tribus fratribus, eorumque descendentes, habet tamen expressam relationem ad literas Sixti 4. in quibus non certæ personæ, sed quidem tota familia de Capranica complexiue vocatur, vt ex lectura earundem literarum apparet, & propterea sicut in dispositione Cardinalis censentur de verbo ad ver-

3 bum inserta dictæ literæ cum emanauerit habita relatione ad eas, & iuxta illarum formam, & tenorem *ex firmatis in Romana fideicommissi de Maximis 11. Ianuarij 1649. S. quia vers. hinc enim vigore huius relationis coram me;* ita admissa ab initio vocatione totius

4 familiæ fideicommissum defertur vsque ad vltimum, & sic de necessitate censentur omnes de familia inter se reciproce substituti ad effectum, vt voluntas disponentis impleatur iuxta distinctionem passim à Rota receptam, vt in *decis. 193 sub num. 3. vers. enim autem non possint part. 1. decis. 580. num. 5. part. 4. decis. 467. num. 1. a part. 5. decis. 284. num. 19. part. 6. recent.* alijsque allegatis dictum

dictum fuit in *Terracinen. fideicommissi de Piloreys 15.
Maij 1648. §. 2. quia vers. quæ quidem ratio coram Reue-
rendiss. Ghisilerio Episcopo Imolen. confirmata 28. Maij
1649. coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono inter eius im-
press. decis. 177. num. 18. & 19.*

Idque comprobatur nedum quia dispositio Cardi-
5 nalis Angeli continet expressam prohibitionem alienã
di extra familiam, quæ prohibitio cum non sit restri-
cta ad certos casus, vel personas ad omnes de familia
indefinite extenditur, & inter ipsos reciprocum fidei-
commissum inducit, vt post *Bald. in l. precibus nu. 49.
C. de impuber. & alijs substit. tradit. Fusar. de substit.
quæst. 689. nu. 7. & 12. & dicit Rota in recent. decis. 284.
num. 22. part. 6. in Bononien. fideicommissi de Pantaldis
16. Februarij 1640. §. idque nedum fauore familiæ co-
ram Card. Panzirolo*, & admissum fuit *in Romana fidei-
commissi de Coronis 28. Ianuarij 1647. §. idque non solum
& §. fuit enim coram me*.

Sed etiam quia fideicommissum est reale, cum ver-
6 ba dirigantur ad domus, seu Palatium, de quo agitur
ibi *declarauit ipsum palatium permutatum remanere de-
7 bere &c.* Et propterea penes quoscunque existat eodem
onere fideicommissi remanet affectum, itaut quilibet
de familia teneatur alteri restituere iuxta *theoric. Bart.
in d. l. peto §. fratre ff. de legat. 2. Burati. decis. 897. num. 7.*
dictum fuit in *Romana fideicommissi de Donis 19. Fe-
bruarij 1663. § praeter hunc, & in firmana fideicommissi
16. Aprilis eiusdem anni §. eoque magis, coram Reueren-
dissimo Ephesino*.

De identitate Palatij, quod scilicet fuerit à Cardi-
nali Angelo possessum tempore eius obitus, & fidei-
commisso subiectum constat ex pluribus in facto de-
ductis, & signanter ex Testium depositionibus relatis
8 *in summ. Actorum num. 6.* nec non etiam ex diuisione
bonorum facta inter primos hæredes cum expressione
confinium ex *traditis per Rotam decis. 160. nu. 1. part. 5.
& decis. 96. num. 6. par. 7. recent.*

Quouero ad legitimationem personarum vbi infor-
mantes pro monasterio maiorem vim faciebant plura
concurrunt, quæ ad ipsum effectum exuberare videntur
descendentia enim D. Bartholomei, & litis consortum
ex Camillo Capranica eorum Tritauo non controuer-
titur, illa vero Camilli ex linea Bartholomei senioris,
quæ sola reuocatur in dubium probatur ex pluribus
enunciatiuis antiquis emissis in diuersis instrumentis
publicis stipulatis coram diuersis notarijs in actibus
proportionabilibus, vbi pro substantia actuum idem
Camillus enunciatur filius, & hæres q. Bartholomei
de Capranica sui patris *d. summ. impresso num. 10. 11.
9 12 & 13.* & cum versemur in antiquis ex quo plura
instrumenta excedunt centum annos *Ias. in l. cum ali-
quis num. 7. vers. sed circa ista vbi Alex. num. 5. vers. &
10 ibi tangunt C. de iur. deliber.* dictæ enunciatiuæ optime
deseruiunt ad probandam descendentiam ex allegatis
in decis. 465. num. 2. part. 9. recent.

Ea potissimum ratione, quia enunciatiuæ emissæ in
11 diuersis instrumentis antiquis æquipollent famæ *Alex.
cons. 96. num. 1. & 2. vol. 6. Mondel. Alb. cons. 64. num. 21
& 24. Rota in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 23.
Ianuarij 1649. §. tertium vero, & §. quod vtique coram
12 Pentingerio*, & vbi agitur de probanda filiatione an-
tiqua sola fama videtur sufficiens, *vt docet Fulgos. in
l. 3. nu. 12. vers. in casibus ff. de testam. Alex. cons. 88. n. 11.
lib. 7. Surd. cons. 1. num. 48. Menoch. qui alios refert de ar-
bitr. cas. 89. num. 86. Peregrin. de fideicomm. art. 43. n. 87.
vers. in antiquis Rota coram Burat. decis. 725. num. 3.*

Et vltra enunciatiuas id quoque habetur ex quinque
testibus examinatis de anno 1538. & 1539. *d. summ. n. 9*
explicite deponentibus eundem Camillum natum fuis-
se ex Bartholomeo filio q. Agabiti, & ex Constantia
de Lenis coniugibus, quorum dicta corroborantur ex
pluribus adminiculis, quæ descendentiam huiusmodi
bene concludunt, omisso enim quod Claudia, & Gen-
tilesca auctrices monialium eundem Camillum admi-
serunt pro agnato familiæ Capranicæ *d. Summ. num. 21*
plurimum facit quod Iulianus de Capranica alter ex
vocatis ad fideicommissum Cardinalis semper reco-
gnouerit Camillum pro filio Bartholomei, vt patet
13 tam ex instrumento donationis Vineæ *Summ. num. 14.*
quam etiam, & melius ex eo, quod ipse Iulianus vna
cum eodem Camillo litem instituit super immissionem
ad possessionem Palatij fideicommissarij ad effectum
excludendi filias fœminas Stephani præmortui, vt *in
14 Summ. Monasterij num. 2.* & hoc idem comprobat ipsa-
met possessio Palatij fideicommissarij, nam Camillus
semper possedit duas ex tribus portionibus alteram
nempe tanquam descendens ex Bartholomeo seniore,
& alterã, quam habuit in defectum lineæ Iuliani, & in-
super Camillus dum vixit, eoque defuncto Angelus
eius filius palatium locarunt insimul cum eisdem
Gentilesca, & Claudia *d. Summ. Actorum nu. 7. & seqq.*
ad quas portiones vtique Camillus non fuisset admis-
sus, nisi vere fuisset de descendentia alterius ex vocatis
a Cardinali Angelo, vt fere in his terminis ponderat
*Rota decis. 331. num. 7. part. 6. & decis. 255. num. 10. part.
9. recent.*

Prædictis accedit, quod Camillus fuit electus Con-
seruator Vrbis, & de anno 1538 à Conseruatoribus de-
15 putatus Nuntius ad S. M. Paulum Tertium *Summ.
num. 17.* & fuit quoque admissus ad nominationem
scholaris ad collegium Capranicen. quæ nominatio
cum vigore constitutionum eiusdem collegij fuisset
tributa Iuliano fratri Cardinalis, & Agabito q. Bar-
tholomei Antonio q. Ioannis nepotibus, eorumque
descendentibus per lineam masculinam de legitimo
matrimonio *d. Summ. num. 16.* Camillus non potuisset
nominare nisi fuisset descendens ex Agabito q. Bartho-
lomei de legitimo matrimonio procreatus, vt de
admissione ad præsentandum ad istum effectum dixit
Rota coram Eminentiss. Card. Ottbobono decis. 251. nu. 8.

Nec obstant ea, quæ contra dictas enunciatiuas, &
contra summarium testium opponuntur. Etenim quo
ad enunciatiuas, non subsistit illas prouenire solum à
Camillo, nam ex lectura instrumentorum apparet e-
manasse a Mariano de Crescentijs, & successiue a Card.
Regino tutoribus, & curatoribus, nec non a diuersis
consanguineis, & extraneis *d. Summ. num. 10. & seqq.*
sicut etiam non possunt dici recentes attento initio li-
tis motæ de anno 1538. quia DD. Bartholomeus, &
consortes non prosequuntur litem antiquam introdu-
ctam super exclusione fæminarum, sed tanquam voca-
ti ad fideicommissum ex eorum propria persona no-
uum iudicium instituerunt ex eo, quod per obitum
Gentileschæ, & Claudiæ defecerit linea Ioannis, vt ex
commissione *d. Summ. num. 4.* maxime quia lis anti-
qua erat super diuerso articulo, & non nisi incidenter
actum fuit de descendentia Camilli iuxta *decis. Putei
348. lib. 2.*

Quouero ad testes omissis alijs ab informantibus
plenè deductis placuit responsio, quod cum vis pro-
16 bationis non consistat solum in eorum depositionibus
sed quidem in dd. enunciatiuis, alijsque superius cu-
mulatis, vbi singula non sufficerent omnia tamen simul
iuncta pro plena, & sufficienti probatione deseruiunt,
*Surd. d. cons. 1. num. 53. & seq. Roland. cons. 22. num. 27.
lib. 3. Rota coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono d. decis.
251. num. 19.*

Eoque facilius prædicta procedunt, tum quia agi-
tur de

17 tur de familia valde nobili cuius descendentia habetur pro notoria, vt dixit *Rota in Romana de Marescottis in recent. decis. 770. num. 3. in fine part. 2.* tum quia
18 non agitur de filiatione principaliter, sed solum incidenter ad effectum successionis, in quibus terminis leuiores probationes admittuntur iuxta *cons. Gemin. 27. num. 10. & Card. Seraphin. decis. 1099. nu. 1. & decis. 430 num. 10. p. 5. recent.* tum etiam, quia nullus alius de
19 descendentia concurrit, sed agitur cum extraneo, quo casu non requiruntur tam exactæ probationes *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 70. num. 3. Rota coram Comitul. decis. 141 num. 18.*

Deoique non vrget obiectum desumptum ex incom
20 petentia actionis, ex quo scilicet cum agatur de fideicommisso ordinato in contractu donationis inter viuos non competat remedium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* sed solum actio personalis contra donantes, & donatarios ex *Gionagn. cons. 34. à num. 6. lib. 2.*

Siquidem visum fuit remoueri siue ex eo, quod fi-
21 deicommissum deriuat à literis apostolicis, pro quarum exequutione datur immissio ad instar *l. fin. Gregor decis. 335. num. 15.* siue quia in instrumento diuisionis sequutæ anno 1578. inter primos hæredes per pactum expressum conuentum fuit, quod palatium controuersum alienari non possit extra familiam, cum hypotheca bonorum, & obligatione obseruandi omnia in ea contenta; quapropter vigore dictæ hypothecæ possunt fideicommissarij agere contra moniales habentes
22 causam ab altero ex diuidentibus, & immissionem obtinere ex remedio saluiani; quod pro recuperatione fideicommissi datur etiam fideicommissario particulari, vt de communi restatur *Rota coram Buratt. decis. 693. num. 1. & plures congerit Add. ad eundem decis. 115. num. 17.*

Parum obstante, quod non agatur de exequutione literarum apostolicarum, cum illæ iam fuerint consumptæ per dispositionem Cardinalis Angeli effectum sortitam in personam eius nepotum; quia cum in eadem dispositione Cardinalis dd. literæ fuerint verbis
23 expressis prætermissæ effectus illarum non remansit cōsumptus per admissionem primo vocatorum, sed tanquam habentes tractum successiuum respectu omnium de familia possunt in futurum quousque superfuerint vocati ad eorum instantiam exequutioni demandari ad *tradit. per Rotam in decis. 21. nu. 7. p. 7. recent.*

Et ita &c.

ROMANA HABITATIONIS.

Mercurij 11. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Epistola nimis vaga, & verbis generalibus concepta non obligat scribentem, maxime si constet fuisse præsentatam post mortem scribentis. Epistola licet regulariter probet inter scribentem, & eum ad quem mittitur, pro tertio tamen contra tertium nullam probationem inducit. Actori non sufficit de bono iure suo per præsumptiones docere; sed fundamentum propriæ intentionis debet concludenter probare, maxime vbi vrgent præsumptiones in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus post mortem vnius instituti, donec institutus vixerit a petitione repellendus est.*

2 *Epistola nimis vaga, & verbis generalibus concepta non valet in aliquo scribentem obligare.*

3 *Epistola, vt obliget scribentem probari debet præsentata ad manus eius, ad quem missa est ante mortem scribentis.*

4 *Epistolæ regulariter probant quidem inter scribentem, & eum, ad quem mittuntur, non autem pro tertio contra tertium.*

5 *Actor tenetur docere concludenter de fundamento propriæ intentionis, nec sufficit præsumptiua probatio.*

6 *Possessio habitationis iure consanguinitatis habita, est actus mere facultatiuus, & proueniens ex causa liberali, qui de iure non est manutenibilis.*

DECISIO DCCCIV.

Habitationem palatij, quam Franciscus Maria Dux Ceræ reliquerat D. Ducissæ Portiæ Sorori, & hæredi, nec non D. Ducissæ Mariæ vxori prætendebat sibi quoque deberi D. Comitissa Ioanna de Borromeis altera Soror eiusdem Ducis Francisci Mariæ, vnde commissa mihi causa quoad omnes cum facultate manutenendi quem de Iure, hodie per dubia, separata de partium consensu de singularuo bono iure quæsiui etiam ad effectum manutensionis respectu D. Commissæ Borromeæ DD. negatiue responderunt, quia cum ad habitationem controuersi Palatij fuerit in testamento fratris vocata dumtaxat post obitum Ducissæ Portiæ hæredis hodie illius vita durante ab huiusmodi petitione repellitur *per Text. in l. quandiu institutus ff. de acquir. hæred.*

Neque ipsius bonum ius deducere valet ex quibusdā Epistolis sibi Mediolanum ab Vrbe transmissis tam ab eodem Duce Francisco Maria Fratre, quam à tribus Monialibus germanis Sororibus, quoniam vnica Epistola credentialis Ducis Francisci Mariæ nullo modo suffragari potest; quæ cum sit nimis vaga, & verbis generalibus concepta, nullumque tangat negocium particulare, non valet in aliquo obligare ipsum Scribentem *iuxta doctrinam Bart in l. Lucius Titius 25. n. 1 ff. de fideiuss. Abbā in cap. fraternitati num 6. de Cleric. non resid. cum alleg. per Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 94 num. 20. Mascard. de probat. conclus. 628. num. 1. & seqq. Boer. decis. 282. num. 2.* & insuper non probatur huiusmodi epistolam peruenisse ad manus Comitissæ,
3 ante obitum ipsius Ducis, prout omnino requiritur, cum alias per præsentationem epistolæ factam post obitum scribentis nulla resultet obligatio ex defectu simultanei consensus *Rip. in l. admonendi num. 136. ff. de iur. iur. Felin. in cap. scripta num. 19. vers. dummodo de fid instrum. Menoch. vbi supra cas. 94. num. 19. Rot. decis. 57. num. 9. & seqq. part. 8. recent.*

Epistolæ vero monialium licet præseferant promissionem Ducis, concedendi Comitissæ habitationem quousque vixerit ibi, *il Signor Duca nostro fratello è stato da noi, e ci hà ordinato, che preghiamo V. E. voler venire in ogni maniera à Roma con ferma determinatione di viuere, e morire qui in casa sua* nullam tamen obligationem respectu ipsius Ducis inducunt, cum
4 regulariter epistolæ probent quidem inter scribentem & eum, ad quem mittuntur, non autem pro tertio contra tertium *ex congestis per Gen. de scriptur. priuat. lib. 3 tit. de epistola num. 187. Gratian. decis. Marcb. 156. nu. 3. Buratt. decis. 119. num. 4. in fine vers. qua etiam epistola, & in recent. decis. 153. num. 13. par. 8.*

Quod autem fuerint à dictis monialibus, de ordine, & mandato Ducis conscriptæ nullo modo iustificatur nec desuper valet mandatum ex dicta epistola credentiali, cum nec verbum quidem circa habitationem contineat, & licet adsint verba ibi, *ho commesso loro, che stringino à V. E. alcuni particolari, à loro mi rimetto,* non tamen est clarum dedisse mandatum circa habitationē controuersam, cum dd. verba æque bene ad alia nego-
5 cia possint referri, quæ sola possibilitas reddit probationem æquiuocam, & proinde insufficientem ad effectum, de quo agitur, cum enim Comitissa in hoc mandato se fundet, tenetur de illo concludenter, non autem præsumptiue docere *cap. 1. de probat. & ibi gloss. Dec. cons. 437. col. 1.*

Immo potius huiusmodi mandatum excluditur ex effectu subsequuto, nam Dux in eius Testamento ad habitationem Palatij noluit Comitissam admittere nisi post mortem hæredis, quod verisimiliter non fecisset si per antea fuisset obligatus mediante persona Monialium.

Quouero ad manutentionem visum fuit Comitissam non posse iuuari ex possessione, quam habuit viuente Duce Francisco Maria, quia sublata obligatione ex prædictis præsumitur à Fratre Iure Consanguinitatis in Domo recepta, & sic remanet actus mere faculta-
6 tiuus prouueniens ex gratia, & causa liberali, qui de iure non est manutenibilis ex tradditis per *Posth. de manut. obser. 54. num. 1. & seqq. & in Bononie uBonorum de Amorinis 2. Iuly 1658. §. insuper coram R. P. D. meo Beuilaqua*.

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGATI HABITATIONIS.

Veneris 11. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Legatarius, cui relicta est habitatio in genere, idest ius percipiendi fructus, potest eam locare, & in alium transferre. si verò legatus fuerit solus vsus habitationis, tunc habitatio restringitur ad nudam facultatem habitandi, quæ non potest in alium transferri nudum autem factum habitationis relictum censetur si testator legatario iniunxerit onus habitandi cum hærede, eoque certius si legatum restrinxerit ad tempus, legata habitationis à circumstantijs facti, & verisimili mente testatoris interpretationem recipiunt imo interdum veniunt improprianda, ita vt intelligi debeant de simplici vsu, & facultate habitandi, si que in eis nulla fiat mentio domus, intelligi debent de domo, quam testator habitare consueuit.

SVMMARIVM.

1 *Habitatio in genere relicta tamquam seruitus realis, & ius percipiendi fructus locari potest, & in alium transferri.*

2 *Habitatio restricta ad merum vsum & facultatem habitandi cum sit quadam concessio personalis nequit per legatarium locari, & in alium transferri.*

3 *Habitatio censetur restricta ad nudum vsum habitationis si fuerit legata cum onere manendi vna simul cum hærede.*

4 *Habitatio restringitur ad nudum factum habitationis si relicta fuerit non simpliciter, sed durante viduitate.*

5 *Legata habitationis recipiunt interpretationem a circumstantijs facti, & à verisimili mente Testatoris, legatum habitationis aliquando venit improprian. ū ita vt intelligatur de solo vsu, & facultate habitandi*

6 *Testator alteri legare potest rem propriam hæredis*

7 *Legatum rei hæredis à testatore factum personæ coniunctæ est validum, sine testator sciuerit, sine ignorauerit rem esse hæredis.*

8 *Habitatio legata sine expressione domus intelligi debet de domo quam testator habitare consueuit.*

9 *Possessio habitationis legata à viro vxori in domo, quam antea coniuges habitauerant, censetur post obitum viri in muliere continuata ex superueniente titulo legati, absque alia declaratione.*

10 *Possessio capta per tutorem, & inuentarium ab eo factum probant rem possessam, & in inuentario descriptam fuisse in bonis eius, qui postea adultus factus testatus est contra legatarium ab eo causam habentem;*

DECISIO DCCCV.

Franciscus Maria Dux Ceræ in eius testamento instituta hærede vniuersali D. Ducissa Portia Cæsia eius sorore reliquit iure legati D. Ducissæ Mariæ Aldobrādinæ vxori habitationem palatij his verbis *lascio alla Signora Duchessa mia dilettissima Consorte l'habitatione in compagnia della Signora mia herede.* at quia inter hæredem, & legatariam plures occasione dictæ habitationis ortæ fuerunt differentiæ, fuit introductum iudicium super manutentione coram A. C. siue eorum iudice ab eo deputato, cumque ab illius sententia signatura commiserit causam appellationis in Rota cum facultate manutenendi quem de iure, dedi dubium de consensu partium an, & de cuius bono iure constet etiā ad effectum manutentionis, & domini responderunt constare de bono iure vtriusque hoc modo videlicet respectu D. Ducissæ Mariæ legatariæ, quoad vsum & facultatem dumtaxat habitandi in palatio, de quo agitur, pro se metipsa, & familia, non autem quoad ius reale habitationis, itaut habeat facultatem locandi respectu verò D. Ducissæ Portię hæredis quoad plenum, & integrum ius habitationis, & perceptionis fructuum casu, quo D. Ducissa Maria non inhabitet.

Et quantum attinet ad Ducissam Mariam legatariā certum est ipsam non posse vti facultate locandi, quia in hac materia est recepta distinctio, quod aut fuit le-
1 gata habitatio in genere tanquam seruitus realis, seu ius percipiendi fructus, & tunc potest locari, & in alium transferri per *Text. in l. cum antiquitas C. de vsufruct.* aut vero non fuit legata habitatio, sed dumtaxat vsus, seu facultas habitandi, & hoc casu dicitur potius quædam concessio personalis; quæ resoluitur in nudū
2 factum habitationis, & proinde legatario non licet alteri locare, vt distinguendo *traduut Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. num. 8. & seq. Castill. de vsufruct. cap. 28. num. 27. Gratian. discept for. cap. 775. num. 12. & seqq. Barry. de success. tit. de legat. habitationis num 1. pag mihi 403. Dec. cons. 355. per tot. fulges cons. 207. n. 2. & plures congerit Surd. de alim tit. 2. quæst. n. 25*

In proposito autem testatorem voluisse legare solum vsum, seu facultatem habitandi, non autem Ius habitationis patet ex eo, quod licet dixerit *lascio l'habitatione* subdit tamen *in compagnia della Sig. mia herede*, quæ verba præseruant Ius habitatio-
3 nis apud heredem, & faciunt vt Legatario nudum factum censeatur tributum, nempe vtendi, & fruendi vna insimul cum hærede *iuxta Text. in l. Mulier ff. de vsu & habitatione*, & puntualiter tenet *Vrsill. ad Afflict. decis. 401. num. 2. Soccin. Sen. cons. 281. num. 1. & 2. lib. 2.*

Idque suadetur nedum ex eo, quod testator legando habitationem Vxori nihil aliud voluisse videtur nisi quod ipsa maneret insimul cum Sororibus ipsius quod tam enixe desiderauit, vt aduenientc obitu hæredis iniunxit habitationem cum D. Comitissa Borromea altera Sorore substituta; sed etiam ex quo Legatum non fuit simplex, & absolutum, sed restrictum ad tempus viduitatis Ducissæ Mariæ, vnde infertur te-
4 statorem nullo modo voluisse relinquere ius reale habitationis, quia si noluit admittere vxorem posse habitare cum secundo viro si nuberet multo minus verisimile est voluisse posse extraneis locari aliam quod
5 pro habitatione Sororum destinauerat. Certum est enim huiusmodi legata à circumstantijs facti, & à verisimili mente Testatoris recipere interpretationem Immo aliquando ipsum legatum habitationis impropriari debere ita vt veniat intelligendum de simplici vsu, & facultate habitandi singulariter docet *Bart. in l. pater 6. n. 2. & 3. ff. de seruit. legat.*

Igitur quo ad vsum, & facultatem habitandi per se met ipsam eiusque familiam visum fuit constare de bono iure eiusdem Ducissæ Mariæ non obstante quod Palatiū non fuerit propriū Ducis Francisci Mariæ sed quidem subiectū fideicōmisso Pauli Emilij Cæsij, quod per obitum ipsius Ducis remansit purificatum ad fauorem

uorem D. Ducissæ Portiæ, ve Partes non controuer-
tunt: Quoniam dubitari non potest Testatorem
6 potuisse rem hæredis legare licet illi esset debita vigo-
re fideicommissi *l. cum pater, §. Cum pater, ff. de legat. 2. Rota decis. 110. num. 26. vers. Ita etiam par. 2. diuers. & coram Duran. decis. 10. num. 1. & 2.* Quod procedit siue
sciuerit, siuè ignorauerit hæredis esse, maximè quando
Legatum fuit factum, prout hic, personæ coniunctæ,
7 quo casu non admitti distintionem scientiæ, vel igno-
rantię tradit *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 105. num 7. cum seq. Corn. cons. 32. num. 1. lib. 1. Rota coram Cardin. Millin. decis. 19. num. 2.*

Nec turbat quod Legatum habitationis non percu-
tiat Palatium, de quo agitur; Ideoque hæredem non
adstringi habitationem præstare potius in vna, quàm
in alia Domo. Quotiescunque enim in Legato habi-
8 tationis nulla fit mentio Domus præsumitur Testato-
rem intellexisse de Domo, quam ipse habitasse consue-
uerat, *Socin. iun. cons. 159. num. 8. in fine lib. 2. Gabr. cons. 98. num. 4. vol. 1. Menoch. cons. 329. num. 12. & de præsumpt. lib 4. præsumpt. 166. num. 3.*

Et quidem etiám ad effectum manutentionis visum
fuit constare de bono iure ipsius Ducissæ Mariæ respe-
ctu huius facultatis habitandi; Nàm eius posseisio
probatur sufficienter ex testibus relatis in eius *Summ. num. 4.* Cùm enim ipsa habitauerit Palatium viuente
9 Duce Francisco Maria eius viro censetur eo desuncto
continuasse ex superuenienti titulo Legati absque alia
animi declaratione, vt pluribus allegatis firmat, *Posth. de manut. obseru. 54. num. 23. Rot. decis. 335. num. 4. & 5. & decis. 336. num. 16. part. 9. recent.*

Bonum ius verò Ducissæ Portiæ benè desumitur ex
fideicommisso a dicto q. Paulo Emilio instituto, & ad
ipsius fauorem purificato sub quo contineri Palatium,
de quo agitur liquet ex possessione capta per Tutri-
cem de tempore, quo Dux Franciscus Maria erat in
infantili ætate constitutus, nec non ex inuentario per
10 eam confecto, quod plenè probat contra D. Legatariã
habentem causam à Duce Francisco Maria ex allegatis
in Bonon. fideicommis. de Bologninis 4. Iunij 1653. coram Eminentiss. D. Card. Celso.

Et itá, &c.

AQVILANA BENEFICII.

Ven. 13. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Gratia iustificata debet executioni demandari, & sufficit vt iustificetur eo modo, quo fuit narrata. Vnio facta ab Episcopo, nisi approbetur, non subsistit.

SVMMARIVM.

1 *Gratia iustificata venit omninò exequenda,*

2 *Clericatus ex prima tonsuræ literis iustificatur;*

3 *Sedi Apostolicæ menses Februarij, & Aprilis sunt reseruati,* & num. 4.

5 *Gratia sufficit vt iustificetur eo modo, quo fuit narrata,*

6 *Subrogatus ad ius, & possessionem duorum potest desumere ius ex persona vnius, & possessionem, ex persona alterius.*

7 *Vnio Ecclesię facta ab ordinario, si non approbetur non subsistit.*

8 *Exceptio vnionis executionem literarum Apostolicarum impedire non potest.*

DECISIO DCCCVI.

VAcante, vt aliàs dixi, Beneficio, de quo agitur per obitum Caroli Alipheri, de eo fuit prouisus Gaspar Cecchinus, sed cùm iste matrimonium contraxisset, alia emanauit prouisio ad fauorem Iulij Cæsaris Iannutij, inter quem, & Seminarium Aquilanum prætendens vigore assertæ vnionis beneficium ad se spectare, introducto Iudicio in Rota fuit á me præuia decisione sub die 17. Maij 1662. lata sententia super eiusdem beneficij adiudicatione ad fauorem Iannutij; Quià verò per illius obitum obtinuit Io. Baptista Valicastrus subrogationem ad ius, & possessionem respectiuè dictorum Alipheri, Cecchini, & Iannutij, & cuiuslibet ipsorum, nec non etiam ad prosequutionem litis; Ideò ad eius instantiam hodie dubitaui an gratia subrogationis gratiosæ sit exequenda, & affirmatiuè responsum fuit.

Constat enim de reseruatione, seù lite, Clericatu, &
1 possessione, quæ sunt requisita necessaria pro iustifi-
catione gratiosæ subrogationis, quibus concurrenti-
bus gratia remanet iustificata, & proinde exequenda,
Buratt. decis. 31. numer. 1. & in recentior. decis. 468. numer. 2. part. 9.

Clericatus ipsius Valicastri probatur ex literis pri-
2 mæ Tonsuræ datis in eius *Summ. num. 7.* Reseruatio
3 desumitur non solùm ex obitu Alipheri in mense Fe-
bruarij Sedi Apostolicæ reseruato in vim *Reg. 9.* Can-
4 cellariæ verùm etiàm resultat ex persona Cecchini,
qui matrimonium contraxit anno 1657. de mense
Aprilis Sedi Apostolicæ pariter reseruato in vim dictę
Reg. 9. Immò sufficeret lis, quæ pendebat in Rota in-
ter dictum Iannutium, & Seminarium, quæ licet ad
istum effectum debeat esse super titulo beneficij, hoc
tamen procedit vbi fuit narrata in genere, secùs autẽ
quando narratiua, prout hic, specificam, & indiuiduam
mentionem facit, ibi: *Cum lis, & causa inter ipsum, & Seminarium prætextu vnionis alias ordinaria auctoritate de dicto beneficio certo tunc expresso modo vacante eidem Seminario nulliter facta, & per Sac. Congregationem Episcoporum nulla, & inualida declarata extitit &c.*
5 Hoc enim casu cùm Papa dicatur certioratus de qua-
litate litis, illam sufficit iustificare eo modo, quo fuit
narrata latè dictum fuit *in Gerunden. Prioratus coram Eichio impressan recent. decis. 305. num. 10. & seqq. p. 9. & in Treueren. Canonicatus 18. Martij 1648. §. Prout etiam. vers. Quinimmò coram R. P. D. meo Albergato.*

Et denium possessio Alipheri iustificatur ex confes-
sione Seminarij collitigantis, quod beneficij possessio-
nem accepit vti de vacante per obitum eiusdem Ali-
pheri dicto *Summ. num. 6.* Cuius quidem possessio suf-
fragatur Valicastro absque alia discussione iurium
Cecchini, & Iannutij, quià cùm subrogatio fuerit alter-
natiuè concepta ad ius, & possessionem, vt dictum est,
6 dictorum Alipheri, Cecchini, & Iannutij, ac cuiuslibet
ipsorum, vtique potest desumi ius ex persona vnius,
& possessio ex persona alterius iuxtà decisionẽ in *Burgen. Beneficiorum 21. Maij, §. Sed dato, & 15. Nouembris 1638. §. Aut verò coram Dunozetto, & coram Eminentissimo D. Card. Ottbobono, decis. 149. num. 20. vbi alia allegantur,*

Neque releuat prætensa vnio ab ordinario Aquila-
7 no facta Seminario; Tùm quia per Sac. Congregratio-
nem Episcoporum tanquam inualida fuit reuocata,
vt in *dict. decisione huius causæ, §. fin.* de qua meminit
Barbos. ad Concil. sess. 23. de reformat. cap. 18. num. 36.

Tum etiàm quia huiusmodi exceptio tanquam re-
8 spiciens titulum non est apta impedire exequutionem
literarum gratiosæ subrogationis, sed venit reijcienda
ad petitorium.

Et itá altera tantum, &c.

ROMANA VINEÆ:

Ven. 20. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Appellatione filiorum, nepotum, & pronepotum legitimorum & naturalium, veniunt etiam fæminæ in vltimis voluntatibus, vbi masculinum concipit fæmininum; nisi tamen appareat de contraria mente Testatoris,

roris, & quando constet testatorem habuisse rationē conseruandi agnationem, ad effectum fœminas excludendi.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio conceditur fideicommissario, vbi constat de fideicommisso, eiusque purificatione, ac bonorum identitate.*

2 *Appellatione filiorum, & nepotum veniunt tam masculi, quam fœminæ.*

3 *Masculinum regulariter in vltimis voluntatibus concipit fœmininum, vnde nomine filiorum veniunt etiam fœminæ.*

4 *Substitutus ex vi vulgaris subintrando in locum prioris gradus caducati capit iure proprio totum id, quod defuncto deberetur, si viueret.*

5 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, & nepotum, quotiescunque constat de contraria voluntate Testatoris.*

6 *Voluntas contraria testatoris pro fœminis excludendis debet esse clara, & manifesta.*

7 *Verba à testatore prolata pro ratione conseruandi agnationem, vbi non stant principaliter, sed solum dependenter, & accessoriè ad aliquem certum casum, non debent extendi ad præcedentes substitutiones pro fœminarum exclusione.*

8 *Agnationis ratio accessoriè adiecta ad casum delicti, non extendit fideicommissum ad casum mortis,* & num. 11.

9 *Ratio conseruandi agnationem per modum regulæ, est apta qualificare omnes substitutiones.*

10 *Dictio* Come sopra, *est relatiua superius expressorum.*

12 *Testator, quando per verba communia locutus fuit, tam fœminæ, quam masculi indistinctè continentur.*

13 *Constitutio Clementis VIII. derogatoria fideicommissorum Baronalium, quomodo intelligenda.*

DECISIO DCCCVII.

Nobilis vir Vguccionus à Monte instituto hærede Alexandro Episcopo Eugubino eius fratre plures in testamento ordinauit substitutiones, Nam eidem Alexandro quandocunque decedenti substituit alios fratres, primò nempè Abbatem Honuphrium, & posteà Ioannem, cui substituit eius filios nepotes, & pronepotes in infinitum, & in casu illius deficientiæ sine filijs vocauit Raynerium ipsius testatoris nepotem ex Francisco Maria altero fratre, & demùm Rainerio pariter decedenti sine filijs substituit proximiores de sua domo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.

Defuncto testatore successit primo loco Alexander, per cuius obitum hæreditatem adiuit Abbas Honuphrius, quo adhuc viuente decessit Ioannes tertio loco substitutus non relicta prole masculina, sed solùm DD. Minerua, & Felice eius filiabus. Et quià post mortem eiusdem Ioannis occupauit bona fideicommissaria Rainerius substitutus in casu, quo Ioannes decessisset sine filijs, Ideò ad instantiam dd. sororum fuit introductum Iudicium immissionis coram A. C. tàm contra hæredes dicti Rainerij prædefuncti, quàm contra Benedictum Sanctorium possessorem vnius Vineæ fideicōmissariæ, & sententia dd. sororibus fauorabilis emanauit, aduersus quam interposita per Sanctorium appellatione in Rota mihique commissa, dubitaui an ijsdem sororibus sit danda immissio super Vinea, de qua agitur, & hodie affirmatiuè responsum fuit, quià
1 constat de fideicommisso eiusque purificatione, ac de illius identitate, quibus concurrentibus immissio non denegatur in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Identitas non controuertitur, fideicommissum verò, eiusque purificatio resultat ex eo, quod Ioanni à
2 Monte fuerunt substituti eius filij nepotes, & pronepotes legitimi, & naturales in infinitum, quæ verba sunt apta comprehendere etiam filias fœminas, cum
3 regulariter in vltimis voluntatibus masculinum concipiat fœmininum, & sub nomine filiorum, & nepotum veniant tàm masculi, quàm fœminæ ad communiter *notat. per Doct. in l. si ità scriptum. ff. de legat. 2. Fusar. de substit. quæst. 311. num. 1. cum pluribus seqq. Rota decis. 485. nu. 1. part. 4. diuers. & coram Merlin. decis. 864. num. 13 & seqq.*

Et propterea cùm decesserit Abbas Honuphrius fuit factus locus carum vocationi, non obstante, quod per prædecessum Ioannis Patris illius gradus
4 fuerit caducatus, quià ex vi vulgaris subintrando in eius locum censentur immediate eidem Abbati Honuphrio substitutæ, & capiunt iure proprio totum id, quod Ioanni deberetur si viueret iuxta *theoric. Bart. in l. quandiù, num. 10. ff. de acquir. hæred. Paris cons. 73. n. 28. lib. 3. Peregrin. art. 15. num. 14. Rota decis. 222. nu 7 & 8. part. 5. & decis. 201. num. 6. & seqq. part. 8. recent. cum alijs allegatis in Aesina fideicommiss. 23. Ianuarij præteriti, §. Etenim quoad primam vers. Non obstante, quod Petrus coram me.*

Et licèt à regula, quod filiorum, & Nepotum ap-
5 pellatione veniant tam masculi, quàm fœminæ recedatur quotiescunque de contraria voluntate Testatoris appareat, vt declarat idem *Bart. in l. hæredes mei, §. Cùm ità, num. 4. ff. ad Trebell.* In proposito tamèn cùm Testator nullibi fœminas excluserit, neque vocando filios
6 qualitatem masculinitatis adiecerit nullo modo videtur constare de huiusmodi contraria voluntate, quæ ad istum effectum clara, & manifesta requiritur, *Alciat. in l. Gallus, §. Quidam rectè, num. 5. ff. de liber. & posthum. Corn. cons. 250. num. 6. in fine vers. Propterea Textus lib 3. Decian. cons. 1. num. 47. post med. lib. 2. Rota decis. 485. num. 3. part. 4. diuers. & decis. 151. n. 6. p. 5. rec.*

Neque talis desumi potest ex illis verbis testamenti: *Perche desidero, che detta mia heredità, e beni si conseruino sempre nella mia famiglia come sopra per maggior propagatione, e mantenimento, &c.* Ex quibus videtur testatorem contemplasse conseruationem agnationis, & propterea sensisse de solis masculis, per quos agna-
7 tio conseruatur; Quià cùm hujusmodi verba non stent principaliter, & de per se ad inducendum nouum fideicommissum, sed solum fuerint posita dependenter, & accessoriè ad vestiendam, & cohonestandam exclusionem Religiosorum præsertim certæ Religionis, quos testator nolebat in sua hæreditate se immiscere posse tanquam consequutiuè adiecta ad hunc casum non sunt extendenda ad præcedentes substitutiones,
8 vt de ratione agnationis accessoriè adiecta ad casum delicti, quod non fideicommissum ad casum mortis dictum fuit *coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. 255. numer. 11. & seqq. in recent. decis. 368. num. 6. & 7. part. 5. decis. 209. num. 12. par. 8 & in Portuen. Census 11. Martij 1652. §. fin. coram me.*

Non obstat, quod ratio conseruandi, & propagandi
9 agnationem expressa fuerit per modum regulæ, & proinde sit apta qualificare omnes substitutiones; Attenta
10 enim dictione relatiua, *come sopra*, eo magis d. ratio dicitur stare accessoriè, & dependenter, & sic non potest præcedentes dispositiones qualificare, cùm potius ab ipsis veniat regulanda *Alex. cons. 59. n. 21. vers. Non obstat*, cum latè congestis in *Romana fideicommiss. de Coronis 28 Ianuar. 1647. §. Fuit enim responsum corā me.*

Et hinc non vrget quod ex ratione conseruandæ agnationis non prætendatur educi nouum fideicommissum vltra personas, & casus superius expressos, sed solum declarationem substitutionis filiorum an scilicet testator intellexerit de solis masculis ad exclusionem fœminarum; Etenim ex pluribus facti circumstan-

tijs benè desumitur testatorem noluisse extendere votum conseruandæ agnationis vltra casum expressum.

Non solum quia vocauit Alexandrum Episcopum,
11 & eo deficiente Abbatem Honuphrium, qui tanquam
Clerici non poterant familiam propagare, sed etiàm
quià fideicommisso, de quo agitur non supposuit bona paterna, & materna, cum quibus familia melius
propagari, & manuteneri poterat, sed illa liberè prælegauit dicto Abbati Honuphrio, & insuper nunquam
in tot substitutionibus qualitatem masculinitatis expressit, neque alienationis prohibitionem adiecit, prout facilè fecisset si verè ad familiæ conseruationem
respexisset; Ex quibus aut constat quod Testator non
habuit rationē agnationis, aut saltèm eius voluntas re-
12 manet dubia, & cum fuerit loquutus per verba cōmunia tàm fœminæ, quàm masculi indistinctè continentur iuxtà superius firmata, & tradit *Gabr. cons. 88. nu. 9. & seq. lib. 2.*

Denique non releuat, quod Vinea controuersa fuerit distracta pro soluendo ære alieno Raynerij, & sic
fideicommissarijs obstet Constitutio IV. Clementis
Octaui derogatoria fideicommissorum Baronalium,
subsistunt enim responsiones datæ ab informantibus
pro sororibus, & signanter, quod cum Sanctorius in
assignatione sibi facta de Vinea controuersa illam receperit cum expressa conditione huius fideicommissi
13 *Summ Sororum, num. 3.* Nullo modo iuuari potest dicta Constitutione Clement. quæ duntaxat opitulatur
ignorantibus, non autem eis, qui plenam notitiam
fideicommissorum de tempore contractus habuerunt,
vt bene declarat *sanct. mem. Vrbanus Octauus in sua Constitut. 7. in appendic. alias 117. super moderatione dictę Bullæ Clementis edita.*

Et ità vtraque &c.

GIRESNEN. IVRISPATRONATVS.

Ven. 17. Aprilis 1665.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus probatio resultat ex collitigantis confessione, ex quo fuerit à Patrono præsentatus, nec non
ex antecedentibus præsentationibus effectum sortitis.
Habilis ad beneficia semel reputatus, semper talis præsumitur, nisi de inhabilitatis superuenientia doceatur.
Dispensatus ad ordines, non censetur dispensatus ad
Beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Institutioni locus est in iure patronatu, quotiescunque doctum fuerit de vacatione, & existentia iurispatronatus, præsentatione intra legitima tempora, & de habilitate.*

2 *Vacatio non potest controuerti, si collitigans etiam ipse veniat ex eadem vacatione.*

3 *Habilis qui semel fuit reputatus, semper talis præsumitur, donec inhabilitas probetur.*

4 *Probatio ex ipsa confessione desumpta sufficit, quando agitur in præiudicium confitentis.*

5 *Ennunciatiuæ ordinarij ad probationem iurispatronatus bene deseruiunt.*

6 *Collatio Beneficij irregulari facta, remanet ipso iure nulla*

7 *Dispensatus ad Ordines, non censetur dispensatus ad Beneficia.*

8 *Præsentatio de Indigno scienter facta, efficit vt patronus amittat ius iterum præsentandi.*

9 *Secus quando ignoranter fuerit facta.*

DECISIO DCCCVIII.

AD Præposituram Ecclesiæ Parochialis Sanctissimæ Trinitatis in Koniecpole vacantem per liberam resignationem Kamefchi D. Koniecpolski tanquam illius Patronus præsentauerat Stanislaum Cæsari, sed
cùm postea idem Patronus habuerit notitiam de fratricidio per Stanislaum commisso ante præsentationē;
Ideò ad eandem Ecclesiam præsentauit alium, nempè
Vladislaum Silnifchi; Vndè orta controuersia inter
præsentatos, & causa deuoluta per appellatione ad Rotam, dubitaui an Vladislaus sit instituendus, & affirmatiuè responsum fuit, cum doceat de requisitis necessa-
1 rijs, scilicet de vacatione existentia iurispatronatus,
præsentatione intra legitima tempora, & de propria
habilitate, quibus concurrentibus est locus institutioni per *textum cap. Pastoralis de iurepatr. cum relatis in Craconien. Præpositurae S. Floriani 28. Nouembr. 1650 in princip. coram Bichio.*

Vacatio controuerti non potest, cùm Stanislaus
2 Collitigans etiàm ipse veniat ex eadem vacatione
Card. Canal. decis. 55. num. 3. Præsentatio Vladislai intra legitima tempora probatur ex datis in eius *Summ. num. 3.* Habilitas vero eiusdem desumitur ex eo, quod
ipse possidet Canonicatum in Ecclesia Vilnen, necnon
obtinuit aliam Præposituram curam animarum haben-
3 tem, & propterea cum semel fuerit habilis reputatus,
præsumitur talis, donec superuenientia inhabilitatis
probetur, vt dictum fuit *in Calaguritana Beneficij Sancti Martini 15. Martij 1652. §. Eoque magis coram R.P. D. meo Albergato, & in Melenitana Commenda 16. Ianuarij præteriti, §. Antianitas coram me.*

Existentia iurispatronatus eiusque pertinentia ad
KoniecpolsKi in proposito visa fuit sufficienter probari ex confessione dicti Stanislai Collitigantis, qui
fuit ab eodem Patrono præsentatus, & vti talis petijt,
4 & obtinuit ab ordinario institui dicto *Summ. n. primo.*
Cùm enim ordinarius non sit in causa, sed solùm agatur de probando iurepatronatus in præiudicium confitentis, sufficit probatio ex ipsa confessione desumpta
iuxtà decisionem *Cassador 7. de iurepatr. Card. Mantic. d. decis 318. nu. 3. vers. Tamen quoad præiudicium Rota post Viuian. de iurepatr. decis 102. num. 10. in recentior. decis. 697. num. 2. in fine part. 1. decis. 5. num. 1. & dec. 13. num 2. part. 9.*

Præsertim concurrentibus adminiculis, ex quibus
huiusmodi confessio redditur verisimilis; Siquidem
plures exhibentur præsentationes, quæ fuerunt effectū
5 sortitæ dicto *Summ. num. 4.* Et insuper adsunt enunciatiuæ ordinarij emissæ tam in sententia institutionis
Stanislai Cæsari *Summ. num. 1.* ibi: *Generoso D. Stanislao in Koniecpole Koniecpolski dictę Ecclesiæ vnico Patrono,* quam etiam in Edicto dato eodem *Summ. n. 3.*
ibi: *Per D. Stanislaum KoniecpolsKi tanquam vnicum Patronum, & Collatorem,* quibus enunciatiuis ordinarij, multum esse deferendum ad præcisum effectum, de
quo agitur dixit, *Rota in præallegata decis. 13. num. 5. part. 9. recent.*

Non obstat, quod Stanislaus Cæsari fuerit à Patro-
6 no primo loco institutus. Quià cùm de tempore
præsentationis esset irregularis ob cōmissum fratricidium, collatio illi facta remanet nulla ipso iure *Felin. in cap. Scifcitatus vers. Et aduerte, num. 2. de rescript. Suarez de censur. disput. 40. sect. 2. nu. 30. & seqq. Garz. de benef. qui alios refert, part. 7. cap. 11. num. 6.*

Et quamuis idem Stanislaus Cæsari ab irregularitate fuisset à Sede Apostolica dispensatus, dispensatio ta-
7 men eidem non suffragatur, quià cùm fuerit restricta
ad suscipiendos ordines non poterat eius vigore beneficia obtinere, vt docet *Abb. in cap. literas 14. num. 6. in fin. vers. Dicit enim de filijs Presbyt.* & hoc idem declarauit Sacra Congregatio Concilij sub die 27. *Ianuarij 1663.* vt patet ex decreto relato in *Summ. num. 2.*

Neque prætendi potest, quod Patronus per præsentationem factam de irregulari amiserit ius iterum
8 præsentandi, hoc enim procedit quotiescunque præ-

fen-

ientatio de indigno fuisset facta scienter *Crescent. de-
cis. 11. de iurepatr. Caputaq. decis. 291. par. 2. & 216. n. 6.*
9 *part. 2. recent.* Secùs autem quando, prout hic præsen-
tatio fuit facta ignoranter nàm hoc casu potestas non
deuoluitur ad Superiorem, sed Patronus intra legiti-
mum tempus potest alium præsentare, vt distinguendo
tradunt *Lambertin. de iurepatr. q. 10. art. 4. par. 1. lib. 2. à
num. 22. Campanil. in diuers. iuris Canon. rubric. 11. c. 13.
num. 458. & alys Rotę decisionibus allegatis Viuian.
lib. 6. cap. 7. num. 71.*

Et ità altera tantum Parte informante decisum fuit, &c.

LEODIEN. CANONICATVS.

Ven. 22. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

In concursu duarum prouisionum sub eadem data, illa Papæ semper præfertur. Probatio, quæ consistit in tempore, si de illo præcisè testes non deponant, nullius est roboris.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Papæ sub eadem data expedita in concursu alterius, Ordinarij est præferenda.*

2 *Limita si prouisus ab ordinario sit in possessione.*

3 *Possessor beneficij habet præsumptionem pro se, quod eius prouisio sit anterior, & eius gratia iustificata.*

4 *Actor intentionem suam, in qua se fundat, concludenter probare debet.*

5 *Testes deponentes de auditu, nec exprimentes à quibus audiuerint, nullum gradum probationis constituunt.*

6 *Testes inter se contrarij, vnus alteri contradicendo se ad inuicem collidunt.*

7 *Tempus vbi est de substantia probationis testes non probant, nisi de illo præcisè, & determinatè concludant.*

8 *Testes inuerisimilia deponentes parum attenduntur.*

9 *Ordinarius prouidens de beneficio motu proprio, non ad supplicationem, censetur habuisse certam scientiam præcedentis vacationis per obitum.*

10 *Præsumptio occultationis obitus ex quibus oriatur.*

DECISIO DCCCIX.

Responsum fuit pro confirmatione sententiæ Rota-
lis adiudicantis Canonicatum controuersum Egi-
dio Armando Pasquot, quià concurrunt omnia requi-
sita ad illius validitatem, & iustitia desumitur ex de-
ductis in decisione R.P.D. *mei Bourlemont. 7. Iun. 1662*
Quamuis enim sint duæ prouisiones factæ eadē die 30.
Augusti 1657. de Canonicatu controuerso, altera Pa-
1 pæ ad fauorem Ioannis Germea, altera verò ordinarij
in personam D. Egidij Armandi, & proinde in concur-
su istarum prouisionum sub eadem data, Papæ videa-
tur præferenda per *Text. in cap. si à Sede Apostolica de*
2 *præbend. in 6.* Nihilominus attenta possessione eius-
dem Ægidij licèt prouisi ab ordinario, non habet locū
dispositio dicti *cap. si à Sede*, cùm vigore dictæ posses-
3 sionis eius prouisio censeatur anterior, ac oriatur præ-
sumptio etiàm pro gratiæ iàm exequutæ iustificatione
ex allegatis in dicta decisione, §. *Quamuis.*

Prętertim quià Ioannes, qui à Sede Apostolica im-
petrauit Canonicatum, de quo agitur vti vacantem ob
resignationem Matthiæ Patrui non iustificauit suam
gratiam circa validitatem resignationis, quod scilicet
de tempore, quo illa fuit admissa nempè 30. Augu-
sti 1657. Resignans adhuc viueret, prout plenè, & con-
4 cludenter probare tenetur tanquam fundamentum
suæ intentionis, cùm veniat ad excludendum prouì-
sum ab ordinario Reum, & possessorem *Buratt. de-
cis. 437. num. 1. & 2.*

Quæ quidem iustificatio desumi non valet ex decē
testibus nuper examinatis; Nàm omnes præter quin-
tum, & sextum vel ingenuè fatentur se nescire diem,
& horam mortis resignantis, & ex pluribus detegun-
tur non informati, vel tantum deponunt de auditu
5 non exprimendo à quibus audiuerint, vt patet ex illo-
rum lectura *Summ. Informantis, nu. 8. cum pluribus seq.*
& propterea nullum gradum probationis constituunt,
*Ancharan. in cap. licet causam, num. 14. de probat. Put. de-
cis. 348. num. 1. lib. 2.*

Quintus verò, & sextus præter quod sunt viles mu-
lierculæ, in pluribus tamen substantialibus inter se
discordant, Nam quintus deponit, quod dictus Mat-
thias non stetit in agonia, sed statim obijt, & ipse so-
lus fuit præsens morti *Summ. num. 14.* Sextus verò te-
statur Matthiam stetisse in agonia, & ipsum quoque
fuisse præsentem cum Elisabettha Conteste quan-
do ille expirauit, *Summ. num. 15.* insuper variauit in
tempore, quia quintus in *Summ. num. 12.* dicit, quod
dictus qu. Matthias Germea mortuus fuit vltima Au-
gusti anni 1657. pridij Sancti Ægidij, quæ erat dies
Veneris inter primā, & secundā horam sequentis diei.

Et sextus in *Summ. num. 13.* q. Matthiam Germea
obijsse quadam die Veneris hora secunda de mane;
Vt propterea ex huiusmodi depositionibus nulla po-
6 test deduci iustificatio sufficiens ad effectum de quo
agitur, non solum quià vbi testes sunt contrarij vnus
alteri contradicendo se ad inuicem collidunt *Bald. in
l. 1. C. de test. Vermigl cons. 70. nu. 8. cum alys per Farin.
de test. quæst. 65. num. 2. & 3.* Sed etiam quià cum tota
7 vis huius probationis consistat in tēpore, testium de-
positiones nisi de illo præcisè, & determinatè conclu-
dant, non debent attendi, *Bart. in l. Matrem, num. 3. Cod.
de probat. Purpurat. cons. 498. num. 2. Card. Mantic. de-
cis. 95. num. 3.*

Prædictis accedit, quod depositio dd. testium reddi-
8 tur inuerisimilis ex pluribus ponderatis in dicta deci-
sione *R.P.D. mei Baurlemont.* ex quibus patet Matthiā
decessisse ante diem resignationis, Nam vltra testes de-
ponentes de publica voce, & fama, quod obierit die 29
Augusti, *num. 22.* id comprobatur ex collatione facta
per Ordinarium de Canonicatu controuerso sub die
30. Augusti qui cum prouiderit motu proprio non
9 ad supplicationem Partis censetur habuisse certam
scientiam præcedentis vacationis per obitum, *Rota
decis. 305. nu 9. part. 4. tom. 2. recent.* Ac etiàm ex eo,
quod post dictam diem 29. Augusti neque Medicus ne-
10 que Chirurgus, neque Confessor fuerunt amplius ad-
missi; Immò cum sub dicta die accessisset Canonicus
de ordine Capituli, vt Matthiam infirmum inuiseret,
neque ipse fuit admissus, sed à fratre, & nepotibus
fuit inurbanè reiectus; Cumque eidem infirmo, neque
Sacramenta Ecclesiæ fuerint subministrata, & his om-
nibus vrget pręsumptio obitus occultationis, vt in
his terminis post *Mandos. tradit. Paris. de resignat.
lib. 12. quęst. 7. num. 17.*

Et ità altera, &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Veneris 29. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Appellatione descendentium masculorum in materia indifferenti veniunt tam masculi, ex masculis, quam masculi descendentes ex fæminis, secus tamen est vbi constat testatorem voluisse dumtaxat admittere lineā masculinam, quia tunc masculi ex fæminis à successione repelluntur. Subrogatus subintrat in omnia iura subrogantis. Clausula *pleno iure* importat omnimodam translationem dominij, etiam ad effectum disponendi.

SVMMARIVM.

1 *Substitutioni non est locus exinstentibus adhuc personis in priori dispositione comprehensis.*

2 *Masculus descendens per feminam à successione repellitur, quando vocatus fuit masculus descendens a masculo.*
3 *appellatione descendentium veniunt tam masculi, ex masculo, quam masculus ex fœmina descendens limita si non apparet de contraria voluntate testatoris, & n. 4*
5 *Discretiuus modus loquendi plurimum deseruit pro arguenda voluntate testatoris.*
6 *Subrogatus subintrat omnia iura subrogantis.*
7 *Clausula pleno iure importat omnimodam translationem dominij.*
8 *Dispositionis effectus confertur in tempus permissum, quamuis fuerit facta tempore prohibito.*

DECISIO DCCCX.

CAstra, super quibus hodie renouatur disceptatio de anno 1559. donata fuerunt a Marchinne Iacobo Nobilis Familiæ de Malatestis Carolo Fęlici eius Filio & deinde Leonido ex dicto Carolo Fęlici Nepoti Primogenito iam nato, in quorum deficientiam vocauit Comitissam Victoriam eius filiam, qua non existente voluit succedere Leonidum de Ferrettis eius ex Leonida altera filia Nepotem, & post eum ipsius Leonidi Primogenitum, in casu vero quod omnes supra vocati deficerent disposuit vocan. proximiorem descendentem; & maiorem natu ex tribus alijs proprijs filiabus & si eorum nullus reperiretur, vocauit Descendentes ex filiabus fœminis Caroli fęlicis, ac Leonidi cum onere assumendi insignia, & cognomen Familiæ de Malatestis.

Defuncto autem Iacobo Donante; & post eum Carolo Fęlice eius filio decessit quoque sine filijs masculis Leonidus expressè vocatus instituta sibi hærede Francisca Isabella eius filia Primogenita, vnde prætendentibus Comitissa Victoria, & Leonido Ferretto ad eorum fauorem purificatum fuisse fideicommissum a dicto Marchione Iacobo ordinatum coram bo. me, Pirouano sub *die 21. Ianuarij 1641.* resolutum fuit Castra, de quibus agitur ad eos spectare, sed reproposita causa coram eodem *sub die 19. Aprilis eiusdem anni*, recessum fuit a decisis, te tamen melius examinata 14. *Februarij 1642. & 15. Iunij 1643. coram bo. me Dunozzetto* fuit confirmata prima decisio ex rationibus, & fundamentis ibidem plenissime deductis.

Decesserunt postmodum Comitissa Victoria, quæ disposuit ad fauorem Caroli Philippi Aldrouandi Nepotis ex Laura Sorore, & demum Francisca Isabella cui successit Comitissa Claudia Margharita ipsius Soror & Mater Leonidi Mariæ de Spadis, & quia Iacobus Donator casu quo donatio transiret in filios Leonidæ mandauit, quod post extincta debita, filij Lauræ eius filię per 15. annos fruerentur medietate redditum eius, quod superesset integrę donationis, ideo admisso ad causam Com. Hercule Maria Aldrouando Nepote prædicta Lauræ dubitatum fuit coram me an Leonidus Maria possit succedere in Castris, de quibus agitur, & fuit negatiue resolutum.

Clara enim videtur dispositio Iacobi quod deficientibus masculis Primogenitis ex Carolo Fęlice, & Leonido succedat Comitissa Victoria, eaq; defuncta Primogenitus ex Leonida altera filia, & successiue deferatur successio de Primogenito in primogenitum masculū de legitimo matrimonio, Vnde cum per mortem Caroli Fœlicis, & Leonidi sine filijs euenerit casus consideratus extinctionis lineæ masculinæ, ac etiam defecerit Comitissa Victoria non potest Leonidus Maria successionem prætendere. Quia cum ipse descendat ex Comitissa Claudia Margarita filia Leonidi, & Descendentes ex filiabus fœminis Caroli Fœlicis, & Leonidi sint vocati dumtaxat in casu quo non reperiantur descendentes ex filiabus ipsius Donantis, existentibus hodie Carolo Ferretto, & Comite Aldrouando Nepotibus ex Leonida, & Laura filiabus Iacobi dispo- nentis, nullo modo dici potest euenisse casum sue vocationis *ad Text. in l. Pater §. hæreditatem il 1. ff. de legat. 2 Ruin. consl. 142. num. 17. vers. Praeterea in casu lib. 3. Eminentiss. Ottbobon. decis. 244. num. 3.*

Non obstat quod descendentes ex Leonida vocati fuerunt sub conditione si Carolus Fęlix, & Leonidus obierint sine Filijs, quodque dici non possit eos sine filijs decessisse, dum adest Leonidus Maria Nepos dicti Leonidi, cum enim ex prohemio donationis, à quo tota dispositio regulatur, & ex eo toto ipsius contextu appareat ipsum Donantem contemplatam fuisse descendentiam masculinam per masculos mentionem sæpe sæpius faciendo, & de linea masculina, de primogenitis cum qualitate masculinitatis ibi; *Che li beni, e Castelli, &c. si conseruino, e mantenghino in perpetuo, nella famiglia, e casa Malatesta, per linea masculina di primogenito in primogenito. Intendendo però delli primogeniti maschi*, facta de eis pluries repetitione, enixa inde resultat voluntas disponentis, quod ille qui eius successionem prætendit debeat & qualitatem masculinitatis, habere, & ex
2 masculo descendere, & propterea cum Leonidus Maria sit filius Comitissæ Leonidæ Margharitæ, & sic per fœminam descendat, debet à successione repelli per *Text. in l. pronunciatio 195. in fin. ff. de verb. signific. Fusar. de substit. quæst. 346. num. 32. Rota in Anenionen. fideicommissi 7. Maij 1638. coram bon. mem. Pirouano §. sed praeterea Bononien. fideicommissi d. Amorinis 30. Maij 1659. coram Reuerendiss. Papien. §. quia praeter quod in fine, & §. hinc minus, & in Bononien. fideicommissi 16. Ianuarij 1662. corā R. P. D. meo Verospio §. hanc autem:*

Hinc parum refert, quod Donans vocauerit filios masculos descendentes ex Carolo Fęlice, & Leonido,
3 quorum appellatione tam masculus ex masculo, quā masculus ex fœmina æque bene contineatur, nam licet aliquādo hoc solet admitti in materia indifferenti,
4 certum est prædicta non procedere quoties cumque apparet, pro vt in casu, de quo agitur, de contraria voluntate disponentis, vt dictum fuit in *Hortana fideicommissi 22. Iunij 1661. §. recepta enim, & 22. Martij 1662. §. non impugnabatur coram me.*

Concurrit demum pro eiusdem Leonidi exclusione discretiuus modus loquendi Iacobi Donantis, qui in casu extinctionis lineæ masculinæ Caroli Fęlicis, & Leonidi non vocauit filios descendentes ex eorum filiabus, sed Comitissam Victoriam filiam ipsius Donantis, & post eam filios aliarum filiarum, quibus deinde omnibus defunctis adiecit vocationem filiorum descendentium ex fœminis Caroli Fęlicis, & Leonidi, signum euidens, quod eos succedere nolebat nisi prius admissis filijs filiarum ipsius disponentis, vt sunt Ferrettus, & respectiue Aldrouandus, quem discretiuum modum loquendi plurimum deseruire
5 pro arguenda voluntate disponentis, & quomodo sibi succedi voluerit firmauit *Rota in Bononien. fideicommissi 7. Iunij 1647. §. caterum coram Reuerendiss. Ghisilerio Episcopo Imolen. in Bononien. Bonorum. 27. Ianuarij 1662. §. præcipue coram R. P. D. meo Albergato, & in Romana hæreditatis 16. Ian. 1665. §. quod Paulus cor. me.*

Neque idem Leonidus Maria potest successionem prætendere ex eo quod Marchio Iacobus non potuerit alterare inuestiturā sibi concessam à S. M. Pio V. ipsumque Primogenitura priuare, & ex quo facultas disponendi per Pontificem ei attributa vti restricta ad casum non existentiæ filiorum illi suffragari non potuerit, dum de tempore factæ donationis viuebat Carolus

Fęlix

Fęlix eius filius. Nam quoad primum semper subsistit responsio Castra, de quibus agitur fuerunt per Pontificem abdicata totaliter à Leonida filia Iacobi, ad quam peruenerant titulo hæreditario Cleopatræ Matris illaque pleno iure concessit eidem Iacobo vti libera franca, & allodialia, & proinde sicut ipsa Leonida de eis libere disponere potuisset si ab ea abdicata non fuissent, ita, & Iacobus, cui concessa fuerunt, de eis libere disponere potuit, tam ex natura, & virtute subrogationis, quæ subrogato omnia iura tribuit, quæ
6 antea competebant illi, in cuius locum fuit subrogatus, quam ex clausula, *pleno iure*, quæ importat om-
7 nimodam translationem Dominij etiam ad effectum disponendi, vt bene huic obiecto, & alijs à Leonido Maria excitatis satisfaciunt ad satietatem decisiones in hanc causa emanatæ *coram bone Dunozetto* 14. *Februarij* 1642.§.*quibus tamen vsque ad finem*, & 15.*Iunij* 1643.§.*neque obstare cum duobus seqq.*

Ad obiectum facultatis bene etiam respondent prædictę decisiones, quod facultas fuit per San. mem. Pium Quintum concessa Marchioni Iacobo sub conditione defectus Primogenitorum quoad effectum dispositionis, non autem quoad vsum, & propterea licite
8 potuit disponere, quamuis illius dispositionis effectus conferre deberet prout contulit in tempus, quo nullus Primogenitus extaret cum pariformiter determinentur à iure aliquid fieri tempore permisso, & fieri tempore prohibito, illius tamen effectum conferendo in tempus permissum, vt præter relatos *in decis.* 1642.*sub* §. *neque subsistere cum quatuor seqq.* & §. *fin. dixit Cranet.cons.*175.*num.*8.

Alia omnia per Leonidum Mariam deducta plenissime remouentur per dd.duas decisiones, ideoque superflua repetitione non est opus.

Et ita vtraque &c.

PERVSINA CENSVS.

Veneris 29.Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Census non extinguitur per assignationem reuocabiliter factam, neque inducitur liberatio fideiussoris, nam eo ipso quod fit locus resolutioni contractus, iura census in totum reuiuiscunt. Solutio in dubio cedere debet in causam antiquiorem, & duriorem.

SVMMARIVM.

1 *Creditor redire potest ad primæua iura si census extinctio fuit conditionalis,& conditio non fuerit purificata*
2 *Census extinctio inducitur ex quo fuerit creditori attributa facultas ad libitum consequendi sortem.*
3 *Census extinctio fieri debet per actum retrosimilem.*
4 *Census in totum reuiuiscit, eo ipso quod resoluitur assignatio facta pro illius extinctione.*
5 *Et etiam quoad fideiussores.*
6 *Obligatio restringitur ad dispositione conuenta in instrumento. non autem ad alia in exordio enunciatiue expressa.*
7 *Ratificatio superueniens re non integra nullum operatur effectum in praiudicium iuris alteri quæsiti.*
8 *Pactum resolutiuum operatur, vt contractus remoueatur perinde ac si nunquam celebratus fuisset.*
9 *Soluta in dubio censetur facta in causam antiquiorem, & duriorem*, & num.10.
11 *Causa durior in quam cedere debet solutio reputatur debitum, pro quo fuit datus fideiussor.*

DECISIO DCCCXI.

INformantes pro Marcello de Alphanis fideiussore ad euitandam solutionem fructuum census scutorũ 600, denuo opponebant illius extinctionem resultantem ex datione in solutum facta ab Ausideo principali debitore de anno 1657.ad fauorem Danzettæ creditoris, sed Domini pro rata scuto um 400. censuerunt fructus deberi confirmando in hac parte resolutionem 24. *Martij 1664.coram me*, pro reliquis verò scutis 200. decisionem reformarunt prout infra.

Subsistunt enim fundamenta decisionis quo ad scuta 400.quia licet Ansideus resignauerit de anno 1657. Danzettæ creditori Domum valoris scutorum 900. ac etiã censum in sorte scutorum 1000.pro satisfactione tam sortis principalis trium censuum in totum ascendentium ad summam scutorum 1200.quam etiã pro satisfactione fructuum decursorum in quantitate scutorum 700. huiusmodi tamen assignatio non valet importare census extinctionem, quia non fuit pura, & simplex, sed conditionalis cum pacto redeundi ad primęua iura in casu, quo Danzetta, eiusque hæredes in fine cuiuslibet anni,& deinde aliorum,quatuor mensium fructus census, vt supra assignati consequuti non
1 fuerint; ideoque cum iste casus euenerit fuit factus locus resolutioni contractus, & vigore pacti potuit creditor ad suum creditum redire, non obstante assignatione præfata, vt præter allegatos *in decis.* plures congerit *Cenc.de Censf.quæst.*156.*num.*19.

Et parum refert quod census scutorum mille non fuerit datus in solutum Danzettæ creditori, sed solum eidem fuerint assignati illius fructus in annuis scutis
2 48. ad effectum, vt ex eis minutatim satisfieret & sorte principali dd.trium censuum; vnde infertur, quod cum facultas consequendi sortem fuerit ad libitum attributa eidem creditori, videatur ex partium conuentione dd.census extincti, & redacti ad creditum pecuniarium, pro quo fructus non debentur.

Etenim remouetur obiectum aduertendo quod prętensa extinctio non habuit effectum in actu assignationis dicti annui redditus scutorum 48.cum tunc non interuenerit actus retrosimilis, qui pro census extin-
3 ctione requiritur, sed solum debebat sequi ex interuallo, quando nempe, ex dictis annuis scutis 48. fuisset Danzetta de integra sorte scutorum mille satisfactus; vnde cum dicti fructus non fuerint exacti, quinimo superuenerit resolutio assignationis, vtique census dici non potest extinctus, non solum quia defecit assignamentum destinatum pro extinctione ex firmatis *coram Card.Cauaſer.decis.*71.*per tot.* & *post. Cenc. de Census.decis.*530.*num* 8.

Sed etiam quia, cum assignatio fit reuocabiliter fa-
4 cta eo ipso, quod fit locus illius resolutioni iura prioris contractus census in totum reuiuiscunt *Cenc.vbi supra quæst* 114.*num.*12.& *seq vers.secus autem*, & admissit *Rota in Romana Domus* 24 *Ianuarij* 1650. § *ex bis partitis in fine vers.quod enim dicitur reuiuiscere coram bo.me.Bichio.*

Neque dici potest inducta nouatio seu liberatio re-
5 spectu fideiussoris ex pacto in instrumento retrouenditionis adiecto, quod statim sequuta ratificatione Alexandri Ansidei ipse censeatur à fideiussione liberatus; quia vt ponderatur in decisione, pactum huiusmodi non se extendit ad fideiussionem factam in Instrumento census,de quo agitur, sed solum restringitur ad nouas obligationes in instrumento retrouenditionis contentas, vbi Marcellus de nouo fideiusserat non solum pro ratificatione facienda per Alexandrum, sed etiã pro omnibus & singulis per Persianum, & Scipionem de Ansideis promissis nempe de euictione Domus datæ in solutum de extinguendo censum, quo domus
6 erat grauata, & de soluendo fructus census assignati & licet in principio instrumenti retrouenditionis fuerit facta mentio etiam de fideiussione pro censu, de quo agitur attamen restrictio resultans ex illis verbis *quacunque alia sua obligatione in præsenti instrumento conten-*

contenta refertur solum ad ea, quæ principaliter, & dispositiue in ipso instrumento nouiter conuenta fuere non autem ad ea quæ in exordio fuerunt dumtaxat enunciatiue expressa *Bart. in l. fin. §. Titia ff. de liberat. legat. Ruin. conf. 181. num. 3. vers. & probatur lib. 2. Cephal. conf. 107. sub num. 8. vers. non obstat, & tans. 245. num. 65. surd. conf. 381. num. 24. & conf. 430. num. 20.*

Subsistit quoque altera responsio, quod ratificatio Alexandri superuenit post qu fuit factus locus regressui ad primæua iura vigore pacti resolutiui, & sic tanquam facta re non amplius integra, nullum operatur effectum in præiudicium Iuris alteri quæsiti ex iuribus in præcedenti decisione relatis *§. final.*

Nec urget replicatio, quod nulla possit considerari mora, ex quo ratificatio fuit absque vlla temporis præfinitione conuenta, qua propter ea mediante potuerit fideiussor quandocunque liberari, quia vis non stat in mora sed in resolutione contractus: Nam certum est, quod Marcellus fideiussor non potest inua-
8 ri contractu, minusque pactis in eo contentis de tempore, quo ipse contractus prorsus euanuerat vigore eiusdem pacti resolutiui, cuius ea est virtus, vt contractus remoueatur perinde ac si nunquam celebratus fuisset, *vt docet Bald. in l. ea lege num. 13. vers. ego dico C. de condit. ob caus. Caputaq. decis. 315. num. 2. p. 3. Pen. decis. 274. n. 2.*

Quo uero ad ratam scutorum 300. Domini reformarunt decisionem, quia pro hac summa census, de quo agitur vere fuit extinctus mediante Domus assignatione valoris scutorum 900. vbi partes expresse conuenerunt, quod scuta 700. cederent in causam fructuū reliqua vero scuta 200. in computum sortis principalis dd. trium censuum in totum scutorum 1200. *d. sum. Alphani præteritæ positionis num. 1. sub litera A* cumque non appareat, quem ex tribus censibus voluerit Debitor extinguere, præsumitur facta solutio pro extin-
9 guendo censu controuerso, tum quia est antiquior, cum in dubio solutio censeatur facta in causam antiquiorem *Bart. in l. cum ex pluribus num. 2. ff. de solut. Alex. conf. 85. num. 1. lib. 3. Rat. decis. 678. num. 6. p. 1. diuers.*

Tum etiam quia regulariter solutio cedere debet in
10 causam duriorem, & durior dicitur causa istius census
11 pro quo fuit datus fideiussor *l. 1. l. 4. & l. in bis ff. de solut. Rota in d. l. cum ex pluribus num. 2. vers. item si debet cum fideiussore ff. eod tit Menoch. de arbitr. cas. 493. num. 8. & de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 136. num. 7. surd. decis. 169. num. 9. cum aliis relatis per Gratian. discept. forens. cap. 224. num. 70. & seqq. & dixit Rota decis. 113. num. 5. d. p. 1. diuers. aliisque per Add. ad Gregar. decis. 521. num. 13.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 1. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Sententia continens mixturam petitorij, cum possessorio est appellabilis, quoad vtrumque effectum, & proinde Ægidianam excludit, accedente maxime ipsius iniustitia. Contractus an sit locationis, vel potius emphyteusis ex quibus dignoscatur. Caducitas incursa propter alienationem factam sine consensu Domini directi censetur remissa per receptiones factas sine protestatione etiam à Procuratore constituto ad exigendū cuius exactiones censentur à Domino approbatæ, vnde ministri confessio ipsi præiudicat. Caducitas non incurritur ob Canones non solutos etiam pendente lite, stante oblatione iudicialiter facta, quæ etiamsi fit tantummodo verbalis, habet vim solutionis ad effectū euitandi caducitatem, pro qua euitanda, quælibet causa etiam minus iusta, & erronea debet excusare.

SVMMARIVM.

1 Sententia per mixturam Petitorij cum possessorio redditur appellabilis quoad vtrumque effectum.
2 Sententia iniustitia Ægidianam excludit.
3 Caducitas non habet locum in contractu locationis ad longum tempus.
4 Contractus an sit locationis, an vero emphyteusis dignoscitur, ex proprietate verborum, & denominatione à partibus facta.
5 Contractus dicendus est locationis, non emphyteuticus, si illi quibus facta est concessio, nominentur in instrumento locatores, & non emphyteuta.
6 Contractus dicitur potius locationis, quam emphyteusis si pro eo facti fuerint continuatæ exactiones sub nomine responsionū, quod locationi conuenit, non emphyteusi
7 Contractus censetur approbatus, vt locatitius si adsit obseruantia, quod exactiones fiant sub nomine responsionum,
8 Minister de contractibus Domini instructus, non est verisimile quod exigat responsiones sub nomine census & illas, vt censuales describat in libro, si pro Canone, tanquā ex re emphyteutica prouenientes debeantur
9 Libri continentes partitas exactionum factarum sub nomine Canonis, si alioqui constet contractum esse locationis, non emphyteusis reputandi sunt quoad illius partitas erronei.
10 Liber ministri continens partitas exactionum, alteram sub nomine Canonis, alteram sub nomine Census, ad dignoscendam naturam contractus, magis attendi debet in illa, quæ de tempore proximiori contractus celebrationi descripta fuit.
11 Fructus, vt bene iudicetur, attendi debet tempus concessionis,
12 Pensio licet non corrispondeat fructibus, sed ipsis aliquāto minor sit, non repugnat contractui locationis.
13 Laudemium in contractu locationis reseruatum, non valet eius substantiam alterare.
14 Pactum in contractu appositum licet debeat semper aliquid operari, tamen intelligendum est, vt minus lædat substantiam contractus, quam fieri possit.
15 Laudemij reseruatio non est attendenda, vbi aliunde constat contractum esse locatitium.
16 Contractus in dubio præsumitur potius locatitius, quam emphyteuticus.
17 Contractus natura, vbi ex verbis concessionis exprimitur, non est opus recurrere ad coniecturas.
18 Contractus locationis cum reseruatione directi Dominij stipulari potest.
19 Laudemium ex contractu locationis non debetur.
20 Caducitas incursa propter alienationem rei emphyteuticæ sine consensu Domini factam, censetur remissa per receptionem Canonum sine aliqua protestatione.
21 Procurator constitutus ad exigendum, seu exegisse confitendum, Domino per suam confessionem præiudicat.
22 Caducitas non incurritur ob Canones non solutos etiam pendente lite, stante oblatione iudicialiter facta.
23 Oblatio iudicialiter facta ad effectum euitandi pœnam caducitatis habet vim solutionis.
24 Oblatio ad effectum euitandi pœnam caducitatis dūmodo sit iudicialiter facta, sufficit quod sit verbalis.
25 Emphyteutam excusat à caducitate qualibet causa etiā minus iusta, & erronea.

DECISIO DCCCXII.

Postquam pro parte Hospitalis S. Hieronymi Illyricorum obtenta fuit a R. P. D. Manfrono associatio ad possessionem Domus, de qua agitur contra Ximenes habentem causam à Mareio signatura rescripsit cum clausula *consitio quod sit locus Ægidianæ*, Vndè ad formam cōmissionis proposito à me dubio 1. *Martij* 1660 placuit

placuit DD. ordinare, quod coadiuuarentur proba-
tiones, quibus hodie exhibitis, & Hospitali non suf-
fragantibus responsum fuit, non esse locum Ægidianæ

Etenim cum sententia prædicta contineat mixturã
petitorij cum possessorio cogendo Ximenes ad reco-
gnoscendum Hospitale in Dominum directum illique
soluentur Canones decursos, nec non adfaciendam
1 obligationem tam soluendi Laudemium, quam
seruandi omnia pacta in instrumento inuestituræ adie-
cta talis complicatio reddit causam appellabilem ad
vtrumque effectum *Rota coram Card. Canal. decis. 505. num. 1. Merlin. decis. 29. num. 1. cum alijs cumulatis in Romana locorum Montium 16. Iunij 1659. coram R. P. D. meo Priolo §. final.*

Accedente præsertim iniustitia sententiæ, quæ Ægi-
dianam excludit, vt notum est, quæ videtur resul-
2 tare in casu nostro ex eo, quod fuit concessa Hospita-
li associatio sub pretextu, quod Domus, de qua est
quæstio fuerit deuoluta, & per Ximenes fuerit incursa
pœna caducitatis, cum autem versemur in contractu
locationis ad longum tempus non verò emphyteusis,
3 pœna caducitatis nullo modo poterat intrare, vt arti-
culo mature discusso firmauit *Rota coram Card. Seraph decis. 286. a num. 5 vsque ad 16. & decis. 288. num. 1. & seqq. & in recent. decis. 89. num. 13 par. 9. & in Vercellen. seu Casalen. bonorum 10. Maij 1658. coram R. P. D. Beuilaqua §. hinc merito.*

Quod autem contractus sit locationis deducitur ex
instrumento primordialis concessionis *in Summario præteritæ positionis Hospitalis num. 1.* vbi Partes contra-
ctum semper locationem appellant nulla facta mentio-
4 ne de Emphyteusi, vnde bene intrat conclusio, quod
ad dignoscendam naturam contractus an sit locatio-
nis, vel emphyteusis recurritur signanter ad proprie-
tatem verborum, & ad denominationem a partibus
factam, *Rota decis. 564. num. 1. p. 1. diuers. & in Romana prætensæ deuolutionis 18. Iunij 1657. §. concessionem coram R. P. D. meo Albergato, & in Romana Palatij 15 Iunij 1661. § quod autem & in Romana Casalis mediæ Viæ 15. Maij 1662. §. verba quidem coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Accedit quod illi, quibus facta fuit concessio de
anno 1520. (successiue postea confirmata) non nomi-
nantur in instrumento emphyteutæ sed bene locatores,
5 & conductores *d. Summ. num. 1.* quod aduertendum es-
se ad effectum dignoscendi an contracta fuerit Loca-
tio, vel potius emphyteusis consuluit *Ruin. cons. 161. num. 27. vers. & sic vol. 1.* quem refert, & sequitur *Rota coram Buratt. decis. 334. num. 11. vers.* & quia, & *in d. Romana Casalis mediæ viæ 15. Maij 1662. §. verba quidem* præsertim quia ex continuatis solutionibus per
40 annos & vltra datis *in Summ. num. 5.* apparet Mini-
stros Hospitalis exegisse ab Auctoribus Marerij, à
6 quo causam habet Ximenes, responsiones huius Do-
mus non pro Canone, sed pro censu, quod nomen
responsionis cum locatione, & non emphyteusi con-
ueniat, contractus dicitur potius locatitius *Rota coram Merlin. decis. 545. num. 2.* cum alijs cumulatis *in d. Vercellen. seu Casalen. Bonorum §. præterea post med.* vbi
7 quod per huiusmodi obseruantiam exactionis cense-
tur approbatus contractus pro locatitio, & *in dicta Romana Casalis mediæ Viæ §. Altera*, tanto magis quia
de tempore tam proximo concessioni non est verisimi-
le, quod Ministri Hospidalis recepissent responsiones
8 pro censu, & tanquam censuales in suis libris adno-
tassent si vere ipsæ pro canone tanquam prouenientes
ex re emphyteutica debitæ fuissent, vt in his præcisis
terminis firmatur *in dict. Rom. Casalis mediæ viæ § non obstat pactum vers. & de hac alienatione*, non obstante
quod partitæ eiusdem libri ab Anno 1599. cantent pro
9 canone quia adnotatio prædicta fuit erronea, cum
contractus esset vere locatitius, vt aduertit *Rota coram Merlin. decis. 545. num. 10. & sequen. & decis. 188. num. 3. p. 6. recent.* & potius ea debet attendi quæ facta
10 fuit ab ijsdem de tempore proximiori locationis,
cum tunc magis informati præsumantur.

Non obstat, quod pensio, quæ soluitur pro res-
ponsione Domus controuersæ modica iudicetur ab
Hospitali quia præter quod ad hunc effectum non ha-
betur ratio fructuum, qui ex melioramentis percipiun-
11 tur, sed solius rei concessæ, & stricte inspicitur tem-
pus concessiois *Gabr. cons. 80. num. 7. & 8. lib. 2. Rota decis 14. num. 10. p. 6. recent.* cum de tempore concessio-
nis terrenum esset nudum, in quo aderat onus edifi-
candi obiectum modicitatis euanescit, immo cum
certum sit quod versamur in contractu locationis pen-
sio quamuis sit aliquanto minor fructibus nec ipsis
12 omnino correspondeat, non repugnat contractui lo-
cationis *Burat. decis. 334. num. 2. & in Romana Casalis mediæ viæ §. coniectura autem in fine:*

Neque contrarium suadet reseruatio Laudemij fa-
cta per Hospitale, quia obiectum forsan procederet
13 si essemus in dubio cum autem ex supra deductis li-
quido constet nos versari in locatione, sola huiusmo-
di reseruatio non potest immutare naturam, & qua-
litatem contractus, cui ipsa adijcitur, neque eius sub-
stantiam alterare, vt in *sæpius allegata Romana casalis Rota reiecit* plura pacta, quæ emphyteusi congrue-
bant, ex quo clare constabat contrahentium mentem
fuisse non concedere in emphyteusim, sed in perpetu-
um locare, vt videre est in *§. non obstat pactum & in §. eodem modo* vbi vlterius dicit, quod licet pactum sem-
per debeat aliquid operari, non potest tamen natu-
14 ram, & substantiam contractus, cui adijcitur euerte-
re, sed potius intelligi debet vt minus illum lædat,
quam fieri possit, & *Rota coram Merlin. decis 545. num. 8. vers. non obstat & seqq. & in d. Vercellen. seu Casalen.* noluit attendere reseruationem Laudemij, ex quo
clare constabat aliunde quod contractus erat locati-
tius, immo cum coniecturæ supra ponderatæ pro in-
ducenda locatione sint validissimæ vel dicendum est
contractum esse omnino locationis, vel saltem ita
cum contrarijs eliduntur, vt firma remaneat iuris
16 præsumptio, quod contractus in dubio potius sit lo-
cationi, quam emphyteusis, vt bene ratiocinando fir-
mat *Rota coram Merlin. decis. 545 num. 15. & 16 & in d. Vercellen. §. ex quibus, & in recent. decis. 188 num. 12. p. 6.* vbi vlterius dicitur quod non est opus recurrere
ad coniecturas & adminicula quando verba concessio-
nis exprimunt naturam contractus,

Nullius quoque momenti visa fuit reseruatio dire-
cti Dominij, quia non repugnat huic contractui, qui
18 cum dicta reseruatione potest stipulari, *Rota d. decis. 14 num. 30. part. 6. recent & in supracitata decis. 334 n. 15. & in Natuien. locationis 17. Maij 1613. §. fin. & 16. Februarij 1615. §. fin. coram bon. mem. Coccino.*

Hinc augetur iustitia sententiæ, ex quo nulla ex cau-
sis prætensæ deuolutionis subsistit; Non prima ob nõ
solutionem Laudemij, quia cum versemur in contra-
19 ctu locationis, & non emphyteusis laudemium non
debetur, *Rota d. decis. 14. num. 46. & 47 decis. 128. nu. 1. part. 6. recent. & in Romana deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. corã Bichio § his positis vers. & denique conuentio, & in Romana Vineæ 2. Maij 1661. coram me §. quia licet vers. Laudemium enim,*

Non altera incursa ob factam alienationem sine cõ-
sensu Hospitalis, quia quatenus etiam alienatio vere
facta fuisset per receptionem Canonum sine aliqua pro
testa-

20 testatione talis deuolutio censetur remissa *Menoch. cons., 55.num.12.vers.& simile lib.4. Dec.cons.; 29.n.3. vers al idem Mantic. de tacit.lib. 22 tit.28. num.7. Romana Vines 7. Iunij 1647. coram Eminentiss. D. Card. Corrado §. minusque fuerunt instificata, & in d. Casalis Media Viæ §.nec obis.*

Non obstat, quod de tali exactione non constet nisi per confessionem ministri dicti Hospitalis, qui ei præiudicari non potest, quoniam ille non erat simplex
21 minister, seu procurator constitutus ad exigendum, seu exegisse confitendum *Summ. Ximenes num.* 3. cui etiam fuerunt reuisa computa, vnde prædictam exactionem Hospitale approbasse censetur, eiusque ministri confessio ipsi præiudicat *Rota coram Pen.decis.5.nu.1. vers quatenus attinet, & in Romana Casalis media viæ §. fin*

Tertia demum ob Canones non solutos etiam pen-
22 dente lite remouetur ex oblatione iudiciali facta per Ximenes, de qua *in Summ. præterita positionis Hospi-*
23 *talis num.*13. quæ ad effectum euitandi pœnam caducitatis habet vim solutionis *l. si nemo 9.§.vltimo ff.de pignor act.Surd.cons.86.num.27.& in d.Vercellen. seu Casalen.§.fin.&* in *Romana Domus 13.Ianuary 1662.§.auctoritas coram R.P.D.meo Albergato* non obstante quod
24 fuerit verbalis, & non realis, quia quando facta fuit iudicialiter, sufficit sola verbalis saltem ad effugiendā pœnam *Natt.cons.631.n.2.Surd.d.cons.86.num.28.*

Cęterum ad effectum euitandi huiusmodi caducita-
25 tes qualibet causa minus iusta, & erronea excusare debebat, vt in *Romana Deuolutionis, Domorum 3.Iunij 1652.§.& licet in fine coram* R. *P. D. meo Verospio, & in sæpius allegata Vercellen.§.final. & in Romana Domus coram R.P.D.meo Albergato §.pro tempore.*

Et ita vtraque &c.

NARNIEN. BONORVM.

Lunæ 1. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

In summarijssimo possessorio ille venit manutenendus, qui in concursu alterius possidentis melius probat suam possessionem. Tutor non potest per solum constitutum possessionem transferre; cum requiratur vera & realis traditio, & vbi sunt duo tutores alter non potest possessionem transferre inscio, & irrequisito contutore.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio semper conceditur probata possessione.*
2 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, & pendente iudicio in Rota, nullum gradum probationis constituunt.*
3 *Probationes etiam imperfecta admittuntur in iudicio manutentionis.*
4 *Probationes imperfecta non attenduntur, etiam in iudicio manutentionis, quando alius melius probat suam possessionem.*
5 *Clausula constituti transfert possessionem manutenibilē in constitutarium.*
6 *Tutor, non sibi, sed pupillo possidet.*
7 *Tutor non potest per solum constitutum possessionem in alium transferre, sed vera, & realis traditio requiritur*
8 *Tutrix non potest actum auctorizare inscia, & irrequisita contutrice.*
9 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem, reijciuntur in iudicio manutentionis.*

DECISIO DCCCXIII.

INstituit vsque de anno 1660. Victoria Mater, & Tutrix Antonij Lucidi contra Mariam Lucidam, & Angelum Germanellum eius virum iudicium manutentionis, & obtinuit à R.P.D. A.C. Areosto mandatum de manutenendo, sed commissa mihi causa appellationis, cum facultate manutenendi, quem de iure proposui dubium, An, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, & Antonio Lucido dandum esse Do-
1 mini responderunt iuxta modum inferius exprimendū docet enim de sua possessione per testes formiter examinatos, de quibus *in eius Summ.num.6.* ideoque venit manutenendus *vulg.§.retinendæ instit. de interd.*

Non obstat prætensa possessio coniugum innixa pariter depositionibus testium, ac etiam clausulæ con-
2 stituti appositæ in instrumento assignationis bonorum *in eorum summ. num.4.* Nam cum testes prædicti sint examinati ad perpetuam rei memoriam, & pendente causa in Rota nullum gradum probationis constituunt ex allegatis *coram Eminentiss.D.Card.Ottbobon.decis.10 num.54. & seq.*

Neque imperfectæ probationes alias in hoc iudicio
3 admittendæ debent attendi, quia id non procedit quando alius melius probat suam possessionem *Rota*
4 *coram Buratto decis.591.nu.5.& in Bononien. Bonorum 17.Iunij 1641. §. nec relenat, quod in iudicio coram me.*

Nec est facienda vis in clausula constituti, quæ pos-
5 sessionem manutenibilem transfert in constitutarium quia cum Bernardina, quæ fecit assignationem obligauerit se tanquam tutrix, & curatrix non potuit per so-
6 lum constitutum possessionem transferre, cum enim tutor non sibi, sed pupillo possideat *l.1.§.per procuratorem ff.de acquir:poss.* constitutum, quod est actus fi-
7 ctus, non sufficit ad transferendam possessionem, sed vera, & realis traditio requiritur, alias per tutorem pupillo non irrogatur, vt bene ad propositum ratiocinando *firmat* Rota *decis.93.nu.10.& seq.par.2. diuers. post.Bart.in l.1.num.24.ff. de acquir possess. Tiraquell.de Iur.constit. possor. part.3.limit.15. num.1. Alex.cons 81. num.16.lib.3.*

Non obstante, quod possessio de facto tradita fuerit quia cum non ipsa Bernardina tantum esset tutrix, sed insimul cum ea esset contutrix Victoria, non po-
8 terat illa actum huiusmodi assignationis ità præiudicialem autorizare inscia, & irrequisita contutrice, *vt decisum fuit in Romana fideicommissi de Stephanis 25. Iunij 1657.§.nullitas coram Reuerendiss.Papien.& 30. Maij 1662.coram R.P.D.meo Bourlemont §.nullitas & 4.May 1663.coram* R.*P.D.meo Albergato in princ.*

Nec suffragatur, quod Bernardina fecerit assignationem coniugibus etiam nomine proprio, quia omissis alijs responsionibus, bona assignata, de quibus hodie agitur, non erant propria ipsius Bernardinæ, neque ad eam in proprietate spectabant, & sic possessionem, quam non habebat in alios transferre non poterat *vulg.l.nemo ff.de reg.iur.*

Verum quia Olimpius Lucidus reliquit Mariæ filiæ dotem scutorum 750 pro omni & toto eo, quod prætendere posset, hinc Domini dixerunt manutenendum
9 esse Antonium solutis, seu assignatis tot bonis ascenden. ad scuta 750. iuxta formam Testamenti reiectis ad petitorium alijs exceptionibus per Informantes plenius deductis tanquam altiorem indaginem respicientibus vtraque Parte informante &c.

ROMANA DOTIS.

Merc. 3. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis paratam habet executionem etiam contra tertium Possessorem, quando agitur de dote *ex Statut.Vrb.lib.1.cap.85.* Hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest sua credita deducere ab hęreditate, cum inuentarium præseruet bona, ac iura hæredis, perindè ac si hæreditatem non adiuisset, & hæres beneficiatus non tenetur credita hæreditaria exigere, sed cogere potest creditores ad illorum exactionem.

SVM-

SYMMARIVM.

1. *Obligatio Cameralis paratã de iure habet executionem.*
2. *Via executiua datur etiam contra tertium fauore dotis, ex dispositione* Stat. Vrb.
3. *Actio de euictione, quem tenet, eundem agentem repellit exceptio.*
4. *Inuentarium preseruat bona, & iura haredis, qui propterea non prohibetur agere, ex propria persona pro consecutione sui crediti particularis.*
5. *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij semper tenetur erga creditores, quousque vires hareditaria suppetunt.*
6. *Hæres Beneficiatus potest à vexationibus creditorum liberari, bona hareditaria dimittendo.*
7. *Hæres beneficiatus non tenetur de negligentia, si credita hareditaria non exegerit, & n.10.*
8. *Hæres grauatus tenetur de negligentia, si credita exigere non curauit, qua tractu temporis effecta fuerunt inexigibilia.*
9. *Hæres liber, & beneficio inuentarij suffultus, remanet prorsus exemptus à molestijs, & vexationibus facti.*
10. *Inuentarij beneficio hæres non tenetur exigere credita hæreditaria, sed cogere potest creditores ad illorum exactionem.*
11. *Solutio facta mulieri ab haredibus viri in dubio credere debet in satisfactionem crediti dotalis, pro ea rata, pro qua mulier fideiusserat pro viro.*
12. *Mulieris consensus præstitus in alienatione fundi sibi hipothecati operatur, vt ipsa non valeat molestare emptores, non autem, vt nequeat consequi satisfactionem ab haredibus viri.*

DECISIO DCCCXIV.

DOmini confirmando decisiones editas 20. Aprilis & 13. Junij 1663. coram Reuerendissimo Ephesino iterum censuerunt mandatum à Marco Antonio Baldinaccio obtentum coram A. C. pro restitutione dotis Isabellæ matris esse exequendum pro summa scutorum 4000. super domo empta à D. Principe Iustiniano, siquidem illius validitas non controuertitur iustitia vero resultat ex publico instrumento dotali,
1 quod cum sit Camerali obligatione munitum paratam de iure habet exequutionem *Angel. in l. 4. §. condemnatum num. 4. ff. de re iudic:* Quamuis agatur con-
2 tra tertium possessorem vigore *statut. Vrb. lib. 1. cap. 85.* etiam contra tertium fauore dotis procedi potest executio, vt dictum fuit in *Romana quarti dotalis 27. Aprilis 1646. §. quia dum Comes vers. & quidem executiuè, coram me.*

Non obstat quod Domus controuersa fuerit vendita à Ioanne Francisco Baldinaccio cum promissione
3 euictionis alias ad damna, & interesse; ideoque Marcus Antonius eius filius, & hæres non possit molestare emptores, cum repellatur exceptione *l. vindicantem ff. de except.* Quia cum hæreditatem patris adiuerit cum beneficio legis, & inuantarij non prohibetur agere ex propria persona pro consequutione crediti materni, cum inuentarium præseruet omnia bona, ac iura hæ-
4 redis perinde ac si hæreditatem non adiuisset. *Surd. cons 382. num. 94. Roland. cons. 73. num. 1. & duobus seq. Rota decis. 114. in fine p. 7. rec. & in Ariminen. fructuum 8. Martij 1660. §. non obstat coram me.*

Nec pariter vrget, quod Marcus Antonius retineat nonnulla bona hæreditaria patris, nempe domum in Ciuitate Eugubij Syluam in Villa Laureti, & creditum scut. 3500. cumm illis de Cantalmaggis, & proinde beneficio inuentarij non gaudeat, cum semper tenea-
5 tur hæres erga creditores quousque vires hæreditariæ suppetunt *ex doctrin. Bart. in l. cum vir sub num. 14. vers. sed si fecit inuentarium ff. de vsucap.*

Quoniam respectu domus remouetur obiectum ex quo non subsistit in facto allegata retentio, cum partim fuerit alienata ab ipso Io: Francisco viuente, vt *ex instrumento venditionis 14. Septembris 1623. relat. in Summ. antiquo Baldinaccij num. 2.* Et partim ab hæredibus fuerit assignata Isabellæ ad computum sui crediti vsque de anno 1641. vt colligitur ex ipso instrumento relato in *hodierno Summ. D. Principis num. 3.* ibi: *sponte omnia, & singula quæcunque bona stabilia intus Ciuitatis Eugubij, & illius territorio in solutũ dederunt.*

Respectu vero Syluæ, & crediti priuari non potest dicto beneficio inuentarij, dum allegat illa extare, &
6 offert se paratum vtrumque dimittere; certum est enim hæredem beneficiatum à creditorum vexationibus liberari bona hæreditaria dimittendo *ex allegatis in dict. Romana Quarti dotalis 19. Iunij 1645. §. nec suffragatur coram me.*

Et licet creditum prædictum non dum fuerit exa-
7 ctum; non tamen est imputandum hæredi, si illud non exegit, quià *decisio in Ciuitatis Castelli fideicommissi 17. Maij 1623. §. Nec obstat coram Remboldo,* quæ in contrarium fuit allegata, loquitur in casu hæredis grauati petentis suas detractiones, qui cum integram
8 hæreditatem teneatur restituere curare debet, ne per eius negligentiam aliquod præiudicium inferatur, & propterea non excusatur si credita, quæ à principio exigere potuit tractu temporis effecta fuerunt inexigibilia, secus autem est in hærede libero, & beneficia-
9 to, prout hic, quia beneficio inuentarij suffultus remanet prorsus exemptus à molestijs, & vexationibus factis, & signanter, quod non teneatur exigere cre-
10 dita hæreditaria, sed cogere possit creditores ad illorum exactionem præter adductos *in decis. 13. Iunij 1663. in fine tradit. Iason in l. fin. §. & si præfatam col. 1. C. de iur. deliber. Roland. de Inuent. inter tract. magn. tom. 8. p. 2. pag. mihi 184. Hæres confectio per tot. Cancer. var. res. cap. 2. de inuent. n. 139. Rota coram Duran. decis. 1. n. 32.*

Neque releuat, quod Isabella fideiusserit pro viro ad fauorem emptorum domus controuersæ consentiendo alienationi pro rata scut. 5000. quia cum pretium domus ascendat ad scuta 10. mil. Dos vero eiusdem Isabellæ sit scut. 12. mill. vtique retardari non potest executio mandati respectu summæ sub fideiussione non comprehensæ.

Non obstante, quod ipsa receperit in solutum tot bona viri pro quantitate scut. 5000. nec non sc. 1400. pro pretio locorum montium, & viridarij; præter quod enim ex relationibus peritorum iudicialiter electorum liquet bona in solutum assignata non excedere
11 scuta 2700. *Summ. Baldinaccij num 2.* huiusmodi summa ex bonis mariti recepta censetur soluta in satisfactionem crediti dotalis pro ea rata, pro qua Isabella consensit alienationi domus, & sic non valet diminuere quantitatem crediti, pro qua petitur executio;
12 nàm consensus præstitus in instrumento alienationis domus efficit quidem vt ipsa contra emptores non valeat consequi satisfactionem pro summa scutor. 5000. pro qua consensit, non autem operatur vt contra maritum, eiusque bona creditum censeatur diminutum, quinimmò in eius obligatione hoc idem particulariter expressit, dum ipsa in tantum consensit domus alienationi, in quantum remanebat tuta, & secura in alijs bonis mariti, vt aduertitur in *decisione 20. Aprilis 1663. §. pecunia autem coram Reuerendiss. Ephesino.*

Et ita vtraque &c.

LEODIEN. MATRIMONII.

Merc. 3. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio super nullitate Matrimonij, mulier venit

nit custodienda vsque ad causæ decisionem, loci autem destinatio tota remittitur Iudicis arbitrio, qui dum matrimonium impugnatur ex defectu consensus puellæ, non debet illam collocare penès consanguineos, sed potius intra septa Monasterij.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pendente iudicio super nullitate matrimonij debet in aliquo loco tuto collocari.*

2 *Mulier, pendente lite super validitate matrimonij satis dicitur tuto, si retineatur penes eius consanguineos.*

3 *Loci destinatio pro custodienda muliere pendente lite super matrimonio, pendet à Iudicis arbitrio, qui regulari debet secundum facti circumstantias.*

4 *Puella non debet retineri penes consanguineos dum matrimonium ab eâ impugnatur ex defectu consensus, sed potius debet deponi in Monasterio cum clausura.*

5 *Index in destinatione loci pro custodienda puella pendente lite matrimonij debet rationem habere pro faciliori executione sententiæ.*

DECISIO DCCCXV.

Post latas in partibus duas sententias inter se contrarias super validitate matrimonij, vt prætenditur, contracti inter Riccardum, & Annam Isabellam, causa per appellationem deuoluta ad Rotam priusquam de meritis cognosceretur proposui dubium an D. Isabella
1 sit collocanda in matrimonio, vel alio loco tuto, & Domini sequendo in hac materia dispositionem text. *in cap. ex transmissa de restit. spoliat.* admittebant mulierem pendente iudicio super nullitate matrimonij esse custodiendam vsque ad causæ decisionem.

Sed restrinxerunt difficultatem ad locum, vbi sit collocanda, informantes enim pro Anna Isabella prætendebant, quod cùm in iure non reperiatur cautum, quin pendente hoc Iudicio mulier sit custodienda po-
2 tius in Monasterio, quam in alio loco tuto, satis dicatur prouisum si ipsa retineatur in Fortalitio de Nouagne penès ipsius consanguineos, vt seruauit, *Rota in decis. vnic. de diuort. coram Cæsar. de Graff. & coram Duran. decis. 262. sub nu. 2.*

Verum quia destinatio loci ad hunc effectum tota
3 pendet a Iudicis arbitrio, qui secundum contingentiam facti debet prouidere, *vt in Neapolitana separationis Thori 5. Iulij 1660. § Nihilominus. & § fin. coram me*; Cùm hodiè non agatur de diuortio, & separatione Thori prout in casu decisionum *Cæsar. de Graff. & Duran.* Sed de matrimonio, quod à parentibus puel-
4 læ impugnatur ex defectu consensus, non videtur locus congruum fortalitium, vbi ijdem morantur; Quia cùm animus dictæ puellæ præcipuè veniat perscrutandus, ipsa debet esse ab eorum minis prorsus libera, & secura, ne per timorem dicat sibi placere quod odit iuxtà claram dispositioné *text. in e. cùm locũ de sponsal.*

Vnde visum fuit Annam Isabellam esse collocandã in Monasterio cum clausura, præsertim quia in electio-
5 ne loci habenda etiam est ratio pro faciliori executione sententiæ, vt cauetur in dicto *cap. cum locum*, ibi: *Et sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni demandari, Rota coram Pen. decis. 439. in fin.* Vtraque Parte informante, &c.

ROMANA PENSIONIS.

Luna 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Pensio per Pontificem reseruata, & ab eodem motu proprio extincta ampliùs non debetur; nec impugnari potest validitas extinctionis sub prætextu quod non fuerit facta derogatio regulæ de iure quæsito, aut non intercesserit consensus Pensionarij, hic enim non requiritur dum Pontifex motu proprio procedit, illaque in gratijs de sui natura præiudicialibus absque speciali expressione de necessitate continetur. Neque prætendi potest reuocata pensio, seu ineffectuata eiusdem extinctio per contrariam obseruantiam, & plurimas exactiones à Pensionario factas per lapsum longi temporis, cum pensio semel extincta absq; nouo consensu Pontificis nequeat reconualidari, maximè vbi in literis extinctionis adiecta fuerint clausula, *Sublata, & decretum irritans*, ex quibus contraria quęlibet obseruantia infringitur. Exactiones factæ cum expressione tituli inualidi, numquam possunt per lapsum temporis alterius tituli validi præsumptionem inducere. Bona fides, & iustus titulus vltra cursum temporis requiruntur ad præscriptionem rerum Ecclesiasticarum, cumque præscriptio dicatur odiosa quilibet defectus temporis eam excludit, nec annus cæptus habetur pro completo ad ipsam inducendam.

SVMMARIVM.

1 *Pensio legitimè extincta amplius non debetur.*

2 *Pontifex censetur derogasse regulæ de iure quæsito absq; expressione vbi concessit gratiam de sui natura præiudicialem motu proprio, & ex certa scientia.*

3 *Pensionary consensus non requiritur, vbi Papa motu proprio pensionem extinguit.*

4 *Pensionary consensus non requiritur in cassatione pensionis, vbi Papa derogauit regulæ de consensu in pensionibus præstando.*

5 *Pensionarius acceptans in locum pensionis gratiam sibi à Pontifice factam, extinctioni pensionis tacitè consentire videtur.*

6 *Pensionary consensus vbi agitur de extinguenda pensione Apostolica auctoritate quoquomodo concurrat est sufficiens.*

7 *Pensio legitimè semel extincta per contrariam obseruãtiam, & per longi temporis spatio continuatas solutiones (deficiente Pontificis voluntate) numquam præsumitur renouata.*

8 *Correlatiuorum natura est vt vno admisso, & alterum admitti debeat.*

9 *Clausula, Sublata, & decretum irritans, in literis Apostolicis adiecta, quamlibet contrariam obseruantiam infringunt.*

10 *Titulus validus induci nequit per continuatas exactiones factas in vim tituli insubsistentis etiam per longum temporis cursum.*

11 *Præscriptio non inducitur in rebus Ecclesiasticis, nisi cum temporis cursu copulatiuè concurrant iustus titulus, & bona fides.*

12 *Scientia ministri contra Dominum malã fidem inducit.*

13 *Mala fides arguitur in Pensionario exigente pensionem non obstante quod habeat penes se Bullam concessionis præbendæ correspectiuæ ad pensionem sibi ablatam, quæ etiam eiusdem pensionis cassationem contineat.*

14 *Præscriptio tamquam odiosa per quemlibet defectum temporis remanet exclusa, nec ad eius effectum annus captus habetur pro completo.*

DECISIO DCCCXVI.

Super fructibus Abbatiæ S. Crucis Fontis Auellanæ, quam sanct. mem. Gregorius XIII. vniuit Venerab. Collegio Germanico in actu vnionis secutæ ann. 1578 fuit reseruata annua pensio perpetua scutorum mille auri ad fauorem Ven. Collegij Græcorum, ità tamen quod illa exigi non posset nisi prius cessasset altera ex duabus pensionibus temporalibus, quibus Abbatia reperiebatur grauata fauore Cardinalis de Ruuere, & Cardinalis Alexandrini *Summ. Germanici, num. 1.* Medio tempore antequam altera ex his pensionibus temporalibus cessasset nempè de anno 1581. idem Pontifex motu proprio extinxit, & cassauit dictã pensionem scutorum mille auri eo, quia de æquiualenti,

immò

immò maiori reddit u prouidit dictum Collegium Græcorum mediante vnione eidem facta de Monasterio, seù commenda Sanctissimæ Trinitatis de Mileto, cui extinctioni consenserunt Rector Magister Collegij, & Procurator dicto *Summ. num.* 4. Verùm quià successiuè extincta pensione Cardinalis Alexandrini per eius obitum de anno 1598. Collegium Græcorum exhibendo literas reseruationis cepit terminos pensionis exigere à Rectore Germanici tunc temporis ignaro extinctionis per 67. annos anteà sequutæ, a quo tēpore successerat mutatio quinque Rectorum, & postmodū in dicta exactione continuauit vsque ad annum 1663. Ideò nuper introducto iudicio pro parte Collegij Germanici tàm super restitutione solutorum quàm etiam pro absolutione in futurum, cùm Sanctissimus D.N. Alexander Septimus causam commiserit nonnullis Romanæ Curiæ Prælatis decidendam de voto Rotæ hodie propositi dubium, an pensio debeatur, seù potius quæ summa sit restituenda, & pro nunc resolutum fuit pensionem non deberi.

Licèt enim pensio fuerit reseruata authoritate Apostolica in perpetuum pro substentatione Alumnorum Collegij Græci, fuit tamèn eadem auctoritate ab eodem Pontifice motu proprio, & de plenitudine potestatis cassata, & extincta in actu, quo pro substentatione Alumnorum Collegij vnitum fuit Monasterium Sanctissimæ Trinitatis de Mileto; Vndè cùm satis appareat de voluntate Pontificis illam cessandi, & de po-
1 testate non possit dubitari, certum est pensionem amplius non deberi, vt dixit *Rota decis. 129. num. 2. in fin. vers. Est etiam clarum, part. 1. recent.*

Quæ quidem extinctio impugnari non valet sub prætextu, quod non fuerit derogatum Regulæ de iure quæsito non tollendo; Quià cum vertentur in gratia
2 de sui natura præiudiciali facta motu proprio, & ex certa scientia, cessat ratio regulæ fundata in defectu intentionis Pontificis concedentis, & per consequens formalis derogatio non requiritur, vt plenè dictum fuit in *Cæsaraugustana iurisdictionis cor. á Card. Sacrato penès Marchesan. part. 3. pag 153. repetita in recent. decis. 174. num. 2. part. 1. Card. Seraph. decis. 762. num. 4. Buratt. decis. 193. n. 24. cum allegatis in decis. 607. nu. 4. part. 3. & dec. s. 164. num. 11. part. 6. recent.*

Nèc etiàm vrget prætensa nullitas fundata in defe-
3 ctu consensus Collegij pensionarij, quià vel non fuit necessarius attento quod Papa processit motu proprio, non ad Partis supplicationem, vt probat, *cons. 5. numer. 70. & 85. lib. 4.* Et in specie derogauit regulę
4 de consensu in pensionibus præstando dicto *Summ. n. 2 Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 9. num 54. & lib. 8. quæst. 8. num. 117. Bursatt. cons. 411. numer. 4. Tondut. de pension. cap. 41. num. 9. vers. Huic ergo, Gig. eod. tract. quæst. 10. sub num. 3. & seqq.*

Vel in omnem casum constat fuisse sufficienter præstitum non solùm à Rectore, alijsque Administratoribus Collegij, qui per publicum instrumentum præfatæ cassationi pensionis exprefse consenserunt eodem *Summ. num. 4.* Sed etiam à Cardinalibus Protectoribus, qui acceptarunt gratiam vnionis Abbatiæ Mileten. factam correspectiuè ad extinctionem pensionis faciendo plures actus positiuos signanter constituendo
5 Procuratorem Octauium Negusantium ad capiendam illius possessionem; Cùm enim non potuissent acceptare dictam Abbatiam, quin etiam approbassent onus eidem iniunctum, vt benè ad propositum dixit, *Rota coram Card. Put. decis. 100. num. 2. lib. 2. Card. Canal. decis. 26. num. 4.* Exinde resultat sufficiens illorum con-
6 sensus, qui in hac materia admittitur etiā tacitus quo quomodo colligi possit iuxtà decisionem *Cassador. primam de renunc. num. 3. relatam à Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 35. num. 76. Card. Canal. d. decis. 26. vbi supra, & in Elboren. pensionis 19. Nouembr. 1614. coram Pirouano, §. Tamen in fine.*

Non obstant solutiones factæ per spatium 60. annorum ex quibus infertur ad renouationem pensionis iam extinctæ; siuè potius extinctionis ineffectuationē, Etenim ad effectum renouationis dixerunt Domini non sufficere lapsum temporis cum obseruantia in hac materia pensionum, quæ cùm tota pendeat à voluntate Papæ, quemadmodum absque facto ipsius pensio de
7 consensu partium non constituitur, ità etiàm semel extincta neque potest reconualidari absque noua reseruatione, vt post *Cassador. dec. s. 4. num. 6. de pension. consuluit, Bellon. iun. cons. 27. num. 7. 8. & 13. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 24. & seq. Barbos. vot. 5. num. 24. & 25. lib. 1. Rota coram Mohed. decis. 12 ante num. 4. de renunciat. Buratt decis. 469. & decis. 528. vtrobique, n. 2. cum alijs per Add. ad Gregor. decis. 440. num. 8.*

Multoque minus dici potest ineffectuata extinctio nedum quià contrarium desumitur ex eo, quod Collegium Græcorum semper pacificè possedit Abbatiam Mileten. vnitam, vt supra dictum est correspectiuè ad ipsam extinctionem pensionis, Ea enim est natura
8 actuum correspectiuorum, vt vno admisso; veniat, & alter, qui non debent diuerso iure censeri ex deductis in *Romana Censuum 22. Iunij 1663. §. Non obstat, versic. Et propterea coram me*; Verùm etiàm quià ex clausula,
9 *Sublata, & decreto irritanti*, in literis Apostolicis adiectis infringitur quælibet ineffectuatio, & contraria obseruantia, *Franc. in cap. cum de beneficio, num. 4. de præbend. in 6. Buratt. decis. 704. numer. 10. & seqq. Merlin. decis. 814. num. 6. Rota in Valentina Pontificalium 15. Iunij 1657. §. Quia exceptuatio, vers. Stante præsertim coram R. P. D. meo Priolo.*

Quatenùs autèm ex præfatis solutionibus prætenditur induci præsumptionem alterius tituli validi placuit responsio quod dùm Collegium exegit terminos pensionis in vim reseruationis anni 1578. eo ipso, quod huiusmodi titulus expressus est inualidus, & insubsistens, attenta extinctione subsequuta anno 1581.
10 cessat præsumptio alterius tituli sufficientis, & quælibet alia præsumptio ex lapsu temporis deducta, *Alex. cons. 113. per tot. lib. 1. Menoch. præsumpt. 131. num. 49. lib. 1. Rota coram Caputaq. decis. 28 part. 1. Card. Seraph. decis. 1135. num. 4. cum alijs congestis per Merlin. decis. 702 num. 39.*

Et quidem controuerti non potest solutiones fuisse factas in vim reseruationis anni 1578. Quià statim defuncto Cardinale Alexandrino, per cuius obitum ad formam eiusdem reseruationis debebat incipere, solutio fuit pro parte Collegij Græcorum facta intimatio cum insertione tenoris literarum Apostolicarum dicto *Summ. num. 5.* & illico Bellabarba fuit constitutus Procurator ad exigendum, *num. 6.* quę literæ fuerunt de nuò productæ contra hæredes dicti Cardinalis Alexandrini, earumq; vigore Collegium Græcorum obtinuit mandatum de consignando terminum pensionis Sancti Ioannis Baptistæ anni 1598. citato etiàm Germanico *Summ. num. 12.* Et vlterius orta differentia super valoro scuti aurei semper in informationibus, ac etiam in laudis desuper emanatis habita fuit explicita relatio ad ipsam reseruationem, vt dicto *Summar. num. 15. vsque ad 20.*

Et hinc cessare videtur etiam motiuum præscriptio-
11 nis, quià cùm exactiones fuerint factæ in vim tituli insubsistentis non est locus præscriptioni, ad quam inducendam in rebus Ecclesiasticis vltra cursum temporis requiritur copulatiuè iustus titulus, & bono fides *text. in cap. si diligenti 17. in fin. de præscript. & cap. 1. vbi gloss. eod. tit. in 6. Craueti. cons. 134. nu. 16. vers. Ter-*

tio requiritur Balb. de præscript in 3. part. principal. quæst. 3. num. 7. inter tract. magn. tom. 17. fol. mihi 70.

Deficit quoque bona fides cum exactio pensionis
12 fuerit inchoata à Bellabarba Procuratore constituto ad exigendum, qui præcendetee simul cum Rectore consenserat cassationi mediante ipsius iuramento, ex cuius ministri scientia induci malam fidem contra Collegium dixit, *Rota decis. 122. num. 22. part. 7. recent.* Immò dùm Collegium sempee retinuit in eius Archiuio Bullam originalem vnionis Abbatiæ Mileti, in cuius tergo adest cassatio pensionis controuersæ, hoc
13 sufficit pro arguenda ipsius mala fide, vt ad istum effectum impediendi præscriptionem alias ponderauit, *Rota coram Caputaquen. decis. 24. num. 2. & 3. part. 2. Card. Caual. decis. 77. num. 6. & decis. 91. num. 10. & coram Merlin. decis. 663. num. 25. cum seqq.*

Et denique non adest cursus temporis sufficiens ad præscribendum; Aut enim requiruntur centum anni ex specialibus priuilegijs Abbatiæ Sanctæ Crucis Fontis Auellanæ datis in dicto *Summ. num. 23.* quæ vigore vnionis allegari possunt à Collegio Germanico; Aut quatenùs sufficeret quadragenaria, animaduersum fuit illam non esse completam; Siquidem viuente Bellabarba exactiones ab eo factæ non sunt habendę in consideratione stante inexcusabili mala fide illius, qui fuit præsens cassationi, & expressè consensit ex superius deductis; Post obitum verò illius sequutum prima Februarij 1623. dicto *Summ. num. 21.* vsque ad diem motæ litis 6. Iulij 1662. ibid. *num.* 8. non effluxerunt anni 40. completi; In præscriptione enim 40. annorum
14 tanquàm odiosa admittitur etiam modicus defectus, & annus inceptus non habetur pro completo *Ias. in l. 3. §. Labeo, num. 17. ff. de acquir. possess. Balb. vbi supra in 3. part. 6. part. principal. quæst. 1. nu. 11. Rota dec. 208. num. 3. & decis. 304. num. 2. part. 1. rec.*

Et ità vtraque, &c.

LEODIEN. BONORVM.

Lunæ 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Declaratoria licet regulariter non concedatur nisi præcedente seruatione quatuor terminorum ad docendum de paritione, attamen constito de impedimento exequutioni præstito per parere debentem, & de eius animo non parendi etiam absque seruatione terminorum conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria regulariter non conceditur, nisi præcedente seruatione quatuor terminorum seruari solitorum ad docendum de paritione.*
2 *Declaratoria concedi potest absque præcedente seruatione terminorum constito de impedimento præstito exequutioni per eum qui parere debebat, & de eius animo non parendi.*
3 *Declaratoria conceditur etiam in causa prophana, in qua appellatum fuerit ad Sedem Apostolicam.*
4 *Causa, in quibus ad Sedem Apostolicam appellatur, in Rota committuntur.*

DECISIO DCCCXVII.

Interposita à sententia lata in partibus ab Officiali Leodien. ad fauorem Ioannis Hodeige appellatione, ac mihi commissa, dubitaui sub die 31. Martij 1664. An & cui sit danda immissio in Bonis Nicolai Hodeige prædefuncti, & responsum fuit dandam esse Annæ, Elisabeth, & Sanctæ sororibus defuncti pro tribus ex quatuor partibus, & successiuè lata sententia euocante primam, fuit expeditum mandatum vna cum exequutorialibus Ioanni Colitiganti præsentatis mandatis Rotalibus, seù verius Apostolicis vt par erat, renuit obedire, immò ad impediendam exequutionem recursum habuit ad Iudices laicos; Ideò ad instantiam sororum proposui dubium super declaratoria, quam Domini concedendam esse dixerunt.

Licèt enim in facto constet de præsentatione. Exequutorialium, non tamen de seruatione quatuor ter-
1 minorum ad docendum de paritione, qui iuxtà solitum seruari debent antequàm declaratoria concedatur; Nihilominùs stante recursu ad Iudices laicos, à quibus Ioannes obtinuit mandatum cassatorium mandati Rotalis, vt ex publico instrumento relato in *Summario, num. 2.* hinc satis videtur constare de impedimento per eum præstito executioni, nec non de animo
2 eiusdem non parendi, quod sufficeret pro declaratoria aliàs decisum fuit *coram Buratt. decis. 825. num. 5. decis. 407. num. 11. part. 4. tom. 2. & decis. 276. num. 3. post med. vsque ad num. 4. par. 5. rec.*

Parum obstante, quod versemur in causa prophana;
3 Quia eùm fuerit primum introducta coram Officiali Leodiensi, notorium est ab eo dari appellationem ad Sedem Apostolicam, vt probat *Modern Mean. ad ius ciuil. Leodien. obseru. 338. per tot. & signanter, num. 11.*
4 & in his terminis ad effectum declaratoriæ in præcit. *decis. Buratt. 825. num. 6.*

Et ità pee contradictas resolutum fuit, &c.

ROMANA CONTRIBVTIONIS.

Lunæ 15. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Per Constitutionem S. M. Clementis VIII. bona Baronum eximuntur à vinculis cuiuscunque fideicommissi & fauore Creditorum reputantur tanquam libera, & allodialia. Quod procedit siuè fideicommissa sint ascendentium, siue collateralium, siuè etiam extraneorum & etiam si agatur de Feudo hæreditario, vel ex pacto & prouidentia.

SVMMARIVM.

1 *Bona Baronum eximuntur à vinculis cuiuscunque fideicommissi fauore creditorum, & reputantur ac si essent libera, & allodialia.*
2 *Bona Baronum subiacent obligationibus à se factis, & constituunt vnicum patrimonium.*
3 *Successores in bonis Baronum tenentur pro rata bonorum ad solutionem debitorum concurrere.*
4 *Hæres bonorum feudalium, & hæres allodialium pro debitis contractis à defuncto, qui tempore obligationis vtraque bona possidebat, tenetur pro rata ad solutionem debitorum.*
5 *Bona Baronum tenentur indistinctè pro debitis ab ipso Barone contractis, siue agatur de feudo hæreditario, siuè potius ex pacto, & prouidentia.*
6 *Æs alienum non respicit partem Patrimonij, sed totum pro indiuiso amplectitur.*
7 *Patrimonij diuisio non minuit obligationē defuncti, nec tollit ius creditorum agendi contra bona obligata, penes quoscunque existant.*
8 *Bona per Baronem possessa remanent obligata, fauore creditorum, siuè sint supposita fideicommissio ascendentium, siuè collateralium, siuè extraneorum.*
9 *Dictionis seu natura est distinguere verba, sed non mutare.*
10 *Dictio seu exponitur aliquando pro dictione copulatiua, & augmentatiua.*
11 *Actio vtilis negotiorum gestorum competit pro recuperatione eius, quod quis vtiliter pro alio soluit.*
12 *Contributioni vt sit locus, debet prius fieri excussio bonorum hæreditariorum debitoris.*

DECISIO DCCCXVIII.

Post obitum Francisci Mariæ Ducis Ceræ sine filijs sequutum die 28. Iunij 1657. fuerunt purificata duo fideicommissa Ascendentium, nempè Pauli Emilij

Cæsij

Cæsij & Portiæ ab Anguillaria coniugum ad fauorem D.Ducissæ Portię filiæ Andreæ, ac respectiue sororis eiusdem Ducis Francisci Mariæ, aliud vero fideicommissum bon:mem.Cardinalis Petri Donati Cęsij transuersalis ad fauorem D.Ducis Silicis 2.geniti Domus Cæsiæ de Ducibus Aquaspartæ. At quia Andreas Pater, & Franciscus Maria filius maximum æs alienū contraxerant de tempore, quo penes ipsos existebant bona tam dictorū fideicommissorum ascendentium,quā dicti fideicommissi transuersalis, hinc D.Ducissa Portiā hæres dicti Francisci Mariæ post factam restitutionem de bonis subiectis dicto fideicommi sso Cardinalis Petri Donati, instabat contra D.Ducem Silicis, & pro rata debitorum contractorum ab Andrea, & Francisco Maria ipsa contribueret ex dictis bonis Cardinalis, prout sibi præseruauerat in instrumento celebrato *9.Augusti 1657.vt in eius Summ.num.6.*cum autem facto inter Partes compromisso Santiss. D. N. mandauerit procedi de voto Rotæ,ideo dubitaui an sit locus contributioni, & Domini exceptis contractis occasione Dotium, alijsque debitis particularibus, vtriusque fideicommissi ascendentis in reliquis affirmatiuè responderunt.

Moti fuerunt ex eo, quod cum de tempore contracti debiti omnia bona dd.fideicommissorum reperirentur penes eorum Debitores eorum obligatio facta de omnibus bonis non respicit magis vnam, quā alteram partem illorum sed omnia bona indefinite teneutur pro debitorum satisfactione, nulla facta distinctione fideicommissorū quia vigore *Const.Clem.VIII.*

1 *Bullar.non.tom.3.*in ordine la 41. bona Baronum eximuntur à vinculis cuiuscunque fideicommi si fauore Creditorum illaque redduntur pro debitis obnoxia perinde ac si essent libera, ac allodialia *Spad.conf.19. per tot.lib.1.Rota coram Buratt.decis.*401, *tum.3.& in Romana Saluiani 22. Iuny 1650.coram Peutingerio in fine.*

Quemadmodum enim sublato vinculo fideicom-
2 missi omnia bona remanent libera, & subiecta obligationibus possessoris, ita non possunt amplius in Barone debitore considerari plures hæreditates inter se diuersæ sed quælibet bona remanent eiusdem speciei & constituunt vnicum Patrimonium illius *ad tradit. per Camerar in cap. Agnatus quæst.22.sub.num.155. vers.quid dicemus Rouit.ad Pragmat. Reg.tit.de feud. pragm.15.num.27. Donat.Ant.de Marin. resol. quotid. lib.1.cap.162.sub num.6.* Et propterea omnes, qui in
3 eisdem bonis succedunt, tenentur pro rata bonorum ad solutionem debitorum concurrere, vt in proximis terminis de contributione facienda inter hæredem in
4 feudalibus, & hæredem in Burgensaticis pro debitis contractis à defuncto qui tempore obligationis vtraq; bona possidebat pro veriori tuentur *Io:Franc.à Pont. conf.13.num.23.& seq.Fab.de Ann.conf.4.num.10.lib.1. Lauar.conf.80.num.23.36.45.& seqq.Merlin.Pignattell. contr.2.cap.81.num.12.Capic.Galeott.contr.21.num.29, & seqq.& contr.22.ferè per tot.Donat.Ant.de Marin.vbi supra cap.162.n.1.& seqq. Capicc.decis.198.& Franch. decis.159.per tot.*

Et licet Doctores mox citati loquantur de feudo hæreditario, & videantur contrarium sentire in feudo ex pacto, & prouidentia, vt in specie distinguendo *tradit idem Fab.de Ayn.dict.conf.4.num.14.* huiusmodi
5 tamen distinctio nihil operarur in proposito, vbi vigore dictę *Constit Clementinæ* omnia bona baronum ad effectum, de quo agitur fuerunt exempta ab omni, & quocunque onere restitutionis, immò pro bonis prorsus liberis reputantur, & insimul cum allodialibus concurrunt ad constituendum vnum, & idem patrimonium baronis,quapropter militat ratio per eosdem
6 Doctores adducta,quod nempè æs alienum non respicit partem patrimonij, nec facultates certi loci, sed totum patrimonium pro indiuiso amplectitur *l.1. §.si hæres ff.ad trebell.* Et ideo satis est, quod de tempore obligationis patrimonium fuerit vnicum, nam succes-
7 siua diuisio illius, quæ prouenit ex qualitate, & diuersitate hæredum non distinguit obligationem defuncti, nec tollit ius creditorum agendi contra bona obligata penes quoscunque existant, vt post *Io:Franc.à Pont.d. conf.52.num.23.& seq.dixit Rota* quamuis ad diuersum effectum *in Romana supplemeoti legitimæ 18.May 1640 §.minusq. vrgere videtur coram me impress. in recent. decis.227.num.33.p.8.decis.131.num.23.& seqq.p.9.& post Zacch.de oblig.Cam.decis.222.num.20.*

Neque applicantur exempla adducta ad probandum quod ad solutionem debitorum teneantur bona fideicommissi ascendentis alia verò bona fideicommissi transuersalis teneantur solum in subsidium. inspecta enim tam voluntate, quam potestate Andreæ, & Francisci Mariæ debitorum apparet omnia bona indistinctè teneri; nam de voluntate dubitari non potest eo ipso, quod eorum obligatio non se restringit ad sola Castra Ceræ, & Malleani supposita fideicommisso Ascendentium, vt altera pars prætendebat, sed quidem respicit omnia alia bona per se ipsos possessa vt patet ex Bulla erectionis montis, ad cuius formam, & tenorem dd. debitores se obligarunt, ibi: *dd.Castra Ceræ, & Malleani Pecorarecci, Casalia, & alia quæcunque bona etiam iurisdictionalia, & intra præsentia, & futura eiusdem Andreæ Ducis, & per eum possessa etiam Primogenituris prædictis seu cuius fideicommisso subiecta, aut alias quomodolibet grauata Summ.D.Ducissæ num.1 literaI.* De potestate verò non est ambigendum attenta
8 dicta *Const.tutione Clementis VIII.* per quam omnia bona possessa per Baronem possunt indistinctè obligari siue sint supposita fideicommisso ascendentium siue collateralium, siue etiam extraneorum, quibus Pontifex expressè derogauit *in §.10.ibi omnibus,& quibuscunque inuestituris concessionibus, donationibus, fideicommissis, Primogenituris & alienandi prohibitionibus, nec non pactis de succedendo &c. per quoscunque ascendentes, seu collaterales, ac penitus extraneos.*

Parum obstante, quod Bulla deroget fideicommissis alternatiuè per dictionem *seu*, ibi: *Ascendentium seu Collateralium*; Vndè infertur Pontificem per illam dictionem voluisse denotare ordinem, itaut prius teneantur bona ascendentium, & deinde transuersalium. Quia cum ex toto contextu bullæ constet de voluntate Pontificis leberandi omnia bona baronū à quocunque onere, & vinculo fideicommissorum in genere, illa efficiendo alienabilia ad effectum vt creditores celerius satisfiant, nil refert, quod enumerando species adiecerit illam dictionem *seu* inter fideicommissa ascenden-
9 tium & illa collateralium, natura enim dictionis præfatæ est disiungere tantum verba sed non mentem; *Soccin.Iun.in l.Centurio nu.174.ff.de vulgar. & pupill. Paul.de Castr.conf.162.num.4.lib.3.Dec.conf.399.num.5 Cor.conf.113.num.3.* Et aliquando exponitur pro di-
10 ctione copulatiua, & augumentatiua, vt post *Bart.in l.si quis ita legauerit ff.de aur.& argent.legat.traduot relati per Barbos.dict.363 num.8. & 9.& Rota decis.287. num.9.p.7.recent.*

Quod autem Bulla emanauerit fauore creditorum nullius est momenti, quoniam D.Ducissa quoad loca montium, & debita extincta cum cessione iurium vi-
11 gore cessionis eosdem creditores repræsentat,quoverò ad alia debita extincta sine cessione videtur gessisse negotium vtile omnibus fideicommissarijs, ex quo libera-

berauit etiam fideicommissum transuersale à debitis sub grauioribus vsuris, pro quibus vigore supradictæ Bullæ reperiebatur grauatum, & proinde intrat contributio iuxtà *decis. Buratt. 401. num. 3. & seqq. & decis 637. num. 2. & 3.*

Denique non obstat, quod Castra Ceræ, & Malleani fuerint vendita per Portiam Andreæ filio pro scutis 250. mill. & proinde non sit locus contributioni, nisi
12 prius facta excussione dictorum bonorum hæreditariorum debitoris *iuxtà decis. 153. n. 17. & 18. p. 9. recent.* obiectum enim cessat ex facto, quia dicta venditio non habuit effectum, vt eadem Portia in eius testamento declarauit, quam declarationem acceptauit idem Dux Andreas per instrumentum publicum datum in *Summ. D. Ducissa num. 8.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS

Ven: 15. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Iudicia diuersificantur ex diuersitate commissionum, & ad dignoscendam Iudicis iurisdictionem, semper tenor commissionis attendi debet.

SVMMARIVM.

1 *Causæ diuersificantur precipuè ex diuersitate Actionis, & Personarum.*

2 *Inhibitio in vim commissionis restringitur ad causam commissam, non autem extenditur ad diuersam.*

3 *Iudicis iurisdictio cognoscitur ex tenore commissionis.*

4 *Commissionum verba strictè veniunt interpretanda.*

5 *Commissiones non trahuntur ad causas postea exortas.*

DECISIO DCCCXIX.

FActo concursu inter Creditores Ioannis Baptistæ Paloni emanauit sententia in Curia Capitolina, vbi inter cæteros fuerunt graduati in sexto loco Maximilianus Testatus in septimo Ludouica Bernardona Vxor dicti Ioannis Baptistę, & in nono Antonius Dosius Maritus Olimpiæ Palonæ; Quià verò dicta Ludouica Vxor nedum erat creditrix Io: Baptistæ occasione suarum dotium, verum etiam fuerat scripta illius hæres in testamento suaque intererat ne bona hæreditaria ad instantiam Creditorum vili pretio distraherentur obtinuit à San. mem. Sixto V. signari commissionem directam Capitaneo Appellationum facta diligentia de inueniendo emptores pro iusto pretio bona hæreditaria, deliberaret, sin minus eadem bona pro rata creditoribus assignaret.

At spreta huiusmodi commissione Fælix Dosia filia, & hæres dictæ Olimpiæ Palonæ, & Angelus Capistrellus eius maritus instituerunt iudicium coram A. C. contra Franciscam Zoilam hæredem mediatam dictæ Ludouicæ Bernardonæ tunc detentricem Domus de qua agitur, & non obstante inhibitione Capitanei Appellationum dd. coniugibus præsentata vigore dictæ commissionis Sixti, ac etiam litis pendentiæ prosequuti fuerunt litem coram eodem A. C. vsque ad subhastationem, & deliberationem domus præfatæ.

Sequuta autem adiudicatione ad fauorem eorundē Angeli Capistrelli, & Fælicis Dosiæ coniugum insurrexit Magdalena Testata filia, & hæres dicti Maximiliani graduati in sexto loco, vt supra dictum est, & ista velut anterior fuit in possessionem d. Domus immissa ex remedio vtilis Saluiani; sed cum aduersus huiusmodi sententiam immissionis non fuerit interposita appellatio hinc post plures annos ad instantiam Magdalenæ Dosiæ descendentis ex Fælice fuit commissa causa in gradu restitutionis in integrum Vrbis Senatori contra Septimiam Mutam causam habente à dicta Magdalena Testata.

Demum Margarita Maffea causam habens à dicta Francisca Zoila mediante Paulo, & Constantia de Verois prosequendo iudicium attentatorum commissorum in subhastatione, & deliberatione domus coram A. C. loco illorum purgationis obtinuit à Capitaneo Appellationum mandatum de manutenendo, possessione subsequuta super domo controuersa: Cum autem D. Senator vigore dictæ commissionis sibi vltimo loco directæ causam reassumpserit, ac inhibuerit: ideo dubitaui sub *die 13. Iunij 1663.* an inhibitio, & reassumptio sit moderanda, & reuocanda, & possessio concessa Margaritæ sit confirmanda, vel infirmanda vti attentata, & fauore Margaritæ prodijt resolutio, quā hodie Domini ex ijsdem fundamentis confirmarunt.

Ex tota enim facti serie apparet esse duas causas inter se distinctas, & separatas, alteram scilicet manutentionis pro purgatione attentatorum commissorum in subhastatione, & deliberatione domus coram A. C. in spectum Commissionis Sixti V. & litis pendentiæ coram Capitaneo Appellationum; alteram verò immissionis in iudicio Saluiani commissa D. Senatori in gradu restitutionis in integrum, quæ commissio cum sit restricta ad iudicium Saluiani vertens inter Magdalenam Dosiam, & Septimiam Mutam hæredem Testatę ea mediante nulla iurisdictio fuit attributa D. Senatori respectu personæ Maffeæ in commissione non comprehensæ, nec respectu Iudicis manutentionis pro purga-
1 tione attentatorum, quod nihil commune habet cum dicto iudicio Saluiani: nam cum ex diuersitate actionis, & personarum præcipuè causarum diuersitas dignoscatur ex allegatis, *in decis. §. diuersitas* non potuit D. Senator vigore dictæ commissionis inhibere, quia
2 inhibitio in vim commissionis arctat solum in causa commissa, non autem extenditur ad diuersam, *ad tradita per Lancellott. de attent. lit. pend. 2. par. cap. 4. limit. 2. & cap. 20. post. inhibit. limit. 4. cum relatis in Anconitana pecuniaria 28. Iunij 1652. coram Reuerendiss. Zarate Episcopo Coneben. § non obstat vers. & commissio.*

Neque saluari potest ratione connexionis, & dependentiæ, ex quo in commissione directa D. Senatori comprehendatur causa super extinctione census, quæ alias fuerat commissa Capitaneo Appellationum. Vltra quod enim hoc iudicium super censuum extinctione fuit iam terminatum per sententiam diffinitiuam in iudicatum transactam latam de voto Rotę preuia *decisione edita coram Reuerendiss. Ghislerio Episcopo Imolen. impress. in recent. decis. 378. p. 5.*

Adhuc non subsistit dictam commissionem Senatoris comprehendere huiusmodi iudicium, etenim Magdalena Dosia supplicando Pontifici enunciat quidem Septimiam hæredem Testatæ fuisse immissam in possessionem Domus occasione fructuum duorum censuum, sed non petit committi causam restitutionis in integrum aduersus sententiam latam de voto Rotæ super censuum validitate, quinimmo se restringit ad gratiosam restitutionem aduersus sententiam immissionis latam in iudicio Saluiani vsque de anno 1641. vt ex commissione relata *in Summ. Heredum de Mutis num. 11*
3 cuius tenor semper attendi debet ad effectum cognoscendi iudicis iurisdictionem *Rota decis. 85. num. 1. p. 6.*
4 *recent.* eiusque verba veniunt strictè interpretanda, ad *Text. in cap. significasti in fin de rescript. Rota decis. 446. num. 8. p. 4. tom. 2. rec.*

Aliæ vero commissiones, quæ hodie in medium afferuntur, quamuis fuerint obtentæ ab Authoribus Margharitæ, ad istum effectum non suffragantur, quia tanquam signatę super diuersis articulis, & inter diuersas personas de tempore, quo non dum fuerunt com-
5 missa attentata nullo modo respiciunt iudicium, de quo agitur, quia clarum est commissiones non trahi

ad

ad causas postmodum exortas *cap. fin. vbi gloss. verb. ad futuras de rescript. Gregor. decis. 34. num. 3.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA LEGATI
Luna 21. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Legatum à Domino factum vni ex familiaribus suis *pro se, & famulo de parte familiaribus dari solita* sicuti respectu famuli non est intelligendum comprehendere nisi portionem panis & vini, ita & respectu familiaris in eadem oratione copulati censendum est, cum in hisce dispositionibus dubijs illa facienda veniat interpretatio, quæ magis fauet hæredi.

SVMMARIVM.

1 *Legatum duobus copulatiue factum sub vnica denominatione, si respectu vnius clarum sit quid ipsius nomine veniat, idem venire censendum est respectu alterius.*

2 *Copula & importat æqualitatem inter Copulatos.*

3 *Copula & quando iungit duo de per se principaliter, & nonvnum in gratiam alterius dicitur stare ampliatiuè.*

4 *Solutio anticipata importat commodum considerabile & pretio æstimabile.*

5 *Legatum dubium ità interpretari debet vt magis faueat hæredi quia in dubio sic Testatorem voluisse censetur.*

DECISIO DCCCXX.

Facta taxatione legati, de quo agitur à R.P.D. meo Verospio in mestruis scutis decem, successiueque in gradu appellationis ab excessiua taxatione mihi cõmissa, fuit sub die 17. *Martij* 1664. decisum constare de excessiua taxatione ex eo, quod sub dicto Legato contineatur duntaxat panis, & vinum; Vnde hodie hoc eodem articulo discusso, DD. decisionem confirmarunt.

Subsistit enim quod bon: mem: Cardinalis Ludouisius testator legando Lucæ Antonio donec vixerit partem familiaribus suis dari solitam pro ipso, & vno famulo noluerit relinquere totum id, quod eo viuente præstabatur etiam in pecunia, sed solum se restrinxerit ad portionem panis, & vini, quod vltra testium depositiones relatas *Summ. D. Principis num. 1.* desumitur ex eo, quod in vna, eademque oratione mandauit præstari partem tàm Lucæ Antonio, quam etiã ipsius famulo; nam sicut dubitari non potest quin pro famulo, sub nomine partis, voluerit duntaxat legare panem, & vinum, non autem stipendium pecuniarum, ita quoque dicendum est respectu Lucæ Antonij, quia

1 ipse vna cum famulo sub vnica determinatione comprehenditur *ad l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. l. quãuis C. de impub.* & ambo sunt in eadem oratione con-

2 iuncti mediante copula &, quæ denotat æqualitatem inter copulatos *per Text. in l. Reos §. cum in Tabulis ff. de duobus Reis Bart. in l. Gallus §. quidam rectè num. 3. verf. oppono ff. de liber. & Posthum. cum allegatis in decis. §. maxime.*

Non obstat, quod vbi duo copulantur de per se principaliter, & non respectiue ad aliud copula & videatur stare ampliatiuè *ex Roland. cons. 79. num. 21.*

3 *lib. 8.* obiectum enim videtur posse retorqueri, cum in proposito famulus dici non possit stare de per se, & independenter à Luca Antonio, Nam Cardinalis non legauit potius vni, quam alteri famulo nominatim expresso, ita vt videatur eius quoque contemplatione reliquisse, sed solum legauit famulo in genere, & sic intuitu Lucæ Antonij, ideoque cum vnus ex copulatis non stet de per se, sed correspectiuè ad alterum, intrant superius firmata respectu copulæ quæ regulariter requirit concursum copulatorum, illaq; pariformiter iungit *Menoch. cons. 497. num. 17. Dec. cons. 89. num. 2. Rota decis. 15. num. 6. par. 1. diuers.*

His accedit, quod Testator ante legatum partis in eadem periodo reliquit Lucę Antonio scuta 2000. in pecunia, quod demonstrat Legatum fuisse restrictum ad portionem panis, & vini tantum, si enim Testator voluisset aliud in pecunia tribuere, id facile potuisset exprimere, augendo dictum legatum factum eodem contextu in pecunia pro quantitate scutorum 2000. vel in omnem casum videtur voluisse ex dicta vnica & anticipata solutione celerius, & pinguius prouidere etiam respectu stipendij pecuniarij quod alias Lucas Antonius iuxta solitum debuisset minutatim quolibet mense recipere, quod commodum anticipatæ, & preuentiuæ solutionis in iure est valde considerabile, & pretio æstimabile iuxta *Text. in l. debitor ff. de legat. 2. in Romana Legati scutorum 50. mil. 1. Iulij 1644. §. vlterius verf. officia vero coram me impress. in recent. decis. 309. num. 11. p. 9.*

Vlterius addi potest, quod Cardinalis legando partem non dixit, Lego partem dari solitam Lucæ Antonio, sed simpliciter dari solitam familiaribus, inter quos cum non sint idem stipendium, sed quidem diuersum secundum illorum gradus, & officia, videtur incertum de qua quantitate senserit Testator: Ideoq; cum ex his omnibus simul iunctis saltem negari non possit quin dispositio sit valde dubia, vtique in hac dubietate illa sumi debet interpretatio, quæ magis

5 fauet hæredi; pro vt in dubio ita Testatorem voluisse censetur *l. huiusmodi §. cum Pater ff. de legat. 1.* cum alijs *in decis. relatis §. aduertendo in fine.*

Quo verò ad prætensam obseruantiam desumptam ex solutione facta per D. Duciflam Fiani subsistit responsio data in decisione *§. fin.* Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS.
Luna 22. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices laicos incidit in penam excommunicationis comminatam in Sacr. Canonibus, & Bulla Cænę Domini §. 14. & 16. Absolutio vigore Breuis habentis conditionem *refectis expensis* non suffragatur ante conditionis implementum, etiamsi fuerit factum, depositum vnius Iulij cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione. An & quando ab excommunicatione nulliter impensa detur noua reintrusio sine causæ cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Recurrens ad Iudices laicos incurrit in pænam excommunicationis.*

2 *Gratia obtenta à Summo Pontifice, remanet subreptitia, si non fuerit narrata litis pendentia in Rota.*

3 *Breue habens in ventre conditionem refectis expensis nullam Iudici tribuit iurisdictionem ante conditionis implementum.*

4 *Depositum vnius Iulij cum obligatione soluendi residuum, non operatur conditionis implementum de reficiendis expensis, vbi agitur de causa priuilegiata recursuum, & attentatorum.*

5 *Amplia etiamsi expensæ probarentur illiquida.*

6 *Absolutio sicut non potest impertiri malè excommunicato, nisi causa cognita; ità quoque malè absolutus non potest reintrudi sine causa cognitione.*

7 *Declara id procedere in excommunicatione lata ab homine, non autem à lege.*

8 *Excommunicatus nulliter, & inualidè quod non possit de nouo reintrudi sine causa cognitione limitatur in casu, quo nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis.*

DECISIO DCCCXXI.

Post commissam causam in Rota ad instantiam Bernardi Prouisi Apostolici contra Franciscum Prouisum

sum ab Ordinario occasione Archidiaconatus, de quo agitur plures habiti fuerunt recursus ad Iudices laicos, & cum postmodum fuerit lis agitata coram Ordinario Calaguritano, & ab eo lata sententia diffinitiua ad fauorem Bernardi; Hinc interposita per Franciscum appellatione, Rota mandauit antequam causa proponatur super negotio principali disputari dubiũ, An obstent recursus hinc inde, quo hodie proposito responsum fuit obstare Francisco tantum.

Ipse enim mediante illius Procuratore adhoc specialiter constituto *Summar. Bernardi, num.8.* pluries adiuit Regium consilium ad effectum impediendi exequutionem literarum Apostolicarum, ab eodem obtinendo inhibitiones, & mandata dicto *Summ. numer. 2.*
1 *vsq. ad* 10. quæ cùm sint de genere prohibitorum ad turbandam scilicet iurisdictionem Ecclesiasticã operantur, vt recurrens incidat in pœnam excommunicationis comminatam tàm à *Sac. Canon. in cap. nouerit, & cap. grauem de sent. excomm. quàm in Bulla Cænæ Domini, §. 14. & 16.*

Non obstat absolutio obtenta ab A. C. vigore Bre-
2 uis Sanctissimi D. N. nàm vltra quod dubitari potest de illius subreptione, ex quo Summo Pontifici non fuit narrata litis pendentia in Rota, adhuc suffragari non potest ex eo, quod ante absolutionem non fuerint per Franciscum refectę omnes expensæ occasione dictorum Recursuum factæ; Cùm enim in Breui adsint plures clausulæ, *Per ablatiuum absolutum concepte*, & signanter *Renunciato recursibus, & refectis expensis,*
3 non poterat absolutionem impartiri nisi prius integra expensarum refectio fuerit sequuta; Cum interim vigore dd. clausularum conditionem importantium ante conditionis implementum perinde censeatur, ac si Iudici nulla fuerit attributa iurisdictio, vt in his pręcisis terminis respondit, *Rota decis. 744. num. 1. & 2. part. 4. tom. 3. decis. 173. num. 2. part. 6. recent. & in Pampilonen. Parochialis 8. Februarij 1647. coram Peutingerio, §. Obstat etiam vers. Pręsertim quando.*

Factum releuante deposito vnius Iulij cum obliga-
4 tione soluendi residuum sequuta liquidatione; prout in his Iudicijs priuilegiatis recursuum, & attentatorum in odium ipsorum recurrentium, & attentantium qui medijs illicitis collitigantes defatigare conantur huiusmodi depositum non admittitur, sed actualis, & integra expensarum restitutio requiritur, vt in *Calaguritana benef. cu. Sancti Ioann.s de Molinar. 3. Martij 1657. § Nec admittenda coram me*; Ità quod si ex-
5 pensæ essent illiquidæ, adhuc debuisset Franciscus, vel procurare illarum liquidationem, vel terminipræfixionem ad liquidandum, vt in dicta *Pampilonen. Parochialis coram Peutingerio dicto § Obstat etiam vers. Ita quod si expensæ*, & in terminis attentatorum *in Astoricen. Parochialis corã Peutingerio de Rubiana 30. Aprilis 1657 §. Respectu verò expensarum coram me.*

Denique non est momenti, quod absolutio data
6 excommunicato vigore Breuis licèt nulla, & inualida subsistere debeat ea ratione, quod sicut malè excommunicatus non potest absolui nisi causa cognita; Ità quoq; à pari malè absolutus non potest reintrudi nisi cum causæ cognitione, vt per *Rot. decis. 7. de sentent. excommun. in nou.*

Etenim præfata procedunt solùm in excommunica-
7 tione lata ab homine, non autem in excommunicatione lata, prout in casu, de quo agitur, à lege nempè à *Sac. Canon. & in Bulla Cænæ Domini*, vt bene declarando firmauit, *Rota coram Caputaq. decis. 1. num. 3. par. 1. & in d. decis. 7. de sent. excomm. in nou. num. 1. ante med. vers. Quæ iura loquuntur.*

Neq; applicatur decisio in Corduben. decimarum 4. *Iulij 1664. coram R. P. D. meo Priolo.* Vltra quod enim eo casu non constabat de expensis partis occasione Recursuum, de quibus constat in præsenti *Summ. Bernardi, num. 9.* Breue absolutionis non fuerat conditionale, prout hic sub dicta Clausula, *Refectis expensis*, & propterea sicut ante purificatam conditionem non fuit attributa iurisdictio Iudici absoluenti, ex superius
8 firmatis. Ità absolutio suffragari non potest, quia conclusio firmata in dicta *Corduben. decimarum*, quod ab excommunicatione nulliter impensa non detur noua reintrusio sine causę cognitione licèt sit vera, limitatur tamen in casu, quo nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis *gloss. in cap. Venerabilibus, §. Vbi autem verb. competit de sent. excomm. Abb. in cap. qua fronte, num. 7. de appell. Paris. cons. 120. num. 21. Ricciull. de iur. person. lib. 4. cap. 70. num. 14. & Rota coram Pen. decis. 224. num. 2.*

De recursibus verò habitis à Bernardo altera pars non opponit; Immò expressè acquiescit eius absolutioni, vt in *Informatione facti eiusdem Francisci, §. Siquidem.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA PRÆTENSI MATRIMONII.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Consensus patris ad matrimonij validitatem non requiritur, ne libertas matrimonij impediatur. Attamen fœmina, quæ dixit se velle contrahere accedente eiusdem consensu ad matrimonium, non est cogenda.

SVMMARIVM.

1 *Verba conditionalia non inducunt obligationem, nisi purificata conditione.*
2 *Verba collata in tempus futurum, non importans positiuum consensum de præsenti.*
3 *Dictio,* Perche *causam præcedentem demonstrat.*
4 *Dictio* Poi *actus perfectionem in tempus futurum confert, & semper habet in mente conditionem.*
5 *Declarans velle aliquam ducere in vxorem, ostendit per prius illam non duxisse.*
6 *Consensus Patris non requiritur ad matrimonij libertatem, ne Sacramenti violetur libertas.*
7 *Mulier quæ dixit se nolle contrahere nisi accedente Patris consensu, ipso contradicente non est cogenda.*
8 *Positionum materia exigit, vt fiant responsiones per verbum credit, vel non credit,*
9 *Testis fides augetur per eius mortem.*

DECISIO DCCCXXII.

Proposito dubio de ordine Sanctissimi sub die 3. Decembris 1663. An constaret de matrimonio inter Paulum, & Mariam Annam, decisum fuit negatiuè, sed cùm disputatio facta fuisset occasione causæ criminalis tunc pendentis inter Petrum patrem Mariæ Annæ contra Magdalenam eius vxorem, & eundem Paulum post obitum Petri, superuenit commissio manu Sanctissimi signata causę ciuilis super matrimonio inter Paulum, & Mariam Annam principaliter directa Reuerendissimo D. V. Gerenti de voto Rotæ; Ideò repropolita causa, iterum Domini resolutionem confirmarunt.

Subsistit enim quod verba prolata à Maria Anna coram Parocho ad Crates Monasterij nõ pręseferunt positiuum consensum per verba de pręsenti, cùm ex toto contextu depositionis Parochi apertè habetur, quod cùm à Parocho Paulus fuisset vocatus, & statim accessisset ad Monasterium, in quo erat Maria Anna, dum Magdalena eius mater (qui ibidem etiàm reperiebatur) ipsum enixè rogabat, vt consensum Petri viri; & Patris respectiuè pro adimplemento, & effectuatione huius matrimonij obtinere curaret, idemque Parochus

chus omnem suam operam, & conatum adhibere promitteret incontinenti, ac nulla interposita mora dictus Paulus eundem Paulum vocauit, vt audiret Mariam Annam, qui cum proprias accessisset ad Crates, his verbis Maria Anna ipsum alloquuta fuit: *Sentite Padre Parocchiano, perche io poi non voglio altro sposo, ò altro marito, che il Signor Paolo quà*, Paulus verò respondit, *Quando questo sia non voglio altro, che V. S.* & subdit Parochus *Iddio vi consoli*.

Hac autem facti specie ità se habente non potest sanè dici, quod huiusmodi vtriusque verba fuerint prolata animo deliberato tunc contrahendi per verba de præsenti, sed potius quædam facta promissio in futurum, vt si consensus patris accederet, vellent contrahere, qui tamen consensus vtrinque expetitus nunquam accessit, immò constantissimè, & apertè fuit à parente denegatus; Proinde non solùm non potest prætendi matrimonium tunc fuisse contractum, sed nec etiam Maria Anna cogi potest huiusmodi matrimonium contrahere; Cùm enim voluerit tantum contrahere
1 accedente prædicto consensu, ex verbis ab ipsa prolatis tanquam conditionalibus non oritur impedimentum publicæ honestatis, vt dicitur in *cap. vnic. §. fin. de sponsal. lib. 6. & in Romana matrimonij 13. Iunij 1644.*
2 *coram Peutingerio, §. fin.* & vti collocata in tempus futurum non important positiuum consensum de præsenti *ad text. in cap. si inter virum 31. de sponsal.* sed indicant potius quādam animi propensionem id tunc faciendi cum fuisset adimpleta conditio beneplaciti paterni, pro quo impetrando Parochus vocatus roga-
3 batur, vt suam operam, & studium interponeret, quod clarè deducitur ex illa dictione *Perche* quæ causam
4 præcedentem demonstrat, & ex altera *Poi*, quæ actus perfectionem in tempus futurum confert, & semper habet in ventre conditionem, dummodo patris consensus accederet ex allegatis in dicto §. *Et quidem*.

Quod benè etiam colligitur ex verbis ipsius Pauli immediatè subsequentibus præfata verba Mariæ, *E quando questo sia*, quæ præseruant eundem consensum anteà expressè ab ea reseruatum; Et quod Paulus agnouerit se non contraxisse habetur etiam ex actu
5 posteà gesto, in quo declarauit velle ducere in vxorem Mariam Annam, quod denotat actum in futurum facien. non quidem factum supponit *Card. Seraphin. decis. 1076. num. 3.* qui contra ipsum plenè probat ex deductis in decisione, §. *Et ex hoc.*

Et licèt patris consensus pro matrimonij validita-
6 te non requiratur ne Sacramenti libertas violari contingat *cap. cum locum, cap. requisiuit, cap. gemma de sponsal. & Concil. Trid. sess. 24. cap. 9. de reform. matrim.* In
7 hoc tamen casu fit necessarius ex defectu consensus mulieris, quę contrahere noluit nisi pater assentiret: Vnde patre contradicente, non est cogenda contrahere iuxtà dispositionem *text. in cap. super eo de condit. apposit.* vbi etiam *Hostien. num. 4. & Ioa. Andr. in vers. Sed Canones.*

Non obstat, quod Paulus prætenderet probare matrimonium per confessionem Mariæ Annæ faciendam in responsione ad positiones exhibitas, ac etiam per Testes.

Nàm quoad positiones cùm ipsa iàm adimpleuerit singulis positionibus respondendo mediante Procuratore specialiter constituto ad respondendum sic, & sic cum solito iuramento, ac nihil quod releuet possit resultare ex responsionibus datis ad fauorem Pauli, cùm ad vndecimam positionem, in qua consistit releuantia fassa fuerit solum dixisse, seù protulisse verba relata à Parocho in eius depositione conditionaliter, & de futuro si, & quatenus præcederet consensus patris, & non aliter, ad duodecimam verò continentem expressionem mutui consensus in matrimonium absolutè ne-
8 gauit; Ideò non est quærendum ab ea alia responsio, præsertim cùm responsiones fuerint factæ per verbum *Credit*, vel *non Credit*, & præcisè prout exigebat materia in positionibus contenta, vt tradit, *Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 3. & 4. vbi Grauat. num. 14.*

Quo verò ad probationem faciendam per testes licet non fuerint examinati formiter cùm pro parte Mariæ Annæ admittantur, & habeantur pro ritè, & rectè examinatis, solumque impugnentur ex capite
9 irreleuantiæ, cessat pariter hæc probatio, quià plus non possunt deponere eo, quod iam dixerunt in eorum attestationibus, eoque magis cùm à Parocho non possit haberi alia depositio, cùm iàm obierit ad text. *in l. fin. C. de test.* ac depositiones omnium aliorum testium non possunt intelligi diuerso modo, sed debent āccipi in eodem sensu, & præsertim illæ Monialium, quæ non fuerunt præsentes colloquio habito inter matrem, & Parochum sed solùm transeundo audierunt verba per eas relata.

Et ità fuit resolutum standum esse in decisis, &c.

LEODIEN. BONORVM.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria etiam in profanis denegatur, quoties de articulorum irreleuantia apparet, & maximè quando id quod probari intenditur per testes probari potest per scripturas.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur ad probandum per testes, id quod potest probari per scripturas.*
2 *Attestationibus Aduocatorum, aliorumque Iudicum collegialiter factis plurimum est deferendum.*
3 *Remissoria concedi non debet, si appareat articulorum irreleuantia.*
4 *Quod quidem extenditur etiam in prophanis.*
5 *Constitutio Ciuitatis Leodien. de pactis reuersiuis habet locum, quando alter ex coniugibus moritur ab intestato, &c.*

DECISIO DCCCXXIII.

Vigore particularis consuetudinis Ciuitatis Leodij per quam pacta reuersiua proximiorum adiecta in Capitulis matrimonialibus sub conditione deficientiæ liberorū non dicuntur expirasse licet alter ex coniugibus decedat cum filijs nisi filij superuiuant vtriq; parenti sub *dij 25. Iunij 1663. coram me*, recedendo à duabus præcedentibus decisionibus editis *coram bon. mem. Bichio*, dictum fuit bona de quibus agitur per Gasparem donata Corrado filio occasione matrimonij cum Alcide contrahendi spectare ad proximiores donantis, non autem ad filios, & hæredes eiusdem Alcidis susceptos ex secundo matrimonio; Cum autem post dictam resolutionem pro parte illorum de Robins exhibiti fuerunt plures articuli, ad eorum instantiam proposui dubium super remissoria, quam hodiè Domini denegandam esse censuerunt,

Etenim ex dictis articulis primus, & tertius quatenus continent, quod ante annum 1625. & successiuè fuerit semper iudicatum sufficere ad exclusionem cōsanguineorum, quod filius vni tantum ex parentibus superuiuat ex pluribus non merentur remissoriam, & signanter ex eo, quod materia articulata, nempè quod ità fuerit iudicatum super dictis pactis reuersiuis, de
1 facili probari potest per scripturas, quo casu remissoria concedi non solet, *Rota apud Cassad. decis. 20. nu. 2. in princ. de præbend. cum alijs per Add. ad Greg. dec. 471. num. 12.* Et insuper quià de contrario constat tàm ex pluribus sententijs, & processibus ab altera parte exhibitis,

biris, nec non ex testibus formiter examinatis, quàm
2 ex attestationibus Scabinorum aliorumque Iudicum collegialiter factis, quibus in hac materia potius quàm alijs testibus videtur deferendū, vt in alia *Leodien. pro denegatione remissoriæ aduertit, Rota coram Duran. decis. 127. sub num. 3. vers. Quod verò*.

Secundus verò licèt contineat, quod consuetudines Ciuitatis Leodij non fuerint recollectæ nisi de anno 1642. & de illo tempore fuerint consignatæ cognitioni Statuum ad effectum illas examinandi, & approbandi; Inde tamen non benè infertur dd. Constitutiones non comprehendere donationem, de qua agitur factam de anno 1625. Quià non ex eo, quod fuerint recollectæ de anno 1642. excluditur illarum vsus de tempore antecedenti ad formam depositionum testiū, & attestationum Scabinorum, de quibus supra; Vndè
3 cùm iste articulus denegatur irreleuans, concedi non
4 debet remissoria, quæ ex capite irreleuantiæ etiam in prophanis denegatur *Rota coram Caputaq. decis. 68. p. 3. cum allegatis in Melitana habitus 16. Ianuar. 1660. in principio coram R. P. D. meo Albergato*.

Ex reliquis verò articulis quartus, quintus, & septimus nulla egent probatione, cum ab altera parte admittantur, sextus autem neque videtur releuans, dùm in eo dicitur Gasparem non potuisse in proprietate donare bona controuersa, dum ex consuetudine Leodien. & per prædecessum Mariæ primæ vxoris transierunt in virum quoad solum vsumfructū, & quoad proprietatem in filios primi matrimonij. Quià cùm Maria condito testamento decesserit vtique bona prædicta non fuerunt delata filijs in proprietate in vim dict.
5 consuetudinis, quæ duntaxat habet locum quando alter ex coniugibus præmoritur ab intestato, vt in specie dictum fuit *coram Card. Caual. decis. 577. in fin. versic. Respondeo*.

Vltimus verò continens cessionem factam ab Eustachio filio primi matrimonij ad fauorem Gherardi nō eget remissoria, cum possit probari per exhibitionem instrumenti. Et ità vtraque, &c.

LEODIEN BONORVM.

Merc. 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM

Ex particulari consuetudine Ciuitatis Leodij donationes factæ sponso, vel sponsæ sub pacto reuersiuo fauore proximiorum donantis, in casum in quem coniuges moriantur sine filijs reuertuntur ad proximiores, si filij ex eodem matrimonio nati non superuiuant vtrique parenti. Quod procedit siuè pactum reuersiuum fuerit conceptum per conditionem indefinitam, & coniunctam, siuè per alternatiuam, & separatam.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Leodien. circa bona donata sponsis cum pacto reuersiuo fauore proximorum donantis, requirit vt filij superuiuant vtrique parenti.*
2 *Consuetudo cum pacto reuersiuo excludit filios in donationibus factis sponsis, nisi superuiuant vtrique parenti, siuè pactum sit conceptum per conditionem indefinitam, & coniunctam; siuè per alternatiuā, & separatā.*
3 *Consuetudo benè probatur per Iudices, & aduocatos qui testantur se taliter iudicasse, & practicasse.*
4 *Pacta reuersiua ex consuetudine Leodij apponuntur ad impediendum ius connubij vigore cuius bona coniugis defuncti sine liberis superstiti aquiruntur.*
5 *Testes, vt probent consuetudinē legitimē præscriptam, debent deponere cum necessarijs requisitis.*
6 *Limita si deponant circa obseruantiā interpretatiuam.*
7 *Obseruātia interpretatiua probatur etiā per vnicū actū.*
8 *Attestatio collegialiter facta coram Iudice, & alias admaiculata præfertur simplici contrariæ attestationi.*

DECISIO DCCCXXIV.

Ex ijsdem rationibus deductis in decisione 25. Iunij 1663. Domini steterunt in resolutis. Cum enim vigore particularis consuetudinis Leodien. vbi bona donantur Sponso, vel Sponsæ sub pacto reuersiuo fauore proximiorum donantis casu quo coniuges moriantur sine filijs requiratur, quod filij, qui proximiores excludere debent, superuiuant vtrique pa-
1 renti, vtique donata per Gasparem Corrado filio reuerti debent ad proximiores sub dicto pacto reuersiuo vocatos, cum filia Corradi ante matrem decesserit, & sic vtrique parenti non superuixerit, de qua consuetudine satis constare videtur ex particula Epithome consuetudinum Leodien. *cap. 2. de pact. dotal. artic. 10. Summ. Hermandi prædictæ positionis, num. 4.* ex testium depositionibus *dict. Summ. num. 6. & ex traditis per Modern. Mean. obseru. 75. part. 1. num. 4.*

Nec releuare visum fuit repetitum obiectum, quod consuetudo procedat solum in pacto reuersiuo concepto sub indefinita conditione deficientiæ liberorū, non autem in pacto, proue hic contingente alternatiuā sub conditione relatam ad tempus mortis alterius ex coniugibus; Contrarium enim desumitur ex testibus
2 datis in præterito *Summ. num. 6.* qui vigore remissoriæ Rotalis examinati deponunt reuersionem bonorum in pactis dotalibus appositam sub conditione deficientiæ liberorum intelligi de liberis vtrique parenti superstitibus siuè concepta fuerit per orationem indefinitam, & coniunctam siuè per alternatiuam, & separatam, & ità vidisse practicari, & obseruari ab annis 20.
3 30. & 40. citra, cum quibus concordant plures attestationes virorum grauium, & practicorum, nempè Scabinorum, aliorumque Iudicum qui nedùm testantur sic audiuisse, & vidisse ab annis 20. & 30. citra, sed etiam ipsos hoc modo iudicasse, quibus in hac materia plurimum esse deferendum dictum fuit in decisione huius causæ super remissoria 26. *Iunij præteriti coram me*.

Addita per eos ratione, quod similia pacta reuersiua
4 apponuntur solum ad impediendum ius Connubij, cuius vigore omnia bona coniugis defuncti absque liberis vtrique superuiuentibus plenè, ac liberè alteri coniugi superstiti acquiruntur quæ ratio æquè militat in casu, quo pactum reuersiuum est conceptum sub oratione indefinita, siuè potius alternatiua ex allegatis *in decisione, 5. Et congruit*, parum obstante cautela tradita à *Modern. Mean. dict. obseru. 75. numer. 5.* concipiendi pactum si coniuges siue filijs vel vtrique parenti superstitibus moriantur, quià dicit hoc fieri posse ad tollendam ansam disputationibus, non autem quod sit necessarium, vt patet ex ipsius lectura.

Nec pariter vrget, quod dictæ probationes deseruiant potius ad firmandam opinionem Doctorum,
5 quàm consuetudinem legitimè præscriptam respectu casus controuersi, cùm testes non deponant cum necessarijs requisitis ad illam inducen. de quibus per *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 1. & seqq.*

Etenim testes, præfati non fuerunt inducti ad probandam ipsam consuetudinem, de cuius præexistentia dubitari non potest ex superius firmatis, sed solum ad remouendam prætensam difficultatem consistent. in eo an dicta consuetudo procedat tàm in conditione indefinita, quàm etiàm in alternatiua; Ideoque
6 cum super hac dubietate deponant circa obseruantiam interpretatiuam; Vtique non videtur opus, quod testes concludant de requisitis necessarijs ad præscribendam consuetudinem, cum ad effectum obseruantiæ
7 interpretatiuæ etiam vnicus admittatur, *Rota in recentior. decis. 316. num. 15. part. 9. cum allegatis in* Bar-

Barbastren. Decimarum 11. Decembris 1662.§.& hoc amplius coram R.P.D.meo Taia.

Quo vero ad contrarias attestationes Scabinorum,
subsistunt responsiones alias datæ, quod nempe illa
de Anno 1595. hodie non suffragatur post quam abin-
de citra prævaluit opinio contraria inconcussè obser-
8 uata per lapsum tanti temporis, & alia de Anno 1646.
tanquam simplex consultum aliquorum particularium
non potest concurrere cum altera attestatione colle-
gialiter facta coram Iudice remissoriali tot testium de-
positionibus, & tot scripturis adminiculata vt in *decis. §.non obstant.*

Et ita vtraque &c.

MEDIOLANEN. MATRIMONII

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria licet ob timorem subornationis in eadem causa bis concedi non soleat, hoc tam non procedit vbi nouum examen tendit ad coadiuuandas probationes iam factas, & articuli continent materiam magis specificam, vel eorum releuantia saltem est dubia, nam tali casu concedenda venit remissoria etiam post didicita testificata.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in eadem causa bis concedi non solet ob timorem subornationis.*

2 *Remissoria bis concedenda est in eadem causa, vbi nouum examen tendit ad coadiuuandas probationes iam factas, & articuli continent materiam magis specificam, & diuersam.*

3 *Remissoria non conceditur post didicita testificata.*

4 *Remissoria conceditur etiam post didicita testificata, vbi articuli continent materiam magis specificam, & diuersam tendentem ad coadiuuandas probationes iam factas.*

5 *Testificata non dicuntur didicita, nec publicatus processus per traditionem Summarij Testium in manibus Procuratorum iuxta stylum Romanæ Curiæ.*

6 *Legitimitas iustificatur sufficienter ex probationibus etiã præsumptiuis, maxime si de ipsa agatur incidenter tantum ad effectum successionis.*

7 *Remissoria venit concedenda etiam stante solum possibili releuantia articulorum.*

DECISIO DCCCXXV.

LAta sententia ab A.C.R.P.D. Arcosto super falsitate partitæ matrimonij registratæ in Libro Ecclesiæ Parochialis loci Galgianæ, quod pretenditur contractum inter q.Carolum de Abdua, & Laurum de Generalibus, & causa per appellationem mihi commissa Carolus Franciscus, alijque filij eorundem Caroli, & Lauræ exhibuerunt articulos ad effectum probandi ductum matrimonium fuisse contractum vsque de Anno 1618.& cum altera pars consenserit concessioni remissoriæ, successiue expeditis literis remissorialibus illarum vigore fuerunt examinati plures Testes in partibus. Hodie vero cum idem Carolus Franciscus & fratres denuo instarent pro admissione articulorum, additionalium, dedi dubium An illi essene admittendi, & affirmatiue resolutum fuit cum retardatione, vel sine arbitrio.

Licet enim ob timorem subornationis bis remisso-
1 ria concedi non soleat in eadem causa *iuxta decis. Gregor. 583. nu. 3. vbi Add.* quando tamen nouum examen
tendit ad coadiuuandas probationes iam factas, & ar-
ticuli additionales prout in præsenti ex eorum lectu-
ra deprehenditur, continent materiam magis speci-
2 ficam, & distinctam non in solo cortice verborum sed
in ipsa substantia ob præcedens examen, noua remisso-
ria denegari non potest; *Rota coram Coccin. decis. 23.*

Tom. III.

num. 2. in Pisauren localium 27. Nouembris 1652.§ non obstat coram me, & in Leodien. nullitatis ordinis 7. Iunij 1662. in fine coram R.P.D.meo Taia.

Non obstat, quod Summarium Testium primo lo-
co examinatorum fuerit traditũ Procuratoribus vtri-
3 usque Partis, & propterea post didicita testificata ad-
mitti non debeat nouum examen, vltra quod enim
hoc non procedit, vbi noui articuli continent mate-
4 riam diuersam, vel magis distinctam, nam tunc ad
mittuntur etiam post didicita testificata, *vt dictum fuit in Anconitana fideicommissi 13. Iunij 1663. coram Reuerendiss. Gorunden. §. nam omisso, & §. fin.*

Adhuc remouetur obiectum ex eo, quod sola re-
ceptio Summarij iuxta stylum Curiæ, non operatur
publicationem, nec impedit, quin ad nouum examen
5 possit deueniri *ad trad. per Add. ad Gregor. decis. 497. num. 8. cum allegatis coram Eminentiss. Card. Ottobon. decis. 83. num. 17.*

Neque dicatur ex probatione facienda non posse concludi matrimonium verum, & reale ad formam dispositionis Pagani de Abdua, qui solum vocauit natos de legitimo matrimonio, non autem per subsequens matrimonium legitimatos, & proinde articulos non esse releuantes, dum continent matrimonium præsumptum ex tractatu Mariti, & ex communi reputatione.

Omisso enim an huiusmodi præsumptiua probatio
possit ad hunc effectum suffragari maxime cum agatur
incidenter de legitimatione ad effectum succedendi, vt
6 ad propositum facit *decis. in Parmen. status cor. Coccino impr. in rec. dec. 430. n. 19. p. 5. to. 2.* saltē remanet dubiũ
an probatio possit releuare, præsertim quia dicta Testiũ
possunt recipere adminiculũ cum ex apocha matrimo-
niali relata *in Summ. Caroli Francisci n. 2.* tum etiam ex
quo idem Carolus Franciscus, & fratres semper posse-
derunt huiusmodi bona fideicommissaria in concursu
aliorum de Abdua ex legitimo matrimonio natorum,
7 quod verisimiliter eisdē non fuisset permissum si verè
nō fuissent tales. In dubio autē veniunt admittendi ar-
ticuli, nam sufficit illorum possibilis releuantia, quæ in
discussione negocij principalis accuratius erit exami-
nanda *Rot. cor. Buratt. decis. 28. n. 3. in rec. dec. 503. n. 2. in fin. p. 2. cũ alijs alleg. cor. Eminentiss. D. Ottbob: 82. n. 22.*

Et Itá vtraque &c.

ROMANA TESTAMENTI.

Merc. 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Articuli in prophanis semper admittuntur, etiam data releuantia vnius, quia articulus releuans, trahit secum irreleuantem, & quando continent materiam magis specificam, non in solo cortice verborum sed quidem circa substantiam, non denegatur nouum examen.

SVMMARIVM.

1 *Testes post didicita testificata non possunt denuò in eadem causa examinari.*

2 *Articuli de stylo Rotæ admittuntur in Curia, constito de aliqua releuantia materiæ articulatæ.*

3 *Articuli quando continent materiam magis specificam, & distinctam circa substantiam, nouum examen non solet denegari.*

4 *Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per relationem ad schedulam, pro sui validitate requirit quod Testator porrigat Notario schedulã quando est præsens coram septem Testibus.*

5 *Examen nouum non denegatur super ijs, quæ de nouo deducuntur.*

6 *Articuli in prophanis admittuntur, licet vnus tantum sit releuans.*

7 *Probatio probationem non excludit.*
8 *Æqualitas in Iudicys est seruanda.*

DECISIO DCCCXXVI.

IAcobus Constantinus Saluccius hæres scriptus tam in primo quam in secundo Testamento Cassandræ eius Matris ad euitandam solutionem legatorum in 2. Testamento contentorum illius validitatem impugnauit coram R.P.D. A.C. Bulgarino, & citata Ven. Archiconfraternitate Mortis in eodem 2. Testamento substituta, nec non Alexandro Blanchio Marito Testatricis Legatario sententiam fauorabilem reportauit, cum autem post commissam appellationem in Rota fuerit ad instantiam dicti Legatarij examinatus D. Laurentius, qui confectioni Testamenti interfuit, hinc Saluccius hæres volens etiam ipse examinare Testes exhibuit quatuor articulos petendo illorum admissionem, & hodie proposito dubio dictum fuit illos esse admittendos.

Etenim pro parte Legatarij non impugnatur huiusmodi admissio articulorum ad effectum examinandi nouos Testes, qui in alia instantia examinati non fuerunt, sed solum impugnatur respectu Aurigæ, & famuli in priori Instantia examinatorum, ea ratione
1 quia post dicta eorum testificata non possunt denuò in eadem causa examinari *cap. Fraternitatis de Testib. Auth. qui semel C. de probat.*

Verum placuit Dominis indistincte articulos ad-
2 mittere, quia de stylo Rotæ passim admittitur in Curia, vbi constat de aliquali releuantia materiæ articulatæ *vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 6.* parum obstante præcedenti examine dd. duorum Testium, quia cum ar-
3 ticuli contineant materiam magis specificam, & distinctam non in solo cortice verborum sed quidem circa substantiam iuxta distinctionem passim à Rota receptam nouum examen non solet denegari, vt dictũ fuit in *Fauentina Beneficij 27. Iunij 1644. §. Præterea articuli impress. in recent. decis. 303. num. 18. p. 9. cum alijs allegatis in Romana Testamenti 6. Februarij 1662. § fin coram me.*

Quod autem materia sit releuans, & in substantia sit melius specificata, patet ex eo, quod ad excludendam identitatem schedulæ Testamenti controuersi dictum fuit in prioribus articulis, quod illa non fuerit à Cassandra Testatrice consignata Notario. Atquia huiusmodi probatio de necessitate fortan non concludebat, cum Notarius potuerit dictam schedulam recipere è manibus D. Laurentij, qui in sua depositione fatetur illam à Testatrice recepisse, Ideo in nouis articulis continetur, quod schedula Testamenti non fuit in præsentia Testium Horatio consignata non solum à Testatrice, verum nec etiam ab eodem D. Laurentio, de cuius articuli releuantia dubitari non po-
4 test quia nominatio hæredis implicita resultans ex porrectione schedulæ fieri debet à Testatore coram septem Testibus iuxta dispositionem *l. hac consultissima §. per nuncupationem C. de Test. Afflict. decis. 143. num. 2 & consulunt Spad. cons. 90. num. 5. & 92. in princ. lib. 2.*

Vlterius 4. loco continetur materia magis specifica ex quo in præcedentibus articulatum fuit solum in genere, quod Alexander malè se gerebat erga Cassandram Vxorem, ibi vero additur in specie. *Che d. Signora Cassandra hauendo riceuuto alcune percosse dal Marito si separò dal suo letto e dormiua sola da basso, doue si ammalò, e per detta causa si mori*, & quemadmodum super
5 ijs, quæ de nouo adducuntur non potest denegari examen, ita concedi debet super alijs, cum versen-
6 tur in prophanis vbi articulus releuans trahit secum irreleuantem, & sufficit vnius releuantia, vt veniant omnes admittendi *Gregor. decis. 124. num. 3. dictum fuit in Pisauren. Iocalium 27. Nouembris 1652. coram me. cum alijs relatis in Barcn. Census 27. Februarij 1662. coram R.P.D. meo Verospio in fine.*

Non obstat, quod probatio facienda videatur contraria depositioni D. Laurentij & dicti Testes non de-
7 beant admitti, qui in præcedenti examine affectatæ deposuerunt, vltra quod enim est regulare, quod probatio probationem non excludit eo ipso, quod vni ex colligitantibus data fuit facultas probandi, vtique
8 reiectis dictis exceptionibus ad seruandam præcipue in Iudicijs æqualitatem ea denegari non debet alteri, quamuis intendat probare contrarium cum totum id respiciat discussionem post perfectum examen, vt in *dicta Romana Testamenti 6. Februarij 1662. §. non obstat coram me.*

Et ita vtraque &c.

EVGVBINA SVCCESSIONIS

Lunæ 19. Nouembris 1665.

ARGVMENTVM.

Filiatio concludentibus probationibus iustificari debet, vbi de ipsa principaliter, & decisoriè agitur ad effectum succedendi, & hæredes scriptos excludendi, maxime concurrentibus pluribus coniecturis filiationem destruentibus.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio, in qua quis habet fundatam intentionem veniendi contra tabulas, in quibus fuit præteritus debet concludenter probari.*
2 *Testis de auditu non potest plus probationis constituere, quam ille à quo se audiuisse testatur.*
3 *Testes de publica voce, & fama vt probent deponere debent, de quo tempore fama orta sit an ante, vel post litem motam, & copulatiue etiam famam ipsam ab interesse habentibus originem non habuisse.*
4 *Testes negatiuam coarctantes, & se magis instructos ostendentes præferendi sunt alys quamuis de affirmatiua deponentibus.*
5 *Coniecturæ filiationem excludentes quæ sint.*
6 *Pater non præsumi potest filiorum tam immemor, vt ipsis præteritis remotiores consanguineos instituat.*
7 *Pater non præsumitur ignarus de vita fily absentis stante modica distantia locorum, & continua commoditate Tabellarij & ciuium euntium, & redeuntium.*
8 *Filiationis turbida probatio non sufficit ad effectum excludendi hæredes scriptos.*
9 *Filiationis probatio ex leuioribus coniecturis per Rotã admittitur, vbi de ipsa agitur incidenter ad consequenda alimenta.*
10 *Filiationis probatio concludens exigitur vbi de ipsa principaliter agitur, & decisoriè ad effectum successionis, & agitur de auocanda possessione ab hæredibus scriptis.*
11 *Actus indicantes consanguinitatem ab aliquo gesti intuitu captandæ hæreditatis, dicuntur suspecti, & consanguinitatem non probant.*
12 *Actus filiationem indicantes à præsumpto Patre gesti, prodesse quidem possunt filio, vbi agatur de successione in bonis paternis, secus vbi agatur de excludendo venientes ad fideicommissum ex persona propria, & ab ipso putatiuo patre causam non habentes.*

DECISIO DCCCXXVII.

PEtentibus Archiospitali Sancti Spiritus ex persona Fratris Petri de Capiatis, nec non Elisabeth eius Sorore bonorum possessionem contra tabulas aduersus testamentum Ioannis Iacobi Andreoli primo emanauit sententia ipsis contraria coram Iudice Sancti Spiritus, quæ licet fuerit in secunda instantia reuocata, postea tamen coram alio confirmationis robur obtinuit, at hodie deputato alio iudice, qui procedat de

Voto

Voto Rotæ proposui dubium, an ipsis esset danda im-
missio, quod negatiuè fuit resolutum.

Cùm enim contenderent rumpere testamentũ præ-
fatum ex capite præteritionis Blasinæ eorum matris
1 sub prætextu, quod tanquam filia testatoris ab eo præ-
teriri non posset, fuisset opus dictam qualitatem filia-
tionis omninò probari tanquam fundamentum pro-
priæ intentionis *per Text. in l. 1. C. quor. bonor. Bursatt. cons. 88. num. 5. lib. 1. Rota in Romana seu Sabinen. fidei-
commissi 24. May 1658. in princ. coram R. P. D. meo
Beuilaqua.*

Quæ probatio desumi non valet ex testibus eclatis
in Summ. Actorum num. 1. quia licet conentur deponere
Ioannem Iacobum Andreolum antequam assequeretur
Canonicatũ in Ciuitate Eugubij contraxisse matrimo-
nium cum Anna Maria, ex qua dicunt ortam fuisse
Blasinam; attamen præter exceptiones, quas nonnulli
2 patiuntur in persona, vt deducunt informantes, depo-
nunt solum de auditu ab alijs, qui propterea plus pro-
bationis constituere non valent quam illi, à quibus au-
dierunt, *ex cap. licet ex quadam de Test. dixit Rota in
Bonon. fideicommissi de Victorys 5. May 1655. coram
Reuerendiss. Zarate Episcopo Conchen. §. parui quoque.*

Nil releuante, quod de huiusmodi matrimonio, &
filiatione Blasinæ deponant de publica voce, & fama
quia non dicunt de quo tempore talis fama ortum ha-
3 buerit an ante, vel post litem motam, minusque asse-
runt originem habuisse a non habentibus interesse, quę
duo copulatiuè esse necessaria ad istum effectum firma-
uit *Rot. decis. 167. num. 4. p. 8. rec. in d. Bonon. fideicommissi
de Victorys §. parui quoque, & in d. Romana, seu Sabinen.
fideicommissi 24. May. 1658. §. pari modo.*

Præterea depositiones dd. Testium visę fuerunt con-
quassari ab alijs datis *in Summ. de Andreolis num. 7.* qui
testantur Ioannem Iacobum nunquam contraxisse ma-
trimonium, neque contrahi potuisse, quin ipsi scirent,
4 vel audiuerint, & proinde cum negatiuam coarctent,
& magis informati noscantur, veniunt præferendi alijs
testibus quamuis de affirmatiua deponentibus *Farin.
de testib. quæst. 65. num. 122. Rota coram Royas Episcop.
Abulen. decis. 254. num. 11.*

Idque facilius cum plures concurrant coniecturæ
filiationem prædictam omninò excludentes, siquidem
non probatur Blasinam fuisse baptizatam de ordine
Ioannis Iacobi eius asserti Patris, neque in libris bap-
tizatorum tanquam eius filiam adnotatã ab ipso edu-
catam, tractatam, & publicè reputatam ipso Ioanne
Iacobo viuente, nullaque exhibetur epistola ipsi con-
scripta, dum in vita dicti asserti Patris per longum
temporis spatium abfuit à Ciuitate Eugubij; quinim-
5 mo eadem Blasina matrimonium contraxit cum vili
Auriga, quod verisimiliter non contraxisset in dede-
cus propriæ familiæ, si verè fuisset filia Io: Iacobi, à quo
etiam tandiù non distulisset in petendis alimentis, &
Dote tanquam à Patre diuite, maximè quia ipsa su-
peruixit dicto Io: Iacobo per quatuor annos, & nun-
quam probatur fuisse conquestam, & insuper Io: Iaco-
bus in eius testamento vocauit remotiores consangui-
neos, & fecit plura legata fauore famulorum extraneo-
6 rum, sed Blasinam sub silentio præterijt, ex quo ve-
hementem resultare coniecturam pro negatiua filiatio-
nis, cum Pater non præsumatur tam immemor *benè
ad propositum ponderauit Gabr. cons. 25. num. 6. vers. 4.
quantitas lib. 1. & in d. decis. 167. n. 23. p. 8. recent. & in d.
Romana, seu Sabinen. fideicomm. 24. May 1658. §. caterũ.*

Nil refragantibus testibus datis ab Actoribus *num. 4*
dum dicunt Blasinam ideò fuisse per Io: Iacobum præ-
teritam, quia ab eo mortua credebatur, ex quo per
annos 30. de illius vita nihil audiuerat; nam talis cre-
dulitas redditur inverisimilis stante modica distantia
7 Ciuitatis Eugubij ab Vrbe vbi Blasina morabatur, &
continua adest commoditas Tabellarij, & Ciuium
ad Vrbem accedentium, vt in simili ex vicinitate loci
ad effectum, vt certa notitia possit haberi ponderauit
*Rota in d. Romana seu Sabinen. fideicomm. 2. Maij 1659
§. Demum præsertim,* quià cũ dicta Blasina fuisset com-
missa fidei Comitissæ de Gabriellis de facili poterat
Io: Iacobus de illius vita ab eadẽ Comitissa certiorari.

Hinc probatio filiationis desumpta ex Testibus, aut
ex contrarijs depositionibus, & tot coniecturis pror-
8 sus eliditur, aut saltem redditur nimis turbida, & pro-
inde insufficiens ad effectum de quo agitur: Licet
enim Rota ad probandam filiationem, quandoque sit
9 contenta leuioribus probationibus, vbi tamen non
agitur incidenter ad consequenda alimenta, sed prin-
cipaliter, & decisoriè, vt hic ad effectum successionis, &
tractatur de auocanda possessione ab hæredibus scrip-
10 tis magis præcisa necessitas probandi filiationem exi-
gitur, *vt est Gloss notabilis in l. 1. C. quor. bonor. Paschal.
de virib. patr. potest p. 2. cap. 2. num. 27. Rota in Bonon. de
Gargantibus coram bon. mem. Marquemontio penès Mar-
ches. de commiss. p. 1. fol. 1178. num. 4. & d. decis. 167. n. 2
p. 8. rec. & in Bonon. fideicommissi de Canobys 30. Ianu.
1662. §. non probat & 28. Iuny eiusdem anni §. nec pro-
bationes coram R. P. D. meo Albergato.*

Denique non vrgent actus gesti per Alexandrum
erga Elisabeth vocando, & publicando eam pro Con-
sanguinea, quam descripsit in Arbore gentilitia vti fi-
liam Blasinæ; Vltra quod enim remanet suspectus dum
11 hæc omnia faciebat ad captandam eius hæreditatem,
vt deponunt testes formiter examinati, & probat at-
testatio nonnullorum data *in Summ. illorum de Andreo-
lis num. 16.* quo casu actus factus ad hunc effectum non
probare filiationem *dixit Rot. decis. 597. num. 8. p. 5. rec.*
in omnem casum ex illis posset dici Elisabeth consti-
tuta in quasi possessione consanguinitatis respectu Ale-
xandri, qui ità tractauit, non autem resultat probatio
filiationis Blasinæ eius matris, præsertim quoad mo-
12 dernos Andreolos non habentes causam à dicto Ale-
xandro, sed proprio iure venientes ad fideicommissum
*vt in fortioribus terminis dixit Ias. cons. 106. n. 1. vers. 2.
lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 789. num. 36.* & firma-
uit *Rota in Romana fideicommissi de Bologninis 18. Iunij
1648 coram* Reuerendiss. *Episcopo Imolen. in princ. & in
d. Bonon. fideicommissi de Victorys §. quod autem, & in
Bonon. fideicommissi de Canobys 30. Ianuary* 1662.

Actus vero gesti per alios Consanguineos non me-
rentur allegari; tum quia habent originem ab ipso
Alexandro; tum etiam quia respiciunt personam Eli-
sabeth, non autem concurrunt probationes filiatio-
nis Blasinæ, prout esset necessarium ad effectum, de
quo agitur ex prædictis.

Et ità vtraque &c.

CASERTANA IVRISPATRONATVS.

Ven. 20. Nouembris 1665.

ARGVMENTVM.

Possessio capta post interpositam appellationem, & infra decendium datum à iure ad appellandum, est attentata etiam si sententia lata fuerit super institutione, quando Iudex processit iuris ordine seruato, & præuijs citationibus partis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicitur possessio capta post appellationem interpositam, & infra decendium datũ ad appellandum.*

2 *Sententia super institutione regulariter non admittit appellationem suspensiuam; Declara num. 3.*

3 *Appellatio suspensiua non datur à sententia super institutione, vbi iudex processit summariè, & sinè strepitu, & fi-*

& figuris iuditij, secus si in contradictorio, & iuris ordine seruato.

4 *Iudex tunc dicitur procedere iudicialiter, quando apparet de citatione, & partis contradictione.*

5 *Attentata causantur, eo ipso quod causa est appellabilis ad vtrumque effectum, licet iudex appellationem denegauerit.*

6 *Sequestrum in Beneficialibus est apponendum, docto de possessione attentata.*

DECISIO DCCCXXVIII.

AD beneficium seu Capellaniam S.Jo:Baptistæ Villæ Capodusij vacan. per obitum Ioannis Pauli præsentati fuerunt à diuersis Patronis Bottonus, & Vitellius, inter quos orta controuersia in partibus super institutione emanauit sententia Vicarij generalis ad fauorem Bottoni, qui non obstante appellatione pro parte Vitellij interposita, possessionem adeptus fuit. Vnde commissa mihi causa, dubitaui, an constet de attentatis itaut sit apponendum sequestrum, & Domini informante tantum Vitellio affirmatiuè responderunt.

Cum enim sententia lata fuerit *die* 12.*Nouemb.*1664 & ab ea sequenti die fuerit appellatum *Summ. num.* 2.

1 *&* 3. possessio Bottoni tanquam capta post interpositam appellationem, & infra decendium datum à iure ad appellandum ab euidenti vitio attentatorum excusari non potest *ad Text. in cap. non solū 7. de appell. in 6.*

Non obstat, quod à sententia super institutione non

2 detur appellatio suspensiua; quià id potest admitti vbi iudex procedit ad institutionem summariè, & sine stre-

3 pitu, & figura iudicij; secus autem quando, prout hic, institutio facta fuit in contradictorio iuris ordine seruato, & per sententiam diffinitiuam; tunc enim ab huiusmodi sententia dari appellationem suspensiuam benè distinguendo tradit *Lotter. de benefic. lib.* 2. *quæst.* 13 *num.* 60. quam distinctionem semper sequuta fuit *Rota vt in Cracouien Præpositura S. Floriani* 27, *Maij* 1650 *§. recipit coram bon. mem. Bicbio, Vasinonen. Vicariæ* 28. *Iunij* 1660. *§. quo enim, &* 15. *Iunij* 1663. *§. maximè quià coram me, & in Cracouien. Præpositura* 4. *Iulij* 1664 *coram R. P. D. meo Emerix §. finali.*

Fuisse autem processum iudicialiter in præsenti casu

4 demonstrat nedum citatio Vitellio facta ad comparen. & audien. sententiam diffinitiuam, & ipsius subsequuta comparitio, & oppositio, verùm etiam tenor latæ sententiæ, & præcedentes contradictiones, de quibus *in Summ. num.* 1. *&* 2. quæ omnia iudicialem processum efformant *Lotter. d. quæst.* 13 *num.* 8. *Rot. in d. Cracouien. Præpositura S. Floriani coram bon. mem. Bichio §. recipit & in Viterbien. Canonicatus* 26. *Iunij* 1652. *§. quia præter coram me.*

Hinc non releuat, quod Ordinarius noluerit deferre

5 appellationi nisi ad effectum deuolutiuum tantum; quià cum ex prædictis appareat causam esse appellabilem ad vtrumque effectum, hoc sufficit ad causandum attentata licet iudex appellationem denegauerit, vt *notat. Franch. in cap. constitutus* 45. *num.* 19. *in fin. de appellat. pend. amplias.* 1. *num.* 2. *&* 3. *Rota decis.* 534. *num.* 6. *par.* 5. *recent.*

Cum igitur possessio Bottoni sit attentata venit ap-

6 ponendum sequestrum, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & attentans gaudeat commodo vitiosæ possessionis iuxtà laudabilem stylum Rotæ, de quo testatur *Cassador. decis.* 3. *num.* 6. *de restit. spoliat.*

Et ità vnica &c.

ROMANA NVLLITATIS PROFESSIONIS.

Mercurij 2. *Decembris* 1665.

ARGVMENTVM.

Professio emissa non præcedēte anno legitimi nouitiatus est nulla, nec deseruire potest pro legitimo nouitiatu annus probationis, per cuius spatium antea quis in Religione permanserit, si postea animo Religionem deserendi fuerit egressus; Animus autem deserendi Religionem desumitur ex depositione habitus absque licentia superioris facta, nulla vrgente necessitate, ex assumptione gradus incongrui Statui Regulari, & ex immixtione negotijs sęcularibus per plurium annorum cursum continuata.

SVMMARIVM.

1 *Annus integer approbationis requiritur suscipienti habitum regularem antequā ad professionem admittatur.*

2 *Nouitius post completum annum approbationis à Religione egressus animo redeundi, rediens admittitur ad professionem absque alio nouitiatu.*

3 *Nouitius post annum approbationis à Religione egressus animo illam deserendi, si denuo recipiatur tenetur ex integro nouitiatum inchoare.*

4 *Nouitius egressus à Religione censetur animo deseserendi, si absque licentia superioris, & nulla vrgente necessitate habitum dimiserit.*

5 *Nouitius censetur egressus animo deserendi si dignitatem assumpserit statui regulari incongruam, qualis est Prothonotariatus, & ad titulum proprij Matrimonij se ordinauerit.*

6 *Nouitius egressus censetur animo deserendi religionem si per spatium plurium annorum se negocijs sęcularibus immiscuerit.*

7 *Rescriptum subreptitiè obtentū nullum ius tribuit supplicanti, neque executori.*

8 *Rescriptum cum clausula* cōstito de veritate expositorum *quæ tamquam conditionalis, non verificata conditione, non tribuit iurisditionem.*

DECISIO DCCCXXIX.

IAcobus Antonius Sarazanus suscepto die 18. Octobris 1648. habitu Religioso in Conuentu S. Augustini de Vrbe per spatium 27. mensium in Religione ducauit, inde vero ante emissam Professionem egressus, ad statum sęcularem redijt, vbi permansit per decennium, & vltra; at quia sub die 30. *Iunij* 1661. iterum ad Religionem reuersus idem Sarazanus triduo post habitum reassumptum, solemnem professionem emisit. Ideo super dictæ Professionis validitate orta controuersia inter ipsum Professum, & Procuratorem Generalem Regligionis R. P. D. Falconerius Eminentissimi D. Card. Vicarij Locumtenens, per diffinitiuam sententiam nullam, & inualidam eam declarauit, & successiuem in gradu appellationis proposito à me dubio Rota resoluit non constare de valida professione.

Cum enim Sarazanus habitum secunda vice susceperit sub die 30. *Iunij* 661. vtique professio subsequuta 3. *Iulij* eiusdem anni nullam inducit obligationem ex

1 defectu legitimi Nouitiatus; De necessitate enim requiritur, quod Regularis habitum suscipiens antequā ad professionem admittatur per integrum annum steterit in probatione *iuxta præscriptum Sac. Conc. Trid. sess.* 25. *de Regul. cap.* 75. *vbi Barbos. num.* 6.

Neque pro anno probationis deseruire potest tempus, quo Sarazanus permansit in Religione ante illius egressum, quia licet aliquando admitti soleat Noui-

2 tium post completum annum è Religione egressum posse redeundo professionem emittere absque alio Nouitiatu iuxtà distinctionem passim in hac materia receptam hoc non procedit vbi Nouitius dimisso habitu egreditur Monasterium animo deserendi Religionem, Tunc enim si denuo recipiatur non obstante,

3 quod prius per annum steterit in Religione tenetur ex integro inchoare Nouitiatum, vt articulo mature discusso dictum fuit *in Meleuitana nullitatis professionis* 13. *Ianuarij* 1653. *coram Reuerendiss. Royas Episcopo*

Abu-

Abulen.§.preterea confirmata 27. Ianuarij 1659. §.hinc non applicatur coram Reuerendiss.Papien.& tradunt Barbos de Iur.Eccles.vniuers.lib.1.cap.42.num.122.Castropal.oper.moral.tract.16.disput.1.punct.13.§.2.in fine.

In proposito autem Sarazanum habuisse animum deserendi Religionem patet ex ipsius iurata declaratione facta 5.*May* 1650. coram Episcopo Balneoregien. qui in executionem literarum Sac. Congrationis Regularium debebat eius animum explorare, vbi apertè dixit velle à Religione discedere, & ad sæculum redire, *Summ.*
4 *num.*1. quam delarationem successiuè facto comprobauit habitum religiosum dimittendo absque superioris licentia, ac nulla vrgente necessitate, nec non Dignitatem Prothonotariatus Statui Regulari in con-
5 gruam desumendo, & ad titulum proprij Patrimonij se ordinando; quinimmò dum per decem annos, & vltrà fuit sæcularibus negocijs implicitus, hinc bene desumi valet uedum mutatio consilij, verùm etiam
6 Regulæ Religionis totalis obliuio, vt arguunt *Bordon. resol.Regul.tom.2.resol.99.num.47.& seq. & modern.P. Passerin de homin.stat. & off.tom.3.quæst.189. inspect.6. num.148.vers. Ideo non est eadem ratio de paruo, & longo tempore.*

Non vrget, quod Sac.Congreg. super Stat.Regular. mandauerit Sarazanum ad professionem admitti absq; alterius Nouitiatus repetitione; quoniam rescriptum Sac.Congregationis visum fuit vitio subreptionis laborare, quia in supplicatione tacitum fuit Sarazanum egressum fuisse e Religione animo illā deserendi ipsumque per decem annos in sæculo stetitisse, ac narratum fuit discessum fuisse sequutum ex causa Litium pendentium in Rota, & tamen ex tenore transactionis datæ in *Summ. Sarazani num.3. litera D.* apparet lites fuisse subortas de anno 1656. & sic per annos quinque
7 post habitus dimissionem; Taciturnitas enim præfata, & falsa expressio cum respiciant substantiam negocij vt potè tendentes ad inducendam causam rationabilem discessus, & ad excludendum manutentionem proposiri vtique difficiliorem gratiam redidisset. & proinde ex huiusmodi rescripto nullum ius, siue supplicanti, siue exequutori censetur attributum vt in his terminis dictum fuit *in dict. Melevitana Nullitatis Professionis coram d.D.Abulen.§ his itaque positis & coram d.D.Papien §.nec aliquid.*

Pręcipuè quia Sacra Congregatio rescripsit cum clausula *consito de veritate expositorum* quę tanquam
8 conditionalis non tribuit iurisdictionem nisi prius verificetur conditio *ex relatis per Barbos. claus.25.num.3 & dixit Rota decis.701 p.1.recent.*

Et ità omissis alijs nullitatibus deductis ab informantibus, quas visum fuit superfluum examinare, ex prędictis censuerunt Domini non constare de valida professione vtraque Parte informante &c.

ROMANA PENSIONVM

Merc.9 Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

In Iudicio ordinario super nullitate Pensionis tenetur Pensionarius plene & concludenter iustificare valorem tanquam gratiæ fundamentum, maxime attenta clausula *vt asseris* in literis reseruationis adiecta, quam quidem probationem tenetur facere, etiam si onus iustificandi huiusmodi valorem fuerit assumptum a titulari prædecessore, & etiam non obstante resignatione à dicto prædecessore facta ad fauorem certæ personæ.

SVMMARIVM.

1 *Pensio non debetur, quando pensionarius non iustificat valorem beneficij affirmatiuè per ascensum expressum.*

2 *Pensionarius tenetur in Iudicio ordinario plene, & concludenter iustificare valorem, alias Pensio remanet nulla in totum.*

3 *Clausula vt asseris in literis reseruationis adiecta facti dubietatem demonstrat, & præsefert conditionem, si ita est.*

4 *Clausula vt asseris transfundit in Pensionarium impetrantem necessitatem probandi valorem.*

5 *Consensus titularis non prędiudicat successori causam non ab eo, sed à Summo Pontifice habenti.*

6 *Resignatarius nullam habet Ius, seu causam à resignante, sed à Papa, etiamsi resignatio sit ad fauorem certæ personæ.*

7 *Titularis mentionem faciendo de Pensionibus in gratia sua prouisionis, illas non approbat, tanquam validas.*

8 *Approbans factū, non dicitur approbare illius qualitates*

9 *Obligatio Cameralis arctius ligat, non autem obligationem extendit.*

10 *Libri publici camerariatus in quibus adnotantur redditus capituli, probant valorem canonicatus,*

11 *Valor probatur per redditus decem, & vltra annorum*

12 *Reo conuento sufficit offuscare probationes Actoris, vbi hic tenetur concludenter probare.*

DECISIO DCCCXXX.

RECusante Canonico Ciconio soluere pensiones reseruatas vsque de Anno 1659. super Canonicatu Ven.Societatis S. Mariæ Transtyberim ad fauorem. Caroci, & Euandri, isti introduxerunt iudicium coram R.P.D. A.C.Atcolto super exequutione literarum Apostolicarum reseruationum, & contrariam sententiam reportarunt: ideo causa appellationis mihi commissa dubitaui, An pensiones debeantur, & Domini negatiuè responderunt.

Siquidem defecit iustificatio valoris in literis affirmatiuè per ascensum expressi in ducat. 125. auri de Camera *Summ. Pensionariorum num.* 1. cum tamen
1 agatur in iudicio ordinario super nullitate pensionis teneantur Pensionarij plenè, & concludenter valorem
2 iustificare tanquam gratiæ fundamentum, alias pensio remanet nulla in totum iuxta distinctionem sępè à Rota receptam, *vt in Concben. Pensionis 21. May 1649. §.1.& §.neque coram D.Card.Corrado, & 24. Februarij 1650.coram bon: mem. Bichio Hipporegien. pensionis 28.Iunij 1650.coram Reuerendiss.Papien. cum allegatis in Imolen.pensionis 1. Iuly 1665. §. releuantia coram R.P.D.meo Emerix.*

Præsertim attenta clausula, *vt asseris* in literis re-
3 seruationis adiecta, quæ facti dubietatem in Pontifice concedente demonstrat, & præsefert conditionem *si*
4 *ita est*, eoque fortius transfundit in impetrantem necessitatem probationis, vt pluribus congestis firmatum fuit *in dicta Concben.pensionis coram Card.Corrado §. neque magis.*

Neque ab huiusmodi onere pensionarij releuantur, ex eo, quod Gibertus prædecessor Canonici Ciconij promiserit assumere in se, & successores suos onus iustificandi valorem in ducat.125. auri in Camera, cum
5 assertione quod de hoc erat plenè informatus, quodq; semper pro iustificato haberi volebat, quia iste consensus Giberti nullo modo potest prædiudicare successori causam non ab eo, sed à Summo Pontefice habenti, & propterea contra ipsum est necessaria narratorum iustificatio, vt in his terminis tradit, *Tondut.de pension. cap.55.num.9.Rota coram Merlino decis.343. numer.2. decis.144.num.16.cum seqq. part.4.tom.2.recent.& in dict.Concben.§.Minùs.*

Minùs facit, quod Gibertus non renunciauerit Canonicatū istis pensionibus grauatum libere, sed ad fauorem certæ personę nimirum Ciconij, qui propterea teneatur in hoc stare facto resignantis, à quo videtur
6 ius, & causam habere, quia cum ius resignantis extin-

guatur

guatur postquam Papa admisit resignationem in suis manibus factam, non dicitur proinde resignatarium ius,& causam habere a resignante, sed ab ipsomet Papa iuxtà *decis. Cassad.* 15. *num.* 5. *de praebend. quam sequuntur Mandes. ad reg.* 33. *q.* 7. *num.* 8. *Paris. de resignat lib.* 1. *q.* 1. *num.* 64. *Lotter. de re benef. lib.* 1 *quaest.* 40. *n.* 13. *& 14. Rota penes Marches. de commiss. part.* 1. *fol.* 384. *num.* 3. *& 5.*

Non obstat, quod Ciconius in gratia suae prouisionis mentionem fecerit de his pensionibus, quodque ante expeditionem literarum se obligauerit de illas

7 soluendo in forma Camerae; Quoniam non ex eo, quod Ciconius expresserit, ac fassus fuerit pensiones fuisse reseruatas,de necessitate, sequitur illas tanquam validas approbasse,quia cum pensio nedum validè,sed etiam nulliter possit reseruari ex defectu nempè intentionis concedentis, vel ex mala expressione, & partis narratiua,vtique dicendum est ex huiusmodi mentione pensionum fuisse quidem ipsum factum reseruationis approbatum non autem gratiae validitas; Nam

8 qui fatetur factum, illius qualitates fateri non dicitur *Merlin. decis.* 343. *num.* 4. *vt in Ariminen. pensionis* 10. *May* 1662. *§. Cum pensio coram R. P. D. meo Emerix, & 4. Decembris eiusdem anni, §. Ab hoc autem coram R. P. D. meo Albergato.*

Obligatio vero Cameralis non operatur vt pensio

9 alias nulla sustineatur cum eius natura sit arctius ligare, non autem obligationem extendere, vt in his terminis firmat, *Rota coram Card. Millino decis.* 28. *nu.* 1. *vers. Quia forma Camerae, & in Perusina Parochialis, seu pensionum* 1. *Iuly* 1641. *coram bon. mem. Dunozetto, §. fin. vbi plures refert.*

Iustificatio autem valoris, vt supra expressi in ducat. 125. auri de Camera, qui constituunt summam scut. 200. monetae, non bene desumitur ex notulis in Camera Apostolica exhibitis occasione decimarum à Sanctissimo impositarum; Ex illis enim constat totū introitum Capituli ascendere ad scut. 2742. itaut detractis scutis 732. 50. pro salariatis, Missis,& Anniuersarijs Ecclesiae, prout detracta fuerunt à Congregatione super Decimis *Summ. Ciconii, num.* 4. remanerent diuidenda inter 12. Canonicos scuta 2009. 50. Ideoq; singuli Canonici non habent scuta 200. vt fuit Pontifici narratum, sed solum scuta 167. 55. vt patet ex calculo.

Nec facit, quod reperiantur alij effectus Ecclesiae vltra eos, qui descripti fuerunt in notula exhibita in Camera; Quia praeter quod veniunt detrahenda quoque alia onera necessaria,de quibus in *Summ. Pensionariorum, num.* 14. Diuisio omnium fructuum facta inter Canonicos de mense Augusti 1654. per totum mensem Octobris praesentis anni clarè demonstrat tenuita-

10 tem reddit: tuum, quę diuisio tanquam extracta ex publicis libris Camerariatus Ecclesiae, in quibus ad notantur omnes redditus Capituli ad formam particularis Statuti,de quo in *Summ. Ciconij, num.* 14. aut plenè excludit iustificationem valoris vt potè continens red-

11 ditus decem,& vltra annorum iuxta *decis. Aebill. de Graff.* 24. *de probat. & in Narnien. vnionis* 19. *Nouembris* 1643. *§. Hinc nihil coram Bichio.* Aut saltem negari non potest, quin ea mediante remaneat dubia probatio pensionariorum,qui in hoc iudicio tenentur

12 probare valorem expressum, & omnino iustificare; Ideoque sufficit Reo connento eorum probationes offuscare *Buratt. decis.* 419. *num.* 12. *& in dicta Narnien. vnionis, §. fin.*

Denique non releuat, quod causa fuerit in Rota commissa cum clausula, *non retardata solutione pensionis*; Quia ex lectura eiusdem commissionis data in *Summ. additionali pensionariorum num.* 3. apparet illam esse diuersam ab ea,cuius vigore nunc causa reperitur in Rota; Illa enim emanauit ad instantiam Giberti contra Pensionarios,haec autem ad instantiam pensionariorum contra Ciconium, sed quidquid sit de hoc certum est, quod hodiè queritur an pensiones debeantur, quod negatiuè fuit decisum vtraque Parte Informante, &c.

FVLGINATEN. DOMVS.

Ven. 11. *Decembris* 1665.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur docenti de sua possessione non obstante anterioritate alterius possessionis instrumentalis, quae regulariter non est manutenibilis si fuerit apprehensa alio existente in possessione, & eo non citato,sed dicitur clandestina, etiamsi praecesserit decretum Iudicis. Clausula, *Constituti* transfert possessionem manutenibilem contra constitutarium, & ab eo causam habentem, non autem contra Tertium.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur docenti de sua possessione.*

2 *Possessio instrumentalis apprehensa alio existente in possessione regulariter non est manutenibilis, licèt sit anterior.*

3 *Possessio instrumentalis apprehensa non citato existente in possessione etiam si Iudicis decretum praecesserit dicitur Clandestina.*

4 *Clausula,* Constituti *transfert possessionem manutenibilem.*

5 *Clausula,* Constituti *transfert possessionem manutenibilem contra constitutarium, & ab eo causam habentem, non verò contra Tertium.*

DECISIO DCCCXXXI.

Obtinuit Domitius de Anno 1652. à Mensa Episcopali Fulgin Inuestituram super Domo controuersa pro se, Pompilia eius Vxore, & pro tertia ipsius Domitij generatione persona ab eo nominanda, cum autem Domitius decesserit sine filijs, & nulla facta nominatione, hinc Pompilia superstes Domum vendidit Curtio Morsellio, qui successiue de anno 1659. reportauit quoque concessionem ab Episcopo, subsequuta illius actuali possessione sub die 5. Ianuarij 1660. at quia illi de'Benedictis contendebant se existere in quasi possessione Domus controuersae vsque ab Anno 1656 vigore alterius Inuestiturae ideo dubitaui an, & cui sit dandum manadatum de manutenendo; & Do-

1 mini dandum esse Morsellio responderunt, quia docet de sua actuali possessione ex datis in eius *Summ. num.* 4. *vulg. §. retinenda, in fin. de interd.*

Non obstat possessio anterior illorum de Benedictis apprehensa de anno 1656. vigore instrumenti inuestiturae; Quia cum de tempore Domus possideretur à Pompilia, nullius remanet efficaciae, cum regulariter

2 possessio instrumentalis non sit manutenibilis, quando fuit apprehensa altero existente in possessione, *Cas. de Grass. decis.* 5. *in princ. de caus. poss. & propriet. Gregor. decis.* 9. *num.* 7. *decis.* 14. *& decis.* 68. *cum relatis per Add. ad Buratt. decis.* 67. *lit. A.*

Nil releuante,quod praecesserit Iudicis decretum,

3 quia cum non fuerit citata Pompilia tunc in possessione existens, ad huc reputatur improba, & clandestina, vt in specie dixit, *Rota apud Posth. de manutent. decis.* 14. *num.* 4.

Et pari modo in praeiudicium eiusdem Pompiliae Benedicti de eo tempore iuuari non poterant clausula,

4 *Constituti* adiecta in eorum inuestitura. Licet enim ex clausula *Constituti* transferatur possessio manutenibilis, hoc tamen operatur solū contra constituentem,

5 & habentem causam ab eo, non autem in praeiudicium

dieium Tertij ex traditis per *Rotam coram Buratt. decis.136. num.11.*

Ea verò, quæ dicebantur circa validitatem vtriusq; inuestituræ tanquam respicientia altiorem indaginem Domini reiecerunt ad petitorium.

Et ità vtraque, &c.

SEGVNTINA BENEFICII.

Lunæ 14. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Prouisus à Nuntio non est legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum etiam si sit in possessione, dum illius prouisio incontinenti deregitur nulla & inualida facultates Nuntij se restringunt ad beneficia non excedentia ducatos 24. computatis incertis, & distributionibus, & non se extendunt ad beneficia vacantia sede Episcopali vacante.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua per resignantem expressa, benè ex testibus dicitur iustificata.*

2 *Sacerdotium, & habilitas probantur ex attestatione ordinarij, & literarum expeditione in forma gratiosa.*

3 *Literæ in forma gratiosa nō solent expediri, nisi prævia iustificatione habilitatis, & idoneitatis petentis.*

4 *Valor narratus per non excessum probatur etiam per testes deponentes de publica voce, & fama.*

5 *Maximè si sint adminiculati.*

6 *Libri Ecclesiæ, vbi adnotantur singuli fructus beneficij, probant valorem eiusdem Beneficij.*

7 *Partita librorum extracta per publicum officialem, & successorem in officio, probant licet fuerint extracta absque compulsoria, & partis citatione.*

8 *Officialis assertioni standum est, licet aliundè non constet se esse successorem in officio.*

9 *Nuntij Hispaniarum habent facultates restrictas ad beneficia non excedentia ducatos viginti quatuor computatis incertis, & distributionibus.*

10 *Nuntij facultates comprehendunt reseruationem inductam ratione mensium, ex regula octaua.*

11 *Prouisio Nuncij facta de beneficio vacato sede Episcopali vacante est nulla, & inualida.*

12 *Prouisus à Nuntio non est legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum, vbi incontinenti illius prouisio detegitur nulla.*

13 *Literæ expedita in forma gratiosa veniunt absque alia iustificatione exequendæ.*

DECISIO DCCCXXXII.

Beneficium simplex, seu præstimonium in Parochiali Ecclesia Oppidi Tutris Em.6sæ, quod vacauerat per mortem Ibanes sede Episcopali Seguntina vacante tanquam reseruatum impetrauit à sede Apostolica Iustus Esporino, sed orta lite inter ipsum, & Hieronymum Iordanum prouisum à Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum Ioannes Cortes post cessionem sibi factā à Iusto in manibus Sanctissimi literas subrogationis gratiosæ in eius iuribus obtinuit, super quarum exequutione cum hodie cubitauerim, affirmatiua prodijt resolutio.

Etenim narrata per Iustum resignantem, nempè vacatio beneficij tempore sedis Episcopalis vacantis eius præsentia in curia cum qualitate sacerdotali, & quod
1 ipse resignans aliunde habeat vnde commodè viuere possit benè iustificantur ex testibus datis in *Summario*
2 *Cortes, n.3.4.* & 6. Sacerdotium verò, & habilitas ipsius,
3 Cortes resignatarij probatur tam ex attestatione ordinarij *Summ.n.5.* quam ex dictis literis expeditis in forma gratiosa, quæ concedi non solent nisi prævia huiusmodi iustificatione, *Rota coram Pen. decis. 1144. num. 5. & in Meleuitana beneficij 31. Ianuarij 1653. §. Clericatus coram R.P.D. meo Albergato.*

Valor autem expressus in ducatis 40. per non ex-
4 cessum pariter probatur ex testibus *dict. Summ.num.7.* qui deponunt computato anno fertili cum sterili, & habita ratione fructuum per decennium iuxta decisionem *Card. Seraphin. 1340. num 1.* Cumque agatur de probando valore probato per non excessum videntur sufficientes, quamuis deponant de publica voce, & fama, *Rot. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono dec. 172. num. 5. & seqq. decis. 187. num. 8. part. 6. recent. cum allegatis in Pampilonen. Benefic. 27. Iunij 1663. §. Valor coram R.P.D. Priolo.*

Præsertim quia dd. Testes adminiculantur ex parti-
5 tis extractis ex libris Ecclesiæ ab anno 1638. vsque
6 ad 1664. relatis *in d. Summ. num.* 8. vbi adest specifica adnotatio singulorum fructuum beneficij, de quo agitur, ex quibus probari valorem alias dictum in *Palentina beneficij 1. Decembris 1662. §. In actis coram R.P.D. meo Emerix.*

Non obstat, quòd dd. partitæ non fuerint compul-
7 satæ de ordine Rotæ; Quia cum appareant extractæ per publicum Officialem, ac successorem in officio, in quo huiusmodi libri sub custodia asseruantur probant licet extractæ absque compulsoria, & partis citatione, *Rota coram Card Seraph. decis. 1334. num. 4. in Aquilana beneficij 12. Nouembris 1642. §. Quarto non facit coram Reuerendissimo Compostellano, & coram Penia*
8 *decis. 679. num. 3. &* 4. vbi vlterius dictum fuit standum esse assertioni officialis licèt aliunde non constet se esse successorem in officio.

Hinc probato valore in ducatis 40. corruit gratia
9 Iordani prouisi à Nuntio, cuius facultates restringuntur ad beneficia ducatos 24. non excedentia computatis incertis, & distributionibus vt per *Garz. de benef. part. 5. cap. 3. num. 84. & in Palentina beneficij, §. In actis cum alijs allegatis in Pampilonen beneficiorum 17. Aprilis 1665. §. Omissa enim coram R.P.D. meo Carpineo.*

Præterea animaduertebant Domini facultates Do-
10 mini Nuntij comprehendere quidem reseruationem inductam ratione mensium, & reg. 9. non autem comprehendere reseruationem prouenientem ex causa va-
11 cationis sedis Episcopalis, vt ex *reg. 2.* Ideoque cum ex testibus *dicto Summ. num 3.* appareat beneficium contr511 ouersum vacasse per obitum Ibanes sede Seguntina vacante gratia Iordani etiam ex hoc capite videtur corruere *Gonzal. super reg. 8. §. 2. prohem. num. 55. Rota in Burgen. beneficiorum 26. Iunij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Celso, §. Nec dicatur;* Vndè cum di-
12 cta prouisio incontinenti detegatur nulla, & inualida, non potest Iordanus quamuis etiam esset in possessione dici legitimus contradictor ad impediendam exequutionem literarum Apostolicarum vt dixit, *Rota coram Eminentissimo D. Card. Otthobono decis. 154. n. 36. & in terminis decis. 172. n. 4. coram eodem, & decis. 357.*
13 *num. 18. part. 10. recent.* & sic literæ tanquam expeditæ in forma gratiosa veniunt absque alia iustificatione exequendæ *Merlin. decis. 141. num. 11. & in Barbastren. Capellania 19. Iunij 1662. coram R. P. D. meo Priolo, §. final.*

Et ità vtraque, &c.

LEODIEN. TESTAMENTORVM.

Lun. 14. Decembr. 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis data aliquali releuantia materiæ articulatæ semper conceditur licet articuli non admittantur ad probandum per testes id quod heri potest per scripturas, datur tamen remissoria quando aliquid plus per testes posset probari super materia partim noua, & magis specificata, & distincta nouum examen conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa prophana data aliquali releuantia materiæ articulatæ non denegatur.*

2 *Consuetudo Regionis plurimum attenditur circa solemnitates testamentorum.*

3 *Remissoria conceditur ad probandum etiam id quod posset per scripturas, vbi aliquid plus probari potest per Testes.*

4 *Examen nouum conceditur, vbi articuli continent materiam partim nouam, magisque specificam, & distinctam.*

DECISIO DCCCXXXIII.

OGerius Bolognè Canonicus Ecclesiæ Molhanien. post conditum testamentum in quo hæredem sibi scripserat Ven. Domum Misericordiæ Bauariæ, aliud ordinauit per simplicem schedulam eius manuscriptā, & subscriptā, vbi instituit Gerardum de Lutemburgh, & Ioannem Gaen; Vndè post obitum testatoris orta lite super illius successione inter institutos in vtroque Testamento proposui dubium 1. Iulij proximi præteriti. An, & de cuius bono iure constaret; Cumque non fuerit resolutum, dictus Gerardus, & Ioannes hodie exhibitis pluribus articulis, petierunt remissoriam, quam Domini concedendam esse dixerunt, quià versa-
1 mur in causa prophana, vbi data aliquali releuantia materiæ articulatæ regulariter non denegatur, *Rota coram Andr. decis. 38. num. 1. decis. 266. part. 6. recentior. & alibi passim.*

Releuantia in præsenti desumitur ex primo, & secundo articulo, vbi continetur, quod in Ciuitate, & Diœcesi Leodien. viget particularis consuetudo ab immemorabili tēpore obseruata, quod Canonici tàm Cathedralis quā aliarū Collegiatarū possunt testari per simplicem priuatā Schedulā dummodo probetur scripta, vel subscripta manu testatoris quodq; testamentis hoc modo cōfectis detur exequutio etiamsi præcesserit aliud testamentum solemne conditum etiam fauore
2 piæ causæ. In solemnitatibus enim testamentorum plurimum esse deferendum consuetudini Regionis tradit *Bart. in l. cunctos populos, num. 23. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Guidop. decis. 262. num. 3. & in specie de hac consuetudine dixit, Rota coram Duran. decis. 302. num. 4. & 5.*

Releuans quoq; videtur tertius articulus, quatenus continet locum Molhaniæ esse Diœcesis Leodien. parū obstante, quod hoc probari possit per scripturas, uempè per historias, & tabulas geographicas, quià non articulatur sola situatio dicti loci, sed insuper additur, Canonicos illius Collegiatæ quoad factionem testa-
3 mentorum frui omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, quibus gaudent Canonici Ciuitatis Leodij; Vbi autem aliquid plus probari potest per testes, quàm per scripturas Rota solet remissoriam concedere ex allegatis in *Maioricen. Canonicatuū 10. Iunij 1656. §. Neq; vllius coram Reuerendiss. Papien.*

Non obstat, quod aliàs in curia fuerint examinati
4 Testes super dicta consuetudine; Nàm cùm articuli hodie exhibiti contineant materiam partim nouam, magisque specificam, & distinctam, vt ex eorum lectura, ac tendant ad coadiuuandas probationes iam factas, vtique nouum examen retardari non debet ex traditis *in Anconitana fideicommissi 13. Iunij 1663. §. Nam omisso, & §. fin. coram Reuerendissimo Ninot Episcopo Gerunden. & in Romana testamenti prima Iulij proximi præteriti, §. Verum coram me.*

Neque releuat aliud examen factum in prima instantia in partibus; Testes enim ibidem examinati nihil deposuerunt circa consuetudinem controuersam, quæ tunc non fuit articulata, sed solum fuerunt inducti super recognitione, & identitate Schedulæ Testamenti.

Et itá resolutum fuit dandam esse remissoriam cum retardatione vel sine arbitrio Rotæ vtraque, &c.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Ven. 16. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Promissio de vendendo etiam iuramento roborata resoluitur in simplicem tractatum, & nudam velleitatem, à quà resilire licet vbi cum ipsa non interuenerint omnia venditionis requisita, nempe res, pretium, & consensus mutuus ac simultaneus vtriusque coutrahentis; tunc enim solum, & non prius dicitur perfecta venditio.

SVMMARIVM:

1 *Promissio de vendendo iuramento firmata habetur pro venditione, & promittens eius vigore cogi potest ad præcisum factū venditionis quando res extat, & vendi potest, declara,* num. 2.

2 *Promissio de vendendo iuramento firmata tunc solum habetur pro venditione, quando cum ipsa interuenerint omnia venditionis requisita nempe res, pretium, & consensus mutuus, & simultaneus contrahentium.*

3 *Promissio iurata de vendendo absenti, facta tertiæ personæ non habenti legitimam facultatē huiusmodi promissionem acceptandi, non habetur pro venditione, & ex ea nulla insurgit obligatio.*

4 *Iuramentum supplet præsentiam partis, & ex eo acquiritur ius absenti cum Deus pro absente recipiat, declara,* num. 5.

5 *Iuramentum supplet præsentiam partis, & ex eo ius acquiritur absenti quando agitur de actu mere fauorabili, secus si de oneroso, qualis est contractus emptionis, & venditionis, qui est vltro citroque obligatorius.*

6 *Promissio iurata de vendendo absenti potest etiam tacitè reuocari antequam absentis acceptatio sequatur.*

DECISIO DCCCXXXIV.

LOca Montium 52. pluribus vinculis obnoxia, & vendita à Ioanne Rainoldo deuenerunt in Antonium, qui requisitus à tertia persona an illa vellet vendere, Pantasileæ, respondit eidem velle vendere, ac reiteratis vicibus hanc suam voluntatē repetijt tacto pectore, *da Sacerdote lo voglio fare.*

Cùm autèm Antonius sexdecim ex prædictis Locis Montium postmodum vendidisset Mariæ Amiç, Pantasilea ipsius soror prætendens illa fuisse prius, sibi vendita Antonium conuenit coram Iudice ab A.C. deputato pro adimplemento venditionis, cui cum superuenerit commissio manu Sanctissimi signata *vt in causa procedat de voto Rotæ*, dubium proposui an Antonius teneatur vendere Pantasileæ, & placuit Dominis negatiuè respondere.

Quamuis enim ad regulam, quod promissio de vendendo non sit venditio DD. pro maiori parte deducant fallentiam, vt non procedat quando fuit iurata;
1 Ex vi enim iuramenti habetur pro venditione, & promittens eius vigore cogi potest ad præcisum factum venditionis quando res ipsa extat, & vendi potest, *Seraphin. de priuil. iuram priuil. 23. num. 13. vers. Et consequenter pro hoc priuilegio Gratian. discept. 564. n. 32. Thesaur. decis. 233. num. 8. Rota coram Card. Seraphin. decis. 805. num. 3.*

Tamen fallentia in his terminis tunc solùm admittere videtur quoties in promissione iurata de vendendo interuenerint omnia venditionis requisita, nempè res, pretium, & consensus mutuus, & simultaneus vtriusque contrahentis, venditoris scilicet, & emptoris, ex quo vterque efficaciter remanserit obligatus vēditor ad tradendam rem, & emptor acceptarus vendi-

tio-

2 tionem ad soluendum pretium; tunc enim, & non
prius dicitur perfecta venditio *l. consensu ff. de act. &
oblig. §. pretiū & §. item pretium instit. de empt & vendit*

Secus autem ijs omnibus non concurrentibus, &
præsertim si emptoris mutuus, & simulataneus con-
sensus non interfuit, vt hic cum promissio facta fue-
rit ab Antonio Pantasileæ absenti requisito à tertia
persona legitimam ad id facultatem non habente, hoc
enim casu promissio vendendi etiam iurata non obli-
gat ad vendendum, nec habetur pro venditione, cum
cessante consensu Pantasileæ in eius facultate erat di-
3 cere, *nolo emere*, nec pretium soluere, & consequenter
nil aliud importare videtur nisi metus animi motus, ex
quo nulla insurgit obligatio, vt in his terminis distin-
guendo admittunt, & firmant *Bursatt. cons. 100. num. 9.
vers. licet forte secus lib. 1. Seraphin. d. priuil. 23. num. 2.
vers. sed senen. opinionem Io: Andr.*

Et licet iuramentum suppleat partis præsentiam,
atque ex eo ius absenti acquiratur, cum Deus recipiat
pro absenti idem *Bursatt. cons. 118, num. 5 d. lib. 1.* cum
4 alijs allegatis *in decisione 27. num. 11. cum seqq. p. 7. re-
cent.* hoc tamen procedit in actu illi mere. Fauorabili,
secus verò in actu illi oneroso mutuam continente
obligationem, vt in præsenti, cum contractus emp-
tionis, & venditionis sit vltro citroque obligatorius,
vt dicunt *Text superius allegati*, & tradit etiā *Mantic.
5 de tacit. lib. 4. tit. 2. num. 6. & tit. 4 num. 3.* Tunc enim
iuramentum non supplet præsentiam absentis, sed
eius legitima, & valida acceptatio requiritur, & inte-
rim donec ipsa sequatur actus etiam tacite reuocari
potest, vt optime distinxit *Rota decis. 27. num. 22.
& 23.*

Cum igitur defecerit Pantasileæ prætensæ emptricis
mutuus, & simultaneus consensus, dum non doce-
tur de eius acceptatione tempore congruo nisi ex ci-
tatione ad conficiendum instrumentum venditionis
postquam Antonius vendiderat, promissio etiam iu-
rata simplicem tractatum, & nudam velleitatem im-
portare potuit, vt pariter toties reiteratæ requisitio-
nes conuincunt, quæ propterea nullum præstitit im-
pedimentum reuocationi etiam tacitæ per venditio-
6 nem Mariæ Annæ factam, & validè licuit Antonio
ab ea resilire *ad tradit. per Rot. decis. 681. num. 1. p. 4.
tom. 3. recent.*

Et Ità vtraque &c.

ROMANA PRÆTENSI MATRIMONII.

Ven. 15. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Materia articulorum quoties est releuans, illorum admissio non denegatur, & ad hoc vt admittantur, sufficit, quod directè, vel indirectè faciant ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Articulorum admissio non solet denegari, quando materia est releuans.*

2 *Sponsalibus contractis, potest alteruter ex contrahentibus ad promissionem obseruandam compelli.*

3 *Articuli vt admittantur, satis est quod directe, vel indirecte faciant ad causam.*

4 *Pro articulorum admissione, necessarium est decretum Iudicis.*

5 *Positiones vt fiant de actis, admissio Iudicis requiritur.*

6 *Positionibus respondendum est præcise, & simpliciter per verbum* credit, *vel* non credit, *ex dispositione* Stat. Vrb. cap. 68. de posit. lib. 1.

DECISIO DCCCXXXV.

Domini dixerunt admittendos esse articulos, & non
fuisse sufficienter responsum positionibus, quia
cum materia tendat ad probandum præcedentia Spon-
salia, & matrimonium, vt prætenditur contractum
per verba de præsenti. Ideo in illius partibus, in qui-
bus positiones negatæ fuerunt admittendæ sunt loco
articulorum ad effectum examinandi Testes vt in earū
exhibitione protestatum fuit ibi *Et casu quo illæ negen-
1 tur, Testes super illis recipi, & admitti &c* Cum enim
materia in eis contenta posīt esse releuans admissio
præsertim in curia non solet denegari *iuxta decis. 47.
Capntaquen lib. 1*

Non obstat quod nonnullæ ex positionibus dican-
tur non pertinere ad causam, cum ex earum proba-
tione contractus matrimonij per verba de præsenti re-
sultare non posit, quia cū valde conferant ad demon-
strandum præcedentem tractatum, & mutuam pro-
missionem de nubendo cum multis circumstantijs ex
2 quibus inferri posit ad sponsalia, quorum vigore
alter eorum de iure potuisset compelli ad promissio-
nem obseruandam, ita possunt conducere ad proba-
tionem faciliorem matrimonij contracti per verba de
3 præsenti & satis est quod articuli siue directe siue indi-
recte faciant ad causa vt sit expectanda probatio *iuxta
decis. 1255. Pen. & 503. p. 3. rec.*

Quo verò ad responsionem factam positionibus,
omisso an debuisset præcedere Iudicis decretum super
4 illarum admissione prout esse necessarium firmat,
*Modern. Michalor. de posit. cap. 15. num. 13. vers. Nec
dicatur & in cap. 3. num. 47.* vbi quod requiritur ad-
5 missio iudicis ad hoc vt positiones fiant de actis, *ex
doctr. Bald. in l. generaliter §. sed iuramento num. 4. C. de
reb credit. & iur. iuran.* visum fuit in pluribus non fuis-
se sufficienter responsum præcisè, & simpliciter per
verbum *credit*, vel *non credit*, vt disponit *statut. vrb.
6 cap. 68. de posit. lib. 1. & dictum fuit in Romana multipli-
ci 26. Ianuarij 1665. corā R. P. D. meo Taia*, & proptе-
rea in illis partibus, in quibus non fuit sufficienter
responsum debet iterum responderi.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPINIS.

Mercurij 27. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Immissio à fideicommissario petita contra successores grauati licet concedi soleat quotiescumque, vltra existentiam fideicommissi, eiusque purificationem, ac bonorum identitatem probetur simplex possessio Testatoris absque alia iustificatione dominij, hoc tamen non procedit vbi petitur immissio contra tertios possessores cum titulo à Testatore causam non habentes, tunc enim tenetur fideicommissarius concludenter iustificare dominium Testatoris, nec sufficit simplex eiusdem possessionis probatio. Dominium autem rei fideicommissariæ penes testatorem fuisse non probatur per actus possessorios ab eo gestos, vbi maxime titulus penes alium extitisse iustificatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non conceditur fideicommissario contra tertiū nisi probet bona fuisse in dominio Fideicommittentis.*

2 *Immissio regulariter conceditur fideicommissario contra successorem fideicommittentis quotiescumque vltra existentiam fideicommissi, eiusque purificationem, & bonorum identitatē probetur simplex possessio Testatoris, absque alia probatione dominij declara num. 3.*

3 *Immissio non conceditur fideicommissario contra tertios possessores habentes titulum independenter a fideicommittente, nisi concludenter iustificetur bona controuersa fuisse in dominio Testato is*

4 *Possessio simplex habens titulum in contrarium inter sanguine coniunctos præsumitur habita iure familiaritatis, non vero dominij.*

5 *Dominium rei non concluditur per necesse penes eum*

 exti-

extitisse, qui adauxit canonem ex eadem re solui solitum.

6 *Dominium alienius ex coniecturis elicitum tanto minus remanet iustificatum, si concludenter ex aduerso penes alium extitisse probetur.*

7 *Sententia valde antiqua qualis est saeculum excedens probat etiam sine actis.*

8 *Immissionis indicium contra aliquem intentatum ipsius possessionem de necessitate supponit.*

9 *Confinia vbi sumus in antiquis non ita rigorosis probationibus veniunt iustificanda.*

DECISIO DCCCXXXVI.

Vigore fideicommissi ordinati in Testamento Francisci de Spinis Federicus, & alij de Spinis petierunt immitti in possessionem duarum domorum, vnius ad Pontem sixtum, & alterius ad viam Balestrariorum, & duas decisiones fauorabiles reportarunt, *coram Cardin. Millino* 274. *& 301. inter eius impressas quia coram Dunozetto Archiepiscopo Selencien. die 13. May* 1624. Rota recessit à decisis respectu Domus ad Pontem sixtum hodie reassumpta disputatione coram me in eius locum suffecto contingit dubitari an sit stādum in primo, & secundo vel potius in vltimo loco decisis, & placuit Dominis confirmare vltimam decisionem quoad Domum ad Pontem sixtum, quo vero ad aliam ad Balestrarios fuit dilata resolutio.

Etenim visa fuerunt subsistere fundamenta decisio-
1 nis, ex quo fideicommissarij non iustificant Domum controuersam fuisse de Dominio Francisci fideicommittentis de tempore eius obitus, nam licet Immissio petita contra successores grauati, seu alium habentem causam à fideicommittente concedatur quotiescunque vltra existentiam fideicommissi, eiusque purificationem, ac bonorum identitatem probetur sim-
2 plex possessio Testatoris absque alia probatione Dominij vt *dixit Rota in recent. decis.* 231. *num.* 1. *p.* 1. *cum allegatis in Bonon. fideicommissi de Desiderijs coram Merlin decis.* 405 *num.* 1.

In praesenti tamen cum petatur contra illos de Ballapanis haeredes Adrianae de Rubeis, ad quam Domus praedicta spectabat Iure emphyteusis independenter à Testatore *Summ. Ludonicae num.* 2. vtique contra eos tanquam tertios possessores cum titulo tenentur fideicommissarij iustificare bona fuisse de Dominio
3 Testatoris, nec sufficit probare simplicem possessionē vt distinguendo *tradunt Roland. à Vall. cons.* 46. *num.* 10 *lib.* 3. *Cephal. cons* 386. *num.* 35. *Peregrin. de fideicomm. art.* 44. *num.* 6. *in fine Magon. decis. florent.* 37. *num.* 1. *&* 2 *& firmatur in decisione Selencien.* §. *quia dd. de Spinis.*

Quod quidem Dominium non videtur probari ex Testibus deponentibus Testatorem vsque ad obitum in habitasse Domum & plures actus possessorios exercuisse, quia probata etiā illius possessione, non tamen exinde remanet iustificatum dominium stante praece-
4 denti titulo acquisitionis Adrianae, nam vbi adest titulus; possessio probata per alium, quando agitur inter sanguine coniunctos, praesertim inter Matrem, & filium pro vt hic, praesumitur Iure familiaritatis, non autem Dominij *ex doctr. Bart. in l. qui iure* 41. *in fin. ff. de acquir. possess. Surd. cons.* 260. *n.* 17. *Rot. decis.* 761. *in fin. p.* 2. *decis.* 764. *num.* 3 *p.* 3. *recent.* & in his terminis *in Maceraten. Primogenituræ, seu vsufructus* 23. *Iunij* 1664 §. *& nihilominus coram R.P.D. meo Priolo.*

Neque probatur dominium ex eo quod Franciscus auxerit Canonem Domus controuersae vsque ad duca-
5 tos decem cum onere quod pro eius anima celebrarentur tot Missae, & huiusmodi augumentum eo defuncto fuerit solutum ab Adriana.

Si quidem ex tali augumento Canonis non sequitur ipsum fuisse Dominum, cum potius id fecisse videatur ex quo in domo praefata nonnulla fecerat melioramenta, quorum pretium censetur voluisse relinquere Ecclesiae pro eius animae suffragio, vt aduertit decisio §. *non obstat*, & propterea solutiones dicti augumenti facta per Adrianam cum referri possine ad dictam causam melioramentorum non videntur concludere ad effectum, de quo agitur, cum fideicommissarijs tanquam Actoribus incubat onus concludenter iustificandi Dominium Testatoris.

Eoque magis remanent insufficientes probationes praefatae, dum pro parte illorum de Ballapanis docetur Domum fuisse propriam Adrianae, cum de illa
6 fuerit antiquitus inuestitus Nardus eius Pater à Fratribus S. Saluatoris in Campo ad tertiam generationē masculinam, & deinde ipsamet Adriana in perpetuum, vt ex Instrumento inuestiturę anni 1524. *d. Summ. Ludonica num.* 2. & ex alio Instrumento renouationis anni 1562. *Summ. num.* 4. cui Inuestiturae accedit nedum solutio Laudemij per dictam Adrianam facta, quae ostendit effectuationem concessionis, verum etiam sententia lata à Iudice Capitolino de anno 1551. in concursu creditorum Francisci, in qua dicitur Domum praefatam spectare, & pertinere ad ipsam Adrianam
7 *d. Summ. num.* 1. *circa fin.* quae sententia cum sit valde antiqua vtpote saeculum excedens, probat etiam sine actis *Rota decis.* 235. *num.* 5. *decis.* 353. *num.* 69. *p.* 5. *recent. cum relatis in Vasionen. Prioratus* 4. *May* 1665. §. *sed etiam coram R.P.D. meo Albergato.*

Iuncta praesertim obseruantia, cum Domus fuerit semper per ipsam Adrianam, eiusque haeredes possessa, vt deponunt Testes *d. Summ. n.* 5. comprobat & iudiciū
8 immissionis contra Ballapanos à fideicōmissarijs motum, quod praesupponit eorū possessionem ex vulgaris.

Non obstat, quod instrumentum inuestiturae Anni 1524. non habeat expressos confines, & loquatur de duabus Domibus; quia respectu Domus controuersae satis est confines fuisse expressos in subsequenti instrumento renouationis Anni 1562. factum ad fauorem eiusdem Adrianę, & Virginiae filiae, qui concordant cū alijs expressis per Testes relatos in *Summ. fideicommissa-*
9 *riorum num.* 12. donec saltem probetur concludenter hanc vel aliam Domum ibidem contiguam spectasse ad Franciscum fideicommittentem praesertim in antiquis, vbi in materia confinium non ita rigidè est procedendum, vt respondet *decisio* §. *quoad identitatem & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis* 4. *Febr.* 1654. §. *non obstat in fine coram R.P.D. meo Benilaqua.* Et in omnem casum visum fuit DD. praeualere probationes desumptas ex instrumentis inuestiturae, & solutionis Laudemij ac renouationis praesumptionibus, & coniecturis ab Informantibus pro Mulieribus de Spinis deductis.

Et ità vtraque &c.

RAVENNATEN. SEV FAVENTINA CAMBII.

Mercurij 27. *Ianuarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Creditor Cambij non potest cum se met ipso Cambiare, nisi constet de voluntate Debitoris, quae tamen sufficit, si tacitè ex coniecturis eliciatur. Ratificatio aequiparatur mandato, etiam in his, vbi speciale requiritur, si tamen Ratificans plenam habet scientiam iuris, & facti, quae praesumitur, dum quis se refert ad scripturas.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones à debitore factae in dubio referri debent in satisfactionem fructuum, ità vt residuum intelligatur, & sit sors pricipalis.*

2 *Cambia non debentur, quando Creditor cum semetipso cam-*

cambiauit, nisi constet de voluntate Debitoris, quæ tamen sufficit, vt tacite ex coniecturis eliciatur: & num.3.& 4.

5 *Ratificatio æquiparatur Mandato, etiam in his, vbi speciale requiritur.*

6 *Ratificatio retrotrahitur ad tempus actus celebrati.*

7 *Scientia plena, & distincta tam iuris, quam facti requiritur in Ratificante.*

8 *Referens se ad libros, & Partitas, præsumitur habere notitiam eorum, quæ in illis continentur: & n.9.*

DECISIO DCCCXXXVII.

EO sub prætextu, quod Creditum Lucatelli, & de Via non excederet in sorte principali libras 8770. quodque cambia ab ipsis prætensa ab Anno 1639.vsque ad Annum 1648.non deberentur ob defectum facultaris cambiandi cum se metipsis fuerunt ijdem creditores condemnati per Sententiam latam à R.P.D. meo Priolo præuia decis.edita coram bo:me: Bichio 16. Iunij 1653.ad restitutionem librarum 7372.quas vltra sortem ab illis de Lega Debitoribus receperant, & ex eisdem rationibus resolutum fuit 5. Decembris 1663. coram me constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum. At hodie denuo discussa causa super resolutis visum fuit suppositum cessare, & pro inde recedendum esse à decisis.

Quantitas enim sortis principalis desumi videtur ex publicis instrumentis solidationis computorum Anni 1634. 1644.& 1648. stipulatis inter Creditores ac Legam Debitorem, vbi expresse firmatum fuit debitum in summa librarum 12593.*Summ.Lucatelli n.1. & 3.*quam summam esse sortem principalem non autem conflatam ex Cambijs antea decursis liquet nedũ ex instrumento anni 1644.ibi *pro quibus quinque annis fructus sine Cambij dictæ sortis librarum* 12593.*ascendunt &c.d.Summ.num.2.*verũ etiam ex eo quod Marcus à Lega vsque à principio suæ obligationis, nempe de Anno 1635.præcisè ad huiusmodi summam teneri voluit dum fideiussit pro tribus diuersis personis, quarum debitum, insimul coaceruatum ad vnguem constituit dictum capitale librarum 12593.*d.Summ. num.2.litera A.*

Et ideo parum videtur obstare declaratio apposita in instrumento Anni 1639.quod debitum fuerit soli datum occasione residui maioris summæ sortis principalis, & cambiorum prouisionum, & aliarum expensarum iuxta calculum inter partes factum; vnde inferebatur residuum, pro quo Lega fideiussit non esse simplicem sortem sed etiam constitutum ex cambijs, vt firmant contrariæ decisiones.

Quoniam dicta declaratio exprimit solum, quod debitum ante solidationem consistebat in maiori quãtitate occasione sortis principalis, & Cambiorum vsque tunc decursorum, non autem aperit in quam causam cesserint solutiones factæ ac bonificatæ de tempore solidationis, in excomputationem dictæ maioris summæ, & propterea cum remaneat dubium an cesserint in causam capitalis, vel potius Cambiorum in hac dubietate intrat legis operatio, quæ facit vt solu-
1 tiones præcedenter factæ referri debeant ad satisfactionem fructuum, itaut residuum intelligatur, & sit sors principalis, vt probatur *in l.in ijs 5.§.apud Marcellum ff.de solut.& in l.1 in fin C.eod.tit.vbi Bart.num.1. Ruin.conf.136.nu.14.lib.4.Rota in Romana Cambij 17. Februarij 1642.§.at si solutio coram Bichio, & in Ciuitatis Castelli Census 29. Maij.1665.§.non poterant coram Leone Verospio.*

Corruit quoque alterum suppositum, quod scilicet
2 Cambia non deberẽtur ab Anno 1639. vsque ad 1648. ex quo Creditores cambiauerint cum semetipsis, quia licet sit vera conclusio, quod Creditor id facere non
3 possit nisi constet de voluntate debitoris, certum est ta-
4 men ad istũ effectũ sufficere quod huiusmodi voluntas etiam tacite ex coniecturis eliciatur, vt dixit *Rota post Tur.de Camb.decis.33.num.7.in Romana Cambij 30 Ianuarij 1665.in princ.coram* R.P.D.*meo Benilaqua*, & etiam admittitur *in decis.huius causæ.*

In proposito autem videtur constare de tacita voluntate Debitoris, dum ipse in vltima solidatione computorum, facta de Anno 1648.omnes partitas Cambiorum approbauit, ac ratificauit, constituendo pro se illis se verum, & legitimum debitorem *Summ. Lucatelli num.4* Ratificatio enim æquiparatur
5 mandato etiam in his vbi speciale requiritur, *l.quod si de speciali,vbi Bald.ff.de minor.Surd.conf.60.num.14. Gratian.discept.forens cap.704.num 24.& sequen. Rota coram Merlin decis.863 num 8.cum alijs in decis.116. num.2.coram Eminentiss. D.Card. Ottbobono*, quini-
6 mo retrotrahitur ad tempus actus celebrati, vt bene *tradit Surd.vbi supra num.14.& Gabr.cons.194.n.5. lib.1.*

Nil releuante responsione alias data, quod Debitor non habuerit notitiam de Cambijs contractis ab ipsis met creditoribus ideoq; deficiat principale requi-
7 situm in hac materia, videlicet plena, & distincta scientia in ratificante tam Iuris, quam facti ex relatis *in decis.5.Decembris 1663.§.expressa.*

Quia ex lectura dicti instrumenti Anni 1648.satis comprobatur scientia Debitoris, dum ibidem ad solidationem computorum deuenit habita ratione ad
8 partitas existentes in libris rationis bancariæ. Cum enim hoc præsupponit eorundem librorum, & partitarum inspectionem inde præsumitur quoque totalis scientia contentorum in dictis libris, & signanter literarum, quæ vocantur *dell'andata*, siue *spacci in* quibus apparet Creditores cambiasse cum semetipsis, vt in his præcisis terminis firmauit *Rota in Romana cambiorum post Turr de Camb.decis.; 45.§.quod in casu nostro vers.ex huiusmodi enim computorumvisione* & gene-
9 raliter in omni materia, vbi quis ad aliquas scripturas se refert, censetur habere notitiam eorum, quæ in scripturis continentur, vt late dictum fuit *in Romana Apothecarum 8.Iunij 1654.§ scientia vero, & 25.Iunij 1655.coram Bichio in princ.vers. ad quæ cum in dicto probemio.*

Et Ità vtraque &c.

ROMANA SERVITVTIS.

Veneris 29. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Seruitus debet ab allegante iustificari per plenas, & concludentes probationes, eamque acquisiuisse, vel pacto vel testamento, vel præscriptione, cum alias de iure omnia bona censeantur libera, & à qualibet seruitute immunia. At acquirendam seruitutem itineris, quæ dicitur discontinua factum hominis requirens, non sufficit qualibet probatio, & tunc solum admittitur tempus decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, vbi titulus saltem à principio liris allegatur, cum expressione à quo fuerit habitus, & insuper vbi constat præscribentem vsum fuisse seruitute, cum scientia, & patientia illius, contra quem prætenditur acquisita.

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia censentur libera iuxta primæuum naturæ statum, non autem in seruitute constituta.*

2 *Afferenti rem aliquam esse in seruitute, hoc debet iustificare per concludentes probationes.*

3 *Seruitutem allegans pro se, debet probare eam acquisiuisse vel pacto, vel testamento, vel præscriptione*

4 Ser-

4 *Seruitutem transitus prætendens debet probare transitum iure seruitutis successisse, cum potuerit esse iure familiaritatis.*

5 *Ad seruitutem itineris probandam, non sufficit qualibet probatio, sed debet esse immemorabilis.*

6 *Seruitus discontinua, vt acquiratur sufficiunt decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes, sed declara vt num. 7.*

8 *Via, vt dicatur publica debet probari fuisse constructa ex publico, & à facultatem habente.*

9 *Testes de immemorabili debent deponere à tanto tempore, cuius initij memoria non extet.*

10 *Testes contra inducentem plenam faciunt probationem.*

11 *Vicinus, qui non potest habere viam aliunde, potest transire per prædium vicini.*

12 *Vicinus qui non habet viam aliunde, vt valeat transire per prædium vicini, requiritur vt fiat electio situs Domino fundi minus damnosi, & quod soluatur iustum pretium.*

13 *Seruituti non est locus, cessante necessitate.*

DECISIO DCCCXXXVIII.

PRætendente D. Mario de Maximis sibi competere ius
transeundi per tenutas Casalis Rotundi, & Turritulæ ad effectum accedendi, & recedendi cum Plaustris, & curribus ab eius Tenuta Floranelli, iudicium instituit contra D. Principem Iustinianum Dominum dicti Casalis Rotundi, & Turritulæ coram Consulibus Agriculturæ, à quibus mandatum de manutenendo cum sententia fauorabili reportauit, At quia in Signatura Sanctissimi, rescriptum fuit, quod Reuisores Agriculturæ procedant de Voto Rotæ hodie proposui dubium an liceat D. Mario transire per dictum Casale, & DD. dixerunt non licere.

Habet enim D. Princeps pro se validam iuris præsumptionem, secundum quam omnia bona censentur
1 libera iuxta primæuum statum naturæ non autem in
seruitute constitura, cum à principio qualibet seruitus fuisset ignota *cap. 1. §. inter filiam vers. defuncto si de feud. defunct. content. sit inter Dominum & Agnat.* & pro-
2 indè contrarium asserenti incumbit onus per plenas,
& concludentes probationes allegatam seruitutem
3 iustificare; illam namque acquisiuisse vel pacto, vel
testamento, vel præscriptione *Bart. in l. 1. §. Hoc interdicto num. 7. ff. de itiner. actuq. priuat. & in l. si prius n. 14 & 17. ff. de nou. oper. nunc. Rota in his terminis dec. 101. num. 1. & 3. p. 4. tom. 2. recent.*

In proposito autem nihil aliud exhibetur, quam examen nonnullorum Testium deponentium, quod Marius, siuè eius factores consueuerunt transire per tenutam D. Principis, quæ probatio in hoc iudicio
4 petitorio non videtur sufficiens, quia cum testes de-
ponant de simplici transitu, qui fieri potuit iure familiaritatis non dicitur ex eis probata aliqua seruitus, ad quem effectum requiritur, vt transitus in specie successerit iure seruitutis *iuxtà doctr. Bart. in d. l. 1. § hoc interdicto num. 5. vers. non enim habet, & num. 11. Alex. cons. 142. num. 3. lib. 7. Rota d. decis. 101 num. 14. & in Romana decursus Aquarum 23. Iunij 1662. §. Demum non vrget coram R. P. D. meo Taia.*

Neque intercessit tempus sufficiens ad præscribendum, cum testes deponant de tempore eorum affi-
5 ctuum, qui durauit per nouennium; Cum enim ver-
semur in seruitute itineris, quæ dicitur discontinua factum hominum requirens iuxta veriorem opinionẽ non sufficit quælibet probatio, sed illa debet esse immemorabilis *gloss. magna in l. seruitutes 14. vers. certum vbi Bart. num. 3. Castr. num. 10. ff. de seruit. Eugen. cons. 40 num. 9. lib. 1. cum alijs congestis in d. decis. 101. num. 5.*

parum obstante, quod aliquando ad acquirendam
6 seruitutem discontinuam sufficiant decem anni inter
præsentes, & viginti inter absentes, quia id solum admittitur vbi titulus saltem in principio litis allega-
7 tur cum expressione à quo fuerit habitus, & insuper
vbi constat præscribentem vsum fuisse seruitute cum scientia, & patientia illius, contra quem prætenditur acquisita, vt distinguendo tradit *Alex. cons. 75. num. 4. lib. 4. Honded. cons. 79. num. 71. lib. 1. Rota in d. decis. 101 num. 10. & in Narnien. iuris pascendi 26. May 1645. §. Neque etiam coram bon. mem. Crespio.*

Titulus autem in præsenti non adest, & nullibi constat de scientia, & patientia D. Principis, quinimmò de contrario potius constare videtur ex testibus datis in eius *Summ. num. 2.*

Non obstat, quod via, vbi transitus prætenditur sit publica, vltra quod enim Testes ad hoc probandum inducti non asserunt ab omnibus fuisse practicatam, sed
8 solum ad certas personas se restringunt, ad huc rema-
nent insufficientes, quia non probant fuisse constructam ex publico, & à facultatem habente, siuè quod
9 talis fuerit habita à tanto tempore, cuius initij me-
moria non extet vt ad istum effectum esset necessarium, probat *Cepoll. de seruit. rustic. Prædior. cap. 3. alias 35. num. 23. Rimin. iun. cons. 283. num. 52. & seqq. Menoch. cons. 449. num. 1; Franc. Marc. decis. Delphin. 594. num. 3 p. 1. cum alijs per Surd. decis. 42. num. 15.*

Quapropter non applicatur *decis. Card. Caualerij* 631. quià ibi vltra possessionem longissimi temporis fuit plenè iustificatum viam esse publicam, quod deficit in casu, de quo agitur, ne dùm ex prædictis, sed etiam quia nonnulli ex testibus præfatis huiusmodi publicitatem excludunt ex illis verbis, *Vi era vn stradello, ò carrereccia, per la quale noi passauamo*, qui te-
10 stes tanquam à Mario inducti contra ipsum inducen-
tem plenam faciunt probationem ex congestis *in Ciuitatis Plebis Capellaniæ 23. Februarij 1663. §. eodem modo coram Reuerendiss. Gerunden.*

Denique non obstat quod Marius non possit ha-
11 bere viam aliunde, & ob id liceat transire per Casale,
D. Principis *ad Text. in l. si quis sepulchrum 12. ff. de Relig. & sumpt. funer.* quia quidquid fit de hoc remedio,
12 pro quo duo sunt necessaria, nempè electio situs Do-
mino fundi minus damnosi, & solutio iusti pretij, vt ad literam disponit *Text. in d. l. si quis sepulchrum*, ibi: *præsertim compellere debet de iusto pretio iter ei præstari ità tamen vt iudex etiam de opportunitate loci prospiciat ne vicinus magnum detrimentum patiatur.* Remouetur allegata necessitas ex accessu facto per Consules Agriculturæ in quo dicitur ibi adesse aliam viam nuncupatam *della Falcognana Summ. additionali Principis n. 1.*
13 & propterea cessante necessitate, eo minus est locus
prætensæ seruituti, vt respondendo præcisè huic obiecto respondit *Rota in sæpè allegata decis. 101. num. 26 p. 4. tom. 2. recent.*

Et ità vtraque Parte informante decisum fuit &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Lunæ 8. Febr. 1666.

ARGVMENTVM.

Testatore mandante suam hæreditatem pluribus personis restitui debere, hæres non satisfacit illius voluntati eligendo vnum, & potest vti facultate sibi concessa moderando, vel augendo portiones, non autem in totum dispositionem, & fideicommissum euertere.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui ex Testatoris præcepto pluribus expressè nominatis restituere tenetur, non potest in præiudicium aliorum, vnum dumtaxat nominare.*

2 *Testatore dante facultatem eligendi aliquos ex familia colle-*

collectiuè sumpta, hæres eligendo vnum ex illis, voluntati eiusdem satisfacit.

3 *Dictio* Purche *est restrictiua, & quodammodo coactiua.*

4 *Heres grauatus restituere pluribus, voluntati testatoris non satisfacit electione vnius.*

5 *Dictio* Inter *est distributiua.*

6 *Hæres qui habet facultatem disponendi, potest ea vti moderando, vel augendo Portiones non autem in destructionem fideicommissi, & vocationis.*

7 *Testamenti vna pars, aliam declarare solet. Declara tamen, si sit dubia, & non constet de mente Testatoris, & num.8.*

9 *Voluntas Testatoris, quoties est clara, de vna parte testamenti, ad aliam non fit illatio.*

10 *Dictio* Detta *repetit omnes qualitates, & conditiones superius expressas.*

11 *Testator, quod ad suam ipsius descendentiam respexerit, ex quo arguatur.*

12 *Discretiuus modus loquendi, voluntatem testatoris declarat &c.*

13 *Testator mentem suam, & spiritum hæredis dispositioni relinquens, intelligitur reliquisse ad declarandas dubietates, non ad euertendam dispositionem à se factam.*

DECISIO DCCCXXXIX.

Ex defectu potestatis resolutum fuit coram me 16. Ianuarij 1665. Bona Pauli non cadere in totum sub dispositione Virgilij, quam resolutionem etiam Domini confirmarunt, quia cum Paulus testator manda-
1 uerit, quod superuiuens aliorum suorum filiorum deberet post eius obitum Iacobo Philippo, & Francisco alijs eorum fratribus, & eorum descendentibus omnia stabilia loca montium non vacabilium, & census; ideò Virgilius vltimus superuiuens, qui ex præcepto testatoris pluribus expressè nominatis restituere tenebatur non poterat in præiudicium descendentium à Iacobo Philippo ad fauorem Marchionis Horatij descendentis à Francisco duntaxat disponere, *ex alleg. in decis. §. sed etiam.*

Non obstat, quod videri possit considerasse descendentias Iacobi Philippi, & Francisci collectiuè, & tanquam vnum corpus compositum ex personis ex vtraq; descendentia prouenientibus, & repræsentantibus familiam testatoris, & propterea sicuti vnus tantum po-
2 tuisset eligi si testator concessisset facultatem eligendi aliquos de familia collectiuè sumpta, *ex doctr. Bart. in l. vnum ex familia 69. §. sed si fundum n.1. ff. de legat. 2. cum alijs ab informantibus cumulatis*, ità quoque eadem ratio militare debeat in casu, de quo agitur, in quo omnes descendentes considerari debent vnitim, & tanquam vnum corpus.

Quià cum mens testatoris, & verba præseferant discretiuam vocationem vtriusque lineæ, & descendentiæ, ibi: *Che il soprauiuente debba restituire alli Signori Giacomo Filippo, e Francesco, & à Descendenti loro*, & paulo inferius; *alli loro fratelli, e loro numerosa descendenza*: quod etiam bis repetit quando non determinat in quorum capita redire debeant, sed relinquit arbitrio superuiuentis, ibi: *Purche vadino nelle persone delli detti Giacomo Filippo, e Francesco, e di loro descen-*
3 *denze*, ex quibus attenta maximè dictione illa restrictiua, & quodammodo coactiua, *Purche* habetur, quod descendentiæ non coniunctim sed discretiuè fuerunt
4 vocatæ, ideò hæres grauatus non adimplet mentem testatoris, vnum tantum eligendo, vt per *Bart. in l. 1. n. 2 ff. de opt. leg. Card. Seraph. dec. 874.* vbi etiam quod
5 dictio, in hoc casu importat quantum dictio *inter* quę est distributiua, *vt num. 3. & 4.* præsertim cum non fuerit dictum simpliciter in descendentias, sed in ipsorum descendentias, & hoc idem firmatur *in Romana successionis 5. Nouembris 1608. coram Ortembergo*, & optimè etiam conferunt tradita *à Cyriac. controu. 584.* vbi in casu cuiusdam Bernardi, quod posset disponere in eius vltima voluntate inter filios masculos Catharinæ, & Troili de bonis, ac hæreditate, prout sibi placuerit *num. 50. & 51.* determinat, quod non sufficiat elegisse vnum, *ac tribus seqq. numeris* respondet auctoritatibus, quæ in contrarium deduci solent.

Ex his igitur patet non obstare alia verba Pauli, *che non prescrisse accertatamente in quali teste habbino à ritornare li beni stabili, monti, e censi, che haueranno à ritornare per queste sue ordinationi alli Signori Giacomo Filippo, e Francesco, e loro descendenze masculine, ma lascia in arbitrio dell'vltimo sopranuiuente di ritornarli in quelle teste, che più le parerà, e piacerà*, quià istud arbitrium superuiuenti tributum non versatur circa electionem vnius tantum, sed circa distributionem
6 inter plures, & statim se declarat testator, *purche vadano nelle persone di Giacomo Filippo, e Francesco, e loro descendenze &c.* quo casu hanc habens facultatem potest illa quidem vti moderan. vel augen. portiones sed non in destructionem fideicommissi, & vocationis vt desumitur *ex text. in l. cū filius 76. §. Pater ff. de legat. 2* ponderando etiam quod talis facultas regulari debebat à meritis, vel demeritis, præsertim attentis illis verbis *quale si contenta, che possa far suantaggio à chi meno meritarà, e vantaggio à chi più*, & hoc casu importabat liberam facultatem nihil tribuendi ei, qui demeruerit, non autem omninò priuandi eos, in quibus non reperirentur demerita, vt latè probatur *in decis. §. præterea cum seqq.*

Quod vero in alia parte testamenti præcipiatur reinuestimentum facien. ibi: *di maniera che à suo tempo ritorni à detta sua descendenza* quasi intelligi debeat de sua descendentia collectiua, & pro vno tantum corpore, coniungendo descendentiam, de qua supra cum ea de qua inferius loquutus fuerat.

Quia licet verum sit quod vna pars Testamenti pro
7 declaratione alterius soleat deseruire, hoc tamen potest procedere quando est dubia non autem quoties
8 ex deductis constat vtramque descendentiam fuisse vocatam, tunc enim de vna parte ad aliam non fit illatio
9 vt huic obiecto respondetur *in dicta Romana successionis §. non obstat*, ponderata signanter dictione illa *à*
10 *detta*, quæ cum repetat omnes qualitates, & conditiones superius expressas *ex alleg. à Buratt. decis. 272. num. 6. & seq.* declaratur, & intelligitur retento eodem themate, & ordine quibus descendentiæ fuerant anteà discretiuè vocatæ, & vlterius quando testator vsus est
11 in numero singulari verbo, *descendentia*, respexit ad se ipsum, vt demonstrat illud aliud verbum *sua*, cuius respectu non potest considerari nisi vna descendentia, prout vnica est Adam tota humana generatio, ideò benè prius loquutus fuerat Testator in numero plurali; cum ità loquutus fuerit habita relatione ad filios, & Nepotes.

Eoque minus refert pro exclusione vocationis vtriusque descendentiæ, quod in euentum non factę dispositionis ab vltimo superueniente testator iusserit omnes descendentes succedere in capita, non autem in stirpes, quià cum hæc sit diuersa substitutio facta in casu quo prima, in qua fuerat data facultas vltimo distribuendi non haberet effectum, applicatur præcisè responsio proximè data, præsertim cum testator dixerit restitutionem fieri in capita, & non in stirpes, ibi: *cioè in tutte le teste di loro figli, ò nepoti, che vi fossero egualmente per capita, & non in stirpes* dicendum est voluisse disponere discretiuè in qualibet descendentia retento themate antecedentis discretiuæ substitutionis & po-

& potius hoc potest retorqueri cum ex hoc appareat voluisse filios fratrum succedere Patruo, ac magis voluisse fauere descendentiæ Iacobi Philippi, qui habebat magis numerosam familiam, & ad hunc effectum voluit successionem in capita, vt maiorem portionem eius filij haberent, non autem descendentiæ Francisci, qui vnicum tantum filium tunc habebat, & minus dilectum.

Quæ testatoris voluntas circa vtramque descendentiam clarius elicitur ex dispositione facta in casu, quo
12 Franciscus deficeret sine filijs, ibi, *che vada al S. g. Giacomo Filippo, e sua descendenza mascolina, però à quello, ò quelli che più parerà a lui compiacendosi di lasciarlo in libertà di disporre in chi più à lui parerà purche ne disponga nei Sig. Giacomo Filippo, ò in vno, ò più della sua descendenza*, ex quo discretiuo modo loquendi liquet quod vbi voluit concedere hanc facultatem tribuendi totum vni, id expresse declarauit.

Tandem non obstat quod Paulus testator reliquerit spiritum proprium Virgilio, quia hoc admitten. est ad declaran. verba obscura, & ambigua, & ad hunc
13 effectum communicauit proprium spiritum; Vndè non debent operari facultatem euertendi substantiam dispositionis, ac diuersam omninò, & nouam componere contra mentem, & clara verba testamenti, vt respondetur *in decis. 5. non obstante, & in simili in Perusina erectionis Canonicatus 4. Maij* 1665. *§. primo quia, & 1. Februarij* 1666. *coram R. P. D. meo Carpineo*.

Et ità vtraque Parte informante &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Ven. 12. Febr. 1666.

ARGVMENTVM.

Transactio enormissimè læsiua sustineri non potest, & licet prætextu instrumentorum de nouo repertorum non rescindatur, nisi fuerint per alterum ex transigentibus occultata, attamen hoc non procedit vbi ex instrumentis de nouo repertis dolus resultet, dolus autè dicitur probatus eo ipso quod adest enormissima læsio longè vltra dimidiam; legatum sub conditione relictum non imputatur, sicuti neque imputatur vbi vltra ipsum etiam dos iure institutionis relinquatur. Impugnatio testamenti paterni facta per petitionem supplementi legitimæ non sufficit ad inducendam priuationem legati, cum de iure nouo legitima filij nullo onere grauari possit, & grauata non præiudicet, nisi appareat expressè per filium sub tali onere acceptata, interueniente specifica, & indiuidua renunciatione legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Transactio vltra dimidiam enormissimè læsiua nullo iure sustineri potest.*
2 *Legatum factum filio in legitimam imputatur.*
3 *Legatum non imputatur si in eodem testamento dos etiā relicta fuerit iure institutionis.*
4 *Dos in testamento relicta iure institutionis succedit loco legitimæ.*
5 *Legatum sub conditione relictum non imputatur.*
6 *Priuatio legati per impugnationem testamenti paterni non inducitur ex petitione supplementi legitimæ.*
7 *Legitima de iure nouo debetur filio immunis ab omni onere relinqui, & ideo non dicitur impugnare testamentum patris si petat legitima supplementum.*
8 *Legitima aliquo onere grauata non censetur per filium cum tali onere acceptata, nisi appareat de expressa huiusmodi acceptatione, facta cum specifica, & indiuidua renunciatione legitimæ.*
6 *Legitima grauata acceptatio etiam generalis scienter facta per filium ipsi præiudicat vbi Pater fecerit cautelam* Soccin. Iun. cons. 122. num. 9. lib. 2.
10 *Inuentarium erroneum, licet non dolosè, probationem non facit.*
11 *Transactio non rescinditur prætextu instrumentorum de nouo repertorum nisi fuerint per alterum ex transigentibus occultata.*
12 *Transactio rescinditur occasione instrumentorum de nouo repertorum, licet non fuerint occultata, si ex ipsis præteritus doli resultet.*
13 *Dolus in transactione eo ipso probatus remanet quod adest enormissima læsio longè vltra dimidiam.*
14 *Cessio ventosa, & frustratoria omnium iurium &c. in transactione facta, non impedit ipsius rescissionem ex capite enormissima læsionis.*

DECISIO DCCCXL.

CORAM Eminentiss. D. meo Card. Celso 2. *Maij* 1659. & 30. *Aprilis* 1660. resolutum fuerat transactionem initam anno 1649. inter Petrum Vincentium de Caualerijs, & Patres B. Mariæ de Mercede vti læsiuam non sustineri, sed *die 4. Decembris 1662. Rota* inclinauit pro recessu, causa tamen hodie coram me in eius locum subrogato magis exactè discussa, Domini recesserunt ab vltima resolutione, & priores decisiones confirmarunt mihi demandato vt studerem partes ad concordiam reducere, quod cum euaserit impossibile, quamuis plures adhibuerim diligentias resolutionem publicaui.

Etenim in dicta trāsactione Patres Donatarij q. Camillæ de Caualerijs omnium ipsius bonorum tam dotalium, quàm extradotalium, & aliorum quorumcunque præsentium, & futurorum *Summ. Patrum. n. 7.* receptis à Petro Vincentio scut. 2850. in tot bonis ex tradotalibus illius sub promissione soluendi Legata, & alia onera per Donatricem ordinata illumque liberandi à lite cum Patribus S. Caroli ad Catinarios eidem renunciarunt generalissimè, & amplissimè omnia, & singula iura ipsis quomodolibet, & quomodocunque competentia, & competitura in vim supradictæ donationis, & alias vndecunque super quibusuis bonis iuribus, & actionibus cuiusuis generis, & speciei, qualitatis, & quantitatis ad dictam q. Camillam donatricem spectantibus, & pertinentibus, & vbiuis locorum positis, & existen, nullo iure ipsi reseruato *Summ. n. 4.*

Cum autem bona Camillæ donata Patribus non restringerentur ad solam legitimam, quam tertia decisio reduxit ad scut. 5117 sed vlterius consisterent in legato paterno aliorum scut. 4000. in scut. 1000. traditis pro residuo dotis illius in tot gemmis, & Capsa alba atque in bonis extradotalibus scut. 2850. de quibus præfata tertia decisio nec verbum facit; Vtique omnibus simul iunctis, & calculata legitima in illa parua quantitate scut. 5117. debebantur patribus ad minus scut. 12967. Cumq; non habuerint à Patre Vincentio, nisi bona extradotalia scut. 2850. clara est enormissima læsio nedum longè vltra dimidiam, sed etiam vltra tres ex quatuor partibus, qua stante transactio nullo
1 iure sustineri valet ex benè deductis in vtraque præcedenti decisione, quibus additur in puncto transactionis initæ cum Ecclesia *Rota decis.* 102. *num. 2. & 3. ac decis. 732. num. 1. & 3. part. 1 diuers.*

Nec subsistit, quod inter bona Camillæ non sit computandum dictum legatum scut. 4000. cum imputetur in eius legitimam ex *l. Seimus, §. Repletionem, Cod. de*
2 *in offic. testam.* vel de eo priuata remanserit, & effecta fuerit indigna ex quo impugnauit paternum Testamentum ex *l. Papinianus cum l. seq. §. Si pater, ff. de in, quæ vt indign.*

Respectu enim imputationis obiectum cessat. Primo quia Adrianus Pater vtrumque in suo testamento Ca-
3 millæ reliquit, legitimā scilicet siuè dotem iure institutio-

tutionis, & omni alio meliori modo, quæ loco legitimæ succedit, *Greg.decis.565.n.5. in Romana legitimæ 5. Decembris 1659. coram R.P.D. Priolo apud Michalor. de fratrib.decision.60.num. 12.& 13.* ac præfatum legatum dicto *Summ.n.2.* Vbicunque enim vtrumque
4 relictum est in eadem dispositione non fit imputatio, *l.Titia 85.ff.ad l.Falcid.Bart.in l.centum, num.1. in fin. ff.de adim.leg.Gabr.cons.109.num.12.lib.1. Mangil.de imput.q.48.num.30.& 31. coram Eminentiss. D. Card. Otthob.decis.73.num.8.& 9.& in recen.decis.207.n.30. & 31.part.9.*

Secundò quià legatum non fuit purum, sed sub conditione si Camilla Iuliæ matri superuixerit eodem
5 *num.2:* & propterea tanto magis illius imputatio cessat, vt constat ex verbis *text.in d.§.Repletionem, versic. Vel ex substitutione, ac probant Corn.cons.106. num.24. vers. in quantum dicit lib.2.Petr.de fideicomm.artic.36. num.112.Merlin.de legit. lib.2.tit.2. q.1. num.15.*

Respectu verò priuationis facilius obiectum euita-
6 tur, quia Camilla nunquam impugnauit testamentum patris; Petitio autem legitimæ liberæ ab onere fideicommissi non importat impugnationem inductiuam priuationis legati, quià cum hodie ex iure nouo lex omne onus, omneque grauamen à legitima ipso iure reijciat *l.omnimodo,& l.quoniam in prioribus, Cod.de in offic.testam.Ruin.cons.56.num.8.vers.Et est ratio, quia hodie lib.2.Bursatt.cons.24. n.19.vers.Respondet, lib.3. Rota in recent.decis.200.num.5.vers.De qua ipso iure*
7 *part.1.& decis.342.num.4.& 6.part.5.* Filius petendo legitimam, seu eius supplementum non dicitur impugnare testamentum paternum, vt per hanc rationem optimè probat, *Ruin.d.cons.56 num.8. lib. 2. quem sequitur Rota decis.176.num.18.par.4.tom.2.recent.*

Minusque subsistit, quod Camilla acceptauerit legitimam grauatam onere fideicommissi.

Quatenus enim pro hoc allegatur instrumentum venditionis Pratorum factæ 26. *Iunij* 1612. per Dominicum de Caualerijs nomine proprio, & vti Procuratorem Petri Vincentij filij ad fauorem bon.mem. Principis Marci Antonij Burghesij cum derogatione fideicommissi, & consensu Camillæ in eo nullo modo legitur obiecta acceptatio, imò in tantum Camilla dictum consensum præstitit, in quantum cauta erat pro suis dotibus super alijs bonis paternis ibi specificatis iuncta obligatione Dominici, & Petri Vincentij de eam releuando indemnẽ *Summ responsionis Patrũ, n.1.*

Quatenùs verò adducitur instrumentum venditionis bonorum Adriani, & Dominici factæ à Petro Vincentio 7.*Septembris* 1616. Bernardino Maffeo, & præter quod in eo Camilla non interfuit, neque in ipso; nec in alio subsequenti anni 1625.in quo præuia illius narratiua Camilla cessit iura sua fauore Bernardini ob dationem in solutum tot stabilium valoris scut.6000. pro integra satisfactione suæ dotis, minusuè in alio retrouenditionis Domus magnæ absente Camilla factum per Bernardinum fauore Petri Vincentij vllum penitus verbum legitur acceptationis legitimæ factæ
8 per Camillam sub onere fideicommissi, quæ fieri debet verbis expressis,& explicitis cùm expressa, specifica,& indiuidua renunciatione legitimæ,alias non præiudicat,*l.si quando,§.Generaliter,C.de in offic. testament. Suarez in l.quoniam in prioribus in 9.ampliat. C. eodem Anchar.cons.152.n.8. vers.Nec obstat Caual. decis.326. num.6. decis.449.num.4.& decis 653. num.8. part.1. ac decis.228.num.9.& 10.part.8.& in Reatina fidecommissorum* 8. *Iunij* 1657. *coram Eminentiss.* D.*Card.Celso, §.Cumque posteà.*

Præcipuè quià pater non seruauit cautelam relatã *à Soccin.iun.cons.122.num.9.lib.1.* Quamuis enim ea seruata videatur sufficere generalis acceptatio paterni testamenti scienter facta; Vbicunque tamen dicta cautela, prout hic, seruata non est, non admittitur, neq;
9 præiudicat generalis, sed requiritur, & necessaria est specialis, expressa,& indiuidua acceptatio, ac renunciatio legitimæ, vt benè distinguendo firmatur in dicta *decis.200.num.5.& 7.d.decis 206.num.4.5. & 6.p.1. d.decis.342.num.9.10.& 11.part.5.recent.ac in Perusina fideicommissi de Rodulphis 14.Iunij 1652. coram me, §. Quia cum in casu.*

Cæterum huiusmodi legitima Camillæ non restringitur ad sola scut.5117. iuxtà sensum vltimæ decisionis, sed in rei veritate debetur in quantitate à patre relicta scut.10.mil. Dicta enim decisio sequendo calculum fundatum super inuentario bonorum hæreditariorum Adriani patris supponit illa non excedere scut.56546. ex quibus deductis debitis solutis, & iustificatis in summa scut. 41488. dicit hæreditatem remanere in solis scut.15354. quorum tertia pars debita pro legitima Camillæ est dd.scut.5117.

Verùm ex iuribus à Patribus nouiter repertis iustificatum fuit, quod vltra descripta in dicto inuentario plura alia bona adfuerũt in præfata hæreditate Adriani, videlicet multa credita ascendentia ad scut.11919. ac diuersa stabilia, Casalia, & Canones dicto primo *Summ.eorundem, num.10.lit.A.cum tribus seqq.* de quibus tàm Dominicus, quàm Petrus Vincentius plenam habuerunt scientiam illaque pro parte exegerant, & pro parte distraxerant eodem *Summ. num. 9. & 10.*

Hinc igitur legitima omninò debetur in quantitate relicta scut.10.mil.cumq; probetur veritas confessionis eorundem Dominici, & Petri Vincentij, quod hæreditas Adriani, deducto ære alieno ascendebat ad sc.40. mil. excluditur totaliter error in tertia decisione con-
10 tra illam obiectus, atque nullum potest fieri fundamentum super dicto inuentario etiamsi præfatorum omissio non fuisset dolosa, sed per errorem, quia sicuti erratum fuit omittendo prædicta, ità potuit committi error omittendo alia etiam maioris considerationis, *Gregor.decis.473.num.3.& 4. Add.ad eundem decis.79. num.6. vers.Et facit simile, & in recentior. decis. 149: num.27.part.9.*

Non obstat, quod transactio non rescindatur præ-
11 textu instrumentorum de nouo repertorum nisi fuerint per alterum ex transigentibus occultata *l.sub prætextu 19.C.de transact.*

Quià si ex ipsis præteritus dolus probatur (vt hic) sufficiunt ad transactionem rescindendam, vt benè declarat, *Ant.Fab.in suo, Cod.lib.2.tit.4.diff.13.versic.Si*
12 *ex ijs.* Dolus autem præteritus dicitur eo ipso pro-
13 batus etiam ex proposito, quãdo adest dicta enormissima læsio longè vltra dimidiam, *l.omnes, §.Huius, ff.de his, quæ in fraud.credit.*cum alijs in puncto allegatis per *Mantic.de tacit.lib.26.tit.9.n.30. Ioseph. Ludouic. d.Perus.18.num.55.*

Nec subsistit, quod æs alienum Adriani ascenderet ad scut.84.mill.quia iustificatio eius solutionis restringitur ad sola prædicta scut. 41488. vt ipsa vltima decisio ingenuè agnoscit, & firmat, §.*Siquidem*; Reliqua autem debita, vel potest dubitari de eorum veritate, vel proueniunt ex causa fideiussionum,& à principalibus debitoribus debuerunt solui, aut saltem remanserunt præscripta per lapsum tot annorum à die mortis Adriani secutæ anno 1592. nec ab hæredibus fuerunt soluta, immò quoties aliqui prætensi creditores egerunt, nihil vnquam potuerunt obtinere, & in omnem casum patres sunt parati assumere in se onus dd. debitorum pro rata eis debita.

Minùs releuat, quod in controuersa transactione Pe-

Petrus Vincentius non solum assignauerit patribus superius enunciata scuta 2850. sed etiam eisdem cesserit omnia, & singula, bona, iura, & credita acquisita per Camillam post mortem Iuliæ, eius matris, excepto tamen omni, & toto eo, quod ab ipso Petro Vincentio quomodolibet fuisset exactum vsque ad diem obitus d. Camillæ.

Quoniam Ventosa fuit, ac prorsus frustratoria, & inanis huiusmodi cessio, cum nihil adfuerit de dictis acquisitionibus, & extradotalibus vltra illa scut. 2850. patribus assignata, quod non fuerit à Petro Vincentio viuente Camilla perceptum, adout ad manus Patrum nec obulus præter dd. scut. 2850. vnquam peruenerit vigore d. cessionis, quę propterea tanquam nullam
14 penitus eisdem afferens vtilitatem haberi non potest in aliqua consideratione, sed potius transactionem Leoninam præsefert ex deductis in *Bononien. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1645. coram me, §. Secundo pro inefficacia circa medium.*

Denique plura, quę occasione tractatæ coram me concordiæ fuerunt deducta pro parte D. Baccelli ad demonstrandum quod rescissa transactione patres non habeant modum consequendi id, quod renunciarunt, non faciunt ad rem, cum respiciant exequutionem non rescissionem transactionis, de qua hodie tantum agitur, & sublata fuerunt pro istorum parte ostendendo, quod facile ea rescissa consequi poterunt illorum satisfactionem super stabilibus hæreditarijs Adriani existen. penes D. Baccellum, & alios possessores, nec non etiam super bonis hæreditarijs Petri Vincentij, & Dominici, qui non solum promiserunt restituere ratam dotis scut. 10. mil. Camillę per Adrianũ patrẽ relictæ, quæ succedit loco legitimæ, vt supra probatum est; Verum etiam integram dotem scut. 15. mil. in omnẽ casum restitutionis *Summario Patrum, numer. 1. sub litera E.* Et ità &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE RIGATIIS.

Ven. 19. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Caducata prima substitutione, censentur pariter caducatæ cæteræ ab illa dependentes, quod procedit, quando substitutio, vel est concepta sub aliqua conditione voluntaria, quæ deficit, vel est restricta ad certum casum, qui non euenit, secus autem, quando substitutio fideicommissaria, seu compendiosa vel simpliciter facta fuit, vel sub conditione necessaria mortis, quia tunc substitutus per vulgarem Anomalam iure proprio admittitur in locum præcedentis gradus caducati. Ius accrescendi habet locum inter coniunctos verbis, & realiter, non totaliter disiunctis.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario probata existentia, & purificatione fideicommissi, debetur aut ex remedio* l. fin. aut in vim vtilis Salu. interd.

2 *Caducato primo gradu, censentur caducatæ, & aliæ subsequentes substitutiones.*

3 *Vulgaris Anomala contenta in compendiosa operatur, vt filij subintrando in locum patris ad successionem admittantur, perindè ac si præcedens gradus ordinatus non fuisset,* & num. 5.

4 *Substitutio prima caducatur, quando concepta est sub aliqua conditione voluntaria, quæ deficit, vel est restricta ad certum casum, qui non euenit, non autem vbi est fideicommissaria, siuè compendiosa.*

6 *Ius Accrescendi intrat inter substitutos verbis coniunctos, & re non totaliter disiunctos.*

7 *Ius accrescendi intrat vbi testator voluit quod integra hæreditas perpetuetur inter vocatos, etiamsi vnus tantum adesset.*

DECISIO DCCCXLI.

LVcia post institutam hæredem vniuersalem Isabellam filiam, plures in eius testamento ordinauit substitutiones. Pro medietate enim substituit Eusebium eiusdem Isabellæ filium, & pro altera medietate Margharitam Claudiam, & Henricum nepotes ex Angela, & Claudia pariter Luciæ filiabus, eorumque filios, & filias fæminas legitimas, & naturales, & in illa, & cuiusque eorum defectum eorum matres, & in defectũ matrum proximiores in gradu substituit in stirpes, & non in capita ordine successiuo. Et casu, quo post mortem Isabellæ hæredis non adessent dd. omnes substituti, tunc substituit vt supra eos, qui ex illis tunc superstites reperirentur pro rata, & æquali portione inter eos, & si non adesset nisi vnus illum tantum dictæ Isabellæ substituit in omnibus vt supra, & mandauit huiusmodi voluntatem omninò seruari, vt dicta hæreditas in perpetuum sit, & conseruetur in personis vocatis. Quià verò dd. Eusebius Henricus Margharita, & Claudia primo loco substituti prædecesserunt Isabellæ hæredi superstitibus filijs Claudiæ, & Margharitæ Actoribus, qui post obitum Isabellæ obtinuerunt à R.P.D. A.C. Areosto sententiam immissionis vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* in bonis dictę Luciæ; Ideò in gradu appellationis ad eorum instantiam proposui dubium super immissione, quod fuit affirmatiuè resolutum.

Etenim existentia, & purificatio fideicommissi probatur, ex quo post mortem Isabellæ hæredis institutæ, quæ postremo euenit non solum erant vocatę Margharita, & Claudia matres actorum, sed etiam expressis verbis substituti fuerant earum filij, & filię legitimi, &
1 naturales, quales sunt, qui hodie agunt; Ideo est eisdẽ concedenda immissio, aut ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* aut saltem in vim vtilis Saluiani interdicti *iuxta decisionem bon. mem. Merlin. 613. num. 1. & alibi passim.*

Non obstat, quod omnes primo loco substituti, &
2 signanter Claudia, & Margharita prædecesserint Isabellæ, quia licet primus gradus substitutionum remanserit caducatus, non tamen defecit substitutio filiorum,
3 quę vigore vulgaris anomalæ contentæ in compendiosa, operatur, vt filij subintrando in locum parentum ad successionem admittantur, perinde ac si præcedens gradus ordinatus non fuisset ex doctrin. *Bart. in l. quandiu 68. num. 10. vers. Item facit, ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 347. num. 23. Rota decis. 579. num. 3. p. 4. & decis. 180. num. 20. part. 5. recent. interamnen. fideicommissi 26. Ianuarij 1654. §. Non obstat, quod felicita & 19. Iunij 1656. §. Nec dicatur coram Reu. P.D. meo Beuilaqua, & in Æsina fideicommissi 23. Ianuarij 1665. §. Etenim coram me.*

Conclusio, verò, quod caducata prima substitutione
4 cæteræ caducentur posset habere locum quando prior substitutio, vel concepta est sub aliqua conditione voluntaria, quæ deficit, vel est restricta ad certum casum, qui non euenit; Secùs autem est quando substitutio fideicommissaria, seu compendiosa, vt in proposito, purè, & simpliciter facta fuit, vel sub conditione neces-
5 saria mortis iam purificata; hoc namque casu est communiter recepta opinio *Bart. iuxtà d. l. quandiù*, quod scilicet substitutus per vulgarem anomalam iure proprio admittatur in locum præcedentis gradus caducati, vt explicat, *Gratian. discept. forens. cap. 747. num. 18. & Rota coram Duran. decis. 339. num. 74. & seq. cum alijs superius relatis.*

Immissionem autem dixerunt Domini concedendam esse in tota hæreditate non obstante, quod Eusebius, qui fuit in medietate substitutus decesserit sine

filijs;

6 filijs; Quia cum substituti verbis fuerint coniuncti, re autem non totaliter disiuncti, ex quo non fuerunt constitutæ portiones ad oculum demonstrabiles, sed solum intellectualiter segregatæ, hæreditate scilicet pro medietate diuisa, dubitari non potest quin inter eos habeat locum ius accrescendi iuxtà distinctionem *Bart.in l.re coniun&i,num.23.ff.de legat.3. latè comprobat, Rota in Romana fideicommissi de Marianis 27. Iunij 1650. § final.coram Reuerendissimo Roias, & in Romana fideicommissi de Donatis 7.Iunij 1660. coram me, §. Fideicommissum enim.*

Quod etiam videtur annuere eadem Testatrix, dum
7 voluit, quod integra hæreditas perpetuetur in personis vocatis etiam si post obitum Isabellæ adesset vnus tantum, vt arguit, *Petr. de fideicomm.q.11.n.534.*

Et ita vtraque &c.

FAVENTINA SVCCESSIONIS.

Veneris 19. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Statutum mandans quod mortuo Patre, vel ascendente ab intestato, tota hæreditas morientis deferatur ad masculos, exclusis fœminis non habet locum vbi agitur de hæreditate matris. Similia statuta esclusiua fœminarum propter masculos tanquam iuris communis correctoria debent restringi, vt minus quam fieri possit ius commune lædatur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata resultat ex lapsu biennij à die appellationis absque eo quod aliquid fuerit actum in causa.*

2 *Læsio est fundamentum restitutionis, in integrum.*

3 *Fœminæ in successionibus æqualiter cum masculis de iure admittuntur.*

4 *Statutum excludens fœminas ab hæreditate patris vel alterius ascendentis masculi non comprehendit matris hæreditatem.*

5 *Statutum loquens per verbum commune Ascendentis videtur comprehendere etiam matrem.*

6 *Mater non comprehenditur sub verbo* Ascendentis, *vbi persona patris legitur expressa.*

7 *Verba generalia immediatè sequentia debent ab adiuncto restrictionem recipere.*

8 *Fœminarum exclusio facta à statuto cum qualitate dotationis indicat statuentes intellexisse de hæreditate masculorum ad quod pertinet officium dotandi.*

9 *Statuta esclusiua fœminarum debent strictè interpretari, vt minus quam fieri possit ius commune lædatur.*

10 *Statuta esclusiua fœminarum vti condita fauore agnationis continent tacitam rationem conseruandi bona agnatorum inter agnatos.*

11 *Statutum disponens masculinum concipere fœmininum procedit solum vbi id commodè fieri potest, non autem vbi aliter ratio suadet.*

12 *Verba dubia statutorum ab obseruantia interpretationẽ recipiunt.*

DECISIO DCCCXLII.

Placuerunt Dominis fundamenta decisionis editæ *coram me 2.Maij 1664.* vbi dictum fuit constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in inte-
1 grum; Quià res iudicata resultat ex lapsu temporis longè vltra biennium à die appellationis decursi absq; eo, quod aliquid fuerit actum in causa, & stante iusti-
2 tia sententiæ A. C. cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis in integrum ex vulgatis. Iustitia autem desumitur ex eo, quod Magdalenæ, siue Ioanni Baptistæ eius filio ex illius persona agenti benè competit immissio pro quarta parte vna cum filijs masculis in bonis Susannæ ab intestato defunctæ ex clara iuris
3 communis dispositione secundum quam sublata sexus differentia fœminæ æqualiter cum masculis in successionibus admittuntur, *l. Maximum vitium, §.Sancimus itaque C.de liber.præterit.*

Neque vrget Statutum Brisighellæ mandans quod mortuo patre, vel ascendente ab intestato, tota hæreditas morientis deferatur ad masculos, fœminis exclu-
4 sis; Quià cum loquatur de hæreditate patris, vel alterius ascendentis masculini generis, non habet locum in proposito, vbi agitur de hæreditate matris, vt dictũ fuit *in Perusina dotis 1.Iulij 1665.§.Nec contrarium coram R.P.D.meo Carpineo.*

Et licet Statutum loquens per verbum commune
5 ascendentis videatur comprehendere etiam matris hæreditatem ex traditis per *Castrens.cons.40.& 91.lib.2.*
6 Attamen illius dispositionem fuisse restrictam ad solos descendentes masculos desumitur nedum ex eo, quod persona patris legitur expressa, quo fit vt verbum ge-
7 nerale ascendentis, quod immediatè subsequitur debeat ab adiuncto restrictionem recipere, vt in his terminis consuluit *Cephal.cons.343. num. 27. vsq; ad 33.*
8 Verùm etiam quia exclusio fœminarum facta dignoscitur cum qualitate dotationis, hinc enim sequitur statuentes intellexisse de hæreditate masculorũ ad quos pertinet officium dotandi, & sic appellatione ascendentium noluisse comprehendere matrem, vel Auiam *Ias.in l.4.§.Prætor ait,sub num.9. vers.Secundo, & fortius.ff.de in ius vocan. Gerard. à Petra Sancta singul. 7. num.3.inter singular. DD. tom.1 fol.mihi 284.Vasquez contr.illustr.lib.1.cap.32.num.4.Calcan.cons.11.nu.15 versic.Præterea est aduertendum Fulgos.cons.54.num.3. quem sequitur Soccin.iun.cons.69.num.33.cum alijs in decisione relatis, §.Quod autem cum seq.*

Quæ sanè interpretatio eo faciliùs per Doctores ad-
9 mittitur. Tùm quià huiusmodi Statuta exclusiua fœminarum ab hæreditatibus ascendentium propter masculos tanquam correctoria iuris communis ità debent restringi, vt minus quam fieri possit ius commu-
10 ne lædatur; Tùm etiàm quia vti condita fauore agnationis, continent tacitam rationem conseruandi bona agnatorum inter agnatos, quæ ratio verificari potest in hæreditatibus dumtaxat masculorum, non autem fœminarum *Ias. in d.l.4. num.9.vers.Primo quia Fulgos. dict.cons.54. sub num.2.vers.Secundo de mense Surd. decis.9. in fine.*

Hinc non obstat, quod sub alia rubrica eiusdem
11 Statuti caueatur masculinum concipere fœmininum, procedit enim quando id commodè potest adaptari, non autem vbi, prout hic aliter ratio suadet, *Bald. cons.47.num.2.in fin.vers.Præterea lib.5. cum alijs in decisione congestis, §.Sicuti non releuat.*

Prædictis accedit obseruantia, dum ex sententijs da-
12 tis in *Summ. Io. Baptistæ præteritæ positionis, num. 7.* patet ad successionem matris fuisse admissas sorores vna cum masculis, quæ sententiæ fuerunt latæ in contradictorio iudicio parte opponente, vt in calce responsionis facti hodiernæ positionis; Certum est enim verba dubia Statutorum ex obseruantia interpretationem recipere *Rota decis.574.num.3. part.1. diuers.Buratt.decis.944.num.4.*

Et ità vtraque, &c.

TAVRINEN. SCAMNI.

Ven.26. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Ecclesiam patronatam defendere à qualibet seruitute spectat ad patronum. Laicus de consensu Episcopi potest acquirere ius sedendi in Ecclesia, non tamen patronata, vbi talis consuetudo apponendi scamna non adest, & ob angustiam loci essent impedimenti.

SVMMARIVM.

1 *Patronus debet propriã Ecclesiã à qualibet seruitute defendere.*

2 *Laicus de consensu Episcopi potest acquirere in Ecclesia ius sedendi.*
3 *Episcopi consensus non suffragatur ut quis apponat scamnum in Ecclesia patronata, ubi nullus consueuit illa retinere, & ob angustiam essent impedimenti.*
4 *Episcopus non valet praiudicare Ecclesiis de iurepatronatus.*
5 *Episcopus quoad spiritualia potest exercere suam iurisdictionem etiam in Ecclesiis de iure patronatus, secus quoad temporalia.*
6 *Scamnum apponere in Ecclesia respicit temporalia.*

DECISIO DCCCXLIII.

Ad fauorem Communitatis Tauagnaschi ipsa tantum informante responsum fuit Comiti Fabritio non licere apponere scamnum in Ecclesia S. Margharitæ eiusdem loci, quia cum hæc probetur de iurepatronatus Communitatis ex datis *in Summ. num. 3.* utique 1 ad eam spectat tanquam patronam defensio propriæ Ecclesiæ à qualibet seruitute, ut probat *Lambertin. de iurepatr. art. 2. q. 7. princ. 1. part. 1. lib. num. 12. & dixit, Rota coram Card. Caual. decis. 321. num. 4.*

Et parum refert, quod Comes collitigans habuerit 2 consensũ Episcopi, quo mediante potest laicus acquirere ius sedendi in Ecclesia, de quo latè cõsuluit *Gionag. resp. 8. num. 5. cum seqq. lib. 1.* Quia cum in hac Eccle- 3 sia nullus unquam consueuerit similia scamna retinere eorumque appositio ob angustiam situs esset impe- 4 dimenti non videtur sufficiens consensus Episcopi, qui Ecclesiæ de iurepatronatus nullo modo valet præiudicare *per text. in Can. Monasterium 16. quæst. 7. & facit gloss. in cap. nobis 25. verb. in Capella de iurepatr.*

Licet enim Episcopus habeat intentionem fundatã 5 circa exercitiũ iurisdictionis in omnibus Ecclesiis propriæ Diœcesis, id tamen procedit quoad iurisdictionem spiritualem, non autem quoad ea, quæ respiciunt 6 temporalia, ut est apponere scamnum in Ecclesia, textus est expressus *in cap. cum Venerabilis de Religios. domib.* ibi: *Vos ab impetratione ipsius quoad temporalia duximus absoluendos, &c.*

Et ità unica, &c.

FIRMANA TESTAMENTORUM.

Lunæ 1. Martij 1666.

ARGUMENTUM.

Remissoria in causis prophanis conceditur etiam bis data releuantia materiæ articulatæ, immo data sola dubietate huiusmodi releuantiæ. Testamenta in terris Ecclesiæ condita coram Parocho, & duobus testibus sustinentur. Testamentum, in quo Parochus coram duobus testibus scripsit se cohæredem licet respectu Parochi sustineri posse non videatur stante prohitione S. C. Libouiau. respectu tamen cohæredis non videtur corruere.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria in causis prophanis data releuantia materia articulata numquam solet denegari.*
2 *Testamentum conditum coram Parocho, & duobus testibus in terris Ecclesiæ substinetur.*
3 *Testamentum, in quo quis scripsit se hæredem non tenet.*
4 *Testamentum, in quo quis scripsit se cohæredem, licet respectu illius non substineatur, adhuc respectu alterius cohæredis firmum remanere videtur.*
5 *Remissoria conceditur ubi releuantia materiæ articulata saltem est dubia.*
6 *Remissoria bis etiam conceditur, ubi noui articuli tendunt ad coadiuuandas probationes iam factas.*

DECISIO DCCCXLIV.

Demosthenes Ioanninus condidit testamentum coram Notario, & septem testibus de anno 1606. ubi instituit hæredem Nicolosam germanam sororem, eique substituit Antonium, & Canonicum de Barafallis Illius filios, eisque deficientibus sine filiis substituit Ven. Ecclesias Sanctæ Victoriæ, & Sancti Francisci, quibus interim nonnulla reliquit; At quia idem Demosthenes aliud testamentum condidit coram Parocho, & duobus testibus, cum quo decessit, de anno 1663. ubi absque ullo onere Legatorum, & substitutionum liberè scripsit hæredes dd. fratres de Barafallis, hinc orta controuersia inter eos, & dd. Ecclesias Legatarias, & substitutas in primo testamento diuersæ emanarunt sententiæ, in quarum ultima lata ab A. C. me declarauit secundum testamentum non substineri. Quapropter commissa causa appellationis in Rota ad instantiam dd. fratrum de Barafallis, hodie proposui du- 1 bium super remissoria, quam Domini concedendam esse dixerunt; Quia in causa prophana, ubi materia articulata est releuans nunquã solet denegari ex *vulg.*

Releuantia videtur resultare, ex quo articulatur, quod Canonicus Barafallus de tempore conditi testamenti erat Parochus testatoris bonæ, & integræ famæ, quodque una cum testibus fuit ab ipso testatore etiam rogatus ad conficiendum huiusmodi testamentum; hoc enim plurimum deseruire potest ad validitatem testamenti, cùm in terris Ecclesiæ huiusmodi testamen- 2 ta condita coram Parocho, & duobus testibus sustineantur vigore dispositionis *cap. cu esset de test.* aliisq; relatis dixit, *Rota coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis. 147. num. 7.*

Parum obstante, quod idem Parochus in hoc testamento se ipsum scripserit hæredem pro mediet ate; Quià licèt respectu ipsius intret prohibitio *Senat. Consult. Libonian.* de qua *in l. si testator & tot. tit. Cod. de his,* 3 *qui sibi adscrib.* Cùm tamen eidem fuerit datus cohæres, nempè Antonius eius frater, quoad ipsum aut 4 dicta prohibitio non videtur habere locum, ut in fortioribus terminis est *text. in l. si pater 11. ff. ad l. Cornel. de fals. quem sequitur Bart. cons. 61. num. 2 vers. Circa quod, & in l. uxori 18. ff. eod. tit. Salicet. in l. qua in testamento, num. 2. C. de his, qui sibi adscrib.* Aut saltem remanet dubium, & hoc solùm videtur sufficiens ad ef- 5 fectum, ut remissoria concedatur, ut aliis allegatis dictum fuit *in Mcleuitana contributionis 10. Martij 1664. §. Releuantia in fin. coram me.*

Neque releuat, quod aliàs dd. fratres de Barafallis obtinuerint literas remissuas, & earum vigore fuerint examinati testes testamentarij, quia hoc non impedit 6 concessionem remissoriæ, quæ modo petitur ad coadiuuandas probationes iam factas ex cumulatis in *Anconitana fideicommissi 13. Iunij 1663. §. final. coram Reuerendiss. Gerundeu.*

Et ità utraque, &c.

MECLINIEN. MATRIMONII.

Lunæ 15. Martij 1666.

ARGUMENTUM.

Matrimonium celebratum interueniente mutuo consensu amborum coniugum coram Sacerdote habente licentiam à Parocho unius ex contrahentibus non potest de nullitate redargui, utpote quod fuerit contractum extra Parochiam eius, qui licentiam dedit, vel quia non fuerint in licentia expressa nomina contrahentiũ, vel quia solitæ denunciationes non præcesserint; his enim non obstantibus formam concilij tridentini in substantialibus seruata censetur: accedente maximè diuturna coniugum cohabitatione, & publica reputatione.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium celebratum seruata in omnibus forma Concil. Trident. non potest de nullitate redargui.*
2 *Parochus potest concedere licentiam cuicumque Sacerdoti*

doti vt coniungat in matrimonium suos subditos.

3 *Libri Parochiæ probant licentiam contrahendi matrimonium, maximè si eorum partita fuerint manu Parochi subscripta.*

4 *Parochi attestatio super licentia celebrandi matrimonij, etiam post ipsius celebrationem, tamquam de re ad eius officium spectante plenè probat.*

5 *Licentia assistendi contrahendo matrimonio per Sac. Canones requisita sufficit quod sit generalis, nec de necessitate exigit expressionem nominum contrahentium.*

6 *Concilium corrigens ius antiquum in hoc quod exigat in Sacerdote licentiam assistendi matrimonijs, non debet extendi ita vt requirat licentiam specificam continentem expressa nomina contrahentium.*

7 *Parochi persona non requiritur in matrimonijs vt præstet consensum, sed tantumodo præsentiam ad hoc vt matrimonium innotescat Ecclesiæ.*

8 *Licentia generalis exercendi iura parochialia comprehendit facultatem assistendi matrimonijs.*

9 *Breue recipit interpretationem ab obseruantia.*

10 *Matrimonium vt valeat quantum ad assistentiam Parochi sufficit quod Sacerdos sit Parochus vnius ex contrahentibus.*

11 *Matrimonium non remanet nullum ex defectu denunciationum, cum hæ non sint de essentia ipsius.*

12 *Matrimonij probatio plurimum corroboratur ex diuturna coniugum cohabitatione, publica tractatione, & Parochi attestatione.*

DECISIO DCCCXLV.

PRætendebat clar. mem. Henricus à Lotharingia Dux Guisię nullitatem matrimonij contracti cum D.Honorata de Berghes Comitissa de Bossu, & ab eo introducta causa in Rota, ibique per plures annos prosequuta prodieruntdiuersis temporibus nonnullæ decisiones super varijs incidentibus, demùm verò post obitum Ducis ad instantiam D. Comitissæ proposui, dubium, an constet de validitate matrimonij, & responsum fuit affirmatiuè. Quià cum fuerit celebratũ mutuo amborum coniugum interueniente consensu coram Carolo à Mansfelt Vicario generali exercitus Regis Catholici in domo ipsius D.Comitissæ sitæ intra limites Parochiæ S.Gudulæ de licentia Parochi eius Ecclesiæ, ac seruata in omnibus forma *Concil.*
1 *Trident.* validum omninò reputatur, nec potest de nullitate redargui *Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 18. num.25. Rota coram Roias decis.431.num.1.& in Tullen. matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato sub §.1.*

Etiamsi matrimonium contractum fuisset extra Parochiam illius, qui licentiam dedit, quia Parochus potest concedere licentiam cuicumque Sacerdoti, vt
2 coniungat in matrimonium suos subditos etiam extra suam Parochiam *Barbos. de offic. Episc. alleg.32. n.114. & de potest.Paroch.p.2.cap.21.num.65.idem Sanch.de matrim.lib.3.disput.34.num.3. Gutticr.eod.tract.cap 62. num.10.& seqq.Boss.cap.4.§.13.num.26.& alijs allegatis tradit Modern.de S.Angelo in Vado in cap.quod nobis de clandest. desponsat num.34.& seq.*

Existentia autem talis licentiæ in dubium reuocari non potest, ne dum quià de ea habetur specialis mentio in ipsa partita extracta ex libris Parochiæ, in qua expresse asseritur Parochum authorizasse Vicarium ad contrahendum istud matrimonium, maximè cum
3 partita fuerit ab eodem Vicario propria manu subscripta, vt benè per *Menoch.cons.188.num.12.in fin. Sanch quæst.15.num.22.in fin.*

Verum etiam ex ipsamet licentia data *in Summ. D. Comitissæ num.3.* comprobata ex testibus in Curia formiter examinatis, & quidem qualificatis, qui de illa plenè deponunt, quæ licet non contineat expressa nomina Ducis, & Comitissæ, sed concepta legatur per hæc verba: *Do licentiam, & facultatem assistendi matrimonio cuiusdam nobilis fœminæ Parochianæ meæ, quæ contractura est cum quodam nobili viro militari, quorum nomina contracta matrimonia in hoc albo à prædicto D. Assistente adscribantur*; Attamen Domini censuerunt, quod benè suffragatur pro validitate controuersi matrimonij; quia ex qualitatibus personarum expræssis in ipsa licentia, nempè *nobilis fœminæ Parochianæ meæ & nobilis viri militaris*, satis colligitur vtrumque habuisse notitiam contrahentium, cum aliàs dictæ qualitates non potuissent describi. Vltra quod eadem notitia comprobatur etiam ex successiua adnotatione matrimonij in Calce dictæ licentiæ, ac in dictis libris Parochię nedum cum specificatione nominum contrahentium; Verum etiam cum speciali enunciatiua eiusdem licentiæ; Ex gestis enim per Parochum plenè iustificatur eandem licentiam fuisse specificam respectu huius matrimonij, cum ad hunc effectum suffragetur attestatio eiusdem Parochi etiam post matrimonij celebrationem tanquam de re ad proprium officium
4 spectante, *Rota decis.750.num.11.& 12. p.1.diuers.cum alijs congestis in decis.593.num.15.p.5.recent.*

Præterea enim aduertendum videbatur, quod neq; Sac.Can.neq;Conc. Trident.requirunt in licentia specificationẽ nominum contrahentium, sed tantum, quod matrimonia fiant coram proprio Parocho,vel alio Presbytero de eiusdẽ Parochiani licentia, & proinde suffi-
5 cit simplex licentia assistendi matrimonijs in genere non solum quia cum Concilium corrigat ius antiquũ,
6 non debet extendi, vt exigat huiusmodi nominum specificationem, vt in simili ratiocinatur *Sanch. dict. disput.35.num.7. & 10.* Verum etiam quia persona Parochi non requiritur ad hoc, vt præstet consensum, sed duntaxat præsentiam, ad effectum, vt matri-
7 monium innotescat Ecclesiæ idem *Sanch. de matrim. disput.39.sub num.1.lib.3. Rota in recent.decis.124.n.16 vers.demùm, & num.17.par.7.& in Neapolitana Matrimonij 13. Martij 1651. §. nec proinde coram bon. mem. Card. Corrado.*

Addebant aliqui ex DD. quod cum Dux Guisiæ tempore contracti matrimonij militaret in Belgio in exercitu Regis Catholici subiacebat in spiritualibus eidem à Mansfelt dicti exercitus militantis Vicario generali *perinde ac si,* sunt verba præcisa breuis, *eorum merus Præsul, & Pastor esset Summar. Comitissæ num.4.* sub quibus veniebat etiam facultas assistendi matri-
8 monijs, ad quem effectum sufficit licentia generalis ad exercenda iura Parochialia *Pont. de matrim. lib.5. cap.29.num.2. Barbos.de offic.Episc. d.allegat.32. n.127. Sanch.vbi supra d. disput.35. n. 13.* & ita fuisse resolutum per Sacr. Congr. Concilij restatur *d.Modern. in d. cap.quod nobis de clandest. desponsat. num. 27. cum seqq. Rota d.decis.750.num.2.p.1.diuers.* Prout etiam obseruantia comprobauit, quia vigore Breuis idem Vicarius passim contrahebat matrimonia inter milites, siuè essent in expeditione, siue in stationibus, & Hibernijs, vt probatur ex dictis Testibus in Curia exami-
9 natis ex qua obseruantia d.Breue recipit declarationem *Greg.decis.148.num.8.& coram Roias decis.286.num.10 & in rec.decis.451.num.3.& decis.561.n.11.p.5.tom.2.*

Vndè dubitari non potest de validitate matrimonij, cum substineatur vel tanquam celebratũ a dicto Mansfelt vigore licentiæ Parochi D.Comitissæ,vel tanquam à Parocho D.Ducis Guisiæ, cum pro validitate matrimonij sufficiat, quod Sacerdos sit Parochus vnius ex
10 contrahentibus, *idem Sanch.vbi supra disput.19.num.4 Barbos ad Concil.Trident.sess.24.cap.1.de reformat.Boss.*

plures

plures cumulans de matrim.d.cap.4. num.10.Rota coram Buratt.decis.530.num.17. & decis.714 num.13.Merlin. decis.194 num.6. & in recent. decis.390.sub num.6.p.2.

Nec viget, quod fuerint omissæ consuetæ denunciationes, quia cum non sint de essentia, earum de-
11 fectus matrimonium non vitiat, vt probat *Nauarr.in manual.cap.22.num.70.Sanchez loco cit.disput.5.num.3. Card.Seraph.decis.1099.num.4. Buratt.decis.530.n.15. in rec.decis.71.num.11 p.1.decis.390.n.5.p.2.decis.430. n.11.p.4.tom.2.decis.493.n.16.p.5.decis.273.nu.31.p.6. in d.Neapolitana Matrimony 13. Martij 1651. §.fin.& in d.Tullen. Matrimony 15. Ianuarij 1653. §.nec vrget coram R.P.D.meo Albergato.*

His accedunt diuturna cohabitatio dd. Coniugum post contractum huiusmodi matrimonium publica tractatio, & reputatio, declaratio Reuerendissimi Archiepiscopi Mechlinien. capta etiam desuper informatione tàm à Vicario exercitus, quam etiam à Parocho
12 S.Gudulæ cum alijs adductis per informantes pro D.Comitissa, quæ valdè conferunt ad comprobationem eiusdem matrimonij *Rota in recent.decis.374.n.2. & seqq.p.3.coram Vbald.decis.50.num.2. Pen.decis.644. num.3.cum relatis in d.Tullen.matrimony §. Et hinc non applicatur.* Et ità altera &c.

MOGVNTINA CANONICATVS.

Merc.17.Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Ad obtinendam subrogationem constare debet de Clericatu obitu defuncti in possessione, & de reseruatione per clausulam *cuius statum &c.* mentio litis habetur pro expressa, & literæ non possunt de subreptione redargui. Gratia conditionalis conditione non purificata, non tribuit paritatem tituli, minusque efficit legitimum contradictorem ad impediendam gratiosam subrogationem.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio requirit clericatum, obitum Defuncti in possessione canonicatus, & reseruationem.*
2 *Literæ patentes probant Clericatum.*
3 *Cedula Consistorialis probat possessionem.*
4 *Possessio canonicatus censetur continuata, donec de contrario constet.*
5 *Reseruatio per promotionem non dicitur extincta per concessam facultatem retinendi, sed suspensa.*
6 *Litis mentio habetur pro expressa vigore clausulæ cuius statum.*
7 *Idem titulus proueniens ab eodem fonte, non facit legitimum contradictorem, sed requiritur quod sit eiusdem speciei.*
8 *Indultum restrictum ad Beneficia vacantia ratione mensium, non extenditur ad vacationem per promotionem.*
9 *Conditio vbi non est purificata non tribuit paritatem tituli, & non facit legitimum contradictorem.*
10 *Narratiuæ falsitas inficit clausulas quamuis generales.*

DECISIO DCCCXLVI.

Rota coram Philippo Friderico concedendam esse subrogationem quia constat de tribus requisitis, vi-
1 licet de Clericatu, de obitu defuncti in possessione Canonicatus, de quo agitur, & de reseruatione, quibus concurrentibus est locus subrogationi ex vulgatis

Clericatus probatur ex literis patentibus Ordina-
2 rij datis in eius *Summ.num.2.*quibus in hac materia esse deferendum probat *Text.in cap.2.de Cleric.Peregr.* Obitus in possessione Episcopi VVormatien. iustifi-
3 catur ex cedula consistoriali,in qua Santissimus D.N. non obstante eius promotione ad Episcopatum concessit facultatem retinendi huiusmodi Canonicatum
4 vsque ad obitum *eodem Summ.num.3*:cuius possessio censetur continuata donec de contrario non constet,

vt in Hispalen.Beneficij 24.Ianuarij 1650 coram bo:me Bichio §.probauit. Immo ad hunc effectum sufficit, quod Ioannes Lucas collitigans veniat ex eadem vacatione, vt in *Mutinen.Beneficij 27.Martij 1648.§.vaca-*
5 *tio coram Arguelles*, Reseruatio verò inducta per promotionem vigore *extrauag.ad regimen de praeben.*per D.Ioannem Lucam non controuersa,non fuit extincta mediante facultate retinendi eidem Episcopo concessa in Indulto,sed duntaxat vsque ad obitum ipsius promoti, suspensa, vt dictum fuit, in hac causa *26.Ianuarij 1665.coram me.*

Non obstat exceptio subreptionis desumpta ex eo quod Summo Pontifici non fuerit facta mentio litis pendentis super isto Canonicatu,quia vigore clausulæ
6 tam in supplicatione, quam in literis prouisionis Philippi adiectæ ibi *etiam super his inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa;* mentio litis habetur pro expressa, & propterea literæ subrogationis non possunt de subreptione redargui, vt in terminis tradit *Lotther.de re benef.lib.3. qu.9.num.31. Rota coram Card.Mantic.decis. 213.num.8.Greg decis.2.num.6.Pen.decis.17.num.6.*

Neque ad impedien.huiusmodi subrogationem dici potest Ioannes Lucas legitimus contradictor etiamsi sit prouisus Apostolicus,quia ad istum effectum non
7 sufficit, quod titulus proueniat ab eodem fonte, sed copulatiue requiritur quod sit eiusdem speciei, vt scilicet vterque prouisus habeat subrogationem gratiosam, *vt in decis.bo.me.Coccin.431.nu.4.Eminentiss. D.Card.Ottbobon.decis.454 num.14.& seqq. Duran.decis.430 num.9.& 10.in recent decis.542.num.7.& 8. p.4.cum plene congestis in Gerundea.Parochialis 3.Decembris 1660.§.hac autem coram R. P. D. meo Beniluqua,& 4.Maij 1661.cor.bo.me.Verospio §.nec subsistit.*

Præsertim quia prouisio Ioannis Lucæ legitur concepta sub conditione dummodo sub indulto comprehenduntur *Summ.Philippi num.5.* indultum vero tan-
8 quam restrictum ad Beneficia vacantia ratione mensium *d.Summ.num.6* extendi non potest ad Canonicatum controuersum vacan.per promotionem ad Episcopatum vigore dictæ *extrauag.ad regimen* & propterea conditione non purificata nullo modo tribuere
9 valet paritatem tituli, minusque efficere legitimum contradictorem ad impediendam gratiosam subrogationem, *Rota decis.542.num.8.& decis.641.p.4.recent. & in Barchinonen. Parochialis de Paleo 1650.§.quia fuit responsum, & 5.Decembris eiusdem anni coram R.P. D.meo Albergato.*

Denium non vrget, quod in dicta prouisione Ioannis Lucæ adsit clausula, & *si alias Sedi Apostolica reseruati existant*, ex quorum verborum generalitate videtur Papam voluisse ei gratificari etiamsi Sedi Apostolicæ esset reseruatus, quia cum Io:Lucas in eius supplicatione narrauerit, quod collatio vigore d.Indulti spectabat ad Eminentissimum Archiepiscopum Moguntinum Indultarium *d.Summ. num.4.* cum tamen re vera vigore *extrauag.* spectaret ad sedem, vtique
10 hæc falsitas narratiuæ operatur, & clausulæ in literis insertæ quantumuis generales prorsus euanescant, & tota gratia deficiat vt relato *Cæsare de Graff.decis.14. num.8.de prabend. dictum fuit in Segobien.Canonicatus 26.Nouembris 1655.coram bo.me.Dunozetto §.nec momento & 22.Martij 1656.coram R.P.D.meo Priolo §. nec releuat.*

Et ità vtraque &c.

ÆSINA FIDEICOMMISSI.

Luna 22.Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Si Testator consignauerit Notario coram septem testibus folium

folium sigillatum, in quo asserat suum contineri testamentum, & huiusmodi folium cum cooperta, & suprascripto directum fuerit alicui Religioso, in tali casu testamenti identitas concludenter iustificata remanet per exhibitionem illius folij à Religioso factam cum assertione iurata, quod sit idem in corpore, & substantia, accedente pariter attestatione iurata, & recognitione eiusdem Notarij. Fideicommissum ordinatum sub conditione non existentiæ filiorum masculorum licet interdum per existentiam eorumdem dicatur expirasse, hoc tamen non procedit vbi concurrunt coniecturæ contemplationis, agnationis, digressus ad plures gradus substitutionum, & signanter voluntas Testatoris quod conseruentur perpetuò bona in familia.

SVMMARIVM.

1 *Identitas testamenti probata remanet ex assertione iurata Religiosi, ad quem sub sigillis directum fuit idem testamentum.*

Identitas testamenti consignati à Testatore notario sub sigillis coram septem testibus, probatur ex assertione iurata eiusdem notarij.

2 *Identitas Testamenti probata per iuramentum Notarij, vel personæ fidæ, cui fuerit consignatum confirmata remanet etiam ex coniecturis ad excludendam pluralitatem testamentorum, quæ de iure non præsumitur.*

3 *Fideicommissum ordinatum in casum deficientiæ lineæ, linea adhuc durante non potest dici purificatum.*

4 *Substitutio facta sub conditione non existentiæ filiorum masculorum, masculis extantibus expirat* iuxta cons. Oldrad. 21.

5 Oldrad.cons.21. *non habet locum concurrentibus coniecturis, ex quibus appareat testatorem voluisse ordinare perpetuum fidicommissum, quales sunt contemplatio agnationis, digressus ad plures gradus substitutionum, probibitio alienationis, & voluntas Testatoris quod bona perpetuò conseruentur in familia.*

6 *Coniectura conseruationis perpetuæ bonorum in familia non patitur substitutionem restringi ad filios positos in conditione, sed illam extendit ad omnes de familia gradatim, & ordine successiuo.*

DECISIO DCCCXLVII.

OBtenta noua audientia aduersus decisionem editam 23. *Ianuarij* 1665. *coram me* alterius confirmatoriã *bo.me. Card: Hieronymi Verospij* 4. *Iulij* 1635. Agentes pro Alma Domo Lauretana duo præcipuè obijciebant, primo quod non constet de identitate testamenti Iulij de Amicis; secundo quod in omnem casum expirauerit conditio fideicommissi per obitum Alexandri cum filijs, & proinde fuerit factus locus successioni ad fauorem eiusdem Almæ Domus; sed quia neutrum visum fuit subsistere Domini præfatas resolutiones confirmarunt.

Quod enim attinet ad identitatem, probatio desumitur ex eo quod Iulus testator coram septem testibus consignauit Notario quædam folia sigillata cum cooperta, & suprascripto directo Reu. Patri Fratri Gabrieli Vicario Conuentus Sancti Francisci Min. Obseruantiæ Ciuitatis Æsij cum declaratione, quod intendebat de rebus suis disponere, prout in dd. folijs continebatur, vt patet ex rogitu ipsius Notarij dato *in Summ. Almæ Domus num.* 1. Vnde cum Pater Gabriel
1 præfata folia à Notario recepta exibuerit post obitum Testatoris coram Iudice cum iuramento, quod essent eadem in corpore, & substantia, & accesserit quoque iurata assertio, & recognitio ipsius Notarij *dict. Summ. num.* 3. dubitari non potest de identitate propter fidem vtriusque Notarij scilicet, & P. Gabrielis ab eodem Testatore approbatam, vt de Notario *Rota in Romana hæreditatis* 8. *Martij* 1652. *§ primi verò cedulæ coram bon. mem. Leone Verospio*, & prius *in Romana Testamenti coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis.* 181. *num.* 11 & in terminis Religiosi, de quo Testator confidebat, *Rota decis.* 581. *num.* 24. *& seqq. p.* 4. *tom.* 3. *& decis* 96 *par.* 5. *recent.*

Præsertim quia Testamentum est scriptum, & subscriptum propria manu testatoris, & ipse in epistola directa P. Gabrielli asseruit se heredem vniuersalem instituisse Colonnellum Alexandrum eius fratrem, & dedisse facultatem executoribus terminandi controuer-
2 sias inter Legatarios, & hæredes, quæ cum ad vnguem legantur in testamento eo magis videtur probata identitas ad exclusionem pluralitatis, quæ de iure non præsumitur *glos. in l. si Tutor petiens* 5. *verb. ostenderis C. de peric. tutor. Felin. in rubric. de probat. num.* 2. & in his terminis dictum fuit *in Perusina Testamenti* 15. *Decembris* 1642. *coram me impress. in rec. decis.* 136. *n.* 17. *p.* 9.

Purificatio verò fideicommissi ad fauorem Almæ Domus excluditur quia ipsa est vocata duntaxat in casu, quo per deficientiam lineæ fideicommissum non potuisset suum effectum sortiri; ideoque durante adhuc linea secundo geniti ex Angelo in persona Anto-
3 nij Iunioris nullo modo dici potest euenisse casum suæ vocationis *Rota in Romana fideicommissi de Soricys* 22. *Maij* 1643. *§. validitas quidem coram Reuerendiss. Compostellano, & in Bononien. Primogeniture de Luparis* 6. *Iunij* 1664. *coram R. P. D. meo Priolo §. Animaduerterunt enim cum seqq.*

Non obstat, quod substitutio Petri Simonis, & successiuè filiorum Angeli fuerit facta sub conditione non existentiæ filiorum masculorum Alexandri per
4 hæc verba, *& in caso poi, che del Colonnello Alessandro mio fratello di legitimo matrimonio non ci fossero maschi, voglio, e dispongo &c.* & proinde expirauerit per obitum eiusdem Alexandri cum filijs *iuxtà cons. Oldrad.* 21.

Nam præter quod verba substitutionis præfatæ non sunt restricta ad tempus mortis Alexandri, immò cum testator subiunxerit alia verba ibi: *Poiche desidero, e voglio, che quella Villa, e Possessione sopradetta perpetuamente resti in dominio, e sia Primogenitura de gli Amici, e del Colonnello di Pier Francesco mio Padre, e non potendo nelli maschi trascenda nella linea feminina; dicto Summario num.* 5. *lit. B. C.* videtur voluisse comprehendere omne tempus quo filij Alexandri deficerent vt firmat *decis. Card. Hieronymi Verospij §. difficultas enim.*

Adhuc ex coniecturis alias recensitis, & signanter ex contemplatione agnationis veræ, & fictæ ex digressu ad plures gradus substitutionum, prohibitione alienationis, & ex ratione ibidem adiecta vt Villa, de qua agitur perpetuò conseruetur in Domo, & familia de Amicis, quemadmodum deprehenditur testatorem voluisse constituere perpetuum, & absolutum fideicõmissum cum reciproca substitutione inter omnes ex plenè congestis in vtraque decisione, ità quoque re-
5 ceditur à *d. Cons. Oldrad.* quod non habet locum vbi ex coniecturis apparet de voluntate Testatoris ordinandi perpetuum, & absolutum fideicommissum *Soccin. in l. solemnis in fine ff. de condit. & demonstrat. Cephal. cons.* 529. *num.* 34. *lib.* 4. *Crauett. cons.* 326. *num.* 16. *& cons.* 878 *per tot. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 69. *num.* 8. *Rota decis.* 108. *num.* 7. *p.* 9. *rec. & late in Romana fideicommissi de Mutis* 19. *Februarij* 1646. *§. quia tunc, &* 15 *Ianuarij.* 1648. *§. quoniam coram Reuerendiss. Papien.*

Plurimum autem ad hunc effectum attenditur, quod Testator voluerit bona conseruari perpetuò in familia,
6 nam vt eius voluntas impleatur nullo modo dici potest, quod vocatio fuerit restricta ad filios positos in conditione, sed de necessitate omnes de familia gradatim

datim, & ordine successiuo veniunt admittendi, vt in specie aduertit *Rota in d. Romana fideicommissi de Mutis 15. January 1648. §. cessat pariter vers. in praesenti autem.*

Et ita vtraque, &c.

ROMANA AVGVMENTI DOTIS.

Lunae 29. Martij 1666.

ARGVMENTVM:

Ad effectum, vt mulier teneatur restituere bona haereditaria viri debet probari existentia penes eam, quodque illa ad eius manus peruenerint, quae quidem non iustificantur ex assertione Mariti facta in Testamento; acquisitio facta per Mulierem constante Matrimonio, praesumitur ex pecunijs viri ad euitandam praesumptionem turpis quaestus.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio, vt debeat fieri probandum est rem peruenisse ad manum eius, à quo petitur Restitutio.*

2 *Testatoris assertio non probat contra Tertium ad fauorem haeredis, nisi aliunde iustificetur.*

3 *Mulier non tenetur haeredibus viri restituere effectus ad eius instantiam deliberatos, quoties illorum pretium in anteriorum Creditorum satisfactionem erogatum fuerit.*

4 *Bonorum acquisitio facta à Muliere constante Matrimonio dicitur facta ex pecunijs viri ad euitandam praesumptionem turpis quaesitus.*

DECISIO DCCCXLVIII.

Firmato Credito Hieronymae erga Hereditatem Bernardini viri in partitis descriptis in decisione coram me edita 18. *Junij 1663.* relictis in suspenso praetensionibus haereditaris erga Hieronymam discutiendis in dubio separato. Ideo hodie dubium proposui ad quid Hieronyma teneatur erga haereditatem Bernardini & Domini dixerunt ipsam non teneri
1 restituere gemmas cum linea Margaritarum, quia non fuit probata existentia penes eam, neque ad eius manus peruenisse, prout ad hunc effectum esse necessarium ait *Text. in l. si creditor 4. C. de pignor. act. Alex. cons. 36. num. 18. vers. apparet ergo lib. 6. Rota decis. 25n. num. 1. p. 8. recent.*

Talem autem probationem non concludit schedula reuocatoria Testamenti à Bernardino facta, in qua dixit quod si Hieronyma velit quartum dotale *restituisca le gioie che tiene del mio con vn gioiello in pegno da Monsig. Gouernatore* quia omissis alijs, huiusmodi as-
2 sertio non probat contra Tertium ad fauorem Rosei haeredis, nisi aliunde iustificetur, vt sunt Textus expressi *in l. rationes, ibi: rationes defuncti, quae in bonis eius inueniuntur ad probationem sibi debitae quantitatis sola sufficere non posse saepe rescriptum est & l. exemplo 7. C. de probat. & in l. fin. ibi Iniquum esse perspeximus vt sub propria adnotationis manu vnusquisque sibi faciat Debitorem C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. Rota decis. 336 num. 4. p. 4. tom. 2 recent.*

Similiter nec etiam teneretur ad restitutionem scu-
3 torum 550. ex quibus emptae fuerunt 5n. Vaccae, quia licet ad eius instantiam fuerint subhastatae, & deliberatae, pretium tamen ex eis retractum ad ipsius manus non peruenit, sed fuit erogatum in satisfactionem plurium creditorum anteriorum, & potiorum, vt constat ex *Summ. num. 6.* vt benè ad propositum ratiocinatur, *Rota apud Posth. de subhast. decis. 89. num. 8. versic. nam eisdem solutiones.*

Quoverò ad alia scuta 550. pro emendis 20. bubus, & scuta 555. ex quibus etiam empta fuerunt loca quinque Montis nouennalis, de his Domini dixerunt Hie-
4 ronymam teneri erga Haereditatem, quia praeter quod cum talis acquisitio facta fuerit constante matrimonio dicitur ex pecunijs Mariti prouenie ad exclusionem turpis quaestus iuxta vulgatam praesumptionem *l. quintus Mutius ff. de donat. int. Vir. & Vxor.* de qua benè *Rota coram Card Seraph. decis. 967. num. 6.* & alibi passim ex facto cessat difficultas, quia in ordinibus per eam directis Sacro Monti Pietatis caris in *Summ. num. 5.* fassa fuit dd. pecunias vere esse dotales ibi *sono delli miei dotali*, & inferius *con dichiaratione, che sono delli miei dotali*, vnde vel haec inuestimenta mulier debet recipere in computum dotis, vel illa efficiuntur Mariti, & ad illius pertinent haereditatem.

Igitur fuit conclusum Hieronymam teneri erga haereditatem pro summa scutorum 1481. exacta à Io: Baptista Torello, nec non in scutis 775. 85. ab alijs Debitoribus haereditatis, & demùm in supradictis duabus partitis consistentibus in emptione 20. bobū, locorum quinque Montis Nouennalis, & in reliquis ad aliud non teneri. Et ita &c.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS.

Veneris 21. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices laicos tenetur collitiganti restituere omnes expensas tanquam damna, & interesse, siue expensae sint Iudiciales, siue extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Expensas omnes debet reficere in poenam delicti recurrens ad Iudices laicos.*

2 *Recurrens ad Iudices laicos tenetur etiam ad expensas extraiudiciales.*

3 *Expensarum iustificatio requiritur specifica, itaut generica non sufficiat.*

4 *Fides non facit fidem.*

5 *Expensarum liquidatio vbi fieri non potest ex defectu probationum Rota solet ad istum effectum delegare Iudicem in partibus.*

DECISIO DCCCXLIX.

Post resolutionem captam 22. *Iunij 1665. coram me*, in qua dictum fuit Recursus obstare Francisco tantum, iste obtinuit absolutionem cum solita clausula refectis expensis, vnde hodie ante vlteriorem causae prosequutionem dubitaui an & in qua summa sint taxandae expensae & Domini respectu earum, quae fuerunt factae in Curia, illas taxarunt, vt in calculo dato pro parte Bernardi *num. 4. & 5.*

Siquidem in eodem calculo continentur expensae
1 factae pro honorario Procuratoris, & Aduocatorum, Regestro, copijs scripturarum, & citationibus, quae omnes veniunt integraliter reficiendae, nam recurrens ad iudices laicos tenetur in poenam commissi delicti
2 illas soluere collitiganti tanquam damna, & interesse, siuè expensae sint iudiciales, siuè extraindiciales, *ad Text. in cap. quoniam 4. §. si quis vero & ibi gloss. verb. satisfactio de immunit. Eccles. in 6. & pluribus relatis dictū fuit in Calagurritana domnorū & interesse 25. Iunij 1649. coram bo. me. Bichio & in Asturicen. Parochialis de Rubiana 4. Iulij 1657. coram me,*

Nil releuante, quod etiam Bernardus recursum habuerit ad iudices laicos, quia in disputatione super recursibus illi, qui praetenduntur facti à Bernardo non fuerunt habiti in consideratione, attenta praesertim Partis acquiescentia, *vt in eadem decis. coram me §. fin.*

Quo verò ad expensas de partibus visum fuit Do-
3 minis probationes non esse sufficientes, nam licet ex datis *in Summ. Bernardi* videatur de illis constare in genere, nulla tamen iustificatio specifica exhibetur
4 nisi quaedam fides Notarij Nuntiaturae, quae regulariter fidem non facit, & alia fides iurata ipsius met Bernardi, quae ad suum proprium commodum attendi non debet, vnde censuerunt debere subdelegare

5 iudicem in partibus pro huiusmodi liquidatione facienda, & seruatum fuit in dicta *Calagurritana damnorum & interesse 25. Iunij 1649. coram bo. me. Bichio.* Et ita vtraque &c.

ROMANA CANONVM.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Instrumentum generaliter se referens ad aliud intelligi semper debet exceptis ijs, quæ in instrumento referente expresse dispositæ leguntur; sique in eo expressa fuerit relatio diei, mensis, anni, & Notarij de altero rogati, hæc idem operatur ac si totus tenor alterius instrumenti in ipso referente esset insertus, & certam, ac specificam scientiam in contrahentibus cuiuslibet erroris exclusiuam inducit.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus soluere sub iuramento, & obligatione Camerali quantitatem conuentam omnino præstare tenetur ad formam stipulationis.*

2 *Instrumentum se referens ad aliud intelligi debet exceptis ijs, quæ in referente expresse dispositæ leguntur quantumuis relatio sit generaliter concepta.*

3 *Instrumentum se referens ad aliud cum expressione diei mensis, anni, & Notarij de alio rogati indicatur ac si in eo totus tenor relati legeretur insertus, & certam, & specificam scientiam contentorum in instrumento relato in contrahentibus inducit.*

4 *Relatio ad instrumentum habita cum expressione diei, mensis, anni, & notarij de eo rogati omnem errorem in contrahentibus excludit.*

5 *Nullitas contractus allegabilis tantum fauore Ecclesiæ non potest per tertium allegari in præiudicium eiusdē Ecclesiæ.*

6 *Obligatio Cameralis includit omnia bona obligati tam præsentia, quam futura.*

7 *Obligatio Cameralis continet stipulationem pro omnibus, quorum interest.*

DECISIO DCCCL.

Rector Ecclesiæ Parochialis Sancti Blasij de Tinta anno 1557. sub beneplacito sedis Apostolicæ concessit in emphyteusim perpetuam Fabritio Galletto Domum eidem Ecclesiæ contiguam pro annuo Canone scutorum 150. monetæ, centum videlicet super eadem domo, & 50. super domibus Francisci de Aragonia, cum Censum scutorum 50. idem Franciscus super Palatio, & domibus suis imposuit, & assignauit, eamque summam vterque promisit soluere quolibet anno in perpetuum pacto adiecto, quod tam Fabritius, eiusque hæredes, & successores, quam etiam Franciscus eiusque, &c. possent domos huiusmodi respectiuè, super quibus Census prædictus, erat impositus, affrancare, & liberare quandocunque assignato alio simili censu perpetuo benè cauto, & securo super vna, vel pluribus, alia, vel alijs domo, seu domibus, & interim Fabritius Galletus recognoscens bonam fidem erga Franciscum de Aragonia eadem met die coram eodem Notario, & testibus promisit domus dicti Francisci à dict. Censu scutorum 50. eius intuitu super eis imposito, & assignato infra triennium proximum liberare, & interim quousque affrancatæ, & liberatæ fuerint eundē Franciscum à solutione d. census scutorum 50. indemnem releuare, & conseruare, atque ad damna sub iuramento, & obligatione Camerali vt in *Summ. Capellanorum, num. 1. & 2.*

Defuncto Fabritio cum domus emphyteutica fuisset adiudicata Liuiæ vxori pro suo Credito dotali Io. Baptista illius filius anno 1600. iuxta formam pacti appositi in concessione, & literarum Apostolicarum desuper expeditarum transtulit, & translatum esse voluit onus prædictum, seu Censum scutorum 50. à domibus Francisci de Aragonia in eandem domum emphyteuticam, itaut integra annua responsio scutor. 50. super ea assignata, & imposita esset, & censeretur. Et incontinenti eandem domum emphyteuticam cum onere integri perpetui Canonis, seu Census scut. 150. vendidit Barnabæ Cornazzanę *Summ. vtriusque partis, n. 3.* cuius hæredes cum post plurimos annos remansissent debitores occasione dd. Canonum in summa scutorum 900. Ideò ad instantiam Prioris, & Capellani insignis Capellæ Burghesiæ, ad quos post suppressionem d. Ecclesiæ S. Blasij, & Capituli S. Laurentij in Lucina per translationem factam in eorum Collegium à fan. mem. Paulo V. pertinet, expeditis mandatis fuit facta executio tam super domo emphyteutica, quam etiam super alia propria illorum de Cornazzanis, & vtraque remansit eorum Collegio adiudicata.

Cùm autem postmodum idem Prior, & Capellani, requisiti à Paride Parisano, vt sibi tunc marito Constantiæ Cornazzanæ vellent renunciare, seu vendere domos prædictas die 16. Octobris 1641. habita Congregatione decreuerunt, vt fieret venditio dd. domorū Paridi pretio scutorum 800. ab eo oblato, ac cum onere, & obligatione soluendi Canonem scutor. 150. annuatim in duabus solutionibus anticipate pro domo emphyteutica, & alia scuta 24. annua pro augumēto Canonis alterius domus liberæ; Et cum conditione, quod promitteret obseruare omnia, & singula contenta in instrumento primæ concessionis in emphyteusim cum pactis, & obligationibus in eo contentis, ad quod in omnibus, & per omnia relationem Capellani haberi voluerunt, & die 19. dicti mensis fuit stipulata venditio vtriusque domus, in qua facta narratiua omnium prædictorum, & præcipue supradicti Decreti, & resolutionis Capellanorum Paris in se ipsum specialiter assumpsit, & accollauit onus soluendi supradictum Canonem, seu Censum scutorum 150 pro domo emphyteutica, & alia 24. pro augumento Canonis alterius domus liberæ nulla habita relatione ad aliquod instrumentum, & his promissis reportauit à Capellanis iura talia qualia vtriusque domus dummodo, &c. *Summ. num. 4. in fine.*

At quia idem Paris licet susceperit onus soluendi dicta scuta annua 150. & realiter per plures annos illa persoluerit, modo tamen cepit prætendere non teneri nisi pro rata scutorum 100. Ideò introducta lite fuit contra ipsum relaxatum mandatum exequutiuum ad formam suæ obligationis, & hodie à me proposito dubio ad quam summam debeantur Canones, responsum fuit deberi in summa scutorum 150.

Cùm enim ipse sub iuramento, & obligatione Camerali in se ipsum assumpserit onus soluendi annuum Canonem, seu Censum scutorū 150. huiusmodi quan-
1 titatem loco pretij conuentam præstare omninò tenetur ad formam stipulationis per *textum literalem in l. ex empto ff. de act. empt.*

Non obstat, quod Paridis obligatio prætendatur erronea ex lectura instrumenti primæ concessionis, ex quo ad illud partes habuerint expressam relationem.

Primo quia huiusmodi relatio per eosdem Capellanos tantum apposita in eorum decreto facto separatim ab ipsis in eorum Congregatione habita per tres dies ante stipulationem, habita non fuit ad quantitatem Canonum expresse conuentam, & taxatam anteà in eodem decreto in annuis scutis 150. sed habita fuit
2 ad alia onera, pacta, & obligationes in dicto instrumento contenta, idque conforme est dispositioni iuris, ex cuius censura relatio quantumuis generaliter concepta, semper intelligitur exceptis ijs, quę in instrumen-

to referente expressè dispositâ leguntur, vt admonet, *Baldin l.1.C de legit.hared.Alex.conf.56.num 8.lib.2. Curt sen.conf.63.num.11.vers.Secundo,& melius Dec. conf.14.sub num.5.vers.Nono, bene consonat, Mandell. Alb.conf.381.num.8.Menoch.præsumpt.181.n.6.& 9. lib.4.Cas.de Graff.decis.10. de præbend.num.9.*

Secundo quia neque in narratiua instrumenti aliquid deficit, aut erroneè expressum fuit, cum in instrumento propriæ obligationis ipsius Paridis nedum fuit enunciata prima concessio anni 1557. sed etiam specialiter fuit facta mentio instrumenti anni 1600. liberationis Domorum Francisci de Aragonia à Canone scut.50.eiusque translationis in eandem domum emphyteuticam, de qua agitur, cuius virtute integer canon annnorũ scutorum 150. super ea impositus, seù reconsolidatus fuit cum explicita relatione dicti, mensis, anni, ac Notarij rogati; Huiusmodi enim relatio 3 idem operatur ac si totus tenor illius In ipso referente esset insertus, & certam, ac specificam scientiam in contrahentibus inducit, non autem præsumptam *Card. Seraph.decis.1496.num.3.& 4.in recent.decis.504.n.5. par.3.& decis.432.num.6.& 7.part.4.tom.2.in Romana apothecæ,seu pecuniaria 8. Iunij 1654. & in Romana apothecarum 25.Iunij 1655.§.Primo, & per tot. coram Bichio,& in Mantuana bonorum 28.Ianuarij 1656. coram me,§.Quoniam dicta tempore vers.Et quamuis,* quæ 4 propterea omnem errorem excludit, *Bald. in l. prima in primo notab.C.de condit.indeb.Card.Seraph.dec.289. num.5.& decis.586. num.1.*

Neque facit, quod prædicta translatio prætendatur nulla, & præiudicialis Ecclesiæ ex pacto præcedentis concessionis loquente de alia domo.

Quia præter quod non subsistit in facto Ecclesiam exindè amisisse dominium, & proprietatem domorum Francisci de Aragonia, cum verius sit nunquam ipsam acquisiuisse illarum dominium, & proprietatẽ, sed solum illas habuisse obligatas pro annua responsione scutorum 50. obiectum cessat ex quo Parisianus exceptione dictæ nullitatis iuuari non potest aduersus ipsam Ecclesiam, ad effectum se eximendi, & liberandi a propria, & præcisa sua obligatione annuorum scutorum 150. in maximum præiudicium, & damnum 5 eiusdem Ecclesiæ concedentis, ad cuius fauorem hæc nullitas inducta erat, quæ potius retorqueretur in eius odium contra dispositionem *text. in capit. si qua de reb.12.qu.2.& in l.quod fauore,C. de legib. Abb.in c.1. n.6.de his,quæ fiunt à Prælat.Card.Mantic.dec.201.n.1.* & contra dispositionem ipsius instrumenti, in quo Capellani cesserunt iura talia qualia super hac domo ita vt contra ipsos retorqueri non possint, vt in dicto *Summ.num.4.in fine.*

Tertio demum quia etiam strictè considerato primæ concessionis instrumento non subsistit, quod domus emphyteutica ex eo subiaceret canoni scutorum centum duntaxat; Nam specificè concessa fuit pro annuo canone, seu censu scutorum 150.& licet gratia facilioris exactionis; seu magis tutę satisfactionis Ecclesiæ onus pro rata scutorum centum fuerit impositus super hac domo concessa Fabritio Galletto,& pro reliquis scutis 50. super domibus Francisci de Aragonia; Nihilominus vt superius dictum est incontinenti coram eodem Notario, & testibus Gallettus promisit domos Francisci ab illo onere liberare, & interim eundem Franciscum à solutione dd. scutorum 50. indemnem releuare, & conseruare cum obligatione Ca-6 merali. Hinc enim virtute huius obligationis sub hac promissione comprehendebatur domus ipsa Galletto concessa, cum contineat omnia bona obligati, tam præsentia, quam futura, vt in *decis.187.n.3. post Zacch. de oblig.Camer.* & etiam emphyteutica *decis.426. in prima num.6.part.1. diuers.* Et consequenter ab ipso primordio concessionis domus controuersa integro canoni subiacebat,& pro eo integrè Ecclesia super ipsa 7 domo actionem habebat saltem ex Camerali obligatione facta per Gallettum ad fauorem Francisci, quæ cum contineat stipulationem pro omnibus quorum interest certe suffragabatur Ecclesiæ, quæ tunc temporis desuper primarium, & principale interesse habebat, vt fuit responsum *in Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 27.Iunij 1639.coram Card.Panzirolo.in Ciuitatis Plebis Saluiani prima Iuly 1647. coram Bichio, & prius in Romana fructuum census 11.Decembris 1645. & 7. Maij 1646. ac in Romana quarti dotalis 27.Aprilis 1646.coram me.*

Et ità resolutum vtraque parte informante.

ROMANA, SEV ALBANEN. VINEÆ.

Luna 5. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

In concursu testium præferuntur hi, qui nullam contradictionem patiuntur, licet numero pauciores, defectus consensus Domini directi in contractu donationis, illum non inualidat, vbi legitur reseruatus, cum clausula *Quatenus opus sit & requiratur, & non alias.* Exceptiones requirentes altiorem indaginem, non admittuntur ad retardandam exequutionem obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali munitum paratam habet executionem.*
2 *Testibus,vt fides adhibeatur,sufficit quod falsitas à colligante allegata, non respiciat rei, & temporis substantiam.*
3 *Testes inter se contrarij in substantialibus nullam merentur fidem.*
4 *Testes numero pauciores, verisimilia deponentes, nec vllam contradictionem patientes, præferuntur alijs inter se contrarijs.*
5 *Confessio contra confitentem, praualet quibusque testiũ depositionibus.*
6 *Consensus Domini directi cũ clausula,* Quatenus opus sit *reseruati omissio, non irritat donationem.*
7 *Actio redibitoria datur, quando vitium aliquod in re vendita latenter adest.*
8 *Exeutio obligationis Cameralis, non retardatur per exceptionem,requirentem altiorem indaginem.*
9 *Mandatum de manutenendo pro credito illiquido,& incerto,non relaxatur.*

DECISIO DCCCLI.

Donauit de anno 1661. Dominicus Vineam, de qua agitur Francisco cum expressa conditione inter alias in instrumento donationis apposita, quod totũ vinum recolligendum donatarius recipere deberet de anno in annum durante naturali vita ipsius donantis pro Iulijs 17. pro quolibet cado, prout ad vnguem seruatum fuit per totum annum 1663. sed recusante dicto Francisco donatario successiuis annis illud recipere,& pretium respectiuè persoluere introducta causa coram A.C. & ab eo deputatis diuersis iudicibus, tandem ex speciali commissione Sanctissimi, vt A.C. procederet de voto Rotæ, dubitaui an sit relaxandum mandatum, exequutiuum,& de manutenendo in quasi possessione exigendi, & quoad primum affirmatiuè, quo verò ad secundum negatiuè fuit resolutum.

Tota autem difficultas reducebatur ad solutionem vini recollecti de anno 1664. (nam in ea pagha maturata de anno 1665. de mense Decembris nulla videtur adesse difficultas attento præciso adimplemento omnium contentorũ in instrumento, vt constat ex *Summ.*

Dom:-

1 Dominici, num. 8.) Cumque Dominicus quoad illam habeat intentionem fundatam in publico instrumento obligatione Camerali vallato vtique huius virtute potest executiuè procedere, *Rota in Romana Societatis Officij 22. May 1662. coram bon. mem. Verospio, §. Agitur enim.*

Non obstat, quod donans teneatur interpellare donatarium per tres dies ante vindemiam, eamque facere omninò prohibetur, nisi postquam eam inceperint vicini in instrumento designati, vel vnus eorum, quia cum vindemia anni 1665. inceperit die 22. Octobris, vt probant testes formiter examinati, quorum vnus etiam est Sacerdos dicto *Summ. num. 3.* & interpellatio requisita in instrumento facta fuerit die 18. eiusdem dicto *num 7.* quinimmò eidem donatario facta fuerit intimatio die 13. eiusdem mensis pro facienda capata dicto *Summ num. 6:* quam vicini inceperunt facere die 16. & antea, & generalem vindemiam postea fecerunt die 20. & 21. eiusdem dicto *Summ. num. 4. & 5.* dicitur proinde donantem adimpleuisse omnia in instrumento contenta, itavt non possit donatarius ex sua parte denegare adimplementum vinumque recipere, & de eo pretium persoluere.

Nec potest euitari prædictum adimplementum sub prætextu, quod ijdem testes pro Dominico examinati deponant capatam inceptam fuisse die 17 Octobris cum præsentia, & assistentia ministri Francisci donatarij, qui tamen eadem die 17. curauit hic in Vrbe Dominicum inhiberi ne faceret capatam, quia non ex hoc sequitur pernecesse, quod testes prædicti conuincantur de mendacio, cum isti actus inter se benè sint compatibiles, & vtrumque simul stare possit, quod scilicet Franciscus ad vineam transmiserit ministrum ad effectum, vt assisteret capatæ, & vindemiæ, & quod vnico contextu, & eodem tempore apud Iudicem curauerit impedire capatam, quatenus incepta non fuisset, & tamen ad effectum vt istis testibus fides adhibeatur sufficit, quod falsitas prætensa non respiciat substantiam rei, & temporis, quæ capata, & vindemiæ exptæ fuerunt, *iuxtà Theoricam Io. Andr. in cap. Fraternitatis, num. 1. vers. Si autem errauit extra de haretic. Cæs. de Graff. dec. 6. n. 6. de testamen. cum cumulatis in Romana dotis 14. Iunij 1658. coram R. P. D. meo Albergato, §. Rursus.*

2 Minus faciunt testes examinati ad instantiam Francisci deponentes vindemiam exptâ fuisse die 13. Octobris, quia præter alias exceptiones ab informantibus pro Dominico cumulatas, & adnotatas in scriptura data ad partes, sunt personæ viles famuli ipsius Do-

3 natarij, varij, & inuerisimilia deponentes, ac inter se contrarij in substantialibus tam vnus alteri contradicendo, quam sibimet ipsi contrariando, quibus concurrentibus nullam fidem eis esse adhibendam dixit, *Rota in Romana hæreditatis 13. Ianuarij 1659. §. Remprorsus, & 16. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Albergato, §. Nec testes, & in Romana pecuniaria 22. Iunij 1663. coram R. P. D. meo Priolo, §. Nec huiusmodi,*

4 præsertim in concursu testium Dominici, qui licet numero pauciores, Nihilominus sunt præferendi, vtì meliores, & verisimilia deponentes, nullamque contradictionem patientes *iuxtà textum l. ob Carmen, §. fin. ff. de test. Rota coram Buratt. decis. 63. 1. num. 13. & in Camerinen pecuniaria 10. Martij 1662. coram Eminentiss. D. Card. Celso, §. Non obstant*, addita signanter iudiciali intimatione facta a Francisco dicta die 17. Octobris, ne Dominicus faceret capatam, ex qua vtique resultat

5 euidens confessio, quod vindemia diebus præcedentibus verè cepta non fuerit, quæ in proposito casu contra confitentem prævalet quibuscunque testium depo-

sitionibus *l. cum te 5. C. de transact. l. vnic. C. de confess. Bald. cons. 192. num. 8. vers. Quia in illis lib. 2. Surd. cons. 60. num. 1 Rota decis. 157. num. 4. vers. Et sit fortior part. 4. recent.*

Quod vero Dominicus non impetrauerit consensum à Domino directo pro tali donatione facienda non videtur obstare, quia cum fuerit reseruatus cum

6 clausula, *Quatenus opus sit, & requiratur, & non alias*, vt oculariter apparet ex instrumento donationis dato *in Summ. Dominici, num. 1.* illius omissio non irritauit donationé, vt, in his terminis firmauit, *Rot. in Albanen Vineæ 11. Aprilis 1639. coram bo. me. Dunozetto, §. Non. obstat in recen. decis. 13 1. num. 3. part. 8. & coram Durand. decis. 250. num 16. cum alijs cumulatis in Ferrarien. pecuniaria 27. Maij 1661. coram R. P. D. meo Priolo, §. Nec refert*, maximè quia prævia sententia diffinitiua A. C. pronunciauit Vineam istam sic donatam irrequisito Domino directo non esse deuolutam, vt constat ex eodem *Summ num. 6.*

Exceptio verò malæ culturæ viueæ, nec non conficiendi vinum tanquam respiciens petitorum non est attendenda in hoc iudicio executiuo, præsertim quia de ordine Rotæ super hoc dedi dubium particulare à me iam subscriptum.

Denique non refragatur, quod vinum in duobus postremis annis fuerit malæ qualitatis, ac proinde lo-

7 cus sit actioni redhibitoriæ; Etenim vltra quod non videntur concurrere requisita ad eam inducendam, & signanter quod ante factam ipsius venditionem vitium aliquod in eo latenter adesset iuxtà doctrinam *Azonis in summa sub rubr. C. de edilit. action. num. 28. vers. Item repellitur emptor si agat. & admissum fuit a Rota coram Card. Millino decis. 180. num. 3.* quodque proueniat ex intrinseca qualitate rei. in qua dolus venditoris in-

8 terfuit, sufficit, quod altiorem requirat indaginem ad effectum, vt non valeat retardare paratam exequutionem obligationis Cameralis, vt dixit, *Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 26. num. 2. cum alijs vulgatis.*

Quo verò ad mandatum de manutenendo cum

9 agatur de contractu vltro citroque obligatorio, in quo Dominicus singulis annis debet docere de adimplemento iuxtà formam instrumenti, ac etiam quia concurrit incertitudo futuræ quantitatis vini DD. dixerunt illud non esse relaxandum vtraque Parte Informante, &c.

ROMANA CONTRIBVTIONIS.

Lunæ 10. Maij 1666.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius soluens debita, pro quibus ex dispositione Bullæ Baronum sunt obligata etiam bona fideicommissis supposita, iustè petit contributionem aliorum simul cum ipso ad eadé fideicommissa concurrentium, contra quos habet actionem negotiorum gestorum pro eorum quotis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommissi non prodest debitori contra creditores, quorum fauore de auctoritate Pontificis sunt obligata etiam bona fideicommissaria.*

2 *Bona Baronum fauore creditorum reducta ad instar liberorum, & allodialium, itavt cadant sub obligationibus, & hypothecis.*

3 *Dictio, Seu, interdum stat ampliatiuè, non verò alternatiuè.*

4 *Bulla Baronum omnia bona indistinctè exemit à vinculis fideicommissorum, itavt singula remaneant fauore creditorum in solidum obligata, nulla habita ratione personarum, à quibus dicta bona proueniant.*

5 *Debitoris rei singula fauore creditoris in solidum sunt grauata.*

6 *Soluens debitum alienum habet actionem negotiorum gestorum aduersus eius, cuius debitum soluit pro consecutione soluti.*

7 *Bulla Baronum vbi mandat fideicommissa distracta ob solutionem aeris alieni reintegrari, hoc facit in odium solius debitoris, nec ex tali dispositione vllum infert praeiudicium confideicommissario soluenti debitum, pro quo bona grauata tenentur quin possit ex ijsdem bonis contributionem praetendere.*

DECISIO DCCCLII.

IN instrumento celebrato 9. Augusti 1657. vbi D. Ducissa Portia Caesia relaxauit D. Duci Silicis possessionem omnium bonorum suppositorum fideicommisso Cardinalis Petri Donati expressè protestata fuit relaxationem facere sine praeiudicio omnium, & quorumcunque melioramentorum, nec non aliorum quorumcunque iurium, & quomodolibet, & ex quouis iure competentium, & citra liberationem bonorum praedictorum, & cuiuslibet illorum ab omnibus, & quibuscunque oneribus, & obligationibus concurrendi in solutione, & satisfactione ratarum; & portionum dd. bona tangentium quorumcunque debitorum per Duces antenatos contractorum; cum autem ad formam huius pacti eadem Ducissa Portia pro debitis contractis à Ducibus Andrea, & Francisco Maria petierit contributionem super dd. bonis fideicommissarijs Cardinalis Petri Donati, & obtinuerit disputari dubium, Rota censuit esse locum contributioni, vt in *decisione edita* 15. *Iunij* 1665. *coram me*, & hodie repropositа causa Domini ex ijsdem rationibus steterunt in decisis.

Visum est enim contributionem non posse euitari siuè petatur pro debitis, quae adhuc vigent, siuè pro alijs non extinctis cum bonis fideicommissarijs ascendentium ab ipsa Ducissa Portia haerede, quoniam pro debitis adhuc vigentibus non potest Dux Silicis se tueri fideicommisso ordinato à Cardinali Petro Donato Caesio, quod per mortem Ducis Francisci Mariae fuit ad ipsius fauorem purificatum; quià respectu montis omnia bona etiam iurisdictionalia non obstante quocunque fideicommisso remanserunt obligata vigore motus proprij Gregorij, *vt in praeterito Summ. Ducissae num.* 1. & aduertit *decis.* §. *nec applicatur*, & respectu aliorum debitorum intrat dispositio Bullae Clementis Octaui in ordine 41. quae fauore creditorum reducit bona Baronum ad instar liberorum, & allodialium taliter quod caduni sub obligationibus, & hypothecis, vt in specie dixit *Rota coram Buratt. decis.* 41. *num.* 2. *in fine*, & *num.* 3. & propterea cum de tempore contracti debiti penes Duces debitores reperirentur tam bona ascendentium, quàm etiam Card. Petri Donati transuersalis sicuti dubitari non potest quin à principio remanserint indistinctè pro debitis affecta ex praedictis, ita quoque tenentur successores ad illorum solutionem proportionabiliter concurrere ex traditis per *Salgad. Labyr. Credit. p.* 2. *cap.* 9. *nu.* 2. & *seqq.* & alios *in decisione relatos* §. *quemadmodum* & facit *Text. in l. filius famil.* 117 §. *Diui il secondo in fin. ff. de legat.* 1. & *l. Titius* 54. §. *dictus autem ff. ad Trebell.*

Nec afficit, quod bulla alternatiuè loquatur de fideicommissis ascendentium, seù collateralium, & extraneorum, & exinde praetendatur prius teneri ad solutionem debitorum bona ascendentium, caetera verò in subsidium; Quia cum inspectio illius tenore clarè constet de mente Pontificis liberandi omnia; & singula bona possessa per Baronem de tempore contracti debiti quibuscunque fuerint vinculis fideicommissorum alligata illa dictio *seù*, vt aduertit alia decisio potius ad ampliandum quam restringendum adiecta censetur, vt praeter ibidem allegatos comprobat *Text. in l. si ità leganerit* 32. *ff. de aur. & argent. legat. Gregor. decis.* 21. *num.* 2.

Exempla verò desumpta ex dispositione *Auth. Res quae C. de comm. de legat.* nec non statutorum super damno emendando, & fideiussore praestando per coniunctos, quod intelliganrur de proximioribus non videntur applicari. Nam *Auth. res quae* loquitur de dotibus filiarum descendentium, de quibus hodie non est quaestio, cum fuerint particulariter exceptae in *alia decisione in principio* Statuta verò praefata arctant personas consanguineorum, inter quos considerari potest diuersa ratio respectu maioris, vel minoris coniunctionis, at Bulla non respicit personas, sed duntaxat

4 bona tollendo eis obstacula fideicommissorum, *Rota decis.* 36. *num.* 43. *in fine p.* 5. *recent.* quae bona cum non sint diuersae naturae, sed omnia remaneant eiusdem speciei, libera namque, & alienabilia, non debent inter se diuerso iure censeri, sed de omnibus proportionabiliter debita veniunt extinguenda, iuxtà obligationem cuiusque rei debitoris, quae fauore creditoris

5 in solidum est grauata, per *Text. in l.* 1. *C. si vnius ex pluribus hared. quem expendit Surd. decis.* 44. *n.* 6. & *seqq.*

Pro debitis autem extinctis per Ducissam Portiam intrat pariter contributio non obstantibus in contrarium oppositis, & signanter, quod cum Bulla emanauerit solum fauore creditorum non valeat extendi ad fideicommissarios inter se contendentes de contributione, siquidem placuit responsio, quod extinctio debitorum facta per Ducissam Portiam attulit quoque vtilitatem Duci Silicis, nam creditores vigore dictae constitutionis potuissent deuenire ad subhastationem Castrorum, aliorumque bonorum fideicommissi Cardinalis Petri Donati transuersalis, nisi mediantibus dd. solutionibus eadem bona fuissent liberata ab hypothecis, & obligationibus contractis per Duces Andream, & Franciscum Mariam, ideoque dum

6 gessit negocium vtile pro Duce fideicommissario aduersus eum competit actio negociorum pro consequenda portione ab ipso vti dd. bonorum possessore verè debita *iuxta Text. in l.* 3. & *l. si seruum C. de negoc. gest. Ias. in* § *actionum num.* 195. *vsque ad* 102. *de act. Rota Iannen. decis.* 41. & *decis.* 110. *vtrobique num.* 1. *Rota in recent. decis.* 552. *nu.* 2. & *in his praecisis terminis Buratt. d. decis.* 401. *num.* 3. *in fin.* & *num.* 4. & *decis.* 637. *ante med. vers. sed allegabatur.*

Nec releuat, quod *in* §. 11 & 13. Bulla videatur excludere contributionem de fideicomisso ad fideicommissum, dum mandat, quod facta subhastatione Bonorum alicuius fideicommissi debeat illud reintegrari, vel ex bonis liberis Baronis, vel ex eo, quod superit solutis debitis, quod mandat poni ad multiplicum, etenim dicta dispositio videtur facta in odium

7 duntaxat ipsius Baronis, qui debita contraxit, vt scilicet reintegret fideicomissum ex proprijs bonis, nempe ex proprietate quatenus habeatur sin minus ex multiplico fructuum, qui alias ad ipsum eo viuente spectarent. Et proinde non bene infertur ad fideicommissarios, qui diuerso iure post illius obitum in dictis bonis succedunt, hoc enim casu cum Bulla non loquatur de subhastatione bonorum potius vnius quàm alterius fideicommissi, remanet firma illius dispositio in reliquis, vbi mandat indefinitè omnia bona teneri siue subiaceant fideicommisso ascendentium, siue collateralium, siue etiam extraneorum. Et ità vtraque &c.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Luna 10. *Maij* 1666.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis à Reo Actori veniunt submini-

ministranda concurrentibus fauore Actoris pauperrate, & boni iuris præsumptione, quarum prima concludenter debet iustificari; altera vero si versemur in prima instantia, & agatur de filio concurrente ad hæreditatem Patris, videtur sufficienter probata; Si verò agatur de successione in bonis Patrui contra Tertium hæredem institutum præsumptio boni iuris ex obseruatione iurium vtriusque litigatoris venit deducenda, in secunda verò, seu vlteriori instantia boni iuris præsumptio ex sententia, seu mandato deducitur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis deficiente petentis paupertate, & boni iuris præsumptione à reo non veniunt subministranda.*

2 *Fides regulariter non facit fidem.*

3 *Paupertas in genere probata non sufficit ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis, sed debet specificè probari talis paupertas, ab quam propria substantia non sufficiat pro alimentis, & expensis in substineuda lite faciendis.*

4 *Præsumptio iuris secundum quam vnusquisque censetur pauper, & egenus non sufficit ad effectum, obtinendi alimenta, & sumptus litis.*

5 *Paupertas in vnoquoque à iure presumpta non est sufficiens vbi exigitur specifica probatio paupertatis ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis.*

6 *Actor in prima instantia non potest allegare præsumptionem boni iuris ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis, cum non habeat pro se sententiam, neque mandatum.*

7 *Alimenta præstanda sunt filio agenti ad bona patris etiam in prima instantia.*

8 *Alimenta non veniunt præstanda in prima instantia nepoti agenti contra Tertium pro consequenda hæreditate Patrui.*

9 *Alimenta subministranda sunt mulieri agenti ad repetitionem dotium in prima instantia aduersus maritum; vel eius hæredes, secùs autem vbi agat contra tertium possessorem, & singularem successorem.*

10 *Præsumptio boni iuris non potest per Actorem deduci ex prætensa incapacitate rei hæredis instituti, vbi hæc dependet à discussione plurium articulorum iuris.*

11 *Præsumptio boni iuris magis fauet habenti pro se testamentum, quam prætendenti ipsum excludere ex capite incapacitatis requirentis altiorem indaginem.*

12 *Præsumptio boni iuris in prima instantia deducenda est ex obseruatione iurium vtriusque litigatoris.*

DECISIO DCCCLIII.

Donauit Claudius inter viuos Carolo Iosepho Philippo eius filio legitimato, eiusque filijs, & descendentibus in infinitum ordine Primogenituræ sc. 25. m. in tot locis montium seu stabilibus, & deinde in eius testamento confirmando donationem hæredes vniuersales instituit filios masculos eiusdem Caroli Iosephi tam natos, quàm nascituros, & Claudio testatore subinde defuncto, idem Carolus Ioseph, eiusque filij possessionem bonorum respectiuè adepti fuerūt ad formam donationis, ac testamenti; cum verò Cæsar, & Helena ex germano fratre nepotes testatoris prætenderent successionem omnium bonorum ad ipsos vti proximiores ab intestato spectare sub prætextu incapacitatis tam dicti Caroli Iosephi, eo quod natus esset ex muliere coniugata, non obstante eius legitimatione, quam etiam filiorum tanquam institutorum contemplatione Patris, licet de hoc in testamento nulla fuerit facta mentio. Ideò commissa huiusmodi causa à Signatura Sanctissimi R.P.D. A.C. Bulgarino, qui procedat de Voto Rotæ cum facultate subministrandi alimenta, & sumptus litis prius dubitaui, an esset locus dictæ subministrationi, & negatiuè fuit resolutum.

1 Quià non probatur petentium paupertas, & videtur quoque deficere præsumptio boni iuris, sine quibus alimenta, & sumptus litis non subministrantur *iuxta decis. Card. Seraph. 426. num. 1. & in recent. decis. 141. n. 2 par. 4. tom. 2.*

Quo enim ad paupertatem nulla fuit exhibita con-
2 cludens probatio; nam fides data *in Summ. Actorum num. 3.* præterquod regulariter non facit fidem, continet solum paupertatem in genere, quæ ad illum effectum non iudicatur sufficiens probatio nisi in specie concludatur talis paupertas, ob quam propria sub-
3 stantia non possit supplere pro alimentis, & expensis faciendis pro substinenda lite *iuxtà doctr. Bald. in Auth. Præterea num. 4. vers. quaro 9. C. vnde vir, & vxor Rota d. decis. 41. num. 9. cum alijs allegatis per Add. ad Gregor. decis. 189. num. 7. vers. Paupertas.*

Parum releuante iuris præsumptione, secundum
4 quam vnusquisque censetur pauper, & egenus, quià vbi paupertas probari debet ad certum effectum consequendi alimenta, & sumptus litis, dicta præsumptio
5 non releuat actorem à concludenti probatione, vt in specie dictum fuit *in Romana vineæ 2. Decembris 1665 coram R.P.D. meo Taia.*

Deficit quoque præsumptio boni iuris, quia acto-
6 res non possunt ad eorum fauorem allegare sententiā, seu mandatum, cum versemur in prima instantia. Licet enim fauore filij agentis ad bona Patris præstari
7 debeant alimenta etiam in prima instantia *per Text. in l. si instituta 27. §. de inofficioso ff. de inoffic. testam.* licet ob contingentiam facti textus ibidem loquatur post latam sententiam, vt explicant *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. p. 4. num. 26. cum seqq. Couarr. pract. quæst. cap. 4. n. 6. Molin. de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 36. & 37. cum pluribus congestis per Rub. in sing. p. 1. fol. 595. num. 5. & seqq. & dixit Rota decis. 2. de iudic. In antiquior.* illius tamen dispositio non videtur in præ-
8 senti posse applicari, cum non agatur de hæreditate Patris, vel Aui, in quibus terminis loquuntur auctoritates mox allegatæ, sed tantum de hæreditate patrui, qui nullo iure cogebatur instituere nepotes ex fratre.

Et quamuis dispositio *d. l. si instituta* extendatur etiā fauore mulieris agentis ad repetitionem, vt ex *Paul. de Castr. in l. diuortio num. 6. ff. solut. matrim. dictum fuit in Fanen. Dotis coram me impressā in recent. decis. 50. n. 16. & 17. p. 9.* Id solum procedit vbi mulier agit contra
9 maritum, vel eius hæredes, secus autem quando petit alimenta, & sumptus litis à tertio possessore, & singulari successore, *vt dixit Rota cor. Card. Mantic. decis. 195 num. 4. & 5.*

Neque huiusmodi præsumptionem boni iuris acto-
10 res deducere valent ex prætensa incapacitate succedendi Caroli Iosephi in bonis Claudij, quia cum hoc pendeat à discussione plurium articulorum iuris non possunt ante illorum decisionem bonum ius ad eorum fauorem allegare iuxtà *decis. 423. n. 3. & 8. p. 4. tom. 2. rec.* præsertim cum DD. de illorum iuribus valdè dubitauerint.

Et propterea cum interim præsumptio faueat po-
11 tius Carolo Iosepho, & filijs, qui habent donationem, & Testamentum ad eorum fauorem, placuit sequi sententiam *Couarr. d. cap. 6. num. 6. circa fin.* vbi admonet obseruanda esse vtriusque Litigatoris iura, vt tandem alimenta dentur à reo actori, quoties vrgentior
12 est pro ipso actore præsumptio, quam pro ipso reo, quod si reo potius quam actori patrocinentur acta, causæ, & præsumptiones, planè non fit reus cogendus alimenta, nec litis expensas actori exhibere, eoque relato sequuntur *Fontanell. de pact. d. claus. 6. num. 28.*

Menoch.

Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsump. 35. num. 6. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 112. num. 27.

Et Ità vtraque &c.

ROMANA TESTAMENTI.

Ven: 14. Maij 1669.

ARGVMENTVM.

Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per relationem ad schedulam tenet, & validum est, licet Testator coram testibus nomen hæredis non publicauerit, & schedula non fuerit eius manu scripta, vel subscripta. Requiritur tamen quod verba à Testatore prolata in traditione, & consignatione scedulæ sint omninò dispositiua, ita vt non sufficiant simpliciter assertiua, & vlterius requiritur quando schedula est præsens, quod Testator proprijs manibus illam tradat Notario coram Testibus. Legatum non debetur ex testamento nullo.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in scriptis non valet deficientibus requisitis* in l. hac consultissima C. de Testam.

2 *Testamentum nuncupatiuum, vt sit validum, requiritur quod nomen hæredis à Testatore coram Testibus proprio ore exprimatur.*

3 *Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per relationem ad schedulam tenet quamuis testator coram testibus nomen hæredis non publicauerit.*

4 *Amplia etiamsi schedula non fuerit scripta, neque subscripta manu Testatoris.*

5 *Item amplia satis esse Testatorem dixisse illud esse eius Testamentum, quamuis Testibus & Notario non exposuerit hæredem ibidem fuisse institutum.*

6 *Testamentum per relationem ad schedulam non tenet, nisi verba prolata à Testatore sint dispositiua, ita vt non sufficiant simpliciter assertiua.*

7 *Testamentum per relationem ad schedulam non valet, nisi Testator proprijs manibus, illam tradat Notario coram Testibus, quando schedula est præsens.*

8 *Notarius asserens in rogitu folia Testamenti fuisse sibi consignata coram Testibus reddit suspectam validitatem Testamenti, dum ex testibus Testamentarijs contrarium apparet.*

9 *Testis contra inducentem plene probat.*

10 *Testamenti schedulam non fuisse dictatam à testatore desumitur ab errore nominis paterni eiusdem Testatoris in eadem schedula expressi.*

11 *Legatum de iure non debetur ex testamento nullo.*

12 *Approbatio testamenti desumi non valet ex eo, quod quis insteterit coram iudice pro illius aperitione, cum aperitio potuerit peti ad effectum illud reprobandi.*

13 *Quartum Dotale post mortem vxoris marito defertur* per Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131.

14 Statutum Vrb. de luc. Dot. *non procedit in casu mixto propter existentiam filiorum prioris matrimonij.*

15 *Declara id procedere, quando maritus per existentiam filiorum communis matris integram dotem consequi pretenderet, secus autem, quando nulli filij super sunt ex vltimo Matrimonio, & Maritus peteret dumtaxat quartam partem & num 16.*

DECISIO DCCCLIV.

Defuncta Cassandra Poppia, egit Alexander eius tertius vir contra Iacobum Constantinum filium secundi matrimonij illius hæredem pro consequutione legati scutorum mille sibi in testamento relicti, nec non lucri dotalis ad forma Statuti Vrbis, sed contrariam sententiam reportauit à R. P. D. Bulgarino A. C. Locumtenente, qui eundem Iacobum Constantinum hæredem ab impetitis absoluit, postea verò causa in gradu appellationis mihi commissa, & disputato dubio, an debeatur legatum, & quartum dotale, negatiuè quoad primum, affirmatiuè verò quo ad secundum responsum fuit.

Etenim legatum visum fuit non deberi propter nullitatem Testamenti, in quo relictum est, illud namq;
1 valere non potest tanquam Testamentum in scriptis, cum deficiant requisita *Text. in l. hac consultissima C. de*
2 *Testam.* nec minus vti Testamentum nuncupatiuum, cum nomen hæredis nullatenus fuerit per Cassandrum Testatricem coram testibus proprio ore expressum, vt pro validitate testamenti nuncupatiui requiritur *l. publicati C. de Testam. l. hæredes palam ff. eod. tit.*

Et quamuis Testamentum nuncupatiuum nuncupa-
3 tione implicita per relationem ad schedulam teneat, & validum sit, licet testator coram testibus nomen hæredis non publicauerit, vt sequendo doctrinam, *Bart. in l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstr.* pluries firmauit *Rota in Romana hæreditatis 8. Martij 1652. coram bon. mem. Leone Verospio Senogallien. successionis 29. Ianuarij eiusdem anni coram bo. me. Card. Corrado Cæsenaten. testamenti 20. Iunij 1661. coram R. P. D. meo Benilaqua & in Romana testamenti 22. Iunij 1661. coram R. P. D. meo Taia.* Etiamsi schedula non fuerit scripta, neque subscripta manu Testatoris *Add. ad Buratt. decis. 475 num. 24. Duran. decis. 206. num. 4. in recent. decis. 263. num. 11. p. 4. tom. 2 & decis. 581. n. 15. eadem p. 4. tom. 3.* & satis sit, quod Testator dixerit illud esse eius Testamentum quamuis Testibus, & notario non exposuerit hæredem ibidem fuisse institutum, vt prosequitur *Rota in dicta Senogallien. coram Card. Corrado §: nec est necessarium, & in d. Romana testamenti coram R. P. D. meo Taia §. nec est necessaria.*

Requiruntur tamen verba omnino dispositiua, in
6 quibus terminis loquuntur omnes prædictæ decisiones nec propterea sufficiunt verbà simpliciter assertiua, quæ hic duntaxat leguntur à testatrice prolata in traditione, & consignatione controuersi testamenti, ibi: *in quibus asseruit esse scriptum eius Testamentum*, quod propterea ex defectu huius formæ substantialis nullum & inualidum est, vt docet *Castren. in l. hæredes palam num. 2. vers. vt si coram ff. de testam. Paris. cons. 19. n. 24. vers. si enim ipse Magister lib. 3. Couarr. in cap. cum tibi sub num. 5. vers. cui addo extr. de testam. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 11.*

Requiritur etiam quando schedula Testamenti est
7 præsens illius traditio coram septem Testibus per Testatorem proprijs manibus facta Notario, quæ hic pariter deficit; nam duo Testes testamentarij deposuerunt testamentum extitisse super quadam tabula, indeque fuisse à Notario assumptum, & D. Laurentius pro Alexandro inductus, atque examinatus fatendo illius consignationem verè non fuisse factam à Testatrice asserit ipsum met Notario illud tradidisse, vnde etiam ex defectu huius formæ inualiditas testamenti, resultat, vt probant *Fulgos. cons. 56. num. 1. vers. videlicet cum Testator Spad. cons. 90. num. 5. vers. vltra quod Testamentum, & num. 7. & 8. ac cons. 92. per tot. lib. 1* & firmatum fuit in hac causa super admissione articulorum *coram me §. quod autem.*

Quinimò dum Notarius in rogitu asseruit folia Te-
8 stamenti in simul sigillata sibi fuisse per Testatricem, consignata coram Testibus, quod totaliter à veritate alienum est, inde res redditur valdè suspecta, iuxtà latè tradita per eundem *Spadam in dictis cons. 90. & 92. lib. 1.*

Parum obstante, quod alius ex Testibus testamentarijs relatus in *Summ. impresso num. 8.* deponat Notarium ostendisse plicum Testatrici, eam interrogando an illud esset suum testamentum ipsamque respondisse *Signor sì*, Quia præter quod iste Testis est vnicus, adhuc

hinc ex tota facti serie fideliter recensita per eundem
D. Laurentium liquet huiusmodi actum ostensionis
plici minimè fuisse expletum, cuius depositio potius
attendi debet; tum quià est magis informatus, cum
hæc omnia gesta fuerint coram ipso; Tum etiam quia
tanquam inductus ab Alexandro, contra inducentem
plenè probat, *gloss.in l.si Testibus verb.excipere C.de Test.Abb.in cap.præsentiam num.6.eodem situl.Honded. cons.84. num.50. lib.2. Rota in Romana fideicommissi de Ferratinis 15.Martij 1658.§.quo vero in fine coram Reuerendiss.Papien.*

Additur quod schedula non fuit scripta, neque sub-
10 scripta à Testatrice, quæ scribere non ignorabat im-
mò verisimiliter neque fuit ad eadem dictata, dum
ibidem enunciatur Cassandra filia Mutij, & tamen eius
pater vocabatur Constantinus, vt ex fide Baptismi
Summ.Salucci num.6. huiusmodi enim error nominis
paterni ostendit testamentum non fuisse scriptum ad
sui dictamen, cum sit nimis inuerisimile ipsam errasse
in nomine proprij parentis, maximè cum de proximo
in instrumento dotali celebrato per sex menses ante
cum Alexandro filiam Constantini se fecit, *Summ. impresso num.1. in principio*; ideoque nimis dubutari
potest de scientia Testatricis contentorum in Testa-
mento *Spad. d. cons.92. ante num.1. vers. de qua hodie,*
firmata ex prædictis nullitate Testamenti, parum refert
quod non agatur de institutione hæredis nec de toto
asse hæreditario sed duntaxat de simplici legato, quia
11 de iure non debetur legatum ex testamento nullo, &
inualido *l.Titia ff.de inoff.Testam. & l.si non iure C. de Testam. manumiss.cum vulg.* parumque refert, quod
Iacobus Constantinus institerit coram iudice pro il-
12 lius apertione, quia non exinde aliqua approbatio
desumi valet, cum potius ex effectu subsequuto videa-
tur aperitio petita ad effectum illud reprobandi, vt in
puncto aduertit *Cyriac.contr.444num.127.*

Quartum verò dotale Domini censuerunt deberi,
13 quia Alexander fundatā habet intentionē *in Stat.Vrb. cap.131.lib.1.*& in pacto de illud lucrando ad formam
statuti apposito in instrumento dotali *d.Summ.num.1.*
non obstante oppositione, quod statuti dispositio in-
14 trare non possit per existentiam Iacobi Constantini
filij prioris matrimonij, ex quo non videatur proce-
dere in casu mixto *ex decis.255.p.4. diuers. & alijs per Saluccium relatis.*

Quia huiusmodi auctoritates loquuntur in casu,
15 quo defuncta Vxore Maritus per existentiam filiorum
communis matrimonij integram dotem consequi præ-
tendat vigore statuti in præiudicium filiorum prioris
matrimonij tunc enim quia statutum non derogat dis-
positioni *l. hac edictali C: de secund.nupt.* merito ob si-
mile præiudicium dd. filiorum non est attenden. at in
præsenti Alexander petit duntaxat quartam partem
dotis, nempe scut.1500.ex quo nulli filij supersunt ex
vltimo matrimonio, & propterea cum hæc quantitas
attento asse hæreditario Cassandræ in scut. 9000. nul-
lam pariat inæqualitatem erga filium prioris matri-
monij, qui valdè maiorem summam consequitur,
16 quam ipse vitricus vtique pro hac quantitate, quæ
non aduersatur dispositioni *dict.l.hac edictali* benè po-
test fauore eiusdem Alexandri procedere statutum, vt
tradunt *Soccin.Iun.cons.70.num.2.vol.2.Surd.cons.423 num.10.Bursatt.cons 212. num.13.& pluribus congestis firmauit Rota in Romana successionis 14.Iunij.1647.coram Card.Corrado §.deinde.* Et ità vtraque &c.

ROMANA SEPARATIONIS THORI.

Ven.14.May 1666.

ARGVMENTVM.

Vxor agens ad separationem Thori, & à viro recedens
quando constat de matrimonio legitime contracto, &
est dubium an iuxte vel iniuste recesserit interim con-
sequi debet alimenta, & sumptus litis ex veriori DD.
sententia, sicut etiam illa consequi debet quotiescumque obtinuit commissionem à signatura sanctissi-
mi, cum *clausula subministratis prius alimentis, & sumptibus litis &c.*hæc autem alimenta Iudicis arbi-
trio taxantur secundum casuum contigentiam, &
circumstantias facti reiecta opinione *Masuer.*illa re-
stringente ad quartam partem fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor recedens à marito & agens ad separationem Thori quando constat de matrimonio legitime contracto, & est dubium an iuste, vel iniuste recesserit antequam super hoc cognoscatur, interim consequi debet alimenta & sumptus litis.*

2 *Vxor agens ad separationem Thori si obtinuerit à Signatura Sanctissimi commissionem causæ cum clausula* subministratis prius alimentis, & sumptibus litis *absque difficultate ea consequi debet.*

3 *Taxatio alimentorum, & sumptuum litis vt plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.*

4 *Taxatio alimentorum restricta ad quartam partem fructuum iuxta opinionem* Masuer.*à Rot.non approbatur*

5 *Taxatio alimentorum semper diuersimode facta fuit à Rota secundum casuum contingentiam, & circumstantias facti.*

DECISIO DCCCLV.

Lite introducta ab Vxore contra maritum super sepa-
ratione Thori prætextu eius sæuitiæ coram R.P.D.
Falconerio Locumtenente Eminentiss.D.Card.Vicarij
eius auctoritate recessit à marito, & monasterium in-
gressa est, interim verò dum huiusmodi causa coram
eo agebatur superuenit commissio manu Sanctissimi si-
gnata, vt idem Iudex in hac causa procederet de voto
Rotæ *subministratis alimentis, & sumptibus litis arbitrio Rotæ taxandis*, vnde vigore huius rescripti Vxor
petebat alimenta, & sumptus litis super quo proposito
dubio DD. dixerunt deberi in summa; de qua infra.

Quod debeantur, nulla subest difficultas, quia
ex veriori Doctorum sententia vxor agens ad separa-
tionem Thori, quando constat de matrimonio legiti-
1 me contracto, & pendet lis super separatione, & est
dubium an iuste vel iniuste recesserit, antequam super
hoc cognoscatur, interim consequi debet alimenta, &
sumptus litis *iuxta vulg.decis.Afflict.10.cum alijs per Surd.de alim.tit.1.quæst.18.num.4.5.& 6.& dixit Rota coram Pen.decis.1051.num 4.& decis.1346.num.6.*sed
2 in casu præsenti de præstatione non est ambigendum
stante dicto rescripto, quod vim habet præcisæ dispo-
sitionis circa illorum præstationem, & arbitrium Ro-
tæ versatur tantum super taxatione quantitatis, *iuxta decis. Coccin. 390. numer. 1. & in his terminis Merlin. decis.7.num.5.*

Ideoque cum in hac materia non possit dari certa
regula, & hoc plurimum pendeat ab arbitrio iudicis,
3 vt decisum fuit *in Bituntina separationis Thori 1.Aprilis 1596.coram Card.Hieronymo Pamphilio*, quam re-
fert, & sequitur *Merlin. d. decis. 7.* reiecta opinione
Masuer. restringentis taxam alimentorum ad quar-
4 tam partem fructuum, vt tradit *Molin.de primog.Hispan.lib.2.cap.16.num.47.* cum alijs relatis *a Fontanell. de pact.nupt.claus.6.gloss.2.p.3.num.64. & Rota* semper
5 diuersimodè iudicauerit secundum casuum contingen-
tiam, & circumstantias facti, Domini in præsenti ar-
bitrati sunt posse taxari alimenta, & sumptus litis in
scutis 15. quolibet mense attenta dote recepta à Ma-
rito scutorum 5500. quæ pro summa scutorum 5000.
& amplius est fructifera, vt interim Vxor degens extra
domum

domum Viri alatur, & sumptus in parandis probationibus facere possit.

Et ità resolutum vtraque &c.

VALENTINA ANNATARVM.

Veneris 4. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Episcopus habet potestatem condendi constitutiones in propria Diœcesi seruandas, quę si onus aliquod imponant Beneficiatis, & fuerint de consensu totius Capituli promulgatæ validæ reputantur, & de iure seruari debent, accedente maxime confirmatione Apostolica, & earum approbatione in Diœcesana Synodo facta cum subsequuta obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet potestatem condendi constitutiones à Clericis in sua Diœcesi seruandas, quæ si de consensu totius capituli promulgatæ fuerint validæ reputantur & de iure seruari debent.*

2 *Constitutiones ab Episcopo conditæ multo magis seruari debent per subditos illius Diœcesis si Apostolica auctoritate fuerint confirmatæ, & in Diœcesana Synodo executioni demandatæ.*

3 *Obseruantia longæua constitutionum Episcopalium earum validitati robur adiungit.*

4 *Sententia etiam sine actis probat si versemur in antiquis*

5 *Testes plenè probant contra inducentem.*

6 *Testes interesse habentes, & qui ex eorum depositionibus commodum referre possent, non probant,*

7 *Testes deponentes super negatiua, non probant nisi illam coarctent.*

DECISIO DCCCLVI.

IN Metropolitana Ecclesia Valentina cautum reperitur per Constitutionem antiquissimam editam vsque de anno 1358. vt de quibuscunque dignitatibus, alijsq; beneficijs dictæ Ecclesiæ, vel Diœcesis, *Dummodo beneficia simplicia non fuerint, vel pro defunctis instituta, vel etiam per permutationem vacantia*, soluatur Fabricæ eiusdem Ecclesiæ integra annata si huiusmodi beneficia fuerint in decima taxata, & sola medietas si taxata non fuerint; Quià verò nonnulli Rectores solutioni præfatæ se opposuerunt, ideò instructo iudicio ad instantiam Capituli in partibus dicti Rectores fuerunt condemnati per sententiam officialis, & Vicarij Valentini latam de anno 1658. successiuè confirmatam 1659. per D. Nuntium Hispaniarum, & nuper causa per appellationem ad Rotam deuoluta, dedi dubiũ an debeantur annatæ, vel respectiuè mediæ annatæ quod ad eiusdem constitutionis formam hodiè fuit affirmatiuè resolutum.

Siquidem clara sunt verba constitutionis præfatæ circa solutionem annatarum, vt in *Summ. num. 1.* quæ cum fuerit promulgata ab Archiepiscopo Valentino

1 de consensu totius Capituli valida reputatur, & de iure seruari debet; Nàm de eius potestate in condendis huiusmodi constitutionibus in propria Diœcesi seruandis non est ambigendum ex traditis per *Doct. in cap. 2. vbi gloss. de maiorit. & obed. & cap. 2. de constitut. in 6. & in his terminis de mente Sacr. Congregationis Concilij firmat, Garz. de benef. par. 3. cap. 2. sub num. 198. vers. Ad nonam, & part. 8. cap. 1. num. 88.*

Præcipuè quià Apostolica auctoritate confirmata

2 *Summ. num. 3. Rota decis. 24. num. 2. part. 2. recent.* & in Synodo Diœcesana anni 1566. illius executio demandata fuit *Summ. num. 7.* certum est enim ad decreta, & constitutiones in Synodo factas, omnes Clericos ratione consensus teneri per *text. in cap. cum omnes 6. de constis Ferrett. cons. 368. n. 16. vers. Quibus tamen non obstantibus, Bero. cons. 3. num. 30. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. §. Primo, n. 20. Card. Mantic. dec. 229. n. 4. Buratt. dec. 852. n. 3.*

Quæ facilius procedunt attenta illius longæua obseruantia comprobata tum ex publicis, & authenticis

3 scripturis, tum etiã ex testium depositionibus, ex quibus patet annatas controuersas verè & cum effectu pluribus ab hinc annis fuisse solutas, Nàm vltra quietantias relatas *in Summ. n. 11.* incipientes ab anno 1559. vsque ad annum 1581. duæ exhibentur sententiæ latæ ad fauorem Capituli contra Rectores altera de anno 1579. & altera 1585. *Summ. num. 9. & 10.* Licèt enim

4 regula sit, quod sententia sine actis non probet, *leg. si cum nulla, ff. de re iudic.* recipit tamen limitationem, vbi prout hic, versamur in antiquis, vt in his terminis dictum fuit *in Vasionen. Prioratus 4. Maij 1665. §. Sed etiam coram R. P. D. meo Albergato.*

Ex testibus verò duo dantur *in Summ. num. 12.* qui deponunt de facto proprio, ipsos nempè soluisse mediam annatam in manibus Capitularium, qui testes

5 tanquam inducti pro parte Rectorum contra ipsos inducentes plenè probant, *Socc. iun. cons. 64. num. 12. lib. 1 cum allegatis in Valentina Parochialis de Moncada 28. Iunij 1647. §. Insuper in fin. & in Hispalen. decimarum 26. Iunij 1649. §. Denique coram me.*

Cæteri verò testes deponentes de non solutione annatę, vel mediæ annatæ, aut nõ aduersantur cum eorum dicta possint vereficari in beneficijs exceptis in allegata Constitutione nempè in simplicibus, in vacantibus per permutationem, & institutis pro defunctis; Aut

6 non releuant; Tùm quià omnes sunt Rectores, qui proindè referrent commodum ex eorum depositionibus; Vndè ratione proprij interesse à testimonio repelluntur, *Rota coram Gregor. decis. 475. num. 9.* Tùm etiam quià deponentes super negatiua non probant

7 nisi expressè illam coarctent, vt *in Perusina bonorum Sancti Archangeli 23. Ianuarij 1665. §. Prout non releuant coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ità altera, &c.

MELEVITANA, SEV PERVSINA BONORVM.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditũ ab Equite Hierosolimitano quod iuxta stabilimenta Religionis non valeret, sustinetur dum non constat de valida professione expressa Testatoris; Quæ quidem professio inualidatur ob defectum Nouitiatus ex dispositione *Sac. Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de Regular.*

SVMMARIVM.

1 *Eques Hierosolimitanus professus non potest absque legitima facultate disponere de bonis suis.*

2 *Nouitiatus defectus reddit nullam professionem expressam, multoque fortius, & tacitam.*

3 *Nouitiatus Equitum Hierosolimitanorum vt sit validus debet fieri in Conuentu Melitæ.*

4 *Minor quindecim annorum non est aptus incohare neq; perficere Nouitiatum.*

5 *Libri Religionis Hierosolimitanæ probant negatiuam non residentię Equitum.*

6 *Tempus anni Nouitiatus debet esse continuum, & non sufficit coniungere priora tempora cum secundis.*

7 *Relatio Notariorum de mandato Iudicis prænia partis citatione deputatorum pro inspiciendis libris benè probant.*

8 *Professio tacita excluditur ex contraria animi declaratione.*

9 *Consensus tacitus cessat per expressum dissensum.*

DECISIO DCCCLVII.

REsolutum fuit dandam esse immissionem D. Marchioni Coppulo in bonis hæreditarijs q. Equiris Iacobi de Vinciolis, quià cum habeat pro se testamentum non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte

parte viciatum, & bonorum identitas non controuertatur, intrat remedium *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Non vrget vnica exceptio, pro parte Religionis
2 Hierosolymitanæ quod scilicet testator fuerit Eques professus, & proinde non potuerit absque legitima facultate disponere de bonis suis, tam ex iuris dispositione *in cap. cum ad Monasterium in fine de stat. Monach.* quam ex stabilimentis Religionis *tit. 16. cap. 10.*

Quia de tali professione nullo modo docetur, nam expressa non adest, & tacita desumpta ex pluribus actibus gestis, nedum ex parte testatoris, sed etiam ex parte Religionis, vt in eius *Summ. num. 2. 3. 6. & 7. cum*
3 *tribus seqq.* non suffragatur, ob Nouitiatus defectum, qui eum valeat reddere nullam professionem expressam, ex dispositione *Sac. Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de Regular.* Ità & multò fortius potest tacitam inualidare, vt in his terminis dixit, *Rota in Meleuitana nullitatis professionis* 13. *Ianuary* 1653. *§. Actus verò adducti coram Reuerendiss. Abulen. cum allegatis in Parmen nullitatis professionis* 11. *Februarij* 1664. *coram R. P. D. meo Beuilaqua, §. Et eo minus.*

Defectus autem Nouitiatus probatur ex eo, quod
3 cum debeat fieri in Conuentu Melitæ, vt cauetur in *Statut. Relig. tit. de recept. fratr. cap.* 8. nullatenus constat Equitem Vineiolum in Conuentu permansisse per tempus sufficiens; Licèt enim appareat fuisse Ephebum Magni Magistri, & resedisse à die 10. Iulij 1620. vsque ad diem 2. Augusti 1621. non potest tamen hoc tempus computari pro sufficienti anno probationis, cùm tunc esset minor 15. annorum, vt ex fide baptismi
4 *Summ. Marchionis, num. 8.* & sic non aptus ad inchoandum, & perficien. Nouitiatum ad quem non poterat admitti quamuis esset Ephebus nisi post annum decimum quintum iuxtà dispositionem eorundem Statutorum *eod. tit. 2. de recept. Fratr.* §. 32. ibi: *Sinche habbino compita l'età loro di* 15. *anni dopo la quale debbano vscire di Paggi, & essere ammessi à far l'anno dell' approbatione, e Nouitiato.* Dempto autem hoc tempore deficit quidem annus probationis, quià Vineiolus posteà non resedit nisi per modicum temporis spatium, nempè per menses tres, & dies 19. vt patet ex
5 partitis Librorum Religionis dicto *Summario, num. 7.* in quibus eum soleat adnotari accessus, & recessus, ac residentia Equitum, ex inde desumitur concludens probatio negatiuæ, vt in alia *Meleuitana nullitatis professionis* 24. *Ianuarij* 1659. *coram Reuerendiss. Papien.* §. *Quouerò ad secundum discessum.*

Quæ quidem tempora non possunt insimul coniun-
6 gi ad effectum perficiendi integrum annum, cùm certum sit Nouitiatum debere esse continuum, itavt non sufficiat coniungere priora tempora cum secundis *cap. ad Apostolicam* 16. *de Regular. Lap. alleg.* 46. *num.* 1. *& duob. seqq. & plenè firmatum fuit in Burgen. nullitatis professionis* 16. *Aprilis* 1649. *coram Arguelles*, §. *Enim verò.*

Præterea pro exclusione tacitæ professionis animaduersum fuit, quod Soldea, quæ ab Ærario Religionis
7 solet quolibet anno præstari militibus, Capellanis, & Nouitijs nunquam fuit soluta Vinciolo, vt patet ex relatione Notariorum de mandato Iudicis præuia partis citatione deputatorum pro inspiciendis libris Religionis dicto *Summ. num.* 3. 5. 7. Et insuper ex testibus relatis dicto *Summ. num.* 10. & alijs in *Summ. responsionis, num.* 3. constat eundem Vineiolum per decennium ante eius obitum nunquam gestasse habitum gestari
8 solitum à professis, ipsumque pluries declarasse se non Equitem professum, itavt si non fuisset podagræ morbo detentus vxorem ducere voluisset: Ex hac enim
9 expressa animi declaratione videtur excludi professio,

cum expressus dissensus faciat cessare consensum tacitum, & præsumptum, vt in his terminis, *Rot. dec.* 179. *num.* 1. *&* 2. *part.* 4. *& decis.* 94. *num.* 4. *par.* 9. *recent.*

Et ità vtraque, &c.

PAMPILONEN. VICARIÆ.

Lunæ 17. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Ius nominandi Vicarium, qui curam exerceat vigore vnionis pertinet ad Prælatum Ecclesiæ cui beneficium reperitur vnitum, & quidem cum facultate illum ad nutum amouendi. Vnionem Ecclesiæ ad alteram pleno iure spectantis non excludunt actus iurisdictionales ab Episcopo facti in Ecclesia vnita, cum Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus habeat generalem iurisdictionem super omnibus Ecclesijs eius Diœcesi subiectis, & facultatem eas omnes visitandi, in quam facultatem tamquam perpetuò iure delegato Episcopis attributam Sede vacante Capitulum quoq; succedit.

SVMMARIVM.

1 *Vnio tribuit ius Prælato Ecclesiæ, cui altera vnita est deputandi Vicarium, qui in Ecclesia vnita curam exerceat.*
2 *Vnio tribuit ius Prælato Ecclesiæ principalis nominandi Vicarium ad Ecclesiam vnitam, & quidem ad nutum amouibilem.*
3 *Vnio, virtute cuius Ecclesia vnita pleno iure spectat ad Prælatum Ecclesiæ principalis nullum affert præiudicium Episcopo super iurisdictione generali quam habet in Ecclesia vnita.*
4 *Episcopus tamquam Delegatus Apostolicus habet facultatem Ecclesias etiam Regularium visitandi, quibus cura animarum adhæret, quæ tamen facultas nullum vnioni Ecclesiarum infert præiudicium.*
5 *Facultas visitandi Ecclesias Episcopo competens tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, Sede vacante, transit in Capitulum.*

DECISIO DCCCLVIII.

PEr duas sententias Rotales alteram *bon. mem. Leonis Verospij, & alteram R. P. D. mei Otalora*, confirmata fuit sententia ordinarij Pampilonæ in ea parte, qua dictum fuerat licuisse, & licere Abbati, & Monasterio S. Saluatoris de Vrdax ordinis Præmonstraten. deputare Vicarium Ecclesiæ Parochialis loci de Elizondo sæcularem, vel regularem eius arbitrio, & præuia reuocatione secundæ partis dictæ sententiæ ordinarij declaratum fuit Vicarium siuè sæcularē, siuè regularem posse ad libitum Abbatis amoueri; Postmodum verò commissa mihi causa per Signaturam cum clausula *Sine præiudicio trium conformium in ea parte, quæ sunt conformes*, dedi dubium an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & pro illius confirmatione respon sum fuit:

Etenim illius validitas ex actorum reuolutione conuincitur, iustitia verò resultat ex pluribus decisionibus in causa factis, nempè 3. *Martij* 16. *Iunij &* 28. *Nouembris* 1664. *coram Verospio*, & 24. *Aprilis*, ac 19. *Iunij* 1665. *coram R. P. D. meo Otalora*, in quibus cùm plenè firmatum fuerit curam animarum, & Parochialitatem Ecclesiæ Oppidi de Elizondo esse vnitam pleno iure tàm in temporalibus, quam in spiritualibus
1 Monasterio de Vrdax, vtique ad eius Abbatem spectare debet ius deputandi Vicarium, qui curam ibidem exerceat, vt *in Pampilonen. Vicariæ de Stella* 16. *Iunij* 1642: §. *Cum enim coram me*, & quidem cum facultate illum ad nutum amouendi, quià nominatio huiusmodi Vicariorum amouibilium ad nutum pertinet ad
2 Prælatum Monasterij, cui beneficium reperitur vnitū, ex traditis per *Garz. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 93.*

 quem

quem refert, & sequitur *Barbos. de iur. eccles. vniuers. lib.3.cap.6.num.63.*

Cui quidem vnioni latè in præcedentibus decisionibus comprobatę non repugnant actus iurisdictionales in eadem Ecclesia gesti per Episcopos Pampilonæ; Quiá vt benè aduertitur in *decisione 24. Aprilis 1665. §.In primo* exercitium iurisdictionis Episcopi non repugnat vnioni præfatæ, cum possit stare simul, quod Parochialis sit pleno iure vnita Monasterio quoad cu-
3 ram Animarum, & Episcopus habeat in Ecclesia iurisdictionem ea ratione, quiá per vnionem non præiudicatur Episcopo in iuribus suis, vt tradit *Rebuff. in prax. tit. de vnion. benef. gloss. 11. num. 13. Boer. dec. 346. num. 2. versic. Et ratio est, & Rota in recentior. decis. 69. num. 7. part. 1.*

Sicuti non releuant visitationes, aliique actus exerciti per eundem Episcopum concernentes curam animarum; Non enim ex his excluditur vnio, cùm Episcopus possit Ecclesias etiam Regularium, quibus cura Animarum inhæret visitare tanquam Sedis Apo-
4 stolicæ delegatus vigore *Concil. Trident. sess. 7. cap. 7.* & respondendo huic obiecto dictum fuit in *decisione 3. Martij 1664. §. Hanc vero, & 19. Iunij 1665. §. Non primus.*

Parum obstante quod Sede Episcopali vacante visitauerit quoque Capitulum mediante eius Vicario Capitulari; Quiá cùm facultas visitandi iure delega-
5 to sit perpetuo attributa Episcopis benè potuit Capitulum sede vacante in ea succedere, vt distinguendo inter facultatem temporalem, & perpetuam relatam, *P. Molin. de iust. & iur. tom. 6. tract. 5. disput. 11. num. 7.* tradit, *Barbos. de Canon. & dignit. cap. 42. num. 107.* & in his terminis quod Capitulum possit visitare vigore Concil. Sede Episcopali vacante dixit, *Rota in Pampilonen. iuris visitandi coram Merlin. decis. 84. & decis. 101. per tot.*

Et ità altera tantum, &c.

ROMANA DONATIONIS.

Merc. 9. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Remissoria etiam in causis prophanis denegatur stante irreleuantia materię articulatæ, nec vnquam conceditur ad probandum id, quod potest per scripturas iustificari. Compulsoria quoque concurrente irreleuantia non datur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad probandum per testes, quod potest probari per scripturas.*

2 *Remissoria ex capite irreleuantiæ etiam in prophanis denegatur.*

3 *Iudex non indiget testium depositionibus ad decidenda ea quæ iuris sunt, & à solo Iudicio dependent.*

4 *Remissoria non conceditur in materia subtractionis scripturarum, nisi concurrat magnus fumus veritatis materiæ articulatæ.*

5 *Compulsoria ad hoc vt obtineatur docendum est de releuantia iurium, pro quibus petitur.*

DECISIO DCCCLIX.

FRanciscus de Rodes comprehensus in fideicommisso ordinato per Ioannem tanquam Pronepos descendens ex Michaele secundo genito eiusdem testatoris petijt immissionem super domo fideicommissaria retenta per Catharinam de Rodes, illamque per duas sententias obtinuit prius coram D. Auditore Auenionis, & posteà in *Rota coram R.P.D. meo Emerix.* Prætendente autem Catherina huiusmodi domum ab ipsa detineri liberam ab onere dicti fideicommissi vigore Legati facti per Franciscam de Lopes vxorem testatoris fauore Bernardini tertio geniti, à quo ipsa descendit, super pluribus articulis nuper exhibitis petijt remissoriam, & insuper compulsoriam specialem pro extrahendo secundo testamento eiusdem Franciscæ, sed neutram esse concedendam hodie Rota respondit.

Respectu enim primi, & secundi articuli, vbi ponitur, quod Ioannes testator in codicillis reliquerit domum quoad vsumfructum Franciscæ eius vxori, & quoad proprietatem vni ex tribus filijs ab ea vxore nominandis, quodque ipsa de anno 1587. reuocando aliud testamentum prælegauerit eandem domum Bernardino remissoria concedi non debet, cum totum id
1 probari possit per vtrumque testamentum Ioannis, & Franciscæ, tritum est enim remissoriam non concedi ad probandum per testes quod potest probari per scripturas *iuxtà decis. Bellamer. 9. num. 1. de rescript. Card. Caual. decis. 87. num. 1. & in Palentina decimarum 24. Ianuar. 1656. §. Quoad primum coram me.*

Quatenùs verò tertio loco articulatur, quod dum Francisca voluit prælegatum domus esse præcipuum Bernardini vigore dictionis *Pracipuum*, iuxtà communem vsum loquendi in Ciuitate Auenionis, intelligi debeat, vt domum ipsi prælegauerit liberam, & francam ab omni onere etiam fideicommissi, quiá admissa etiam hac probatione cum Francisca esset simplex vsufructuaria domus præfatæ eius vita durante non videtur potuisse per suam dispositionem præiudicare in proprietate fideicommissarijs venientibus independenter ab ipsa ex eorum propria persona vigore
2 testamenti Ioannis; Ex capite namque irreleuantiæ etiam in prophanis remissoria concedi non solet, *Buratt. decis. 357. num. 4. & in Pampilon. Vicariæ de Stella 3. Iunij 1643. §. Attamen coram me.*

Quartus, & quintus articulus continentes, quod cùm Authores Francisci de Rodes fuerint hæredes Franciscæ de Lopes, & nullum inuentarium confecerint, hinc fuerint confusæ actiones, & per consequens idem Franciscus teneatur seruare factum defunctæ nec valeat super domo controuersa aliquod petere fideicômissum; Verùm cum hoc nô respiciat aliquod factum,
3 quod subiaceat oculis, seù notitiæ testium non est locus remissoriæ; Ea enim quæ iuris sunt, & à solo iudicio dependent Iudex propria peritia ex legis dispositione decidit, non autem iuxtà testium opinionem, & credulitatem per *text. in cap. 1. de confess. in 6. Rota in recent. decis. 252. num. 4. & 5.* cum alijs allegatis *in Valentina Parochialis 23. Ianuarij 1645. §. Calumniosus coram me.*

Irreleuantes quoque visi fuerunt cæteri quatuor articuli, in quibus ponitur, quod secundum testamentum Franciscæ conditum de anno 1587. fuerit productum in actis per Pompeum de Rodes, & posteà ab eodem Pompeo subtractum ponendo, in eius locum primum testamentum anni 1580. Quiá cum Franciscus nullam habeat causam ab eodem Pompeio, nec prosequatur iudicium ab ipso inchoatum, sed nouum iudicium ex propria persona tanquam vocatus ad fideicommissum Ioannis intentauerit, nullum debet præiudicium sentire ex gestis à tertio in causa diuersa;
4 Vltra quod in hac materia subtractionis scripturarum in actis productarum tanquam obiectiua non admittitur examen nisi concurrat magnus fumus materię articulatæ ex congestis *in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram me, & in Assisien. oblationum 28. Iunij 1662. §. Alij pariter coram R.P.D. meo Albergato.*

Quoerò ad compulsoriam specialem Domini illam denegarunt, quiá ex superius firmatis parum videtur releuare ad effectum, de quo agitur testamentū
5 Franciscę, pro cuius extractione illa fuit petita, deficiente enim releuantia cessat alterum ex requisitis ad com-

compulsoriam obtinendam necessarijs, vt tradit *Scacc. de Iudic.lib.2.cap.11.num.803.Merlin.decis.596. n.1.* Et ità vtraque &c.

PORTVEN. TENVTARVM.

Ven.18.Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica non possunt alienari, vel in Emphyteusim perpetuam concedi, nisi copulatiuè concurrant Beneplacitum Apostolicum, & iusta causa necessitatis; & euidentis vtilitatis; de huiusmodi autem solemnitate dubitari non potest stante confirmatione Pontificis in forma specifica facta, quæ talis dicitur, quotiescumque in gratia registratus fuerit tenor instrumenti concessionis. Concessio facta de bonis Ecclesiasticis in emphyteusim perpetuam, & inconcussè obseruata per longum tempus habet pro se præsumptionem, quod fuerit vtilis Ecclesiæ, itaut asserenti contrarium incumbat onus illud per plenas, & concludentes probationes iustificandi.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiastica non possunt alienari, vel in emphyteusim perpetuam concedi, nisi copulatiuè concurrant, & beneplacitum Apostolicum, & iusta causa necessitatis vel euidentis vtilitatis.*

2 *Confirmatio concessionis bonorum Ecclesiæ in Emphyteusim perpetuam à Pontifice facta in forma specifica supplet omnes solemnitates ad eam requisitas, & perinde est, ac si ab eodem Papa fuisset facta noua concessio.*

3 *Canonis augumentum ferè ad medietatem factum in concessione Emphyteusis arguit contractum fuisse vtilem Ecclesiæ.*

4 *Emphyteusis per longum tempus inconcussè obseruata habet pro se præsumptionem, quod fuerit vtilis Ecclesiæ, ita vt asserenti contrarium incumbat onus concludenter iustificandi.*

5 *Præsumptio quod emphyteusis fuerit vtilis Ecclesiæ ex longa obseruantia deducta, non eliditur per contrarias probationes dubias, sed tantummodo per necessariò concludentes.*

6 *Læsio, seu non vtilitas Ecclesiæ debet præcisè probari de tempore ipsius contractus.*

7 *Præscriptio 40. Annorum obstat Ecclesiæ agenti ex remedio Cau. reintegrandæ.*

DECISIO DCCCLX.

Qvinque Tenutas spectantes ad Monasterium, & Abbatiam S. Sabæ vulgariter appellatas, *il Quarto di S. Sauo Monte Maria grande, Monte Maria piccolo, il Quarticciolo di Palo Vicarello* Cardinalis Innocentius Cybo eiusdem Monasterij, & Abbatiæ Commendatarius concesserat in emphyteusim anno 1521. q. Felici de Ruuere Vrsinę ad tertiam generationem masculinam pro annuo canone ducatorum 757. de carolenis nec non rubrorum 38. ordei, & sex frumenti; Verùm ex capite non solutionis canonis, & alienationis irrequisito domino factæ in Petronios, & Catalanos per Franciscum, & Hieronymum de Vrsinis idem Cardinalis Commendatarius iudicium instituit super deuolutione contra dictos tertios possessores, ac etiam contra Paulum Iordanum Nepotem dictæ felicis, & licet Paulus Tertius motu proprio litem extinguendo præterquam super canonibus decursis dictam concessionem confirmauerit, illamque approbauerit vti factam in euidentem vtilitatem monasterij *Summar. D. Ducis num.1.* obtenta tamen à Summo Pontifice Iulio Tertio reductione dicti motus proprij ad viam iuris ad instantiam Cardinalis de Monte successoris in dicta Abbatia, plures emanarunt sententiæ ad fauorem Monasterij cum condemnatione possessorum ad fructus prætentos, & illarum vigore fuit quoque expeditum coram bon. mem. Puteo mandatum de reintegrando sub die 10. *Decembris* 1550.

Atquia successiuè de anno 1551. idem met Cardinalis de Monte transigendo cum Paulo Iordano, Petronijs, & Catalanis easdem tenutas in Emphyteusim perpetuam illi concessit pro annuo canone scut. 1200. monetæ si dd. Petronij, & Catalani infra decem annos cederent eorum iura eidem Paulo Iordano, ipsi censeretur facta tota concessio dd. Tenutarum, ideo cum superuenerit cessio infra decem annos ad fauorem eiusdem Pauli Iordani, & tenutæ præsatæ per ipsum, ac eius successores fuerint vsque adhuc possessæ.

Hodie Collegium Germanicum de Vrbe, cui Abbatia S. Sabæ reperitur vnita insurrexit contra D. Ducem Brachiani opponendo de nullitate dictæ secundæ concessionis factæ per Cardinalem de monte, & obtinuit disputari dubium, an constet de nullitate inuestituræ anni 1551. itaut eidem Collegio sit danda reintegratio, & Domini responderunt non constare de nullitate ad effectum reintegrationis.

Quamuis enim bona Ecclesiæ non possint alienari, vel in emphyteusim perpetuam concedi nisi copulatiuè concurrant solemnitas consistens in Beneplacito Apostolico, & iusta causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis, ad tradit *per Dec. in Auth. qui rem num. 22 ibi Cagnol. num. 59. C. de Sacros. Eccles. Decian. cons. 73. num. 43. lib. 2. Rota in Bononien. inuestiturarum 14. Aprilis 1660. §. fundamentum coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

In Præsenti tamen dubitari non potest de solemnitate stante amplissima confirmatione Iulij Tertij, data *in d. Summ. D. Ducis num. 7.* quæ emanauit in forma specifica, & ex certa scientia eiusdem Pontificis, cum in gratia fuerit registratus tenor instrumenti concessionis, iuxta *gloss. in cap. Pastoralis §. Præterea verb. ex certa scientia de offic. deleg. Gabr. cons. 183. num. 14. lib. 2. Merlin. decis. 743. num. 2.* & perinde est, ac si ab eodem Papa fuisset facta noua concessio, vt prosequitur *Rota coram Merlin. d. decis. 743*

Causa euidentis vtilitatis desumitur ex eo, quod bona controuersa fuerunt per Cardinalem Cybo antecedenter in emphyteusim concessa pro annuo canone ducatorum 757. de carolenis, & rubr. 38. ordei, & sex frumenti; in hac verò secunda inuestitura fuit auctus canon vsque ad scuta 1200. monetæ Parum obstante, quod dicta concessio fuisset restricta ad tertiam generationem masculinam; secunda vero legatur facta Don Paulo Iordano pro descendentibus masculis in perpetuum, quia attento dicto notabili augumento canonis fere ad medietatem, contractus debet reputari vtilis Ecclesiæ, cui forsan magis expediebat reddere perpetuam huiusmodi certam responsionem, quam sub incerto reditu retinere bona incorporata cum alijs tenimentis DD. de Vrsinis, cum hæc secunda concessio, quæ confirmationis Apostolicæ robur obtinuit, fuerit inconcussè obseruata per longum tempus vltra sæculum habet D. Dux reus, & possessor præsumptionem pro se, quod fuerit vtilis Ecclesiæ, itaut contrarium asserenti incumbat onus iustificandi per plenas, & concludentes probationes ex doctrina *Bald. in cap. 1. de bis, qui de feud. dar. poss. Alex. cons. 79. sub num 6. in fine vers. fortificatur quia lib. 2. Dec. cons. 142. sub num. 1. vers. Accedit etiã Paris. cons. 24. num. 5. lib. 4. plenè Surd. cons. 281. num. 36. vers. remouetur etiam, & cons. 149. num. 20. Rota decis. 221. num. 1. p. 4. diuers. coram Card. Mantic. decis. 101. num. 3. Card. Mellin. decis. 119. num. 3. & 4. in recent. decis. 684. num. 1. & 2. p. 2. decis. 94. num. 10 p. 7. & in Romana præsensę deuolutionis Palatij 7. Iunij 1658. §. non obstat, & in Bonon. bonorum emphyteuticorum*

rum 1. Iunij 1665. §. neè resistit vers. Placuerunt Dominis coram R.P.D. meo Albergata.

Tales autem non sunt probationes Collegij siue desumantur ex solutione scutorum 16. mil. facta Cardinali de Monte in actu secundæ concessionis, siue ex successiuis locationibus earundem tenutarum.

Nam respectu dictæ solutionis obiectum corruit ex facto, tum quia non subsistit illam fuisse factam pro solis fructibus cum idem Cardinalis liberauerit Paulum Iordanum, Petronios, & Catalanos ne dùm pro fructibus, sed etiam pro expensis factis pro graui, & diuturna lite remittendo maiorem quantitatem, vt in instrumento dato pro parte Collegij impresso *sub lit.* B. B. ibi: *Et totum illud plus dd. fructuum, siuè censuum, vel Canonum quodcunque sit &c. ex causa transactionis, & concordia &c. remisit, & condonauit. & pro huiusmodi fructibus, seu censibus, & expensis promisit idem Reuerendiss. D. Card. Commendatarius dictos condemnatos nullo vnquam tempore esse vlterius aliquam molestiam habituros*; Tum etiam quia nullibi legitur solutionem fuisse factam pro fructibus annorum sex, cum potius verba dicti instrumenti indefinitè loquantur de fructibus, seu canonibus præteritis, vt patet ex illius lectura *litera X*, Ideoque potest æquè benè comprehendere fructus, & canones à die primæ concessionis decursos, maximè cum lis fuerit quoque mota ex capite non solutionis canonum, vt legitur in motu proprio Pauli Tertij *anni 1546. d. Summ. D. Ducis num. 1.* & minimè constat illos per anteà fuisse solutos; Et in omnem casum negari non potest quin huiusmodi probatio remaneat valdè dubia, & æquiuoca,
5 & propterea insufficiens ad elidendam præsumptionē vtilitatis superius firmatam, ad quem effectum probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile *Menoch. cons. 114. n. 7. Vrsell. conclus. 85. n. 8 t. Rota coram Card. Seraph. decis. 1073. num. 10. decis. 684. num. 2. p. 2. rec. & in d. Romana pratensa deuolutionis Palatij 7. Iunij 1658. §. duo autem vers. vnde Dominis corā R.P.D. meo Albergato*,

Respectu verò locationum animaduersum fuit, quod plures fuerunt factę de bonis Abbatiæ commixtis cum bonis proprijs authorum D. Ducis, & proinde ex eis desumi non valet aliqua certa probatio fructuum tenutarum de quibus agitur; Aliæ verò tanquam factæ
6 longè post concessionem nō debent ad istum effectum attendi cum læsio, siuè non vtilitas Ecclesiæ debeat præcisè probari de tempore ipsius contractus vt in his terminis *tradit Calderin. cons. 5. de rer. permut. Gratian. discept. foren. cap. 415. numer. 4. coram Cæsar. de Graff. decis. 4. de reb. Eccles. non alien. Card. Seraph. decis. 1307. num. 6. Card. Millin. decis. 135. n. 10. Rota diuers. decis. 18 num. 4. p. 2. in rec. decis. 577. num. 4 p. 1. & in d. Romana pratensa deuolutionis Palatij d. §. Duo autem, & in Romana Domus 13. Ianuarij 1662. §. qua ratione coram eodem R.P.D. meo Albergato.*

Præterea obstat reintegrationi petitę per Collegium cursus temporis annorum 115. remedium enim Can.
7 reintegrandæ iuxtà veriorem sententiam remanet præscriptum contra Ecclesiam spatio 40. annorum, vt in *decis. Card. Seraph. 1360.* quam semper sequuta est *Rota decis. 535. num. 9. p. 4. tom. 3. decis. 81. n. 3. & 4. decis. 139. num. 8. p. 6. rec. in Tiburtina Domus 1. Iulij 1658. §. dicebant coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in Bonon. inuestiturarum 2. Maij 1661. coram R.P.D. meo Taia in fine.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CANONUM.

Lunæ 21. Iunij 1666.

ARGUMENTUM.

In contractu emphyteusis non fit remissio ob sterilitatem contigentem in fructibus, etiamsi canon non sit modicus sed magnus, cum ad istum effectum non attendatur quantitas sed causa, pro qua soluitur canon. Contractus ex quibus dignoscatur emphyteusis, vel locationis, pœna caducitatis iuxta veriorem, non habet locum in contractu locationis etiam ad longum tempus.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteusis contractus ad differentiam simplicis locationis non admittit remissionem canonis ob sterilitatem contingentem in fructibus.*

2 *Emphyteuta non soluit canonem in fructuum recompensationem, sed in recognitionem directi dominij num. 6.*

3 *Dominium directum quod dominus habet in re emphyteutica est indiuisibile.*

4 *Emphyteuta semper tenetur ad integram solutionem canonis non habita ratione sterilitatis, & diminutionis, nisi in totum res perierit.*

5 *Canonis reductio non fit in emphyteusi, etiam si correspondeat fructibus, cum non inspiciatur quantitas, sed causa.*

7 *Contractus in quo canon correspondet fructibus, in dubio existimari debet locationis non emphyteusis.*

8 *Reductio canonis in contractu locationis fit, ob sterilitatem & fructuum diminutionem.*

9 *Contractum esse emphyteuticum desumitur ex verbis instrumenti, & ex conuentionibus, & pactis ibidem adiectis.*

10 *contractus dicitur emphyteusis, vbi concessum fuit nudum terrenum ad meliorandum, & conuentum fuit, vt solutiones deberent fieri pro canone, & non pro censu, & liuello.*

11 *Pœna caducitatis in casu alienationis irrequisita dominio, non conuenit contractui locationis etiam ad longum tempus, sed bene emphyteusis.*

12 *Pactum soluendi canonem absque exceptione etiam deuastationis in totum, ac alterius cuiuscunque casus in contractu emphyteusis appositum validum est, & operatur, vt emphyteuta non possit ex quocunque capite petere reductionem.*

13 *Læsionis exceptio tanquam respiciens diuersam quæstionem, rescissionis scilicet contractus, non attenditur in iudicio reductionis canonis, ab emphyteuta petita ob fructuum diminutionem.*

DECISIO DCCCLXI.

Monasterium, & Monachi S. Pauli de Anno 1610. concesserunt in emphyteusim perpetuam quoddā Terrenum in loco nuncupato *li Monti di S. Paolo* pluribus, & diuersis personis pro annuo canone scutorum duorum pro singula petia terræ cum pacto; quod in termino trium annorum Conductores deberent dictum terrenum excauare, ibique plantare vineas intra triennium *Summ. Monasterij num. 1.* cum autem post vinearum plantationem fuerint soluti canones semper ad dictam rationem scutorum duorum pro singula petia terræ hodie nonnulli ex canonistis instituto iudicio contra Monasterium obtinuerunt à R.P.D. Bulgarino A.C. Locumtenente decretum super receptione canonum ad rationem Iuliorum duodecim pro qualibet petia, vnde commissa mihi causa appellationis à Sanctissimo D.N. cum clausula non retardata integra solutione canonum, & proposito dubio an sit locus reductioni Rota respondit negatiue.

Si quidem versamur in contractu emphyteusis per-
1 petuæ, vbi ad differentiam simplicis locationis ad modicum tempus non fit remissio ob sterilitatem
2 contingentem in fructibus cum enim emphyteuta non soluat canonem in fructuum compensationem,
3 sed in recognitionem directi Dominij, quod est indiui-

uisi-

uisibile, semper ad integram solutionem tenetur, nul-
4 la habita ratione sterilitatis, & diminutionis nisi in
totum res perierit, vt communiter tradunt Bart. in l. 1.
num. 4. C. de Iur. emphyt. ibique Ciu. quæst. 7. Bald. nu. 21.
Salycet. num. 10. Angel. in fin. Ias. num. 17. & seqq. cum
alijs per Valasc. de iur. emphyt. quæst. 27. num. 7. & seqq.
Natt. cons. 49. nu. 23. & 33. Rota coram Card. Seraph. de-
cis. 286. num. 12. & in recent. decis. 699. num. 1. p. 3.

Idque etiamsi canon non sit modicus, nec exiguus
sed magnus correspondens fructibus, quia ad effe-
5 ctum denegandi petitam reductionem non inspicitur
quantitas sed causa, pro qua soluitur, in recognitio-
6 nem scilicet directi Dominij, non autem in fructuum
compensationem, vt dixerunt Alciat. cons. 49. num. 5.
vers. aliam rationem etiam lib. 5. Corbul. de caus. priuat.
ob non solut. canon. num. 1. & 2. cum seqq. Capic. Latr. de-
cis. 18. num. 7. cum seqq. & præsertim num. 11. & 12.

Non obstat quod dum canon correspondet fructi-
7 bus contractus non existimetur emphyteusis, sed loca-
tionis, in qua fit reductio, quia hunc esse contractum
8 emphyteuticum desumitur tam ex verbis instrumenti
Summ. Monasterij num. 1. ibi & in emphyteusim perpe-
9 tuam concessit, quam ex conuentionibus, & pactis in
eodem instrumento adiectis.

Nam præter quod concessum fuit nudum Terrenum
10 ad meliorandum, vt fieri solet in emphyusi, quodq;
explicite conuentum fuit, vt solutiones fieri deberent
pro canone, & nunquam intelligerentur factæ pro
censu liuello, seu responsione Gabr. cons. 84. per tot.
lib. 2. plurimum facit pactum de non alienando cum
11 pœna caducitatis adiecta in casu alienationis factæ
irrequisito Domino, quæ pœna iuxta veriorem sen-
tentiam non habet locum in contractu locationis etiã
ad longum tempus sed bene in contractu emphyteusis
vt restatur Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 2. num. 55. &
seq. Card. Seraph. decis. 313. num. 1. & decis. 400. num. 8.
p. 1. recent. cum alijs allegatis in Romana emphyteusis,
seu deuolutionis Domorum 5. Maij 1660. §. quod autem
coram Reuerendiss. Papien.

Et cessare omnem difficultatem Domini existima-
runt, ex quo emphyteutæ cum iuramento se obliga-
runt soluere canonem in quantitate conuenta absque
12 exceptione etiam deuastationis in totum, vel in par-
te dd. Vinearum, ac sterilitatis, & alterius cuiuscum-
que casus fortuiti, & infortuiti, ac insoliti etiam in
corpore iuris clausi, vt sunt verba instrumenti d. Summ.
num. 1. inde enim sequitur vt non valeant ex aliquo
capite iuuari pro reductione, resistente dicto pacto,
quod in huiusmodi contractibus validum esse, & omni-
no seruandum tradunt Surd. cons. 197. num. 14. & 15.
Valasc. d. quæst. 27. num. 14. & 19. Castill. contr. iur. lib. 3.
cap. 3. nu. 48. cũ pluribus seqq. Fulgin. de solut. can. quæst. 1
num. 118. Rota decis. 727. nu. 4. vers. sed quidquid sit p. 4.
diuers. decis. 699. num. 2. p. 3. recent. & in Romana emphy-
teusis 12. Decembris 1664. §. fin. coram R. P. D. meo Be-
uilaqua.

Hinc exclusa reductione, ex capite diminutio-
nis fructuum parum releuat prætensio, quod con-
tractus à principio fuerit lesiuus, ex quo Mona-
sterium ex Terris controuersis ante concessionem
perciperet duntaxat annua scuta duo pro quolibet
rubro.

Vltra quod enim locationes ad istum effectum ad-
ductæ non percutiunt Terras controuersas, & loquun-
tur duntaxat de herbis hiemalibus, non autem de
omnibus fructibus, Periti vero non fuerunt iudicia-
13 liter electi, in hoc iudicio reductionis canonum hæc
non sunt attendenda cum respiciant diuersam quæ-
stionem, rescissionis scilicet contractus ex l. 2. C. de
rescind. vend. vel renũciationis rei emphyteuticæ ex l. 2.
C. de iur. emphyt.

Et ità vtraque &c.

MOGVNTINA CANONICATVS.

Merc. 23. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Quando quis dicatur legitimus contradictor habentis
gratiosam subrogationem. An clausulæ generales ali-
quid operentur, quando ex literarum contextu, cer-
tus modus dignoscitur expressus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimo contradictori, non sufficit habere titulum
prouenientem ab eodem fonte, sed debet esse eiusdem
speciei.*
2 *Et possessio debet esse capta de manu executoris litera-
rum Apostolicarum,*
3 *Possessio capta de manu executoris præsumptionem in-
ducit iustificationis literarum Apostolicarum.*
4 *Capta de manu executoris sufficit, vt quis dicatur legi-
timus contradictor, secus si aliunde capta sit.*
5 *Clausula* dummodo *conditionem importat.*
6 *conditione non adimpleta, non potest quis dici legiti-
mus contradictor.*
7 *Clausula* dummodo Canonicatus, & præbenda sub
indulto comprebendatur *totam gratiam qualificat.*
8 *Clausula* non alias *remouet consensum ab actu, & gra-
tiam suspendit.*
9 *Prouisus ab indultario, tenetur literas intra certum
tempus expedire.*
10 *Clausula generalis, quando certus modus dignoscitur
nihil operatur.*
11 *Indultum ordinario concessum remouet tantum obsta-
culum reseruationum.*
12 *Prouisio vigore indulti dicitur iure ordinario facta.*
13 *Noua prouisio non alterat naturam antecedentis, &
dicitur concessa pro interesse Officialium Cancellariæ,
& num. 14.*
15 *Legitimus contradictor non dicitur aduersus subroga-
tum neque possessor de manu executoris, vbi reserua-
tio est clara, secus si esset turbida.*

DECISIO DCCCLXII.

Reproposita causa super resolutis 17. Martij præteriti
coram me, Domini persistendo in decisis, iterum
dixerunt Philippo Federico concedendam esse subro-
gationem, quia iustificat tria requisita ad illam obti-
nendam necessaria.

Et licet Ioannes Lucas Collitigans, qui etiam ipse
literas Apostolicas expediuit adhuc contenderet se esse
legitimum Contradictorem ad effectum impediendi
huiusmodi gratiosam subrogationem; Attamen sub-
1 sistit responsio aliàs data, quod scilicet ad hunc effe-
ctum non sufficiat habere titulum prouenientem ab
eodem fonte nisi sit eiusdem speciei, itaut vterque pro-
uisus habeat gratiosam subrogationem, vt præter al-
legatos in decis. §. neque Card. Mantic. decis. 71. num. 7. &
in Mediolanen. Beneficiorum 28. Martij 1661. §. Nec ad-
uersatur coram R. P. D. meo Albergato.

Non obstat, quod Ioannes Lucas reperiatur in pos-
sessione, & sic dici possit legitimus contradictor, quam-
uis non habeat similem subrogationem, vltra quod in
facto nulla datur iustificatio huiusmodi possessionis ad
2 istum effectum, deberet probari capta vigore literarũ
Apostolicarum, & de manu exequutoris, tunc enim
quia censetur exequutorem processisse præuia litera-
3 tum iustificatione ex illius facto resultat præsumptio
iustificationis gratiæ, validitatis tituli eiusdem posse-
4 ssionis; Aliter verò apprehensa possessio non suffraga-
tur ad impediendam immissionem gratiosè subroga-
to, vt conciliando cum hac distinctione alias deci-
siones

siones firmauit Rota *cor. Eminentiss. D. Card. Ottbobon. decis. 154. §. minusque coram Reuerendiss. Zarate Episcopo Conchen.*

Præterea semper vrget, quod gratia Io:Lucæ non
est puta sed conditionalis, dummodo scilicet canoni-
catus, & præbenda sub indulto Eminentiss. D. Archie-
5 piscopi Moguntini conprehendatur; nam clausula
dummodo semper conditionem importat ex relatis in
*Taurinen. pensionis 9. Decembris 1661. §. reseruatio cor.
bon. mem. Leone Verospio*, & propterea cum indultum
tanquam restristum ad beneficia vacantia ratione men-
6 sium tantum non comprehendat canonicatum contro-
uersum, qui vacauit per promotionem ad Episcopa-
tum vigore *extrauag. ad regimen de prabend.* vtique hac
conditione non adimpleta nullo modo Ioannes Lucas
dici potest legitimus contradictor, *Rota coram eodem
D. Card. Otthob. decis. 130. num. 13. & seq. & in decis. §.
presertim.*

Hinc parum refert, quod Sanctiss. D.N. innotuerit
canonicatum huiusmodi esse reseruatum duplici reser-
uatione, altera ratione mensis, & altera ratione pro-
motionis defuncti ad Episcopatum, dum Ioannes Lu-
cas in supplicatione fideliter totum hoc factum ex-
pressit vnde cum in prouisione adsit clausula *etiamsi
alias Sedi Apostolica reseruati existant* illius vigore di-
cendum sit Pontificem voluisse grarificari non obstan-
te reseruatione ex promotione resultante.

Quoniam bene perpenso toto gratiæ tenore contra-
7 rium aperte colligitur, tum quia post clausulas gene-
rales legitur dicta clausula, *dummodo canonicatus, &
prabenda sub indulto comprehendatur*, quæ tanquam
apposita in Signatura totam gratiam qualificat *iuxta
decis. Mohed. 17. tit. de prabend.* & subsequitur alia clau-
8 sula *& non alias*, quæ remouet consensum ab actu,
& effectum gratiæ suspendit, *Rota decis. 214. num. 5. in
fine p. 1. diuers.*

Tum etiam quia Ioannes Lucas petijt prouisionem
9 ex necessitate decreti appositi in indulto D. Archiepis-
copi, cuius vigore prouisi ab indultario tenentur li-
teras Apostolicas expedire intra certum tempus, vt
ipse in supplicatione fatetur ibi *cũ autem Pater Sancte
vigore indulti huiusmodi Apostolici nonam à Sede Apo-
stolica pradicta canonicatus, & prabenda pradictorum
prouisionem intra certum tunc expressum tempus impe-
trare, ac iura Camera Apostolica soluere teneatur, Summ.
10 Philippi num. 2.* quapropter cum appareat gratiam
fuisse restrictam ad formam indulti, & sic ad certum
modum vacationis, nempè ratione mensium, certè
non potest prouisus clausulis generalibus iuuari, quæ
nullius sunt efficaciæ, quando ex literarum contextu
certus modus dignoscitur expressus ex traditis per
*Lotter. de re benef. lib. 3. quest. 8. num. 65. Casar de Grass.
decis. 14. nu. 6. & seqq. de prabend. cum alijs in decis alleg.
in fine.*

Præter quam quod prouisio Eminentiss. Electoris
11 Moguntini licet habentis indultum dicitur iure ordi-
nario, cum illud concessum ordinario collatori solum
12 remoueat obstaculum reseruationum iuxta regulam,
de qua in *decis. Gregor. 99. ibique Add. num. 5. & seq. &
decis. 291. num. 2. ibique pariter Add. num. 5. & coram
Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 197. num. 6* & in
puncto de indulto Electoris Colonien. aduertitur in
Colonien. *canonicatus 20. Maij 1602. coram Card: Pam-
philio relata per Garz. de Benef. p. 10. cap. 1. num. 74. ante
fin. vers. & consequenter in Argentina canonicatus 9. Maij
1611. coram San. Mem. Innocentio* X. etiam si fuisset ob-
tenta prouisio quia illa non alterat naturam antece-
13 dentis prouisionis iure ordinario, tanquam petita,
& concessa pro interesse Officialium Cancellariæ in
adimplementum decreti appositi in indulto *Rota co-
ram Durano decis. 233. sub num. 3. vers. non obstat cum
seq.* atque ideo esto quod Ioannes Lucas esset possessor
de manu executoris, adhuc non est legitimus con-
tradictor Philippo Friderico subrogato, stante noto-
14 ria, & indubitabili reseruatione inducta per *extrauag.
ad regimen. de preben.* reseruata in concordatis Germa-
niæ, quidquid secus esset, si reseruatio esset turbida,
sicuti articulo discusso & relatis hinc inde opinioni-
bus distinguit *Argel. de legit. contradict. quæst. 15. art. 5.
num. 128. cum seqq.*

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. NVLLITATIS MATRIMOMII.

Luna 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Matrimonium contractum inter raptorem, & raptam est nullum, quam diù ipsa in potestate raptoris manserit, nisi in loco tuto, & libero constituta illum in Virum habere consenserit, & quando raptus ad hunc effectum dicatur sufficienter probatus. Irritatur etiam matrimonium si non contrahatur præsente proprio Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi vel Ordinarij licentia.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non potest consistere inter raptorem, & raptam, nisi ista in loco tuto constituta consensum prastiterit.*

2 *Raptus inualidat Matrimonium, siue successerit causa illud contrahendi, siue solius libidinis explenda.*

3 *Raptus desumitur ex traductione de loco ad locum, violenter facta.*

4 *Armatus contra Puellam dicitur metum incutere ex duplici qualitate, nempe sexus, & atatis. Amplia si fuerit paratus vim facere seruo resistenti num. 5.*

6 *Violentia in dubio censetur virgini illata.*

7 *Raptus dicitur commissus, etiam si puella consenserit, dum non intercesserit consensus Patris, qui illam habebat in potestate.*

8 *Puellæ lamentationes, & querela deseruiunt ad probationem raptus, & fuisse eidem incussam vim, & violentiam.*

9 *Consensus puella ad effectum Matrimonij non attenditur, nisi seorsum à raptore in loco tuto constituta, illum in virum habere declaret.*

10 *Nuptiarum pracedens Tractatus regulariter facit excludere raptum.*

11 *Apocha alterius manu conscripta, & facta sine Notario, & testibus, non caret suspicione Antidata.*

12 *Litera contra scribentem plene probant.*

13 *Actus gesti à puella rapta quamdiu manet in potestate raptoris, non valent probare consensum eiusdem puella*

14 *Matrimonium, vt sit validum debet contrahi præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia.*

15 *Habitatio in Parochia per modicum tempus duorum dierum, non suffragatur ad contrahendum Matrimonium, non constito de animo deliberato habitandi & præsumitur fraudolenta, num. 16.*

DECISIO DCCCLXIII.

COnstare de nullitate matrimonij inter Annam Isa-
bellam, & Riccardum hodie resolutum fuit: Quia
cum fuerit contractum dè tempore, quo idem Riccar-
dus eandem Puellam ab eo raptam sub arcta potestate
tenebat, intrat dispositio *Sacr. Concil. Trid. sess. 24. de
reformat. matrim. cap. 6.* qua cauetur nullum posse con-
1 sistere matrimonium inter raptorem, & raptam quan-
diù ipsa in potestate raptoris manserit, nisi in loco
tuto, & libero constituta illum in virum habere con-
senserit, vt latè post alios tradit *Sanch. de matrim: lib. 7
disput. 13. num. 1. & seqq.* Quam quidem dispositionem
habe-

2 habere locum siuè raptus successerit causa matrimonij, siuè causa solius libidinis explendæ refert idem Sanch. vbi supra ex declaratione Sacra Congreg. Concilij d. disput. 13 num. 3. in fin. Boss. de matrim. cap. 13. §. 4. num. 9 Gutier. eod. tit. cap. 86. num. 8.

Raptus remanet concludenter probatus ex facti serie desumpta ex testium depositionibus datis *in Summ. Annæ Isabellæ num. 1. & 2.* ex quibus patet, quod Baro de Fraipont Pater Puellæ cum decreuisset eius filiam nubere Domino de S. Vbermont ex Comitibus de Duras mediante opera, & interpositione d. Riccardi, interim proposuit, quià Puella erat teneræ ætatis, eam collocare in Monasterium; Vnde idem Baro discedens vna cum filia ab oppido Fraipontis priua appulit Leodium, vbi inuenit d. Riccardum mediatorem, qui summo mane ad fluminis ripam eum præuentiuè expectabat, qui precibus, ac suasionibus dictum Baronem coegit accedere vna cum filia ad Domum Heusuich sui consanguinei, & dum ibidem Baro, & filia, eiusque Serui hospitabantur, idem Riccardus nocte sequenti ingrediens cubiculum puellæ armatus gladio, & duobus sclopettis, illam clandestinè eripuit, ducendo eam prius ad domum Viduæ Roscij, & deinde ad
3 domum Scubini Beeman pariter eius consanguinei, ex facto enim huiusmodi benè desumitur raptus, quia, constat de traductione de loco ad locum, ac etiam de violentia, quæ sunt duo præcipua ad hunc effectum necessaria ex traditis per *Sanch. d. lib. 7. q. 4. n. 31. Dec. tract. crim. lib. 8. cap. 7. n. 4. & alij communiter.*

De traductione dubitari non potest, vt ex *d. Summ. num. 4. 12. & 13.* violentia verò ex pluribus conuincitur, tum quia ex facto superius recensito clarè liquet de dolosis machinationibus eiusdem Riccardi, vt deponunt testes *d. Summ. num. 3.* tum quia armatus ingressus fuit cubiculum animo occidendi famulū Baronis quatenus eum resistentem suis conatibus reperiisset *dicto Summ. num. 4.* Tum etiam quia puella dum manebat in Domo dicti Bechman interrogata an vellet Riccardo desponsari, coram ipso non sine lacrymis consentiebat; seorsum verò contrarium constanter asserebat, *d. Summ. num. 19.* & probant Testes repetiti *nouo Summ. num. 3.* tum demum quia violentia præsumitur eo ipso,
4 quod Riccardus nocturno tempore accessit armatus ad puellam vix attingentem decimum quartum annū absque custodia in domo aliena manentem hoc enim casu censetur metus incussus ex duplici qualitate, nempè sexus, & ætatis, vt ratiocinatur *Genuen. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 88. num. 3.* eoque magis dum
5 Riccardus cum armis erat paratus vim facere Seruo resistenti *Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1409. num. 19.*
6 & generaliter, quod virgo præsumatur in dubio violentata tradit idem *Genuen. vbi supra cap. 21. num. 11. in fin. Mascard. conclus. 1253. num. 31. quos refert, & sequitur Boss. vbi supra d. cap. 13. num. 19.*

Quinimò cum Anna Isabella non esset sui iuris, sed
7 quidem sub potestate patris, vbi etiam admitteretur illius consensus, adhuc non excluditur raptus, cum fuerit abducta ipso patre prorsus inscio, ac inuito. ei namque maxima iniuria irrogatur, quam ipsa per consensum remittere non valet, & proinde benè dicitur commissus raptus itaut habeat locum dictum Decretum *Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 6.* & de veriori opinione testantur idem *Genuen. loco citato cap. 21. nu. 11. Sanch. d. lib. 7. disput. 13. num. 12. Boss. d. cap. 13. num. 20. & 21. Gutier. eod. tit. cap. 86. num. 17. cum alijs allegatis per Donat. Ant. de Marin. resolut. Iur. cap. 301. num. 8.*

Præterea huiusmodi raptus comprobatur ex eisdem Testibus deponentibus de publica voce, & fama, & ex eo, quod Riccardus fuit super hoc inquisitus, & à Scabinis Leodien. vti culposus indicatus, & declaratus apprehensibilis *dict. Summ. num. 12. & 13.* ac etiam quia Vicarius Leodien. denegauit concessionem rubri sigilli idest licentiæ contrahendi hoc matrimonium, eo quia raptus erat publicus, & notorius *dict. Summ. num. 6.* & ex eadem ratione Archidiaconus Arduennæ, cuius iurisdictioni Riccardus suberat, noluit concedere dispensationem ad faciendum proclamationes iuxtà præscriptum *Sac. Concil. Summ. num. 7.* ex his omnibus accedunt querelæ, ac lamentationes ipsius Annæ Isabellæ emissæ tam de tempore, quo erat in potestate Raptoris, quam etiam ex post quando fuit in loco tuto constituta, nam iteratis vicibus declarauit se nunquam habuisse, nec habere intentionem contrahendi tale matrimonium, immò protestata fuit se habere erga Riccardum maximam animi auersionem vt ex Testibus *d. Summ. num. 21. & 22.* & ex publicis declarationibus *num. 11. 23. & 24.* quę quidem declarationes si-
8 cuti deseruiunt ad probationem raptus cum ex eis colligatur fuisse eidem Puellæ incussam vim atque violentiam ex firmatis *in Romana nullitatis Matrimonij 24 Maij 1655. coram R. P. D. meo. Beuilaqua §. quem me-*
9 *tum eum seq.* ità excludunt matrimonium deficiente requisito *Sac. Concil.* quod nimirum in loco tuto constituta raptorem in virum habere consentiat; vt arguit *Rota decis. 316. num. 36. cum seq. p. 5. recent.*

Non obstat prætensio, quod præcesserit tractatus
10 matrimonij inter Riccardum, & Annam Isabellam; ideoque non valeat considerari raptus, qui excluditur quotiescunque tractatus nuptiarum præcessit per *Text. in cap. raptor. 27. quæst. 2. & plures congerit Borell. in Summ. decis. tom. 2. tit. 33. de appell. num. 485. & seqq. Gutier. vbi supra cap. 86. num. 22.*

Quoniam asserta apocha ad hoc probandum adducta nullam fidem meretur. Nam præter quod non
11 apparet fuisse conscriptam de manu Annæ Isabellæ, & tanquam facta sine Notario, & Testibus non caret suspicione antidatæ, itaut dubitari valeat fuisse confectam post commissum raptum, ad huc non videtur attendenda quia aduersatur depositionibus tot testium asserentium Riccardum tractasse matrimonium tanquam mediatorem, & proxenetam nomine Comitis de Duras, quod etiam patet ex literis ipsius Riccardi eidem Comiti, nec non Domino de Eren conscriptis
12 *dict. Summ. num. 25.* quæ contra ipsum scribentem plenam probationem constituunt *l. publia in fin. ff. deposit. Bart. in l. nuda ff. de donat. Alex. conf. 119. num. 1. lib. 2. Rota in Romana hæreditatis 19. Ianuarij 1665. coram Reuerendiss. Gerunden. in princ.*

Sicut etiam non releuat, quod eadem Anna Isabella sub die 27 Ianuarij 1663. coram Notario, & Testibus declarauit dedisse, fidem matrimonialem Riccardo quodque successiuè constituerit procuratorem ad petendum rubrum sigillum. Quia cum de eo tempore
13 esset in potestate Raptoris, nulla vis fieri potest in dicta confessione alijsque actibus, cum non debeant attendi nisi prius Puella fuerit pristinæ libertati restituta, vt probat *Farinac. qui alios refert in prax. crimin. tit. de delict. carn. quæst. 145. num. 156. & seq.*

Et facit, quod Testes non probent vti examinati absque interrogatorijs. Nam omissis alijs responsionibus nuper aduenit Processus repetitiuus, & quatuor testes qui ex 29. fuerunt solummodo repetiti, post varias prorogationes terminorum, tantum abest, quod primis depositionibus aduersentur, vt potius raptum euidentiorem ostendat, vt patet ex illorum lectura *in Summ. ad partes dato.*

Ex alio quoque capite dici potest nullum matri-
14 monium. Quià scilicet fuit contractum Leodij coram

ram Parocho S.Remacli, qui non erat Parochus, neque
Riccardi, qui domicilium habebat in Terra Srabuleti,
neq; mulieris, cuius domicilium erat in Oppido Frai-
pontis dicto *Summ.num.26.* contra dispositionem *Sac.
Concil.Trid.sess.24.de reform. matrim. cap.1.* vbi man-
dat, quod matrimonium contrahatur præsente pro-
prio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seù
Ordinarij licentia, aliàs autèm sit irritum, & nullum.

Nil releuante, quod Riccardus per duos dies ante
15 conduxerit domum in eadem Parochia. Quià cùm
ex vicinitate temporis, & ex facti circumstantijs supra
ponderatis, dubitari possit huiusmodi conductionem
fuisse affectatam, vel ad commodius raptum explendũ,
vel ad legem fraudandam, & viceuersa nullibi constet
de animo deliberato habitandi, hæc sola momentanea
habitatio non videtur sufficiens ad effectum de quo
agitur ex traditis per *Paschal.de virib. patr. potest p.2.
cap.5.num 51.Sanch.de matrim.lib.3.disput.23.num.11.
Barbos.ad Concil d.sess.24.cap.1.num.9. & 16. & in
his terminis Rota in Mutinen. matrimonij 27. Februa-
rij 1637. §. Quia ista conclusio coram bo.me.Dunozetto,*
16 & in specie, quod ex vicinitate temporis conductio
præsumatur fraudolenta, & proinde habitatio suffra-
gari non possit plenè tradit idem *Barbos.vot.decis.19.
num.4.& seqq. & signanter,num.11 lib.2.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

VARMIEN. CANONICATVS.

Lunæ 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Gratia conditionalis ante adimplementum conditionis non potest executioni demandari, Ab obtinente gratia iustificari debet etiamsi in negatiua consistat.

SVMMARIVM.

1 *Gratia conditionaliter concessa ante conditionis adimplementum non potest executioni demandari.*

2 *Gratia etiam in negatiua consistens debet ab obtinente iustificari.*

3 *Indultum gratiosum alicui concessum intuitu propriorũ meritorum cum sit personale non expirat per promotionem obtinentis ad aliam dignitatem.*

4 *Beneficia promoti ad Episcopatum in partibus Infidelium non cadunt sub reseruatione.*

DECISIO DCCCLXIV.

VAcante de mense Maij 1665. Canonicatu in Ec-
clesia Varmien. Reuerendissimus Archiepiscopus
Gnesnæ vigore indulti nominauit Ioannem Zaccariã,
qui à Nuntio Apostolico Regni Poloniæ prouisionem
accepit; At quià Samuel GrathousKi eundem Cano-
nicatum tanquam reseruatum ratione mensis obti-
nuit, hinc orta lite inter prouisos, dubitaui, an gratia
Samuelis sit iustificata, itavt veniat exequenda, & nega-
tiua prodijt resolutio.

Exhibetur enim indultum, in quo Sanctissimus Do-
minus Noster concessit Archiepiscopo Gnesnen. tunc
Episcopo Varmien. ius nominandi ad duos primos
Canonicatus in mensibus reseruatis vacantes, pro par-
te verò Samuelis non docetur huiusmodi ius fuisse
consumptum in alijs vacationibus, & propterea illius
gratia dici non potest iustificata in ea parte, qua conti-
net conditionem dummodo Canonicatus, & prębenda
sub indulto Archiepiscopo Gnesnen. Apostolica au-
ctoritate concesso non comprehendantur, & per con-
1 sequens ante implementum conditionis non valet exe-
qutioni demandari *Rota in Monopolitana pensionis 2.
Iunij 1645. §. Nos verò coram bo.me.Bichio, & in Tau-
rinen. pensionis 9. Decembris 1661. §. Reseruatio coram
bon.mem. Leone Verospio.*

Non obstante, quod probatio comprehensionis Ca-
nonicatus sub indulto dicatur spectare ad Zaccariam,
qui in huiusmodi assertione se fundat, nàm regula
2 est, quod gratia, etiam in negatiua consistens debeat ab
obtinente iustificari *Buratt.decis.175.n.1. & dec.948.
n.2.* cum allegatis *in Elnen.Parochialis 12.Maij 1662.
§. Nec dicatur coram R.P.D.meo Beuilaqua.*

Neque releuat, quod indultum fuerit concessum
Vincislao tunc Episcopo Varmien. & proinde expira-
uerit per illius promotionẽ ad Archiepiscopatum Gnes-
nen. Quià cùm ex lectura eiusdem indulti appareat
illud esse personale, & concessum fuisse intuitu proprio-
rum meritorum parum refert, quod legatur expressa
dignitas Episcopalis Varmien. quam tunc obtinebat,
3 cùm censeatur expressa potius gratia demonstrationis
ex congestis *in Patauina pensionis 13.Iunij 1661.§.Mi-
nus, & 19.Februar. 1663. §. Altera coram Reu. P. D.
meo Taia.*

Idque comprobatur nedùm quià in indulto non
fuit tributa Episcopo Varmien. facultas conferendi,
sed duntaxat ius nominandi, reseruata collatione
Nuntio Apostolico; Ideòque dici non potest fuisse
concessum indultum, ordinario collatori ad remo-
uendum obstaculum; Sed etiam quià in litteris Samue-
lis expeditis de tempore, quo Vincislaus iàm fuerat
ad Archiepiscopatum Gnesnæ assumptus fuit solum
expressa noua dignitas Archiepiscopalis nulla de prio-
ri facta mentione ibi. *Dummodo dicti Canonicatus, &
præbenda sub indulto deuoto creatura nostra Archiepi-
scopo Gnesnen. alias Apostalica desuper concessa non cõ-
prehendantur, Summ. Zaccaria. num.1.* Ex hoc enim
benè colligitur concessionem fuisse personalem, cùm
aliàs Summus Pontifex pręseruando indultum expres-
sisset dignitatem, quam de tempore concessionis Vin-
cislaus obtinebat.

Demùm non vrget aliud obiectum desumptum ex
eo, quod Canonicatus de quo agitur vacauerit per obi-
4 tum Episcopi Hipponen. & propterea dici possit du-
plici reseruatione affectus. Quià cùm ille Episcopa-
tus sit in partibus Infidelium vtique beneficia promo-
ti non cadunt sub reseruatione ex ratione communiter
adducta per Doctores quià nimirum promotus non
potest aliequi possessionem, neque per eum stat quo-
minùs assequatur, vt alijs allegatis tradit, *Paris.de re-
signat.lib.1.q.6 num.89.cum trib.seqq. Corchier. ad reg.
Cancell.reg.24. sub num.26.vers.Secundo non procedit,
Garz.de benef.part.11.cap.6. num.24. & plures refert,
Barbos.de offic. & potest Episc. part.3.alleg 57.num.74.
& de iur. Eccles. vniuers. lib.3. titul. de vacat. benefic.
cap. 14. num. 24.*

Et ità vtraque, &c.

MELEVITANA MERCIVM.

Lunæ 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Mercator potest etiam per inditia, & coniecturas mercium domiuium probare, cum difficilis sit illius probatio. Vnde si probet Nauilium esse suum, merces etiam in eo existentes præsumuntur esse suæ.

SVMMARIVM.

1 *Dominium est difficilis probationis.*

2 *Pro dominij iustificatione admittuntur etiam inditia, & coniectura.*

3 *Testibus adminiculatis est magis credendum, & num.4.*

5 *Mercator Dominus Nauilij præsumitur etiam Dominus mercium in eo existentium.*

6 *Probatione facta intra terminum, parum refert, quod illa exhibeatur elapso termino.*

7 *Terminus legitimè impedito, currere non debet.*

DECISIO DCCCLXV.

EQues Paulus Antonius de Baingu antequam ab In-
sula melitæ discederet adpiraticam exercendam

con-

contra Infideles promisit sub iuramento nullum damnum siue iniuriam inferre Christianis, neque eorum personas. Nauigia Bonares, & meres capere, neque depredari, & pro huiusmodi obligatione seruanda dedit in fideiussore Eq. Thomam Ludouicum de Sosa *Summ.num.2.* Quià verò in depredatione cuiusdam Nauigij Turcarum captum quoq; fuit ab eodem Eq. de Baiugu aliud Nauigium mercibus oneratum spectans ad Hay Hebraim Christianum Maronitam; Ideò ad istius instantiam, introducto iudicio coram Ven. Magistratu Armamentorum Melitæ super restitutione Nauigij, & Mercium, ad vtrumque fuerunt per diffinitiuam sententiam condemnati, tam Eq. de Baiugu, quã Eq. de Sosa fideiussor, quæ sententia fuit confirmata in audientia Eminentiss. Magni Magistri. Cæterũ cùm in hac sententia fuerit dicto Hebraim assignatus terminus vnius anni ad docendum de dominio mercium, & probationes successiuè factæ, & post eiapsum annum exhibitæ per Iudices præfatos fuerint reiectæ; Ideò interposita per eundem Hebraim appellatione, & causa per Signaturam Sanctissimi mihi commissa dubitaui, an constet de dominio mercium, & Domini affirmatiuè responderunt.

Cùm enim dominium sit difficilis probationis, vt
1 concordant omnes scribentes *in l. cum res, C. de probat,*
2 vtique ad illius iustificationem admittuntur quoque indicia, & coniecturæ *l. indicia, C. eodem tit. Soccin. sen. cons. 89. num. 9. post med. vers. Et pro fundamento Paris. cons. 104. num. 101. part. 1. Mascard. de probat. concl. 535. num. 5. Rota coram Card. Cantl. decis. 449. num. 1. part. 3.*

In proposito autem ex testium depositionibus in Ciuitate Cairi in vim remissoriæ examinatorum liquet per ipsum Hebraim de anno 1657. paulò ante deprædationem Nauigij fuisse emptas in Ciuitate Damiatæ plures merces ad effectum illas asportandi ad locũ de Baias, quæ pro maiori parte spectabant ad eundem Hebraim, & pro reliqua ad eius Nautas, inter quos nullus aderat infidelis *Summ. num. 8.* cum quibus concordant iuratæ attestationes Episcopi Ciuitatis Cairi, & Archiepiscopi Liddæ Procuratoris Patriarchæ Hierosolymitani, nec non plurium Religiosorum in illis partibus comorantium, ac etiam Consulum diuersa-
3 rum Nationum dicto *Summ. num 9.* & propterea dictis testibus tanquam adminiculatis eo magis est fides adhibenda per *text. in cap. licet causam de probat. & in Bononien. primitiarum 30. Ian. 1665. §. fin. coram R.P.D. meo Albergato.*

Quod quidem dominium comprobatur nedùm ex
4 aliorum testium depositionibus, qui asserunt dictum Hebraim fuisse virum diuitem, ac solitum proprijs pecunijs emere merces illasq. vendere in partibus Orientalibus dicto *Summ num. 10.* Sed etiam ex iuris præsumptione desumpta ex eo, quod cum Nauigium spe-
5 ctaret ad ipsum Hebraim vt admittitur tàm in prima quàm in secunda sententia hinc præsumitur, quoque Dominus rerum in ipso repertarum, vt in simili de bonis in domo repertis tradit *Bart. in l. is, cui legatorum, §. Bonorum, numer. 3: ff. vt in possessione legatorum Alex. cons. 112. num. 2. vers. Et sic videntur lib. 6.*

Nec releuare potest, quod Hebraim non exhibuerit huiusmodi probationes intra annum sibi in secunda sententia præfixũ; Cùm enim probationes fuerint factæ
6 in tempore, vt testatur Iudex remissorialis *Summ. n. 11.* parum refert, quod illarum exhibitio successerit elapso anno, quia constat ex datis in eodem *Summ. nu. 5. & 6.*
7 Hebraim fuisse in itinere legitimè impeditum; Nàm regulariter legitimè impedito tempus currere non debet.

Et ità per contradictas, &c.

COLONIEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 5. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Remissoria de stylo Rotæ etiam in beneficialibus conceditur vbi materia articulata est releuans, & datur quoque fumus veritatis; Immemorabilis si fuerit articulata sufficit ad hoc vt articulus dicatur releuans; Nec non pro fumo veritatis sufficiunt depositiones Testiũ absque citatione partis ad perpetuam rei memoriam examinatorum ad effectum remissoriæ, quæ libentius in principio causę concedi debet, vt iudicia primæ instantiæ in curia discutiantur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria etiam in beneficialibus conceditur vbi materia articulata est releuans, & datur quoque fumus veritatis.*

2 *Immemorabilis articulata suffitit ad hoc vt dicatur articulus releuans ad effectum remissoriæ.*

3 *Testes exeminati ad perpetuam rei memoriam sine citatione partis tribuunt fumum sufficientem ad effectum remissoriæ.*

4 *Exemptio ecclesiæ an per actus contrarios Prælati eiusdem possit vulnerari.*

5 *Remissoria libentiùs à Rota conceditur in principijs Iudiciorum, ne causæ primæ instantiæ in curia discutiantur, & tollatur facultas faciendi probationes in partibus.*

DECISIO DCCCLXVI.

OCcasione visitationis demandatæ ab Eminentissimo D. Archiepiscopo Coloniæ, & denunciatæ Abbati, & Monachis Monasterij S. Cotuelij ad Indam Ordinis S. Benedicti, isti prætendentes se esse exemptos ab eius iurisdictione, & subiectione recursum habuerunt ad Sac. Congregationem super negotijs Episcoporum, & Regularium, quæ ità rescripsit causa videatur in Sacra Congregatione Episcoporum cum voto S. Rotæ, & interim præfatum Monasterium visitetur per Nuntium Apostolicum Colonien. Quià verò Abbas, & Monachi exhibitis articulis ad probandũ exemptionem petierunt remissoriam; Ideò ante disputationem dubij super negocio principali opus fuit prius cognoscere an sit admittenda hæc probatio, & hodie proposito super
1 hoc dubio pro concessione remissoriæ responsum fuit; Nam vbi materia articulata est releuans, & datur quoque fumus veritatis de stylo Tribunalis semper remissoria conceditur etiam in beneficialibus, vt testatur, *Mandos. in prax. commiss. form. 19. verb. remissoriam vers. Non autem, quem refert. Rota coram bo. me. Merlin. decis. 15. num. 1.*

Releuantia desumitur ex quo articuli tendunt ad probandum quod Monasterium reperitur exemptum à tempore, cuius initij memoria non extat, & Archiepiscopi pro tempore nunquam illud visitarunt, aut aliquem actum iurisdictionalem exercuerunt, quodque testes ità viderũt obseruari, & respectiuè audiuerunt ab eorum maioribus, absque eo, quod contrarium vnquã auditum, vel visum fuerit prout ipsi procul dubio sci-
2 uissent. Cùm enim fuerit articulata immemorabilis cum omnibus requisitis per *gloss. in cap. 1. verb memoria de præscript. in 6.* Vtique de releuantia dubitari nõ potest. Cùm hæc faciat præsumere priuilegium, & tribuat meliorem titulum de Mundo ex allegatis in *Auenionen. iurisdictionis 28. Nouembr. 1661. coram me,* & in his terminis, quod sufficiat fuisse articulatam immemorabilem ad effectum, vt articulus dicatur releuans pro concessione remissoriæ dixit, *Rota coram Verall. decis. 56. n. 1. & 2. par. 3.*

Fumus verò sufficienter resultat. Tùm ex attestatione D. Nuntij Coloniæ dato *in Summ. Abbatis, n. 1.*

Tuus ex depositionibus testium dicto *Summ.num.2.*
ex quibus colligitur Monasterium nunquam suisse vi-
sitatum ab Archiepiscopis Colonien. sed solùm à Nun-
tijs Apostolicis, qui testes licèt ad perpetuam rei me-
3 moriam examinati sine partis citatione, tribuunt ta-
men fumum sufficientem ad effectum remissoriæ *Greg.*
decis.562. & ibi Add.lit.B. & in Meleuitana commenda
de Vaonrs 14. Febr.1650. §. Fumus verò coram me.

Non obstant aliqui actus gesti per Abbatem, ex qui-
bus pro parte D. Archiepiscopi prætenditur desumi
probatio subiectionis; Quoniam de illorum releuan-
tia agendum erit post factas probationes, cùm aliàs
posita exemptione satis dubitari posset, an Abbas fa-
4 ciendo actus contrarios valuerit Ecclesiæ exemptæ
præiudicare iuxtà *decisionē in Rossanen. exemptionis 22.*
Iunij 1640. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Com-
postellano impress. in recent. decis.239. num. 16. part.8.

Eoque libentius pro huiusmodi concessione Domi-
ni inclinarunt, quià sumus in principio causæ, & nimis
5 durum esset, quod causa primæ instantiæ discuteretur
in curia, & tolleretur facultas faciendi probationes in
partibus *Gregor. decis 403. num.4. & in alijs.*

Et ità vtraque, &c.

MELEVITANA COMMENDÆ.

Lunæ 5. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Inter Equites Hierosolymitanos concurrentes ad com-
mendam magis Antianus venit præferendus, etiamsi
sit Armorum seruiens in concursu cum Capellano, &
Sacerdote, & cōmenda habeat annexam curam, potest
enim nominare Sacerdotem idoneum pro administra-
tione Sacramentorū per Episcopum loci approbandū.

SVMMARIVM.

1 *Commenda Ordinis Hierosolymitani adiudicanda est magis antiano licet sit armorum seruiens in concursu cum Capellano, & Sacerdote, & commenda habeat curam.*

2 *Equites Hierosolymitani si nequeant per se ipsos administrare Sacramenta, habent facultatem nominandi Sacerdotes idoneos ad illum effectum per Ordinarios locorum approbandos.*

3 *Beneplacitum Apostolicum per lapsum centum annorum præsumitur, iuncta præsertim obseruantia.*

4 *Magnus Magister Ordinis Hierosolymitani habet priuilegium ex Clem. VII. virtute cuius potest vnire, & dismembrare quæcumque beneficia, quod intelligi debet de beneficijs etiam curatis ex vi dictionis* quæcumque.

DECISIO DCCCLXVII.

COnfirmando decisionem coram me editam 16. *Ia-*
nuarij 1665. iterum dixerunt Domini Commendā
esse adiudicandam Ribero tanquam magis antiano,
quia licet sit Armorum seruiens, & agatur de benefi-
1 cio curato, non ideò præferri debet Pinto collitigans,
quamuis frater Capellanus, & Sacerdos, non solùm
quià vigore *Constitutionis Pij IV. la 9.* Commendata-
rij Religionis Hierosolymitanæ, dum per se ipsos ad-
2 ministrare Sacramenta non valent, possunt Sacerdotes
idoneos nominare approbandos tamen per ordina-
rios locorum, Verùm etiàm quià Ecclesia, de qua
agitur fuit de anno 1533. auctoritate Magni Magistri
dismembrata à præceptoria de Mauramorta Prioratus
Portugalliæ, & fuit erecta in Commendam de Cabi-
mento tam pro fratribus Capellanis, quam fratribus
Seruientibus, nullo alio ordine inter ipsos seruato nisi
antianitatis, & ideò cùm Ribero satis abunde proba-
uerit se esse antianum, *vt in præterita decisione, §. An-*
tianitas, iste venit præferendus iuxtà tenorem erectio-
nis, qui in hac materia debet attendi per *text. in capit.*
recipimus de priuil. Rota decis.496. num. 2. par.1. recent.
cum alijs alleg. in decisione Ven.750. num.4.

Non vrget obiectum nullitatis dismembrationis ex
3 defectu beneplaciti Apostolici; Nàm præter quod per
lapsum centum, & vltra annorum iuncta præsertim ob-
seruantia censetur interuenisse, vt in decisione, *§. Et li-*
cet cum seq. Hodie cessare videtur difficultas ex priui-
legio Clementis VII. 1523. *Summ.num.1.* vbi inter cæ-
tera conceditur Magno Magistro, & Conuentui facul-
tas vniendi, & dismembrandi quæcunque beneficia
cuiuscunque qualitatis existentia, quam quidem facul-
4 tatem comprehendere etiam beneficia curata ex vi di-
ctionis vniuersalis *quæcunque* in specie dixit, *Rota in*
Meleuitana vnionis 13. Ianuar. 1642. coram bo. me. Du-
nozetto, §. Non obstant testes.

Et ità altera tantum infirmante resolutum fuit, &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Ven. 26. Nouembris 1666.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causis prophanis conceditur ex sola rele-
uantia vnius articuli super omnibus, maximè in ter-
tia instantia, vbi non tam rigidè discutitur releuantia
materiæ articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest disponere de re sui hæredis.*

2 *Testator potest alteri legare rem subiectam fideicommisso, & ipsi hæredi restituendam.*

3 *Hæres adeundo hæreditatem absque inuentario censetur factum testatoris omnino approbasse.*

4 *Remissoria in prophanis stante releuantia vnius articuli conceditur super omnibus etiamsi reliqui solum ius concernant, cum testes valeant plures actus extrinsecos sub sensu cadentes iuris cognitionem adiuuare, & num. 5.*

6 *Releuantia materiæ articulata ad effectum remissoriæ in tertia instantia non tam rigide est discutienda.*

DECISIO DCCCLXVIII.

AD impediendam immissionem petitam à Francisco
de Rodes fideicommissario super domo contro-
uersa allegabat Catharina ipsam domum liberam ab
omni onere etiam fideicommissi possidere vigore Le-
gati facti per Franciscam de Lopis fauore Bernardini
sui Authoris, & ad hoc probandum petijt remissoriā,
& compulsoriam specialem pro extrahendo secundo
Testamento eiusdem Franciscę, sed vtramque Rota de-
negauit 9. Iunij præteriti ex capite irreleuantiæ. Ho-
die verò iterum auditis partibus, recessum fuit à de-
cisis respectu remissoriæ tantum.

Cùm enim Francisca in eius testamento declaraue-
rit omnia, & singula prælegata velle esse, & haberi præ-
cipua Legatarijs filijs suis, hinc videbatur desumi re-
leuantia tertij articuli, vbi ponitur, quod res legata
cum dicto verbo *Præcipua* censetur relicta prorsus li-
bera & exempta ab omni onere etiam fideicommissi 2
Et licet in alia decisione, §. *Quatenus* dictum fuerit,
quod admissa etiam hac probatione articulus non
releuabat ex defectu potestatis Franciscæ, quæ cùm su-
per domo non haberet nisi simplicem vsumfructum,
non poterat per suam dispositionem præiudicare vo-
catis in proprietate; Attamen hodie replicabatur,
quod cum Franciscus collitigans, qui petit immissio-
nem vigore fideicommissi Ioannis, sit quoque hæres
mediatus eiusdem Francisci, tenetur illius factum ser-
uare etiam in ea parte, qua disposuit de re sibi tangen-
te vigore fideicommissi, nam sicut testator potest le-
1 gare, ac disponere de re sui hæredis per *text. in l. vnum*
ex familia 69. §. Si rem, ff. de legat.2. Surd. cons.215. n.14.
cum allegatis in Placentina bonorum 1. Aprilis 1661.
§. Nec talis probatio coram R. P. D. meo Priolo. Ità

etiam

2 etiam potest legare rem subiectam fideicommisso, & ipsi hæredi restituendam, vt dixit *Rota in vna Romana Palatij coram Contuccio decis. 110. num. 26. p. 2. diuers. Gregor. decis. 556. num. 3. & in recent decis. 444. num. 2. vers. visum autem p. 4.*

Ideoque non debet interim impediri probatio facienda super qualitate dicti verbi *præcipuum*, an scilicet secundum sensum illarum partium significet liberationem à vinculo fideicommissi, vt prætendunt informantes pro Catharina, cuius tamen importantia erit posteà maturius discutienda in propositione causæ super negocio principali.

Præsertim cum in alijs duobus articulis, nempè quarto & quinto fuerit articulatum hæredes Franciscæ illins hæreditatem adiuisse absque inuentario, nam ta-
3 liter adeundo videtur factum testatricis in totum approbasse, & eorum bona propria obligasse per *Text. in l. Postulante ff. ad Senat. Consult. Trebell.* & dictum fuit *in Romana Census, seù Saluiani 5. May 1655. nihilominus coram me.*

Non obstante, quod in decisione replicetur id non spectare ad Testes; an scilicet sint confusæ actiones, & hæredes teneantur de proprio seruare factum Testatri-
4 cis; Quia cum etiam articuletur ipsum factum aditionis hæreditatis absque inuentario, super hoc denegari non debet remissoria, cum Testes valeant per plures actus extrinsecos sub sensu cadentes id bene deponere late *Post. de manut. obseru. 57. num. 55. & 62.*

Eoque facilius pro concessione remissoriæ Domini inclinarunt, tum quia causa videtur esse prophana, & sufficit vt vnus arriculus sit releuans ad effectum, vt
5 super omnibus concedatur *Gregor. decis. 124. num. 3. & decis. 403. num 7.* tum etiam quia sumus in tertia in-
6 stantia, vbi non tam rigidè est discutienda releuantia materiæ articulatæ, *vt in Rauennaten. pensionis 22. Maij 1662. § fin. coram Reuerendiss. Ephesino.*

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA HABITVS:

Lunæ 29. Nouembris 1666.

ARGVMENTVM.

Ad effectum consequendi habitum Religionis Hierosolymitanæ inter cætera necesse est iustificare sanguinis puritatem, pro qua tamen cum militet iuris præsumptio alleganti contrariū incumbit onus probandi, & fauore puritatis admittuntur testes deponentes de publica voce, & fama. In concursu testium debent præferri ij qui vel deponunt de bona fama, vel fauent iuris præsumptioni, vel alias sunt adminiculati.

SVMMARIVM.

1 *Puritatem sanguinis allegans habet pro se iuris præsumptionem.*

2 *Præsumptio iuris operatur, vt alleganti contrarium incumbat onus plenè, & concludenter iustificandi.*

3 *Puritas sanguinis bene probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*

4 *Testes de auditu deponentes non referentes personas fide dignas à quibus audierint non probant.*

5 *Testes de propria existimatione loquètes non admittuntur.*

6 *Testes numero plures, & fauentes iuris præsumptioni sunt præferendi.*

7 *Probatio bonæ famæ in concursu præualet contrariæ probationi.*

8 *Scriptura magis standum est, quàm dicto testis.*

9 *Testes adminiculati veniunt præferendi.*

10 *Puritas sanguinis probatur ex eo, quod aliqui de familia obtinuerint gradus, & officia, ad quæ non admittuntur nisi sanguine puri.*

11 *Probatio malæ famæ per contrariam probationem extirpatur.*

12 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ super sanguinis puritate non habet locum, vbi aliqua mala fama remanet contraria probatione sublata.*

13 *Statutum huiusmodi non comprehendit famam ortam ex erroneo principio.*

DECISIO DCCCLXIX.

Deputatis per duas vices Commissarijs pro recipiendis informationibus super nobilitate, ac sanguinis puritate Antonij de Valencia petentis admitti ad habitum S. Religionis Hierosolymitanæ retulerunt ipsi Antonium sufficienter omnia iustificasse, quæ statutis & Constitutionibus Religionis in receptione fratrum requiruntur eius *Summ. num. 1. & 2.* sed quia in Consilio ordinario, & successiuè in completo dictæ probationes per duas sententias diffinitiuas fuerunt reiectæ; Ideo commissa causa appellationis hodie mihi dubitatum fuit, an constet de puritate sanguinis, & Rota affirmatiuè respondit.

Militat enim iuris præsumptio fauore puritatis,
1 quæ operatur vt alleganti contrarium incumbat onus
2 plenè, & concludenter iustificare ex congestis *in decis. Merlin. 368. n. 1. & 2. & in his terminis Greg. decis. 498 num. 1.* Et vltra præsumptiones dantur pro parte Antonij depositiones 78. testium, qui vno ore concordant de publica voce, & fama puritatis omnium ipsius
3 Ascendentium, tàm ex latere paterno, quàm materno, quam quidem probationem resultantem ex publica voce, & fama ad istum effectum sufficere tradit *Bald. in l. prouidendum num. 2. C. de postulat. & pluries firmauit Rota decis. 167. num. 49. p. 1. decis. 71. num. 1. p. 3. rec. & coram Merlin. d. decis. 368. num. 8.*

Non obstantibus contrariæ probationes desumptæ ex quinque Testibus datis *in Summ. Religionis num. 3.* quorum quatuor conantur offuscare puritatem Petri de Valencia Aui paterni Antonij, quintus verò deponit Mariam de flores Vxorem Ioannis Cabicdes Aui materni fuisse filiam Alexij de Medina flores, & Mariæ de Lean, quem Alexium supponit esse filium Alonsi de Medina flores Nepotis Magistri Ferdinandi pœnitentiati, & alterius Mariæ de Leon Iudeæ.

Quià quod attinet ad Petrum de Valencia parum videntur obstare dicti quatuor Testes, Tum quià depo-
4 nunt simpliciter de auditu, nec referunt personas fide dignas præter Gonzales de Cea iam præmortuum à quibus audiuerint, vt opus est in hac materia, ex traditis in alia *Meleuitana habitus 4. Iuly 1659. § Testes autem coram R. P. D. meo Priolo*; Tum quia de propria
5 existimatione loquuntur, nec dicunt esse publicum, & notorium, vt in his præcisis terminis aduertit *Rota coram Coccin. decis. 215. num. 2.* Tum etiam quia adest in contrarium effrenatus numerus testium clarè deponentium de puritate eiusdem Petri de Valencia, qui-
6 bus potius est deferendum; non solum quia eorum dictis fauet allegata iuris præsumptio, & sunt numero plures, *vt in d. Meleuitana Habitus dict. § Testes*, Ve-
7 rum etiam quia in concursu probationum semper præualet illa bonæ famæ *Dec. in cap. dilecti num. 61. de appellat. Aurbaran. cons. 189. num. 7. vers. secundo modo respondetur Rota coram Coccino dict. decis. 215. num. 5. & Gregor. d. decis. 498. num. 16. ibiq; Add. lit. E.*

Quintus verò Testis dum dicit Mariam flores fuisse matrem Ludouici Cabiedes, & Alexium de Medina patrem Mariæ fuisse filium Alonsi, & Mariæ de Leon apertè conuincitur de mendacio; etenim Maria non potuit esse mater Ludouici, cum iste per sexennium ante illam natus fuerit, vt patet ex fide Baptismi vtriusque *Summ. Antonij num. 10.* Alexius verò vt constat ex publicis scripturis datis *eodem Summ. num. 11.* non fuit filius Alonsi, & Mariæ de Leon, sed quidem alte-

alterius Alexij de Medina, ac Isabellæ Ruiz, quod etiam comprobatur ex Processu facto à Ludouico Cabiedes pro obtinenda familiaritate Sancti officij *d. Summ. n. 9.*

8 Quibus sanè scripturis aut standum potius quam dicto vnius testis iuxta *decis. 328. num. 12. p. 6. recent.* aut ex

9 eis saltem ita corroborantur depositiones Testium Antonij, vt isti tanquam adminiculati veniant præferendi *cap. licet causam vers. ex præmissis de prob. Abb. in cap. in nostra de Test. Gabr. concl. sf. 4. num. 28. eod. tit.*

Præterea testis præfatus vltra quod remanet vnicus, adhuc nihil concludit, quod obstet puritati familiæ de Flores; immò admittit illam esse puram quatenus descendat ex loco de Belmonte, vel ex oppido de Meneces *d. Summ. Antonij num. t 2.* prout ex Testibus pro parte Antonij exhibitis *dict. Summ. num. 7. & 8.* constat familiam de Flores ex dd. locis esse oriundam.

Quapropter sublatis depositionibus dd. quinque Testium remanet clara probatio puritatis, quæ vltra iuris præsumptionē, ac tot testium depositiones com-

10 probatur ex pluribus officijs obtentis à maioribus Antonij tam de familia de Valencia, quam de Cabiedes, ad quæ non solent admitti nisi illi, qui sunt sanguine puri; Pater enim nempè Alonsus, de Valencia fuit familiaris S. Inquisitionis Ciuitatis Hispalen. & pro obtinenda familiaritate fecit probationes super puritate, vt constat ex testibus *Summ. num. 4.* & ex attestatione Secretarij *Summ. num. 9.* Franciscus de Valencia frater germanus eiusdem Antonij fuit admissus ad habitum S. Iacobi de Spata, & Ludouicus, ac Barnabas de Cabiedes fuerunt pariter familiares S. Officij *d. Summ. num. 9.* Hunc autem esse optimum modum iustificandi puritatem pluries dixit *Rota & signanter coram Card. Seraph. decis. 297. num. 4. in recent. decis. 494. num 7. p. 1. decis. 335. num. 4. p. 2. & Gregor. d. decis. 498. num. 10. & alios refert Add. ibidem lit C.*

Neque videtur obstare statutū Religionis *ordinat. 12 de recept. fratr.* vbi excludit eos, qui à Iudeis originem ne dùm probabilem, sed nec etiam aliqua adhuc fama vigente memorabilem quoque modo traxerint, superquo totam vim faciebant informantes pro Religione; vltra quod enim Testes, vt supra reiecti nullum famā originis concludunt; adhuc statutum intelligendum

11 venit quatenus puritas non esset incontrarium probata; nam sicuti probatio malæ famæ per contrariam probationem extirpatur *cap. Presbyter & cap. si mala*

12 *fama 2. quest. 5.* ità dici nequit constare de aliqua fama impuritatis, vbi è conuerso fuit puritas concludenter probata, & dictio *aliqua* vbi consistit tota vis statuti, intelligi debet secundum subiectam materiam, vt scilicet fama sit talis, quæ non fuerit ex contraria probatione sublata, vt alias *Rota* interpretando huiusmodi statutu in specie respondit *in decis. 276 num. 5. & 6. p. 4 tom. 2. recent. & coram Coccin. d. decis. 215. num. 8.* Et

13 quod tale statutum, non comprehendat famam fundatam in erroneo principio est *decis. superius allegata 494. num. 14. & 15. p. 1. recent.* Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMORVM.

Veneris 3. Decembris 1666.

ARGVMENTVM.

Iniustitia sententiæ impedit rem iudicatam, & viam aperit restitutioni in integrum. Immissio ex Saluiano non competit creditori posteriori aduersus possidentem pro credito anteriori. Soluens creditoribus anterioribus etiam si ab eis cessionem iurium non reportet, potest tamen ad effectum retentionis excipiendo eorum iuribus se tueri. Mulier relicta vsufructuaria etiam titulo institutionis non tenetur conficere inuentarium ad euitandam confusionem actionum, cum simplex legataria dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniustitia impedit rem indicatam, & viam aperit restitutioni in integrum.*

2 *Immissio ex Salniano non competit creditori posteriori aduersus possidentem pro credito anteriori.*

3 *Retentio competit soluenti creditoribus anterioribus etiam non reportata iurium cessione.*

4 *Deliberatio nulla, & excessiua non transfert dominiū.*

5 *Subsequentia post factum non irrita faciunt ea, qua antea momento temporis fuere perfecta.*

6 *Census ante Bullam Pij V. non exigebat solemnitatem pecuniæ numeratæ.*

7 *Mulier relicta vsufructuaria etiam titulo institutionis non dicitur hæres, sed simplex legataria, & ideo non tenetur conficere inuentarium, ad effectum euitandi confusionem actionum.*

8 *Creditor non præsumitur satisfactus ex sola administratione bonorum sui debitoris, nisi iustificetur ad manus eiusdem perueniſſe quantitatem bonorum eius crediti æquiualentem.*

DECISIO DCCCLXX.

Acquisitis per Mariam Fernandez nonnullis censibus alias impositis à Io: Petro de Corduba eius viro vsque de Anno 1551. & 1568. super Domibus, de quibus agitur, ipsius exequutores testamentarij ea defuncta, obtinuerunt mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria dicti Ioannis Petri debitoris, quod exequi fecerunt super Domibus censitis Romæ positis, vt dicitur *al Monte d'oro*, quæ successiuè deliberatæ fuerunt Ambrosio Putteobonello, & hic postea omnia iura transtulit in personam Ioannis Valternæ, à quo causam habet Cagneronus modernus Possessor mediante persona Dominici Vegertij. Cum autem super istis Domibus intentassent Ceccarelli Saluianum propter euictionem ab ipsis passam super alia Domo, quam eorum Authores alias emerunt à Clementia Corduba filia, & hærede dicti Ioannis Petri vsque de Anno 1601. & sententiam immissionis obtinuissent Anno 1653. à R.P.D. Baronzono tunc A.C. Locumtenente. quam prætendebant fecisse transitum in iudicatum ob non prosequutam appellationem. Ideò commissa mihi causa per Signaturam dedi dubium an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & negatiue quoad primam affirmatiue vero quoad secundam partem resolutum

1 fuit, stante iniustitia sententiæ, quæ impedit rem iudicatam, & viam aperit restitutioni in integrum *Cæsar de Graff. decis. 3. nu. 3. de reb. Eccles. non alien. Gregor. decis. 459. num. 2 cum vulg.*

Iniustitia resultat ex eo, quod cum creditum illorum de Ceccarellis incipiat ab Anno 1601. de quo tempore domum euictam emerunt à Clementia Corduba, vtique remanet posterius cæteris creditis Anni 1551. & 1568. pro quibus domus controuersæ fuerunt

2 deliberatæ Authoribus Cagneroni Rei conuenti, & per consequens non poterant Ceccarelli tanquam posteriores immitti ex Salniano, aduersus possidentem pro credito anteriori, vt *tradit Pacif. in suo tract. de Saluian. interd. insp. 3. cap. 2. nu. 442. & inspect. 5. cap. vnic. num. 6. Rota* post eundem *decis. 290. num. 1 cum alys allegat in Romana Saluiani 4. Febr. 1661. in princ. coram me.*

Quæ quidem credita anteriora suffragantur Cagnerono, quamuis eius Authores in actu deliberationis expressam cessionem non reportauerint. Quia ad effectum retentionis eo ipso, quod pretium fuit solu-

3 tum creditoribus anterioribus potest soluens absque alia cessione eorum iuribus excipiendo tueri, vt distinguendo tradit *Bart. in l. 1. in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*

hypoth.solu.gloss.in l.si potioris C.de his, qui in prior.loc. succed.Surd.cons.183.n.18.Card.Mantic de tacit.lib.1 r. tit.29.num.6.Rota coram Buratt.decis.420.num.3.cum alijs relatis per Add ibidem lit.B.

Non obstat, quod deliberatio fuerit nulla, & excessiua, & sic non potuerit transferre dominium in per-
4 sonas Authorum Cagneroni *Iuxtà decis. Card. Seraph. 808. num. 4.* quia nullitas desumpta ex eo, quod deliberatio facta fuerit sine pecunia remouetur ex lectura instrumenti ipsius deliberationis, vbi patet, quod Ambrosius Puteobonellus exbursauit Cursori scuta mille incontanti, quæ illicò ab eodem Cursore fuerunt numerata Ioanni Valternæ procuratori hæredum Mariæ Fernandez *Summ. Cagneroni num. 11.* non obstante, quod idem procurator summam receptam non persoluerit hæredibus Mariæ sed eam in Banco Puteobonelli reliquerit ad sui creditum; nam ex hoc non redditur nulla deliberatio, quæ iam præsente pecunia validè fuerat expleta: Ea enim quæ momento
5 temporis perficiuntur non irritantur ex alijs, quæ post facto succedunt *Bald. in l. si ubi 20. vbi Alex. num. 5. Ias.num.10.ff.si cert.pet. & in simili respondit Rota post Cene.decis.534.num. 7.& 8.*

Excessus verò non subsistit siuè prætendatur ratione summæ ex quo non deberiur computari fructus census anni 1568. tanquam impositi contra formam Bullæ Sanct. mem. Pij V. requirentis in actu impositionis promptam, & numeratam pecuniam, siuè etiam prætendatur ratione rei, ex quo non potuerit deliberari Domus parua, vt pote exempta ab omni hypotheca de consensu creditricis.

Etenim quoad fructus census nihil videtur obstare ipsum fuisse impositum absq; numerata pecunia, quia cum eius impositio facta sub die 12.*Aprilis* 1568.præ-
6 cesserit Bullam Pij Quinti editam ac publicatam 29. Ianuarij anni sequentis 1569. vt *in Constit.79. Bull.nou tom.2.* census non remanet nullus, cum hæc solemnitas pecuniæ numeratæ ante Bullam non fuisset necessaria, vt pluribus congestis dictum fuit *in Romana Salviani 1. Iuly 1665. §. vnica enim coram R. P. D. meo Albergato.*

Quo verò ad liberationem domus paruæ ab hypoteca census anni 1551; visum fuit Dominis illam non obstare quominus potuerit subhastari, ac deliberari, nam præter alias responsiones datas ab informantibus difficultas cessare videbatur ex eo, quod subhastatio, & deliberatio domus fuit facta ne dum pro dicto censu anni 1551. à cuius hypoteca prætenditur exempta; Verum etiam pro alio censu anni 1568.pro quo fuerunt obligata omnia bona Io: Petri debitoris.

Nec pariter vrget, quod Maria Fernandez fuerit relicta vsufructuaria omnium bonorum Io:Petri debitoris, nullumque confecerit inuentarium; & propterea stante confusione actionum, ac præsumpta satisfactione ex bonorum administratione resultante non potuerit deueniri ad subhastationem, & deliberationem domorum, de quibus agitur.

Obiectum enim à prætensa confusione actionum
7 facile remouetur ex quo mulier relicta vsufructuaria etiam titulo institutionis non dicitur hæres sed simplex legataria, vt de veriori testatur *Rota coram Card. Caual.decis.310.num.1.Merlin.decis.505.num.7.& seq. & in Imolen.Prædy 6.Iunij 1664.§.Etenim cum seq.coram R.P.D.meo Emerix*, quo verò ad præsumptam satisfactionem certum est illam non induci ex sola ad-
8 ministratione, nisi concludenter iustificetur ad manus mulieris peruenisse quantitatem bonorum eius creditis æquiualentem ex firmatis *in Romana pecuniaria 28. Iunij 1658. §.nihil obstante coram Reuerendiss.Papien. & in Fanen.dotis 17. Martij 1642.§.minus obstat coram me.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SEU ALBANEN. BONORUM.

Mercurij 19.Ian.1667.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum datur aduersus sententias confirmantes subhastationē nullam,& iniquam,dicitur autem subhastatio nulla si fuerit facta non seruata forma per constitutiones præfixa & seruari solita, & pro modica summa fuerint subhastata bona maximi valoris. Retentio non competit creditori; nisi quando bona ad eum peruenerunt ex causa illius crediti pro quo vult retinere.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum competit aduersus sententias confirmantes subhastationem nullam, & proinde iniustas.*
2 *Subhastatio est nulla si pro credito modico subhastata fuerint bona maximi valoris.*
3 *Subhastatio est nulla si facta fuerit non seruata forma per constitutiones præfixa, & seruari solita.*
4 *Iustitia subhastationis, & deliberationis non potest desumi ex noviter deductis.*
5 *Deliberatio continens læsionem vltra dimidiam iusti pretij est ipso iure nulla.*
6 *Remedium l.2.C.de rescind. vendit. habet locum in venditione facta per subhastationem.*
7 *Debita posteriora non valent minuere valorem bonorum, quæ ad alios creditores pertinent vigore eorum anterioritatis.*
8 *Retentio non competit creditori, nisi quando bona ad eum perueniunt ex causa illius crediti pro quo vult retinere.*

DECISIO DCCCLXXI.

Albina Mater, & Dorothea de Rotundis eius filia mediante persona procuratoris specialiter constituti insolidum accesserunt, ac fideiusserunt in instrumento census scut. 500. celebrato 23. *Februarij* 1644. per Marcum Antonium, & alios de Rotundis fauore Patrum SS. Siluestri, & Martini ad Montes, cuius instrumenti vigore cum ijdem Patres pro fructibus successiuè decursis, & non solutis in summa scut. 159. 50. deuenerint ad subhastationem, & deliberationem duarum domorum, & vnius vineæ vigore mandati contra dd.Mulieres expediti, hinc præfatæ Mulieres iudicium instituerunt super rescissione dictæ deliberationis, & duas sententias contrarias reportarunt, quarum vltima prætenditur fecisse transitum in iudicatum ob non interpositam appellationem; verum commissa causa restitutionis in integrum bon: mem: Leoni Verospio, ego in eius locum subrogatus proposui dubium, an constet de causis, & affirmatiuè fuit resolutum.

Cùm enim deliberatio ex pluribus detegatur nulla,
1 sententiæ illam approbantes, & Monasterium ab impetitis absoluentes, non possunt ab iniustitia saluari, quo fit, vt aduersus eas competat remedium restitutionis in integrum ex allegatis *in Meleuitana Spolij 10 Martij 1664.coram R.P.D. meo Emerix.*

Nullitas præcipuè consistit in eo, quod pro modica summa scut.159.subhastata fuerunt tria corpora valoris scut.2444. attenta solum relatione peritiā Patribus electi *Summ.num.6.* cum enim vnumquodque sufficeret pro dicti crediti satisfactione perperam ad illorum
2 omnium distractionem deuentum fuit, indeque subhastationem, & successiuam deliberationem non sustineri per *Text.in l.2.& l.si quis C.de rescind.vendit.tradit.Maagil. de subhast. quæst.17.num.1.Rota coram Eminentiss.D.Card.Ottbob.decis.70.num.10.& seqq. in rec decis.257.in fine p.6.& in Firmana Bonorum 28. Iunij 1662.coram R.P.D.meo Emerix §. tertia resultat.*

Rema-

Remanet quoque nulla deliberatio, quia non fuerunt seruatæ solemnitates requisitæ *in Constitutione 71 Sa. mem. Pauli V. de reformat. Tribunal. Vrb.* & signanter cùm non fuerint affixa edicta in Terra Cinthiani, vbi existunt bona deliberata, debebant enim fieri ante deliberationem ad effectum inueniendi Oblatores, qui iustum pretium offerrent, sine quibus non poterat iuridicè ad deliberationem procedi, vt præcipitur in eadem *Constit. §. Baroncelli num. 6.* ibi: *Et quando contingit poni subhasta bona in partibus existentia vigore
3 mandati in Vrbe relaxati volumus, & mandamus præter edicta, & diligentias in loco subhastationis, & iudicij fieri solitas, fieri debere etiam in loco, vbi, vel in cuius Territorio bona ipsa subhastanda reperiuntur pro reperiendis Oblatoribus, nec aliter posse ad deliberationem &c.* & ita in praxi quotidie seruari testatur *Ridolphin. p. 1. cap. 15. n. 131. Postb. de subhast. inspect. 29. n. 40. & seqq.*

Et licet edicta fuerint exhibita in secunda instantia non tamen redditur valida præcedens deliberatio, cum nullibi doceatur de præcedenti illorum affixione, quæ potius videtur excludi ex fide Notarij data *in Summ. responsionis Monasterij* deponentis edicta fuisse reperta
4 in pulpito substituti præmortui, & semper vrget responsio, quod iustitia subhastationis, & deliberationis desumi, non potest ex nouiter deductis, *vt firmauit Rota in Romana nullitatis deliberationis 27. Aprilis 1644. coram Reuerendiss. Imolen. §. Demum vers. quia nempè.*

Præterea concurrit quoque læsio enormissima vltra dimidium; nam bona valoris scut. 2444. iuxta relationem dicti Periti (cum ex alio Perito Mulierum valor maiorem summam excedat) deliberata fuerunt pro scut. 902. *Summ. Patrum num. 2.* attenta enim hu-
5 iusmodi læsione vltra dimidiam iusti pretij dubitari non potest quin deliberatio remaneat ipso iure nulla ad terminos *l. 2. C. de rescind. vend.* cuius remedium
6 iuxta veriorem sententiam habet locum in venditione facta per subhastationem, vt tradit *Corn. consil. 56. num. 2 lib. 3. Surd. consil. 39. num. 3. & dixit Rota in Romana læsionis coram Cardin. Caual. decis. 187. num. 1. & in recent. decis. 648. num. 5. p. 1.*

Hoc autem excusari non potest sub prætextu, quod bona, de quibus agitur, fuerint obnoxia annuæ responsioni, ac etiam pluribus debitis illorum de Rotundis implicita. Quia de annua responsione habita fuit expressa ratio à Peritis *dicto Summ. Mulierum n. 5* ibi: *cioè vna parte respondente al Sig. Duca Cesarini, & vn'altra parte al piano delle due Torri, che paga il Canone alla Communità di Gensano.* Debita vero tanquam
7 posteriora creditis dotalibus Albinæ, & Dorotheæ, ad quas bona præfata pertinebant *Summ. responsionis n. 1.* non habentur in consideratione itaut valeant minuere verum valorem bonorum, vt respondit *Rota coram Buratto decis. 765. sub num. 10.*

Nec pariter obstat, quod Monasterium in actu deliberationis excomputauerit scuta 500. pro sorte principali census, de quo agitur, quæ addita pretio deliberationis scut. 902. videantur excludere læsionem vltra dimidiam.

Contrarium enim patet ex ipsomet instrumento deliberationis, vbi solum ex computantur scut. 152. in diminutionem fructuum pro quibus fiebat deliberatio nulla facta mentione capitalis *Summ. Monasterij num. 2.* & licet ibidem dicatur alteram ex domibus esse grauatam dicto censu scut. 500. ex hac simplici enunciatiua non bene infertur ad sortis ex computationem, maximè quia non erat in facultate creditori illam repetendi iuxtà notissimam *Constit. Sancti. Mem. Pij V.*

Neque releuat, quod per acquisitionem fundi censiti factam per creditorem remanserit census extinctus; præter quod enim non fuit impositus super sola domo deliberata, sed etiam super horreo cum duobus fenilibus *Summ. Patrum num. 1.* & sic dubitari potest an census fuerit resolutus ex deductis *in Romana census 10 Iunij 1641. §. idemque coram me*, ad tollendum obiectum sufficit quod deliberatio non fuerit facta pro credito sortis; quia certum est retentionem non competere creditori, nisi quando bona ad eum perueniunt ex causa illius crediti, pro quo vult retinere secus verò si ex causa diuersa, iuxtà distinctionem, *Bart. in l. si non sortem 26. §. censum num. 28. ff. de condit. indebit.* quam sequuta est *Rota in Amerina successionis 22. Iunij 1657. §. ex alio coram R.P.D. Benilaqua cum alijs cumulatis in Romana, seu Perusina Donationis 29. Ianuarij 1663. §. A quo coram Reuerendiss. D. Gerunden.* & in his præcisis terminis ad annullandam deliberationem, *in Interamnen. bonorum 1. Iulij 1658. §. Accedit cor. me.*

Et ità vtraque, &c.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 28. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM.

Declaratoria non conceditur nisi constet de contumacia, & inobedientia parere debentis, de hac autem constare non dicitur etiam si post intimationem personalem, & fecuationem quatuor terminorum seruari solitorum de paritione non doceatur, quia quando executoriales non continent tale præceptum, quod ad sui implementum requirat factum positiuum tunc sola patientia, vel verbalis paritio sufficit, secus autem vbi paritio requirit factum positiuum tunc enim ad effugiendam declaratoriam omnino docendum est de actuali, & effectiua paritione.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio non conceditur vbi non constat de contumacia & inobedientia parere debentis.*

1 *Contumacia, & inobedientia ad effectum declaratorię deducitur ex eo quod post intimationem personalem, & post fernatos quatuor terminos seruari solitos de paritione non doceatur.*

3 *Paritio articulis, & effectiua ostendi debet ad effugiendam declaratoriam vbi in executorialibus præcipitur factum aliquod positiuum.*

4 *Paritio verbalis, & patientia sola sufficit ad effugiendam declaratoriam vbi in executorialibus non præcipitur factum aliquod positiuum.*

Paritio verbalis sufficiens ad effugiendam declaratoriam deducitur ex solutione expensarum litis ab eo facta contra quem expeditæ fuerunt literæ executorialis.

5. *Appellatio à sententia non repugnat paritioni requisitæ ad effugiendam declaratoriam, cum nemo cogatur ius suum deferere.*

DECISIO DCCCLXXII.

POst quam in causa diù in Rota agitata inter Episcopos pro tempore Marsicen. & Archipresbyteros Terræ Saponariæ super iure exercendi iurisdictionem in dicta Terra latę fuerunt ad fauorem Episcoporum plures sententiæ, & in iudicatum transactæ, illarum vigore fuerunt expeditæ literæ executoriales, quæ nedum Archipresbytteris, sed etiam capitulo, & Presbyteris einsdem Terræ præsentatę fuerunt; cum autem capitulum, & Presbyteri contenderent, an acta facta contra Modernum Archipresbyterum illos afficerent, bis proposito hoc dubio coram bo. me. Leone Verospio *sub diebus 14. Martij, & 30. Maij 1664.* affirmatiue resolutum fuit, & successiue fuit lata sententia ad formam dd. resolutionum. Hodiè verò prætendente Reuerendiss. D. Episcopo, quod ijdem Presbyteri dd. executorialibus non paruerint, ideo dubitaui,

an

an esset relaxanda declaratoria, & fuit per Dominos
negatiuè responsum. Quia non constat de contuma-
cia, & inobedientia Presbyterorum quæ ad effectum
1 declaratoriæ necessario exigitur, *cap.contigit il 2.de*
sent.excom.Cassador.decis.12.num.2.de rescrip.

Non obstat quod de contumacia, & inobedientia
satis constare dicatur eo ipso, quod post intimatio-
nem personalem, & post seruatos quatuor terminos
2 seruari solitos, de paritione non doceatur ex deductis
in Leodien.canonicatus S.Martini 31.Ianuarij 1653.&
Hispalen.decimarum 9.Iulij 1654.coram me:

Etenim in hac materia duo casus solent considerari
primus est, quando in executorialibus quibus est
parendum continetur aliquod factum positiuum, &
3 tunc ad effugiendam declaratoriam est omnino docen-
dum de actuali, & effectiua paritione, ita quod sola
verbalis non sufficiat, vt in *Cesenatg.cath. 10.Decem-*
bris 1660.coram me, & in Turritana congruæ 12.Ia-
nuarij 1665.coram R.P.D.meo Taia in fin.

Secundus casus est quando executoriales non
continent tale præceptum, quod ad sui implemen-
tum requirat factum positiuum, vt in proposito
vbi agitur de exercitio iurisdictionis Episcopi, pro
qua Presbyteri non tenentur nisi præstare patientiam,
& hoc casu aut sufficit sola patientia, vt distinguit
Rota coram Merlin decis.20.num.2.3.& 4.aut quatenus
etiam requiratur paritio verbalis exhibendo se paratos
huiusmodi patientiam præstare iuxta *decis.in Burgen.*
decimarum 11.Februarij 1650.coram me §. quia præter
4 quod sufficienter Presbyteros paruisse ostenditur dum
expensas litis D.Episcopo persoluerunt in summa scu-
torum 400.nec non ex eorum declaratione iudiciali-
ter facta, potestati fuerunt, se velle suæ iurisdictioni
subiacere ad formam sententiarum rotalium, quam
declarationem refert vtraq; *decis.bo.me.Verospij prima*
in § nec sententiarum vers. cum maxime & secunda in
princip.

Neque releuat, quod Presbyteri appellauerint ab hac
vltima sententia & causam appellationis committi ob-
tinuerint R.P.D.meo Beuilaquæ quia dum interim
ipsi nullum præstant impedimentum, quin D.Episco-
pus exerceat iurisdictionem, exinde argui non potest
5 ad inobedientiam, appellatio enim non repugnat actui
paritionis, cum nemo cogatur ius suum deserere, vt
in his terminis aduertit *Rota in Burgen.seruitij coram*
Pironano impress.in recent.decis.614.num.3.p.3.

Et ità vtraque, &c.

FVLGINATEN. AFFICTVS.

Lunæ 31.Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM.

Exceptiones turbidæ retardare non debent solutionem
affictuum, stante iuramento, & obligatione Camerali,
quæ executionem paratam habent, maximè si condu-
ctores excipiant de non adimplemento vigore capituli
continentis onus antecessorum in affictu, non autem
obligationem locatoris.

SVMMARIVM.

1 *Promissio iuramento & obligatione camerali munita pa-*
ratam de iure habet executionem.
2 *locator non potest petere solutionem affictuum, si ei ob-*
stat exceptio non adimplementi, quando vero secus
num.seq.
3 *Exceptio non adimplementi cessat, cessante promissione.*
4 *Obligatio fauore vnius introducta, in eius odium re-*
torqueri non debet.
5 *Dictio* prout *similitudinem, & conformitatem præsefert*
6 *Dictio* prout *vbi est relata ad aliquid de præterito.*
limitatiue, & restrictiue recipitur.
7 *Exceptio non adimplementi alicuius capituli non ad-*
mittitur quando actio fundatur super capitulo separa-
to, etiamsi in eodem contractu.
8 *Exceptio non adimplementi opponi non potest ab eo qui*
pro parte sua non adimplenit.
9 *Damnum cum damno compensatur.*
10 *Clausula* quorum interest *apposita in obligatione pri-*
mi conductoris, operatur, vt successor in affictu possit
agere contra illum in casu non adimplementi.
11 *Exceptiones turbidæ non admittuntur ad retardandam*
solutionem stante iuramento, & obligatione camerali.
12 *Promissio Procuratoris, seu ministri extraiudicialis,*
& voluntaria principali præiudicare non potest.
13 *Promissio erronea non attenditur.*

DECISIO DCCCLXXIII.

ORta controuersia inter Eminentiss. D.Cardinalem
Antonium Barberinum Locatorem Bonorum Ab-
batiæ Sanctæ Crucis de Saxouiuo, & conductores super
responsitione Affictus primi anni in summa sc.3000. ac
pendente iudicio coram R.P.D. A. C. Areosto speciali
commissione Sanctiss. fuit eidem demandatũ vt proce-
deret de voto Rotę appellatione remota, ideò dubitaui,
an sit relaxandum mandatum pro responsione affictus
dicti primi anni, & fuit affirmatiuè resolutum. Quià
D.Locator habet intentionem fundatam in capitulis
insertis in publico instrumento, vbi conductores pro-
miserunt soluere pro affictu scuta 3000.quolibet anno
1 quæ promissio cum sit iuramento, & obligatione Ca-
merali munita paratam de iure habet exequutionem
Angel.in l.4.§.condemnatum num.4.ff.de re iud.

Non obstat prætensio, quod D. Locator non tra-
2 diderit conductoribus in primo anno terras benè cul-
tas & satas, vt tenebatur vigore 12. capituli, ideoque
ex capite huius non implementi cessare videatur actio
pro affictu.

Etenim in dicto capitolo 12. promisserunt quidem
conductores relinquere in vltimo anno terras benè cul-
tas, & satas eo modo, quo tenebantur Orsini priores
conductores, vt sunt verba clara, ibi: *che detti condutto-*
ri nell'vltimo Anno dell' affitto non possino restonigliare
li Terreni di detta Abbatia, anzi siano tenuti restitu-
irli ben arati, coltinati, e seminati, nel modo che sono
obligati rilasciarli detti Signori Orsini, nulla tamen
legitur obligatio, seu promissio D.Locatoris traden-
di Terras cultas, & satas in primo Anno, & per con-
sequens cessante promissione, cessat quoque exceptio
non implementi *Rota decis.389.num.6.p.2.& pariter*
decis.389.num.1.p.4.recent.

Nec vrget illatio, quę fit ex dd. verbis *nel modo,*
che sono obligati lasciarli li Signori Orsini, quòd scili-
cet dum præcedens conductor tenebatur relaxare in
vltimo anno Terras cultas & satas, inde etiam suc-
cessor Terras eodem modo debeat recipere in pri-
mo Anno.

Quia non ex hoc quod Orsini præcedentes Condu-
ctores fuerint ad id obligati fauore D.Cardinalis tene-
tur ipse erga sequentes conductores, sic enim obliga-
tio illius fauore inducta in eius odium retorqueretur.
Et propterea ex dictis verbis *vel modo &c.* non benè
infertur ad aliquam promissionem eiusdem D.Card.
cum solum videantur apposita ad magis declarandam
obligationem conductorum restrictam nempè, & li-
mitatam ad modum, quo tenebantur Orsini, nam
5 dictio *prout* similitudinem, & conformitatem præse-
fert ex *allegatis per Surd.cons.335. num.38.&* vbi est re-
lata ad aliquod de præterito limitatiuè, & restrictiuè
6 accipitur, *Alex. cons.46. num.9. vers fortificantur hac*
verba lib.1 Dec.cons.63.n.6.vers.prout Curt.Iun.cons.92
num.10.Rota diuers.decis.37. num.1.& 2. p.2.

Cæterum pro remotione obiecti animaduerterunt
Domi-

Domini, quod allegata exceptio non implementi tunc
solum esset releuans si D.Cardinalis vellet cogere con-
ductores ad obseruationem duodecimi capituli, quo
casu forsan obstaret inobseruantiam priorum condu-
ctorum, iuxtà quorum obligationem voluerunt teneri
in fine affictus tradere terras benè cultas, & satas, at
secus in proposito, vbi iudicium fuit intentatum exe-
quutiuè super solutione affictuum vigore alterius capi-
tuli omninò diuersi, & separati, in quo conductores
se obligarunt ad annuam solutionem scutorum 3000.
nulla facta mentione de dicto pacto contento in duo-
decimo capitulo.

Hoc enim casu veniunt omninò cogendi ad solu-
7 tionem, nulla habita ratione ad exceptionem non im-
plementi, quæ nunquam admittitur in capitulis sepa-
ratis etiam si agatur de eodem contractu, vt probat
*Alex. in l. cum proponas la 2. num. 2. C. de pact. Natt.
cons. 133. n. 5. vers. sed in proposito Mansic. de tacit. lib. 3.
tit. 16 num. 22. vers. nam in separatis, Rota coram eodem
decis. 238. num. 2. vers. immò nec si agatur ex eodem con-
tractu, & plures alios cumulant Add. ad Greg. decis. 541.
lit. A. & add. Buratt. dec. 54 num. 17. & decis. 571. lit. A.*

Absurdum verò ab altera parte ponderatum, quod
conductores perciperent fructus duntaxat pro octo an-
nis, & pensiones soluerent pro nouem, cessare videtur
ex facto, dum affictus licet fuerit stipulatus de mense
Augusti 1647. non tamen cœpit currere pensio nisi de
mense Aprilis 1648. *Summ. D. Card. num. 1. in princ.* Et
in omnem casum si aliquod damnum adesset, non
8 ideò competeret exceptio allegata dum quià condu-
ctores nec ipsi fecerunt promissam restitutionem ter-
rarum cultarum in vltimo anno ad formam eorum
obligationis, & proinde excipere non valent de non
implemento, *Surd. cons. 331. n. 34. Card. Canal. decis. 217
9 num. 4.* & saltem damnum cum damno deberet com-
pensari, *Bald. in d. l. Cum proponas num. 1 vers. quia sa-
tisfacto C. de pact.* tum etiam quia pro huiusmodi
10 damno possent forsan agere contra Orsinos priores
conductores vigore clausulæ *quorum interest* in obliga-
tione camerali adiectæ, non autem effugere valent so-
11 lutionem sub prætextu dictæ exceptionis; Quia cum
ex præfatis saltem appareat turbida, & pendeat à pro-
missione D. Locatoris, quæ nullibi legitur expressa,
interim non debet retardari executio: instrumenti ca-
merali obligatione vallati, contra quam non admit-
tuntur exceptiones turbidæ, ac requirentes altiorem
indaginem *Card. Seraph. decis. 1455. num. 2.*

Denique non obstat epistola Auditoris D. Cardina-
lis data *in Summario conductorum num. 5.* vbi promit-
tit eundem D. Cardinalem bonificaturum damnum,
12 quod conductores receperunt ex eo quod Orsini re-
linquerint terras incultas: siuè quia tanquam extraiu-
dicialis, & voluntaria non præiudicat principali *iuxtà
decis. Gregor. 460. num. 5. & in Bonon. dotis, seu pecu-
niaria 27. Aprilis 1646. coram Bichio 5. confessio autem,*
13 siuè etiam quia cum ex superius firmatis detegatur er-
ronea non debet haberi in consideratione, *per Text. in
l. si per erroneam ff. de iurisdict. omn. iudic.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Veneris 4. February 1667.

ARGVMENTVM.

Celebris disputatio quando nam dos debeat dici potius constituta in pecunia numerata, quam in fundo dotali in hac decisione declaratur & obiter quando conuentio inuestiendi in fundum dotalem etiam fauore vxoris nihilominus non imponet fundum dotalem proprium. Et hoc ad effectum fructuum restitutionis ad ratam potius quantitatis, quam fundi.

SVMMARIVM.

1 *Dos in fundo dotali consistens potest constante matrimonio et consensu partium in quantitate conuerti.*

2 *Hæres mariti qui dotem in pecunia recipit non potest allegare fundum dotalem.*

Factum sui Auctoris impugnare quis non potest num. 2.

3 *Verba* pro fundo dotali *apposita in instrumento dotis non important verum fundum dotalem, concurrente repugnantia & contrarietate.*

Sed specialem hypotecam pro dote in pecunia constituta numer. 3.

4 *Verba* da obligarsi *apposita in instrumento dotis, repugnant proprio fundo dotali.*

Fundi dotalis dominium naturale semper residet penes vxorem num. 4.

5 *Obligatio non cadit in re aliena.*

6 *Dotis inuestimenta, quæ pro dote obligantur fauore vxoris intelliguntur esse propria viri.*

7 *Verba* pro fundo dotali *non important fundum dotalem verum, sed tantum per fictionem & similitudinem*

Dictio per *importat idem ac* pro vice *seu* loco *num. 7.*

7 *Dos pro potiori cautela mulieris melius est quod in pecunia consistat.*

9 *Dote in pecunia consistente periculum inuestimentorum transfertur in maritum.*

Dote in pecunia consistente mulier habet hypothecatam pro dotis restitutione ne dum inuestimenta dotalia, sed omnia bona viri num. 9.

10 *Fundo dotali repugnat obligatio & assecuratio viri de dote super omnibus suis bonis.*

Fundus dotalis in casu restitutionis dotis a muliere retro accipiendus est num. 10.

11 *Dote consistente in fundo dotali mulier in casu restitutionis dotis non habet actionem contra bona viri sed contra fundum.*

12 *Fundus dotalis non dicitur constitutus stante obligatione omnium bonorum viri eorumque possessionis acceptatione in casu restitutionis dotis.*

13 *Instrumenti conuentio si non adsit contrarium in capitulis, censetur facta ad mentem contrahentium.*

14 *Fundus dotalis vt dicatur proprius requiritur vt inuestimenta sint facta in faciem vxoris.*

15 *Fundus dotalis improprietas arguitur ex cautelatione dotis, & mulieris prælatione aduersus cæteros creditores.*

16 *Fundus dotalis verus & proprius non cadit sub hypotecis contractis à marito fauore suorum creditorum.*

17 *Hypoteca specialis dat prælationem.*

18 *Dos in pecunia consistens censetur, quoties vxor dotem in pecunia restitui iussit, & Hæredes viri inuestimenta dotalia tamquam hereditaria sunt prosequuti.*

19 *Dos in pecunia soluta, est in pecunia pariter restituenda si in eadem specie pariter restitutio fuit conuenta.*

20 *Dos Constituta in pecunia inuestienda consideratur tamquam species, quando inuestimentum debet fieri à persoluente secus quando à recipiente.*

21 Decisio Meslin. 592 explicatur.

22 *Fructus dotis debentur ad rationem inuestimenti quoties maritus fuit obligatus ex pacto ad inuestiendum, & quando non num. seq.*

23 *Statutum Vrbis taxans fructus dotales ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario & Anno vbi dos est in pecunia, procedit etiam quando est constituta in aliqua specie fructifera.*

24 *Fructus dotis non debentur ad rationem septem cum dimidio ex statuto vrbis quando dos consistit in vero & proprio fundo dotali.*

25 *Fructus dotis non consistentis in vero & proprio fundo debentur ad rationem* statuti vrbis lib. 1. cap. 137.

26 *Fructus totius dotis debentur ad rationem septem cum dim. dio ex Statuto Vrbis licet dos partim in pecunia constituta & partim in fundo.*
27 *Dos eadem non debet diuerso iure iudicari.*

DECISIO DCCCLXXIV.

Dictum fuerat coram me prima Decembris 1664. fructus dotales deberi D.Olimpiæ ad rationem inuestimenti, sed hodie facto melius dilucidato Domini recesserunt à decisis. Quamuis enim in capitulis matrimonialibus constituta dote in quantitate scutorum 18.mil.in continenti fuerit initum pactum, quod per decem mille soluerêtur Marco Antonio viro ad effectum inuestiendi in censibus, aut Locis montium, vel bonis stabilibus, mille pro parafreno, & reliqua nouem millia pro cautela dotis, & pro fundo dotali, ita vt semper debeant remanere, & conseruari pro fundo dotali.

Nihilominus ex instrumento cum solemnitatibus statutarijs celebrato 9.Iunij 1629.& nouiter in Rota deducto iustificatum fuit. Partes communi consensu pro rata scutorum bis mille, & quingentorum recessisse à dicto pacto, & conuentione inuestiendi, illaq; Marco Antonio Marito libera persoluisse *hodiemo sūmo D.Olimpiæ num.*1.& sic in hac parte dos alio iure
considerari nequit, quam vti vere consistens in quan-
1 titate, & pecunia numerata, idque fieri potuisse
constante matrimonio, probatur ex *l.itâ constante
cum seqq.ff.de iure dotium & l.si mulier dotis.vers.nam
2 constat ff de pactis dotal.*& sane ab altera parte in dubiū
reuocari non potest, dum habet causam à Marco Antonio, qui dictam quantitatem vti liberam recepit vt fuit responsum in *Romana residui dotis* 11.*Decembris* 1658.*& prima Iunij* 1660.*coram me*. Respectu vero residui dotis scutorum septem millium, & quingentorum Domini ponderarunt, quod verba *pro fundo dotali* tunc tantummodo intelliguntur strictè de proprio, & vero fundo dotali, quando nulla prorsus contrarietas, vel repugnantia concurrit, in quibus terminis loquuntur, & intelligi debent Doctores, & decisiones allegatæ in præcedenti decisione, alias autē concurrente contrarietate, & repugnantia, prout hic præfata verba capiuntur pro fundo dotali large, & improprie, non vt inuestimenta efficiantur dotalia, sed stent specialiter obligata, & hypothecata pro dote, quæ vere, & proprie dicitur consistere in pecunia, in qua fuit ab initio constituta. *Honded.cons.*41.*num.*18.*cum seqq.lib.*1.*Facchin.contr.iur.lib.*12.*cap.*74.*vers.ad euitandas igitur has contrarietates Cocin.decis.*257.*num.*6.

Plures quidem vrgentes contrarietates, & repugnantiæ visæ fuerunt in casu nostro concurrere, & prima ex primordialibus verbis eorundem capitulorum, ibi *dà obligarsi, e conseruarsi sempre con li scudi mille di parafreno per cautela di dote, e fondo dota-
4 le*: verba enim *dà obligarsi* repugnant proprio fundo
dotali, quia cum eius dominium naturale semper resideat apud vxorem *l.in rebus C.de iure dotium Gloss.
in §.accedit.verb.quod dicitur instit.quib. alien.lic.vel
5 non Seraph.decis.*201.*num.*28.in re propria non cadit
obligatio *l.si rem alienam* 29.*ff.de pignor.act.l.neque
pignus ff.de Reg.iuris*. & sic per necesse partes intelle-
6 xerunt, quod inuestimenta essent propria mariti, super eis caderet obligatio fauore vxoris *ex allegatis per Honded.dict.cons.*41.*n.*21.*lib.*1. *Rota in Romana dotis* 10.*Iunij* 1661.*cor. Reuerendiss.Ephesino §.nam non fuit*

Dictio Per excludit verum fundum dotalem, quia
7 idem importat, ac pro *vice*, seu *loco*, & sic solum impropriè,& per fictionem, vt in his terminis tradit *Andreol contron.*313.*num.*16.

Idemque importat cautela dotis, cum melior non
8 detur pro muliere, quàm consistens in pecunia, quo ca-
9 su periculum inuestimentorum transfertur in mariti,
& ipsa habet hypothecata pro restitutione nedùm inuestimenta, sed etiam omnia, & quæcumque eiusdem mariti bona, vt ratiocinatur *Cephal.cons.*351.*num.*31.*vers. Sed fauor mulieris, & dotis est Honded. cons.*14.*num.*58.*&* 59. *ac dict.cons.*41.*num.*30.*vers.Magis enim illi expediebat,& num.*31. *lib.*1. *Gratian. discept.* 435.*num.*3.*Andreol.d.controu.*313.*num.* 13. *Rota in recent. decis.*231.*num* 13.*par.*9.

Secunda ex instrumento dotali in executionem eorundem Capitulorum confecto: in eo enim Marcus Antoninus non assecurauit super suis bonis solam ratam scutorum 8.mil. liberè solutorum, vt ex supposito alterius partis dictum fuit in altera decisione, §. *Quod euidentius*, sed totam,& integram dotem scutorum 18. mil. assecurauit, & hypothecauit super omnibus eius bonis,& quod magis est, in quocunque casu restitutionis præfatæ dotis expressam concessit vxori facultatem capiendi propria authoritate possessionem eius bonorum, semper loquendo de tota,& integra dote, vt *in dicto hodierno Summ.num.*2.

Huiusmodi autem obligatio, & concessio repugnat
10 naturæ propriè fundi dotalis, quia eueniente casu re-
stitutionis, fundus dotalis retroaccipiendus est *Gabr.
11 cons.*60.*num.*4.*lib.*2. Nec vxor aliquam habet actio-
nem aduersus bona mariti, *l.fin.ff.de pactis dotal.Rum. cons.*134.*sub num.*5.*lib.*4.*Roland cons.*92.*num.*6.*lib.*2. *Grat.discept.*489.*num.*1.*&* 7. Vndè dùm fuit conuen-
12 tum, quod haberet omnia bona mariti obligata, &
quod in casu restitutionis pro integra dote caperet possessionem bonorum viri, euidens signum est, quod per inuestimenta non intellexerunt constituere, verum & proprium fundum dotalem, sicut ponderat *Cephal. d.cons.*351.*num.* 28.*vers.Et cum maritus,Rota in Maceraten.dotis* 11.*Martij* 1645. §. *Quia cum praecesserit coram bon.mem. Card. Corrado, in dicta Romana dotis coram Reuerendissimo Ephesino, §.Tum etiam ex licentia.*

Non obstat, quod ista non legantur in Capitulis matrimonialibus, sed tantum in instrumento, quia cum in Capitulis non adsit contraria conuentio. Par-
13 tes potuerunt illa in instrumēto adijcere,& explicare,
cum censeantur fuisse de mente, & intentione contrahentium tempore Capitulorum, vt dictum fuit in *Romana quarti dotalis* 27. *Aprilis* 1646. *coram me, in recent.decis.*397.*num.*18.*p.*9.

Et tertia ex ipsis inuestimentis, præter quod enim
14 facta fuerunt in faciem mariti, & tamen verus fundus
dotalis exigit inuestimentum in faciem vxoris ad tradita per *Giurb.ad consuetud. Messanen. cap.*14. *Gloss.* 1. *num.*10. *vers.Eiusque nomine permutetur*. In eis ex-
15 pressa lex addita fuit, quod starent pro cautela dotis,
quodque mulier super eis haberet prælationem aduersus cæteros mariti creditores dicto *Summ.num.*5. Improprietatem enim fundi dotalis ista cautela demō-
16 strat, quia de iure proprius, & vetus fundus dotalis
non cadit sub hypothecis à marito contractis fauore eius creditorum *l.ex Iulia,ff.de fund.dotal.Bald.in l.si constante,§.Si maritus,ff. solut.matrim. Mantic.de tacit. lib.*11.*tit.*4.*num.*18.*&* 19. *Rota apud Pacific. de Salu. decis.*30.*num.*2. Nec propterea super eo intrat quæstio prælationis,& per consequens eius conuentio indicat
17 improprium fundum dotalem, solamque specialem
hypothecam importat,quæ dat prælationem ex *l.assiduis,C.qui pot.in pign.hab.*

His etiam accedit subsequuta obseruantia, nam non
18 solum Marcus Antonius, dum vixit, inuestimenta fecit, & habuit tanquam propria, sed etiam post eius

tuortem, hæredes ipsius illa tanquam hæreditaria asse-
quuti fuerunt,& vxor institit pro restitutione integræ
suæ dotis in pecunia, vt ad propositum ponderauit,
Rota in recent. decis.436. num. 4. vers. Quod & docuit observantia par.4.tom.2.

Non obstat, quod in Capitulis promissa fuerit re-
stitutio dotis in eadem specie, quia ibi non dicitur in
19 eadem specie simpliciter, nec in eadem specie inuesti-
ta, sed *nell'istessa specie, che li sarà stata pagata*. Vnde
obiectum retorquetur, quia cum solutio totius dotis
fuerit facta in pecunia numerata in eadem propterea
pecunia numerata dicitur conuenta integra restitutio,
vt benè arguit *Rub.Alexandr. cons.5.num.5. vers. Et si dicatur,& num.6.& priùs Corn.cons.15.num.5.vers.Ex quo infertur,& n.6.lib.2.cum alijs per Facchin.contr.74 vers. Primò quià lib. 12. & præter, ibi allegatos Thob. Non.cons.52.num.5.& 12.*

Non attento quod pecunia inuestienda considere-
20 tur tamquam species, quia hoc in his terminis admit-
titur quando inuestimentum fieri debet à constituen-
te & soluente dotem,non autem quando, prout hic,
debet fieri à marito illam recipiente: Tunc enim ver-
ba restitutionis tamquam relata ad actum solutionis,
non possunt intelligi nisi de pecunia tunc à soluente
persoluta, vt benè per eundem *Rub. Alexandr. dicto cons.5.d.num.59.vers.Et si dicatur.*

Indeq,visa fuit non applicabilis *decisio Merlini* 792
21 quia in eius casu non fuerat conuentum, quod inue-
stimenta obligarentur pro cautela dotis, imò quod
esset fundus dotalis,& quod in casu restitutionis ipsa-
met inuestimenta restituerentur, non aderat assecura-
tio, neque hypothecatio omnium bonorum mariti
pro restitutione totiùs dotis, minusque data fuerat
facultas mulieri capiendi propria authoritate posses-
sionem omnium bonorum viri in casu restitutionis;
nec inuestimenta continebant pactum prælationis fa-
uore vxoris aduersus creditores mariti; quæ concur-
runt in casu nostro, & quæ omninò aduersantur, ac re-
pugnant vero, & proprio fundo dotali.

Denique nec obstat, quod ad effectum, vt fructus
22 debeantur ad solam rationem inuestimenti sufficiat,
quod ex pacto maritus fuerit obligatus inuestire, &
retinere dotem inuestitam, ex qua minores fructus
percepit, quàm taxentur à Statuto.

Quià præter quod dum Statutum taxat fructus do-
23 tales ad rationem scutorum septem cum dimidio pro
quolibet centenario,& anno,quando dos consistit in
pecunia, quæ nullos fructus reddit,multo magis vide-
tur illos concedere,quando dos consistit in aliqua spe-
cie fructifera, ex qua mariti hæredes aliquos fructus
percipere possunt ex traditis per *Io.Baptistam Spadam cons.219.num.14. & 15.lib.2.*

Decisiones, quę pro obiecta conclusione fuerunt al-
legatæ (exceptis *decis.112.Buratti*, quæ agit de fructi-
bus recompensatiuis ex *l.curabit,& decis.275.num.31. & seq. apud Zacch. de oblig.Camer.* loquente de dam-
nis,& interesse ob non factum inuestimentum)loquun-
24 tur,& intelligendæ sunt de dote consistente in verò,&
proprio fundo dotali acceptato per vxorem, ità enim
loquitur *decis.292. sub num.4.par.1.recent.vt in vers. Præterea ipsemet*, & ità eam intelligit *Spad.d.cons.219. num.12.part.2.* ibi: *In quibus de suo consensu (nempè mulieris fuerat constitutus fundus dotalis*; Decisio ve-
rò 226.*num.9.apud Zacch.* loquitur de marito agente
ad fructus dotis sibi promissæ in certis bonis, nempè
Locis Montium, Censibus,vel Stabilibus; & in his spe-
ciebus ab eo acceptatæ, itàvt nedùm in solutione, sed
principaliter in obligatione essent bona, non pecunia.

Secùs autem est vbi, prout hic, dos non consistit in
25 verò fundo dotali, sed in quantitate, quæ fuit in obli-
gatione,& in solutione: In his enim terminis fructus
debentur ad rationẽ septem cum dimidio pro cente-
nario, quamuis pro cautela dotis pecunia dotalis fue-
rit inuestita, & mulier habeat pignus dotale, vt loqui-
tur *Statut.Vrb.lib.1.cap.137.& seq.Rota coram Buratt. decis.287. num.1.8. & 13.in recent.decis.423.n.1. & 2. par.3.& coram Merlino decis.451.num.16. & 17.*

Præsertim in casu nostro, in quo integra dos non
26 debuit inuestiri, nec inuestita fuit, sed pro rata scu-
torum decem mille, & quingentorum soluta liberè;
cum enim pro hac rata fructus debeantur ad rationem
statutariam septem cum dimidio, ideò ad eandem ra-
27 tionem debentur pro residuo, cum eadem dos non
debeat diuerso iure censeri, nec iudicari *Soccin. sen. cons.57.num.8. vers. Cum ergo arbitri lib.1.Rub. Alex. d.cons.5.num.3.circa finem, vers.Ergo ne ipsa dos Thob. Non.cons.52.num.7.Honded.dicto cons.41.num.12.lib.1. Facchia.controuers.iur.lib.12. dicto cap.74. vers.Sexto, quia dos constituta*. Et ità vtraque,&c.

RAVENNATEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 7. Febr. 1667.

ARGVMENTVM.

Frater præfertur quibusque alijs in successione fideicom-
missaria tanquam proximior grauato,quia regulariter
in successionibus fideicommissarijs attenditur proxi-
mitas grauati, & non grauantis: & multò magis id
procedit stante declaratione testatoris, & ex quibus
appareat testatorem noluisse filium subintrare in lo-
cum Patris.

SVMMARIVM.

1 *Graduum computatio secundum ius ciuile attenditur semper in legitimis successionibus.*

2 *Proximior grauato præfertur alijs in successione fidei-commissaria.*

3 *Substitutio plurium linearum de vna in alia in infinitum,omnes lineas vocatorum dicitur comprehendere, & admittere, salua graduum prærogatiua solum in qualibet linea.*

4 *Successio,quę fieri debeat in stirpes, & non in capita arguit omnes de linea fuisse vocatos,& quando non n.7.*

5 *Lineæ plures quando à testatore pro vnica tantum linea considerata dicantur.*

6 *Proximor vltimo defuncto est potior in successione fidei-commissaria.*

7 *Vocatio in stirpes, & non in capita suum sortitur effectum in paritate graduũ,nõ autem in casu disparitatis.*

8 *Successio quod fiat salua gradus prærogatiua importat, vt vocatio in stirpes,& non in capita intelligatur operari in casu graduum paritatis.*

9 *Filius non subintrat in locum patris in successione transuersalium,etiamsi agatur de fideicommisso ascendentis, & quando.*

10 *Filius si ex voluntate testatoris in certo casu subintret in locum patris, in cæteris casibus ab hoc videtur exclusus.*

Repræsentatio in certo casu permissa, in cæteris denegata censetur.

11 *Successio ordinata per testatorem salua gradus prærogatiua repugnat repræsentationi, & subingressui filij in locum Patris.*

Repræsentationem excludunt verba, salua gradus prærogatiua.

DECISIO DCCCLXXV.

Cæsar
Iulius — Rasponus
Ludouicus — Franciscus — Cæsar
Andreas — Hostasius — Em.Card.Cæsar — Guido — Rasponus
Carolus de cuius hæreditate contenditur — Ioseph obijt ante Carolum — C.Antonius.

CÆsar Rasponus institutis sibi hæredibus vniuersalibus Iulio, & Raspono filijs plures ordinauit substitutiones. In prima substituit in portione cuiuslibet ex dictis suis hæredibus eius filios, nepotes, pronepotes, & descendentes masculos legitimos, & naturales de vno in alterum vsque in infinitum, & vnum alteri reciprocè, actiuè, & passiue ordine successiuo vulgariter pupillariter, & per fideicommissum.

In secunda si alter ex dictis filijs institutis, seù filij, nepotes, pronepotes, & descendentes masculi legitimi, & naturales vsque infinitum vnius ipsorum morerentur sine descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, substituit alium, & alios dd. suorum filiorum, & filios, nepotes, pronepotes, & descendentes masculos legitimos, & naturales illius, seù illorum de vno in alterum vsque in infinitum, & vnum alteri reciprocè, actiuè, & passiuè, vt in prima substitutione.

In tertia si nullus ex prædictis eius filijs hæredibus institutis quandocunque esset inesse, nec reperiretur in rerum natura, seù non reperirentur ipsorum filij, & descendentes masculi legitimi, & naturales, tunc, & eo casu vltimo illorum in omnibus suis bonis, & in tota hæreditate substituit ipsius testatoris fratres, eorumq; descendentes masculos de vno, in alterum in infinitum, & vnum alteri reciprocè, vt supra.

Denique deficientibus eius fratribus, ipsorumque descendentibus masculis legitimis, & naturalibus in omnibus suis bonis, & hæreditate vltimo morienti substituit masculos legitimos, & naturales suæ familiæ de vno in alium vsque in infinitum cum reciproca substitutione repetita ijsdem verbis descriptis in prima substitutione, addita declaratione, quod eius intentio firma, & clara fuit, & est, quod omnia, & singula sua bona semper, & in perpetuum subiaceant, & sint supposita arctissimo fideicommisso inter omnes dictos eius filios, & eorum, & cuiuslibet ipsorum filios, nepotes, pronepotes, & descendentes masculos, legitimos, & naturales vsq; in infinitum, & inter alios transuersales eius familiæ; Atque insuper pro remouenda occasione Litium super intelligentia, sensu, & intellectu supradictarum substitutionum cautus, & prouidus testator quatuor pariter declarauit.

Primo quod appellatione masculorum legitimorum, & naturalium intelligantur nati, & procreati ex legitimo matrimonio, exclusis legitimatis per priuilegium etiam Summorum Principum, ac etiam per subsequens matrimonium, exclusisque Ecclesijs, & Monasterijs loco filiorum cum solita declaratione.

Secundo quod semper seruetur prærogatiua graduū, filius tamen subintret in locum Patris respectu descendentis, & patrui, ac data paritate graduum succedatur in stirpes, & non in capita.

Tertio quod proximitas intelligatur respectu grauati, non autem ipsius testatoris.

Quarto demum quod in restitutione fideicommissi veniant, & comprehendantur etiam portiones indistinctè ab alijs obuentæ ante seù post grauamen; Post mortem testatoris defecit descendentia masculina Iulij; Idcoque omnia bona integrè deuenerunt in descendentiam Rasponi, qui, vt in Arbore superius designata tres suscepit filios, nempè Franciscum Ludouicum, & Cæsarem. Ex Ludouico autem nuper decessit Carolus nepos sine descendentia masculina, superstitibus ex Francisco filijs Eminentissimo Cæsare Maria Cardinale, ac eius fratre, ac ex Cæsare, & Raspono illius filio Cæsare Antonio nepote, qui cùm prætenderet pro æquali succedere in portione dicti Caroli, orta inter has partes controuersia, tandem vti sanguine interse coniuncti, cupientes iure medio litem hanc terminare, conuenerunt subire Iudicium Rotæ, & vnicæ sententiæ acquiescere, ac impetrata commissione communi consensu signata manu Sanctissimi mihi directa, dubitaui, cui competat successio, & illam competere Eminentissimo D. Cardinali, eiusque fratri resolutum fuit.

Cùm enim iuxtà secundam declarationem semper seruanda sit prærogatiua graduum, & iuxtà tertiam attendenda sit proximitas grauati, nec dubitari possit D. Cardinalem, eiusque fratrem esse proximiores vti coniunctos in quinto gradu Carolo vltimo defuncto,
1 & Cæsarem Antonium in sexto secundum computationem iuris ciuilis, quæ semper in legitimis successoribus attenditur *Bald. in l. fin. n. 8. C. de success. edict. Surd. cons. 5. num. 20. & 21. Bellon. iun. cons. 38. numer. 1. Rota decis. 436. num. 14. part. 5. recent.* Hinc sequitur,
2 quod ipsi fratres tanquam grauato proximiores in hac successione veniant præferendi, sicut præcepit testator, & disponitur à iure in *l. cum ità legatur 33. §. In fideicommisso, & in l. peto 71. §. Fratre, ff. de legat. 2. Burfatt. cons. 170. in 16. lib. 2. cum alijs allegatis à Peregrin. de fideic. art. 21. n. 2. vers. Atque cum, & in his terminis in Reatina fideicommissi 12. Iunij 1656. coram bo. mem. Leone Verospio, §. Primo 29. Maij 1665. coram R. P. D. meo Emerix, §. Censuerunt, & 23. Iunij 1666. §. Primo coram R. P. D. meo Albergato.*

Non obstat, quod extincta descendetia vnius ex filijs hæredibus institutis testator substituerit alium, & alios, ac filios nepotes, pronepotes, & descendentes ma-
3 sculos illius, aut illorum de vno in alium vsque in infinitum, quo stante vocatæ dicantur omnes vocatorum lineæ, admittendæ, seruata prærogatiua graduum solummodo in qualibet linea ex adductis à *Peregrin.*
4 *art. 20. num. 7.* Præsertim attenta ordinatione apposita in secunda declaratione, quod successio fieri debeat in stirpes, & non in capita, vt firmat idem *Peregr. n. 8.*

Quià præter quod verba ad hunc effectum pro Cæsare Antonio ponderata ibi: *Sostituisco l'altro, e gli altri di detti figliuoli, & i figliuoli, nepoti, e pronepoti, e descendenti, &c. di quello, ò quelli, &c.* non fuerunt per testatorem adiecta ad inducendam vocationem plu-
5 rium linearum, cùm ex toto testamenti contextu apertè videatur duas tantùm lineas propriorum filiorum considerasse, vnam Iulij, & alteram Rasponi, sed apposita fuerunt ad designandum, quod deficiente descendentia ex dictis suis filijs succederet alter, si tunc superesset in humanis, sin minus eius filij, nepotes, pronepotes, seù vlteriores descendentes, qui tunc reperirentur in rerum natura, considerando hos omnes tanquam de vnica linea originem trahente ab altero ex eius filijs hæredibus institutis, ad tradita per *Doctr. in capit. 1. de eo, qui sibi vel hæred. mascul. Card. Caual. decis. 622. num. 3.*

Obiectum videtur cessare ex quo dd. verba apposita fuerunt in secunda substitutione, de qua modo non agitur, ex quo iam habuerit suum effectum ex deficientia descendentiæ masculinæ Iulij, & deuenerint integrè bona in descendentiam Rasponi, & sic hodie non agitur, nisi de substitutione facta in descendentia cuiuslibet ex primis filijs institutis, quæ tamen iuxtà quartam declarationem nedum refertur ad propriam portionem à principio illi obuentam, sed etiam ad alia bona testatoris ab eodē, seu ab alijs filijs acquisita ex reciproca ob deficientiam descendentiæ alterius præmortui. Respectu autem huius substitutionis, de qua est quæstio, clarè colligitur non fuisse consideratam nisi vnicam lineam alterius ex filijs institutis, ita vt inter omnes eius descendentes omnino attendenda
6 sit prærogatiua gradus, & qui proximior est vltimo defuncto, potior sit in eius successione iuxtà declara-

tam testatoris voluntatem, & iuris dispositionem, quam vltra alios supra allegatos benè probat *Peregr. cons. 51. num. 15. lib. 3.*

Vocatio autem in stirpes, & non in capita opera-
7 tur duntaxat in paritate gradus, non autem in casu disparitatis vt hic, ità tradunt, *Paris. cons. 40. n. 32. lib. 2. Decian cons. 1. num. 344. lib. 2. quos refert, & seq. Peregr. dict. cons. 51. sub d. num. 15.* & licet hæc conclusio suos possit habere contradictores, in casu tamen nostro videtur recipienda quia testator hac explicita declaratione dictam vocationem fecit ibi: *Cioè data la parità de gradi douersi intendere in stirpe, e non in capita*, & vl-
8 terius quod successio fiat salua gradus prærogatiua, operatur, vt vocatio, in stirpes, & non in capita alio modo non sit intelligenda, quam in paritate gradus, vt optimè *in d. Reatina. §. Vltimo coram D. meo Emerix, & D. meo Albergato, in fine.*

Minusque potest Cæsar Antonius subintrare in lo-
9 cum eius patris, nec illum repræsentare; Tum quià id non admittitur in successione transuersalium, excepto patruo, etiamsi agatur de fideicommisso ascendentis *Crass. de successi. §. Fideicommissum quæst. 11. n. 5. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 3. in fin. & n. 4. Peteg. d. art. 21. num. 8. Farrhin. controu. iur. lib. 4. cap. 84. §. final. vers. Sequitur vt si Fusar. de subslit. quæst. 485. num. 106. cum seqq.*

Tùm quià testator in secunda declaratione manda-
10 uit filium subintrare in locum patris respectu descendentis, & patrui; Ideò quoad omnes alias personas subingressum, & patris repræsentationem denegasse videtur, vt huic obiecto responsum fuit *in d. Reatina coram bon. mem. Leone Verospio, §. Cum enim D. meo Emerix, & §. Verùm etiam, & D. meo Albergato, §. Secundò quià.*

Et demùm quià explicitè, vt dictum est, declarauit
11 in suo fideicommisso succedendum esse, salua gradus prærogatiua; Id enim contrarium est, & repugnat repræsentationi, & subingressui filij in locum patris, vt docet, *Bart. in auth. defuncto, C. ad Tertull. Dec. cons. 408. num. 12. vers. Ista conclusio, & sub num. 13. vers. Maximè quià, Surd. cons. 403. num. 56. Mantic. vbi supra dicto tit. 9. num 9.*

Et ità vtraque parte informante, &c.

LAVRETANA PENSIONIS.

Ven. 11. Febr. 1667.

ARGVMENTVM.

In iudicio ordinario validitatis, vel inualiditatis pensionis, valor beneficij narratus debet per Pensionarium plenè iustificari etiam in casu, quo possessor pensionis, reseruationi assenserit, & onus probandi assumpserit, quoties agitur contra successorem, qui ab ipso possessore causam non habet.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij narratus per ascensum debet in iudicio ordinario super nullitate pensionis à pensionario concludenter iustificari.*

2 *Clausula*, Vt asseris *facti dubietatem demonstrat, & conditionem* Si ità est præfert *.*

3 *Possessor beneficij per suum consensum non præiudicat successori, qui ab ipso consentiente causam non habet, sed à Summo Pontifice.*

Consensus antecessoris non præiudicat successori in beneficio, qui causam ab ipso antecessore non habeat, num. 3.

4 *Subreptionis vitium etiamsi in obulo tantum ratione indiuiduitatis gratiam reddit nullam.*

Pensionis reseruatio redditur nulla si excessus instificetur in valore beneficij narrato, num 4.

5 *Indultum super translatione pensionis non dicitur comprehendere distributiones, de quibus in illo non fit mentio etiamsi pensio fuerit reseruata super distributionibus.*

6 *Indultum super translatione pensionis dicitur comprehendere distributiones, etiamsi de illis non faciat mentionem, si pensio in solis distributionibus consistat, secus si in alijs etiam prouentibus.*

DECISIO DCCCLXXVI.

Pensio ducatorum 34. auri de Camera anno 1633. auctoritate Apostolica reseruata ad fauorem q. Iacobi Pucci super Archipresbyteratu Ecclesiæ Laurentanæ tunc per Thomasinum possesso, fuit de Anno 1658. vigore indulti concelanistarum translata ad fauorem Antonij Gregorij Pucci cum autem R. P. D. A. C. Areostus ad instantiam Crucij in dicto Archipresbyteratu successoris dictam reseruationem pensionis vna cum illius traslatione nullam, & inualidam declarauerit, commissa mihi causa appellationis dubitaui an pensio debeatur, & negatiue fuit per Dominos resolutum.

Cum enim versemur in iudicio ordinario super nul-
1 litate pensionis, & valor Archipresbyteratus fuerit à Pensionario per ascensum narratus in ducatis 176. auri de camera *Summario Crucij num. 1.* vbique debet plenè, & concludenter iustificari, attenta clausula, *vt asseris*, quæ facti dubietatem demonstrat, ac con-
2 ditionem, si ita est præfert, & operatur, vt eo magis pensionarius grauetur onere iustificationis, *Rota decis. 306. num. 8. & seqq. p. 10. recent. cum alijs in Romana Pensionum 9. Decembris 1666. coram me §. Præsertim.*

Nec pensionarius ab huiusmodi onere releuatur, ex
3 quo titularis antecessor consensit reseruationi pensionis cum obligatione iustificandi etiam per suos successores valorem narratum; quia cum Crucius in Archipresbyteratu successor nō habeat causam à titulari, qui consenserit, sed à Summo Pontifice, à quo fuit prouisus, dictus consensus non potest eidem præiudicare, *vt in dict. decis. 306. num. 6. & in dicta Romana pensionum §. neque ab hoc onere.*

Quinimmò ponderabant Domini, quod valor narratus in ducatis 176. auri de camera non potest à pensionario iustificari, cum Sanct. me. Clemens Octauus ex bonis Ecclesiæ Lauretanæ dismembratis, ac Almæ Domui, eiusque mensæ applicatis assignauerit Archipresbytero Primicerio, & Thesaurario annua sc. 220. monetæ pro quolibet: vndè cum valor in ducatis 176. auri de camera constituat summam scut. 281. & b. 60. monetæ, excessus conuincitur in scuti 61. & tamen ad
4 effectum annullandi pensionem in totum sufficit etiam in obulo propter vitium subreptionis, ac ratione indiuiduitatis gratiæ, *Add. ad Buratt. decis. 369. num. 8. circa med. vers. vel sumus in casu vacationis per obitum Rat. apud Posth. de manut. dec. 278. n. 2. & in Lucana pensionis 9. Iunij 1655. coram R. P. D. meo Albergato §. nulla si quidem in fine.*

Ex alio etiam capite visum est DD. translationem
5 pensionis non sustineri; nam licet reseruata legatur etiam super distributionibus, cum tamen in indulto transferendi nulla de distributionibus fiat mentio, sed tantum de fructibus redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum, vtique sub dicto indulto pensio non videtur comprehensa, vt resolutum fuit in *Romana pensionis 23. Maij 1644. & 24. Martij 1645. coram Reuerendiss. Papien.*

Nec contrarium firmant decisiones in alia *Romana*
6 *pensionis 15. Februarij 1664. & 20. Martij 1665. coram Reuerendiss. Gerunden 1. Iulij 1665. coram R. P. D. meo Otalora & 29. Martij 1666. coram R. P. D. meo Taia*, quia in casu dd. decisionum beneficium, super quo pensio fuit imposita nullos habebat fructus, sed tantum distributiones quotidianas, & propterea non applican-

tur

tur in casu proposito, vbi fructus Archipresbyteratus non consistunt in solis distributionibus, sed etiam in praebenda assignata in quarta parte scut. 220. vt *in Summario num.* 3.

Et ità Crucio tantum informante resolutũ fuit &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Lunæ 14. Februarij 1667.

ARGVMENTVM:

Facultas disponendi à testatore concessa hæredi, si non fuerit seruata ad modum præfixum, omnis dispositio facta ab hærede est nulla. Itidem talis facultas non intelligitur extensa ad bona fideicommissaria quoties adsint bona libera.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis dispositio facta contra mentem Testatoris est nulla, & habetur pro non facta.*
Disponere contra voluntatem Testatoris, & non disponere paria sunt, num. 1.

2 *Fideicommissi euersio non præsumitur in vno eodemque testamento maxime vero per verba tantummodo suasiua, & consilium importantia.*

3 *Interpretatio illa sumenda est, per quam correctio in eadem dispositione euitetur.*

4 *Discretiuus modus loquendi arguit mentem, & voluntatem testatoris.*

5 *Voluntas testatoris si in bonis liberis verificari potest, non est trahenda ad fideicommissaria.*

6 *Testator mandans fæminas dotari, nunquam intelligitur de bonis fideicommisso subiectis si libera supersunt*

7 *Fideicommissum euanescit propter facultatem concessam hæredi ad libitum disponendi de rebus fideicommissarijs, si hæres ea facultate fuerit vsus. Declara num. seq.*

8 *Facultas concessa alicui de aliquid faciendo, eo per ipsũ facto est consumpta.*
Hæres cui à Texatore concessa facultas est aliquid faciendi, si id fecerit amplius variare non potest, & numer. 9.

DECISIO DCCCLXXVII.

SVb diebus 16. Ianuarij 1665. & 8. Februarij 1666. disputato dubio an bona Pauli cadant sub dispositione bo. me. Virgilij in totum, vel in parte, Domini responderunt illa non cadere in totum, sed quia particulari disputationi reseruarunt An in qua parte cadant, ideo reassumpta hodie super hoc disputatione bis à me proposita causa, tandem resolutum fuit bona Pauli non cadere sub dispositione Virgilij quoad stabilia, Loca montium non vocabilia, & census Vrbis, ea ratione quia Paulus super his particulariter fideicommissum ordinauit ad commodum Iacobi Philippi, & Francisci, eorumque descendentium, *vt in Summ. impresso litera G.*

Et quamuis idem Virgilius tanquam vltimus superuiuens habuerit facultatem distribuendi bona præfata in capita sibi benè visa, quia tamen ex præcepto testatoris nõ poterat alteram ex duabus descendentijs substitutorum prorsus excludere, vt plenè firmatum fuit in dictis decisionibus, eo ipso quod contra legem sibi præscriptam testatus fuit ad fauorem solius Marchionis Horatij descendentis ex Francisco succedit altera dispositio eiusdem Pauli, quod non facta per vltimum aliqua dispositione, seu determinatione, debeant bona ab ipso prouenientia deuenire ad omnia capita filiorum, aut nepotum, aut pronepotum, qui existerent æqualiter per capita, & non in stirpes, cum idem
1 sit non disponere, vel nulliter, & contra mentem, & voluntatem Testatoris disponere, vt benè facit *Text. in l. cum dubium S.C. de legib.* ibi: *hoc est, vt ea quæ lege fieri prohibentur si fuerint facta non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur*, & in his terminis dictum fuit *in Firmana primogenituræ* 15. *Martij* 1662. §. *Nec subsistit coram bon: mem: Leone Verospio.*

Non obstat vnica prætensio D. Marchionis Horatij, quod dispositio Virgilij valeat sustineri vigore alterius facultatis per eundem Paulum attributę plantandi nomen familiæ in Vrbe mediante matrimonio ab vno ex nepotibus contrahendo cum assignatione annui redditus saltem scut 8000. d. *Testamento impresso lit. N.* ibi *Ne lascia di mettere in consideratione, ma non iussione. che sarà forse à proposito, & adequato allo stato di casa, & al pensiero, e desiderio, che sua Signoria asserisce d'hauer portato da molti anni in quà di piantare vn ramo di perpetuità della casa sua per quanto porta la fragilità, & inconstante delle cose humane nella Città di Roma coll'ammogliarui in progresso d'anni vno de i Nepoti con assicurare chi bisognerà, che in quello habbi à colare quando, che sia vn'entrata almeno di otto mila scudi.*

Obiectum enim posset forsan vrgere si Paulus non habuisset alia bona præter illa, quæ fideicommisso subiecerat, & non respexisset ad bona, quæ Cardinalis, & Pater Virgilius acquirere poterant ex superfluis redditibus, quo casu inspiciendum esset, an dicta verba mutationem præcedentis voluntatis importarent; sed quia reliquit etiam suis hæredibus mobilia, credita, loca montium, & officia vacabilia Vrbis, ex his, & alijs prædictis, non autem ex dictis bonis fideicommissarijs videtur voluisse suadere filios, vt dictum annuum redditum scut. 8000. constituerent, cum non
2 debeat præsumi quod post ordinatum strictissimum fideicommissum fauore vtriusque descendentiæ per verba præceptiua, & omnimodam restitutionem importantia voluerit illico, & incontinenti per modum simplicis suasionis, & consilij illud prorsus euertere.
3 Nam in dubio illa sumi debet interpretatio, per quam correctio, & contrarietas in eadem dispositione euitetur argumento *Text. in l. quod traditum ff de condit. & demonstr. Greg. decis.* 297. *num.* 4. & 5.

Et verè quod Paulus intellexerit de alijs bonis, non autem de fideicommissarijs patet præcipuè ex di-
4 scretiuo modo loquendi, quo vsus fuit inter vnam, & alteram speciem bonorum, nam post ordinatum fideicommissum super stabilibus, locis montium non vacabilibus, & censibus prohibuit hæredibus, ne super his detraherent eorum legitimam eo quia in alijs bonis illam reliquerat, & expressè mandauit, quod vltimus restitueret Iacobo Philippo, & Francisco eorumque descendentibus per lineam masculinam: At loquendo de alijs bonis hortatus fuit ipsos hæredes vt conuerterent effectus vacabiles in non vacabiles ad effectum, vt pinguior redderetur portio reuersura ad substitutos ex propria hæredum liberalitate, ibi: *Per render più pingue quella portione, che dourà ritornare per ordinatione di Sua Signoria come sopra, e per dispositione, & amoreuolezza loro verso il lor sangue alli loro fratelli, e loro numerosa descendenza.* Ex quibus colligitur, quod Paulus dum posteà per verba dubitatiua considerandum proposuit congruere statui Domus plantare ramum in Vrbe cum assignatione facienda Nepoti annui redditus scutorum 8000. non intellexit de bonis fideicommissarijs, de quibus anteà semper loquutus fuerat, sed quidem de illis, quæ per modum suasionis, & consilij hortatus fuerat filios im-
5 plicare in beneficium Domus, & familiæ, vel saltèm cum ex his benè potuisset voluntas Testatoris impleri, illa trahi non debet ad ea, quæ sunt subiecta claro, &
6 valido præcepto restituendi exemplo fideicommittentis, qui dum mandat fæminas dotari, nunquam censetur voluisse de fideicommissarijs, dum alia bona super-

persunt, vt aduertit *Casteens. consf.64.num.4.lib.2.Molin.de primog.Hispan.lib.4.cap.7.num.2.vers.quæ omnia comprobantur Add. ad Greg.decis.543.num.1.& Rota in Romana Saluiani de Casalibus 11. Martij 1643. corã Peutingerio impress.in rec.decis.161.num.9.& seqq p.9.*

Atque hinc euitatur altera ponderatio facta ab informantibus pro Marchione Horatio, quod scilicet vocatio Nepotum in capita in casu non factæ determinationis ab vltimo superuiuente stet continuatiuè nedum post arbitrium eidem concessum distribuendi ad libitum portiones fideicommissi, sed etiam post facultatem plantandi ramum in Vrbe cum assignatione præ-
7 fata, & propterea cum Virgilius professus fuerit disponere vigore dictæ facultatis, registrando integrum paragraphum Testamenti Pauli, fideicommissum euanuerit perinde ac si ordinatum non suisset ad *Text. in l.Titius ff.ad Trebell.*

Tollitur enim semper ex prædictis, cum prætensa facultas non respiciat bona fideicommissi, & insuper ex eo, quod Paulus Testator in concessione dictæ facultatis declarauit se habere maiorem animi propensionem erga descendentiam Iacobi Philippi, ibi: *Dice e dichiara, che inclinaria più presto alla descendenza tanto numerosa del Sig.Giacomo Filippo e così erede, che*
8 *loro siano per fare*; Vnde cum idem Virgilius vna cum Cardinale Bernardino cohærede fecerit declarationem in personam Marchionis Gregorij tempore eius nup-
9 tiarum in Ciuitate Bononiæ, exinde aut videtur satisfactum voluntati testatoris, aut facultas remansit consumpta, itaut amplius Virgilius non potuerit alterum variando nominare *iuxta Text.in l.Seru: electione 5 in princ.& in l Huiusmodi 86.§.stichum ff.de legat.1.Abb. cons.11.n.5.p.2.Paschal. de vir. Patr. Potest. p.1. cap.4. num.92.& seqq.Larrea decis.Granat.51.num.13.*

Et ita vtraque &c.

HISPALLEN. PRÆEMINENTIARVM.

Veneris 25.Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Mandati dublicatum est concedendum etiam post decennium, quando constat ipsum fuisse relaxatum & expeditum ad effectum vt penes eum qui illum obtinuit reperiatur, si vero obtinens duplicatum post decennium illius petierit executionem, tali casu de stylo Rotæ non nisi reuisa iustitia conceditur executio.

SVMMARIVM.

1 *Duplicatum mandati de cuius relaxatione constat semper conceditur, cum iudex ad hunc effectum notarios adhibeat, vt acta & decreta conscribant, & de illis copiam faciant.*

2 *Mandatum post lapsum decennij de stylo Rotæ executioni non demandatur, nisi prius reuisa iustitia.*

DECISIO DCCCLXXVIII.

In prima decisione facta in hac causa vsque de *Anno 1600.coram bo.me.Penia* fuit dubitatum an esset dandum mandatum de manutenendo Priori, & Canonicis Ecclesiæ collegiatæ S.Saluatoris, vel potius Abbati & Beneficiatis aliarum Ecclesiarum Ciuitatis Hispalen. quoad præeminentiam, seu præcedentiam in Processionibus & alijs actibus publicis & Rota censuit, dandam esse primo loco Abbati, 2. cannonicis collegiatæ, & 30. Beneficiatis, vt in *decis. eiusdem* 817. Verum quia Canonici volebant probare consuetudinem in contrarium contra supradictum Abbatem ideo fuit etiam dubitatum an esset concedenda remissoria, & Rota coram eodem affirmatiue respondit: vt in alia *decis.941.* factis igitur nouis probationibus, ac plenè discussis, plures postmodum decisiones fauorabiles obtinuerunt etiam contra Abbatem de Anno 1609. vsque ad annum 1612. vt constat ex alijs *decis.1420.* 1483.1547.1597.& 1671 & insuper coram bon.mem. Coccino subrogato prosequuta disputatione releuantia iurium exhibitorum pro parte Abbatis & beneficiatorum, pro vt fuerat particulariter in *vltima decis.Peniæ* reseruatum resolutum etiam fuit illa non esse in forma probanti sub diebus *26.Iunij 1613.& 23.Ianuarij 1615*.cum autem iuxta tot resolutiones Canonici obtinuerint mandatum de manutenendo 23 Decembris 1615. & successiue sententiam in petitorio 15. *Martij 1616.* & hodie dictum mandatum non expediatur apud Canonicos petierunt duplicatum, quod proposito de more super hoc dubio DD. dixerunt esse concedendu.

Cum enim de eiusdem mandati relaxatione, ac de illius expeditione satis constare videatur, tum ex decreto extenso à tergo citationis originalis exequutæ contra Procuratores Abbatis ad viden. manuteneri ad formam resolutionum rotalium *Summ.num.2.*tum ex eiusdem decreti tenore registrato in Broliardo actorum *Summ.responsionis.facti num.1.*in quo describitur quæ nam præeminentiæ debeatur Canonicis ad exclusionem Abbatis iuxta prædictas decisiones in hac causa factas, tum etiam ex partita libri expeditionum à Notario conscripta, cum qua concordat receptum Procuratoris capituli *Summ.num.3.*vtique videtur locus concessioni duplicati, nam iudex non ex alia ratione debet adhibere Notarios, quã vt acta, & decreta
1 conscribant,& de illis copiam faciant quoties partibus interesse habentibus opus fuerit per *Text.in cap.quoniam 11.§.statuimus de probat.vbi Abb.numer.3.in fin. Dec.num.53.& in cap.p.num.261.cum duob.seqq.eod.tit. l.veluti 7.vbi Castren.num.3.& seqq.ff. de eden.ita quoque* disponente San.mem.Paulo V.in sua *constit.71.super reform.Tribunal.l rb.tit.de Notarijs §.sententiarum decretorum num.27.*

Non obstat stylus Rotæ non exequendi mandata
2 post lapsum decennij, nisi prius reuisa iustitia ex latè deductis in *decis.1.num. 6.cum seqq.p.7. rec.& in Cordubend.decimarum 11.Decembris 1658.§.attamen coram R.P.D.meo Taia.* Quia modo non agitur de illius executione sed Canonici tantũ petunt duplicatũ ad effectum, vt illũ penes se habeant cũ iam prætendant esse in possessione & interim se defendere quatenus in aliqua parte Abbas,& beneficiati illos perturbare velint.

Quo casu non poterit exequutio concedi nisi renouata disputatione super meritis iuxta prædictum Rotæ stylum cum necessarium sit prius firmare existentiam huius mandati olim à Rota concessi, & postea agendum erit suo tempore de exequutione.

Atque ita fuit resolutum cum hac declaratione vtraque parte informante.

BITECTEN. BONORVN.

Lunæ 28.Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Interusuria dotis debentur à die initi Matrimonij, in quibus taxandis attenditur loci consuetudo, & pro illis sicuti competit hypotheca, debetur immissio ex Saluiano, non obstante exceptione excessus in ipsa dote cum ea in hoc iudicio non admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani debetur docto de credito cum hypotheca, & de possessione debitoris ac rei conuenti.*

2 *Interusuria debentur à die, qua maritus capit onera matrimonij subire, & quidem absque vlla interpellatione.*

3 *Fructus dotis debentur ad rationem septem pro centenario, & anno vbi ea est loci consuetudo.*

4 *Consuetudo loci in taxandis fructibus dotis omnino attendenda est.*

2 Inter-

5 *Interusuria dotis habent eandem hypotecam, quam habet ipsa dos.*
6 *Dos ea non est excessiua, per quam legitima filiorum non laeditur.*
7 *Exceptiones illiquida non admittuntur in iudicio Saluiani.*
8 *Praescriptio 30 annorum non admittitur in contractu iurato sed quadragenaria requiritur.*
9 *Sortis receptio facta* sine praeiudicio *fructus praeseruat: Clausula* sine praeiudicio *in receptione sortis praeseruat fructus num.9.*

DECISIO DCCCLXXIX.

PRo fructibus residui dotis maternae scutorum 588. decursis ab anno 1611. vsque ad annum 1641. egit in partibus Carolus Maria Calò tanquam cessionarius Propertij eius patris contra illos de Nicolò filios, & haeredes promissorum dotis, ac bonorum detentores, & sententiam immissionis ex remedio Saluiani coram Vicario Baren. reportauit, quae successiuè in gradu appellationis fuit ab A. C. met confirmata. Quia verò rei conuenti licet ab hac sententia appellauerint, causam tamen appellationis prosequi non curarunt; ideo idem A. C. seruatis solitis terminis relaxauit mandatum pro exequutione rei iudicatae, quod fuit postmodum exequutioni demandatum; cumq; exequutio praetenderetur attentata, per duas vices proposito super hoc dubio nempè 22.Iunij 1665.& 28.Iunij 1666. Rota mandauit videri de bono iure etiam ad effectum attentatorum, super quo hodie assumpta disputatione responsum fuit simpliciter constare de bono iure Caroli Mariae.

Bonum ius oritur ex sententijs ad illius fauorem latis concedentibus eidem immissionem ex remedio Saluiani, ex quo fuerunt probata omnia requisita in
1 hoc iudicio, nempè creditum cum hypotheca, possessio bonorum penès debitores de tempore contractae obligationis ac moderna illorum de Nicolò, quibus concurrentibus immissio non debet denegari, *Card. Seraph decis.t 200.in princ.Card.Mantic.decis.69.num.2*

Possessio tam antiqua, quam moderna non controuertitur creditum vero cum hypotheca iustificatur ex publico instrumento promissionis dotis, in quo Octauius de Nicolò, & Lucretia Capolla coniuges vna cum Io:Francisco, Io:Antonio, & Thomasio eorum filijs soluere promisserunt Propertio patri, & authori Caroli Mariae ducatos 5500. pro dote Annae eorum filiae, ac respectiuè sororis in termino vnius anni *dicto Summ.num.1.* cum itaque non fuerit integra summa infra tempus conuentum persoluta sed dd. de Nicolò remâserint Debitores in ducatis 588.post.dictum tem-
2 pus tenentur quoque ad interusuria dotalia absque alia interpellatione à die, quo maritus coepit onera matrimonnialia subire, vt disponitur *in cap.salubriter 16. de vsur.Paul.de Castr.cons.t 1:num.4. vers.quando ipse Maritus lib.1.Rota coram Greg.decis.573. num.7.cum alys relatis in Meleuitana pecuniaria 26.Iuny 1665.§. Agente Petro, & 15.Ianuarij 1666.coram R.P.D.nuco Albergato.*

Debentur autem interusuria ad rationem scutorum
3 septem pro quolibet centenario, & Anno prout fuerunt taxata à Vicario Baren. quia cum Testes relati *in Summ. Actoris num.6.* deponant de consuetudine Ciuitatis, ac regionis illa taxandi ad dictam rationem
4 à consuetudine praefata non est recedendum, sed omnino in hac materia debet attendi *iuxtà Text.in l.t.ff. de vsur.Bald.in l.fin.§. Praeterea num.10. C.de iur. dot. Ruin.Cons.224.num.14.lib.1.Rota coram Buratt.dec.65. num 4.& seq.& in dicta Meleuitana pecuniaria 26.Iunij 1665.d.§. Agente Petro vers. Iuxta morem, & consue-*
5 *tudinem.* Et pro illis competit hypotheca sicut pro ipsa dote in bonis promissorum, vt tradit *Merlin.de pignor.lib.3.tit.2.quaest.51.num.66.& seq.Cyriac.contr. 430.num.7.& seqq. Rot.dec.383.numer.9.& seq. par.5. recent.*

Non obstat quod dos Annae praetendatur excessiua, & super excessu adhùc pendeat lis in Regio Consilio. Vndè infertur, quod sicut ipsa dos tamquam inofficiosa deberet reduci, ita non possit interim concedi immissio pro fructibus.

Praeter quod enim dos constituta in Scutis 5500. non excedit medietatem, Patrimonij ascenden. ad Scuta 16.mil: vt fatentur Informantes pro illis de Nicolò quousque non doceatur de debitis illud exte-
6 nuantibus, aut cessat praetensio excessiuitatis, ex quo non laeditur legitima aliorum filiorum ex *l. vnic. C.de inoffic.Dot.* Aut saltem negari non potest quin exceptio
7 sit illiquida, & requirat altiorem indaginem, itaut non debeat admitti in hoc iudicio Saluiani *Surd.cons.4 num.36.Pacif.de Saluian.inspect.2.cap.2.num.42.Rota post eundem decis.52.num.7.*

Nec videtur releuare taciturnitas Propertij per annos triginta in petendis interusurijs, dum ab anno 1611. quo dos fuit promissa, non recepit residuum
8 sortis nisi de anno 1641. quia cum agatur de contractu iurato, vt constat ex instrumento *dict. Summ.num.1* ad inducendam praescriptionem non sufficit lapsus 30. annorum, sed quadragenaria requiritur *l. nam & posteà §.si is, qui temporali, ibique Bartol.ff.de iure iuran. Granett.cons.71.num.2.& dixit Rota in Tiburtina Census 27. Nouembris 1645. coram Card. Corrado impress. in recent.decis.373.num.11.p.9.*

Denique parum refert, quod Propertius recipiendo residuum sortis de dicto anno 1641. videatur remisisse interusuria; quoniam huiusmodi receptio fuit per
9 eundem facta sine praeiudicio cessionis anteà factae Carolo Mariae filio *dict.Summ.num.8.* ex qua protestatione remansit eidem praeseruatum ius consequendi interusuria ad formam cessionis, *Gregor decis.93.num.5.*

Et ità vtraque &c.

ÆSINA CENSVS.

Veneris 4.Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Venditor cum de iure teneatur scripturas pro iustificatione dominij rei venditae emptori tradere ita vt ipsis non exhibitis res vendita tradita non dicatur, ideo ante ipsarum consignationem agere non potest ad consecutionem pretij, nec minus ad damna, & interesse pro retardata solutione praetensa, etiam si solutioni certa dies adiecta sit, & scripturarum traditio ad simplicem requisitionem emptoris promissa fuerit, de qua requisitione non constet, non dum enim diei potest emptor in mora constitutus cum ex parte Venditoris prius implere debentis contractus per traditionem scripturam non fuerit adimpletus.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, eiusque haeredes non habent actionem pro residuo pretij rei venditae antequam emptori tradant, aut offerant scripturas pro iustificatione ipsorum iuriũ super re vendita.*
2 *Emptor non dicitur morosus in solutionibus etiam certo tempore faciendis, vbi venditor ex parte sui non dum adimpleuerit contractum mediante traditione scripturarum.*
3 *Mora non incurritur per soluere debentem in vim conuentionis reciprocae, antequam alter ex parte sua contractum impleuerit, cum in huiusmodi conuentionibus semper subintelligatur conditio quatenus inter contrahentes hinc inde pacta seruentur.*

4 Mo-

4 *Mora vbi non intrat, cessat quoque condemnatio ad interesse quod a mora dependet.*

5 *Scripturarum traditioni etiam si non adiecta fuerit certa dies, sed fuerit ad requisitionem emptoris promissa, ad hoc ad venditionis implementum tradendæ, vel offerendæ sunt antequam ad residui pretij solutionem agatur, alias emptor soluere non tenetur.*

6 *Obligatio tradendi scripturas non habet dependentiam à requisitione emptoris sed prouenit ex natura contractus venditionis cum vere venditor teneatur semper illas exhibere pro iustificatione, & exactione crediti venditi.*

7 *Emptor agens ad damna, & interresse contra venditorem propter moram per non traditionem scripturarum ab eo incursam tenetur de interpellatione docere.*

8 *Contractus correspectiui prius obligant ad implementum eum, qui prius agere ex ipsis intendit.*

9 *Mora non incurritur ab eo, qui potest aliqua exceptione iuuari.*

10 *Obligatio certa, & determinato tempore conuenta non potest retardari per obligationem correspectiuam sub conditione conuentam.*

11 *Obligatio tradendi scripturas per venditorem facta ad simplicem requisitionem emptoris non censeri debet conditionata, sed potius verba huiusmodi præsumi debent apposita ad magis augendam obligationem legalem ab fauorem emptoris, quam ad eam minuendam.*

12 *Prouisio hominis per pactum, vel stipulationem non præsumitur facta animo nouandi, & corrigendi iuris dispositionem, sed potius ad illam magis confirmandam*

13 *Interpellatio etiam extraiudicialis sufficit ad constituendum in mora.*

DECISIO DCCCLXXX.

HOdie confirmarunt Domini secundam decisionem, in hac causa factam 27. *February* 1665. vbi firmamatum fuit Honoratos emptores iuuari exceptione non implementi contra Marchionem venditorem, & proinde mandatum pro residuo pretij, & pro fructibus loco damnorum; & interesse ab eodem Marchione petitum contra emptores non esse relaxari. cum enim inter cætera fuerint vendita etiam nomina debitorum in summa scutorum mille, pro quibus venditor promisit dare, & consignare scripturas authenticas, & legales, & exigibiles omnibus perpetuis futuris temporibus *hodierno Summario illorum de Honoratis num.1.* Eo ipso quod scripturæ nunquam fuerunt traditæ, vel oblatæ nullo modo Venditori, siuè eius hæredibus
1 competit actio pro residuo pretij resistente dispositione *Text. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. cum allegatis in decisione §. Etenim.*

Minusque pro damnis, & interesse, & illorum loco pro fructibus census, qui cum residuo pretij debebat extingui. Quia dum Venditor non impleuit contra-
2 ctum ex parte sua, vt tenebatur mediante exhibitione scripturarum, emptores existimari non debent morosi, quamuis solutio fuerit certo tempore decreta, vt in specie aduertit *Corn. cons. 246. sub num. 6. vol. 3.* Ea ratione, quia cum in conuentionibus reciprocis semper subintelligatur conditio, quatenus scilicet inter contrahentes hinc inde pacta seruentur, quis non dicitur
3 in mora nec tenetur soluere, vbi alter ex parte sua contractum non implet, *Rauden de Analog. lib. 1. cap. 21 Capic Latr. consult. 37. num. 5. & num. 21. cum seqq. Rota Ianuen. decis. 79. num. 2. Sperell. decis. 40. n. 36. cum seqq.*

Vbi autem cessat mora, non intrat condemnatio ad
4 interesse, quod semper à mora dependet, & regulatur *Honded. cons. 50. num. 21. lib. 1. Rota decis. 622. n. 5. par. 2. recent.*

Non obstat, quod traditioni scripturarum non fuerit præfixa certa dies, sed Venditor illas promiserit ad omnem simplicem requisitionem emptorum;
5 vnde infertur quod cum isti non fecerint talem requisitionem, non possint excipere de non implemento.

Etenim vltra responsiones datas *in decisione §. Præter quod*, & signanter quod obligatio tradendi scripturas nullam habet dependentiam à requisitione emp-
6 torum sed prouenit ex natura contractus, cum verè venditor semper teneatur illas exhibere pro iustificatione, & exactione crediti venditi, & interim non dicitur rem venditam tradidisse *Rota cor. Pen. decis. 634. per tot. & probant aliæ auctoriotates ibidem allegatæ.*

Animaduersum fuit, quod emptores non agunt pro damnis, & interesse contra Marchionem venditorem, ex quo scripturas non exhibuerit; quo casu allegantes
7 moram illius tenerentur forsan de interpellatione docere, in quibus terminis loquuntur *Castren. cons. 170. lib. 2. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 195.* alijque ab informantibus allegati, sed ipsemet venditor, seù eius hæredes sunt illi, qui agunt contra emptores, & fundantur in illorum mora ob non factam solutionem residui pretij tempore conuento; hic enim militat diuersa ratio, quià cùm solutio pretij dicatur correspectiua ad rei venditæ traditionem, & in correspectiuis
8 teneatur prius implere, qui prius agit *Rota decis. 810. num. 4. part. 1. & decis. 271. n. 5. part. 4. diuers.* Emptores allegantes huiusmodi validam exceptionem rei non traditę benè excusantur à prætensa mora, quæ non in-
9 curruitur, vbi quis potest aliqua exceptione iuuari, vt firmatur in decisione, §. *Et propterea.*

Nil releuante quod obligatio emptorum circa solutionem pretij sit certa, & determinato tempore conuenta, quę proinde retardari non debeat per aliam
10 obligationem tradendi scripturas factam sub conditione si, & quatenus venditor fuerit requisitus quoniam obiectum tollitur ex lectura instrumenti vendi-
11 tionis, vbi Marchio absque vlla conditione voluit indefinitè teneri omni tempore ad scripturarum traditionem, quod etiam est de iure, vt supra probatum est. Nec contrarium suadent verba illa ad simplicem requisitionem, quia censentur potius adiecta ad magis augendam obligationem legalem ad fauorem emptorum, non autem ad illam tollendam, vel minu-
12 endam; Nam prouisio hominis per pactum, vel stipulationem non præsumitur facta animo nouandi, & corrigendi iuris dispositionem, vt dictum fuit *in Romana separationis dotis 28. Iunij 1641. §. Et in omnem euentum coram me impress. in rec. decis. 44. num. 14. p. 9.*

Cæterum nec etiam deficit talis interpellatio, seù requisitio, ponderando quod vsque de anno *1639* Honorati pro solutione præcedentis paghæ scut. 2000 fecerunt ordinem directum Bancho illorum de Bonannis sub hac conditione, ibi: *Che prima habbi dato in mia mano le giustificatione de crediti di essi Signori contro l'hæredità del q. Signor Francisco Amici nella somma, e quantita di scudi mille d. Summ. num. 2.* qui ordo fuit per Marchionem acceptatus mediante transportatione partitæ in eius creditum in Monte Pietatis Ferrariæ, ac etiam fructuum perceptionem dicto *Summ. num. 3.*

Ista namque videtur sufficiens requisitio cum pro ea facienda non fuerit præscripta aliqua certa forma,
13 & in specie quod etiam extraiudicialis interpellatio sufficiat ad constituendum in mora, tradit *Rimin. sen. cons. 419. num. 23. Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 48. num. 1. Rota Ianuen. decis. 24. num. 8.*

Et hinc parum refert, quod Honorati post huiusmodi requisitionem aliquam partem fructuum census persoluerint. Tatio censuario, quasi quod ex solutio-

ne

ne partis debiti declarauerint velle ad totum absque alia exceptione teneri. Quià dùm habemus expressam voluntatem eorundem emptorum consequendi scripturas, sequentes solutiones vel censentur factæ cùm præsupposito, vel in omnem casum non præiudicant, dùm in actu solutionis reportarunt iurium cessionem contra obligatos.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. HÆREDITATIS DE PEPVLIS.

Lun. 10. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

An ignorantia antecedentis concubitus cum sorore excuset mulierem ab incestu, ità vt filij ex ea nati naturales tantummodo reputentur, non autem incestuosi, non solum ad effectum obtinendæ legitimationis, vel euitandæ pęnæ corporalis, aut bonorum in criminalibus, verum etiam vbi agitur ciuiliter ad successionem in bonis patris.

SVMMARIVM.

1 *Scientia antecedentis concubitus viri cum sorore ad effectum dignoscendi an coitus sit merè fornicarius, an incestuosus, non dicitur in muliere iustificata per testes deponentes non de auditu proprio cum publica fama, carentes adminiculis, & patientes personales exceptiones.*

2 *Ignorantia antecedentis concubitus cum sorore tunc solum secundum aliquos DD. excusat ab incestu, & efficit vt filij inde progeniti sint tantummodo naturales non verò incestuosi, quando filij nati sunt in figura matrimonij.*

3 *Vel secundum alios quando agitur de illorum legitimatione per subsequens matrimonium.*

4 *Vel vbicumq; tractatur in criminalibus ad pœnam corporalem, vel bonorum effugiendam.*

5 *Ignorantia alterius ex parentibus præcedentis concubitus cum consanguineo non excusat filios ab incestu, vbi ciuiliter agitur ad successionem in bonis patris, & filij non fuerunt concepti in figura matrimonij nec subsequens matrimonium interfuit.*

6 *Ignorantia antecedentis concubitus cum affine excusat ab incestu, & concubitus stante huiusmodi ignorantia est simplex fornicatio.*

DECISIO DCCCLXXXI.

DIe 17. *Maij* 1656. resolutum fuerat non esse locum Ægidianæ; Tùm quià inter bona hæreditaria Com. Alexandri Mariæ ex eadem causa, & actione, ac sub vnico libello petita aderant tria corpora empyteutica Ecclesiæ; Tum etiàm propter iniustitiam sententiæ concedentis immissionem Margharitæ, & Antoniæ filiabus eiusdem Com. Alexandri Mariæ, quæ de iure tam ex testamento, quam ab intestato sunt illi insuccessibiles, verum die 29. *Martij* 1658. recessum fuit à decisis, ex quo vtrumque fundamentum corruere visum fuit; Primum nempe ex tenore libelli, vbi petitio fuerat restricta ad bona propria, & libera dicti Comitis, sub quibus non continentur emphyteutica nedum pactionata, sed nec minus hæreditaria secundum verò quià non fuit probata scientia Dianæ antecedentis concubitus Comitis cum Dominica sorore antequam ipsa ex eo filios conciperet, Reproposita hodie causa super huiusmodi resolutionibus contrarijs Domini mihi demandarunt vt curarem partes ad concordiam reducere; Ideò assumpto eius tractatu, & factis quampluribus contradictorijs cùm agentibus vtriusq; partis, cùm omnis spes concordiæ euanuerit volui exponere hinc inde deducta præcipuè super secundo fundamento, vt in noua discussione firmior capiatur, & magis solida resolutio.

Tota vis mulierum consistit in eo, quod Diana eo-

tum mater non habuerit scientiam præfati concubitus, quam dicunt non concludi per testes D. Com. Roderici non deponentes de auditu proprio cum fama publica carentes adminiculis, & patientes plures per-
1 sonales exceptiones, Exclusa enim hac scientia specifica, prætendunt incestum excusari, & filios inde natos naturales tantummodo, non autem spurios, neque incestuosos reputari ex auctoritatibus allegatis in secunda decisione, §. *Secundum verò*, quibus additi fuerunt, *Gemin. cons. 66. num. 5. vers. Circa tertium dubium Paris. cons. 15. num. 43 & 44. lib. 2. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 19. num. 57. vers. Denique de eo.*

Agentes autem Com. Roderici affirmantes concludentem adesse præfatæ scientiæ iustificationem, materiam in iure perstringendo, & plures casus distinguendo prætendebant tunc ignorantiam excusare incestum
2 quando filij nati sunt in figura matrimonij; in quibus terminis loquuntur *Gemin. & Paris. in locis mox allegatis Cassador. decis. vnic. num. 5. de sponsal. Curt. iun. cons 27. num. 6. Lup. de illegit. comment. 4. §. Primo, n. 24. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 34. num. 46. & Gutier. eodem tract. qu. 72. num. 2. vers. Tertia sententia.*

Vel quando agitur de illorum legitimatione per sub-
3 sequens matrimonium, de qua tractant *Lup. d. comment. 4. §. Primo, n. 23. Surd. cons. 303. n. 20. & 21. Basil. Pont. de matrim. lib. 1. cap. 11. n. 12. Campanil. diuers. iur. canonic. rubr. 11. capit. 13. num. 134. Modern. Lucidor. de illegit. clericor. & regular. cap. 4. num. 19.* quibus tamen acriter contradicunt plures relati per *Barbos. in collect. cap. tanto, num. 42. qui fil. sint legit.*

Aut demùm vbicunque tractatur in criminalibus
4 ad pęnam corporalem, vel bonorum, in quibus terminis loquuntur *Federic. de sen. cons. 167. per tot. Crauett. cons. 244. sub num. 7. Clar. in §. Incestus, num. 9. Farin. de delict. Carn. q. 149. à num. 161. Lucidor. d. cap. 4. n. 20.* qui pariter habent plures contradictores adductos à *Caball. resolut. crim. 200. num. 80. in fine vers. Secunda quia, & num. 81.*

Secùs verò quoties agitur ciuiliter ad successionem in bonis patris, & filij non fuerunt concæpti in figura
5 matrimonij nec subsequens matrimonium interfuit; In his enim terminis asserebant ignorantiam alterius ex parentibus nullius esse momenti, cùm attendatur veritas non opinio, itaut filij non sint naturales, sed verè incestuosi *ex Sarmient Selectar. opinion. lib. 1. cap. 6. sub num. 4. §. Tertia est igitur species vers. Sic eodem modo Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 1. num. 11. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 42. num. 1. in fin. Guttier. eod. tract. d. cap. 72. num. 5. vers. Secus si non interuenit;* Scientia namque necessaria est vt pæna committatur, non autẽ vt contrahatur incestus *Ant. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 3. diffinit. 8. vers. Scientia enim.*

Et licet pro parte mulierum fuerint etiam adducti alij Doctores ad probandum, quod propter ignorantiam concubitus cum affine dicatur simplex fornicatio nullus tamen pręter *Less. de iust. & iur. dict. cap. 19.*
6 *num. 57. lib. 2.* hoc videtur concludere; Nam *Abb. Panormit. in cap. inter opera, num. 4. de Spons.* dicit, quod fornicatio cùm meretrice, vel concubina est mortale peccatum, *Bermon. Conenon. de publ. concub. inter tract. magn. tom. 11. par. 1. fol. mihi 192. verb. Et cùm omne fornicationis crimen. &c.* dicit, quod filij nati ex coitu concubinario sunt tantum naturales, nati verò ex coitu adulterino, vel incestuosi sunt à lege reprobati, nec merentur nomen filij, *Sanch. de matrim. lib. 9. disput. 32. n. 9.* probat simpliciter, quod ignorantia excusat à pæna excommunicationis, & *Cyriac. contr. 432.* quod simplex fornicatio cum publica meretrice nulla pæna prohibita est. Et ideò vtraque, &c.

AMERINA SALVIANI.

Ven. 11. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Quod inuentarium factum præuio Iudicis decreto, & apud acta publica remaneat validum, etiamsi deficiat in illo subscripsitio hæredis in præsenti decisione firmatur, prout etiam successiuè concluditur non officere defectum trium testium loco legatariorum, & creditorum absentium, si ità de stylo loci seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non confundit eius bona, ac iura cum bonis defuncti.*

2 *Hæres beneficiatus duplicem repræsentat personam, n. 1. Inuentarium factum cum decreto Iudicis præsumitur ritè, & rectè factum cum omnibus solemnitatibus requisitis.*

3 *Hæredis subscriptio in inuentario est necessaria, & quando, ac quid continere debeat, & n. 4.*

4 *Inuentarium non vitiatur propter omissam subscriptionem hæredis si est confectum præuio iudicis decreto, & apud acta Notarij publici.*

5 *Testes numero tres requiruntur in inuentario loco creditorum, & legatariorum absentium.*

6 *Inuentarium non requirit tres testes loco creditorum, & legatariorum absentium, si ità de stylo loci seruatur,* & vide sup. num. 5.

Stylus regionis in confectione inuentarij seruandus, est num. 6.

7 *Stylus loci super confectione inuentarij probatur per attestationes Curialium, & Notariorum.*

8 *Stylus Curiæ regulariter probatur ex attestatione curialium.*

9 *Inuentarium non redditur nullum ex omissione aliquorum bonorum, si illa non probantur fuisse in hæreditate de tempore obitus testatoris, amplia, vt ibidem.*

Protestatio addendi, & minuendi in inuentario facta, operatur bona omissa quandocunque in eo adnotari posse, num 9.

10 *Inuentarij beneficio vt priuetur hæres propter omissionem, requiritur probare eandem omissionem fuisse dolosam.*

11 *Bona adiudicata hæredi pro suo credito, non possunt amplius dici hæreditaria.*

12 *In adiudicatione extraiudiciali requiritur æstimatio bonorum, secus autem si per viam licitationis iudicialis fuerit processum.*

13 *Æstimatio bonorum non requiritur, quoties creditor egerit per viam licitationis præuio mandato Iudicis.*

14 *Citatio creditorum, de quibus hæres ignorantiam habebat tempore, quo instetit pro suo credito, non est necessaria.*

DECISIO DCCCLXXXII.

IN decisione edita 30. Maij 1664. coram me dictum fuit non esse locum Ægidianæ pro exequutione sententiæ à Sebastiano Venturelio in iudicio Saluiani obtentæ pro immissione in possessionem prædij possessi à Sante Morello, quod sibi à Brancaleone patre, & Auctore eiusdem Sebastiani venditum fuerat ex regula quod quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, & licet prætenderet Sebastianus hæreditatem præfatam adiuisse cum beneficio legis, & inuentarij, ex pluribus tamen deductis contra inuentarium nullitatibus visum fuit huiusmodi beneficio non gaudere, & signanter quià carebat hæredis subscriptione, decreto Iudicis, sufficienti numero testium, nec fuerint in eo descripta omnia bona hæreditaria; Verùm quià ex facto melius dilucidato hodie fuerunt sublatæ dictæ nullitates; Ideò DD. recesserunt à de-
1 cisis, quià data validitate inuentarij hæres beneficiatus non confundit eius bona ac iura cum bonis defuncti, sed duplicem personam repræsentat, ex allegatis in *Ariminen. fructuum 8. Martij 1660. §. Non obstat coram me.*

Et primo non subsistit, quod deficiat Iudicis Decretum, quia ex datis in *Summ. num. 2.* de contrario apparet; Ipse enim deuenit ad inuentarij confectionem, de quo rogatus fuit publicus Notarius Ciuitatis Ameriæ in præsentia duorum testium, præcedente citatione omnium creditorum, ac præuio Iudicis decreto,
2 quod In hac materia adeò operatur, vt eo mediante præsumatur inuentarium ritè, & rectè factum cum omnibus solemnitatibus requisitis in *l. fin. §. Sin autem, C. de iur. deliber. Bald. cons. 147. num. 2. lib. 4. Card. Mantic. decis. 256. num. 4. Pen. decis. 1447. n. 6. Card. Caual. decis. 508 num. 5.*

Non obstat, quod deficiat hæredis subscriptio quodque non fuerint adhibiti nisi duo testes, vt aduertitur in decisione, *§. Et licet cum seq.* Quamuis enim
3 subscriptio hæredis alias sit necessaria, quæ debet continere illud esse inuentarium rerum, bonorum, ac iurium in hæreditate repertorum bona fide sine dolo, & malignitate aliqua confectum, vt per *Ias. in l. vltima, §. Sin autem, n. 4. vers. Sexto requiritur.*

In præsenti tamen illius omissio non est apta vitia-
4 re inuentarium, stante quod fuerit præuio Iudicis decreto confectum apud acta per publicum Notarium, vt tradit, *Bald. d. cons. 147. lib. 4. Roland. cons. 73. num. 26. lib. 2. Card. Seraph. decis. 371. num. 2. Pen. d. decis. 1447. num. 6. cum relatis in decis. 331. num. 17. par. 5. rec.*

Quo verò ad testes clarus videbatur defectus, ex
5 quo tres alij non fuerunt adhibiti loco Legatariorum, & creditorum absentium iuxtà formam præscriptam *in Auth. de hæred. & Falcid. §. Hinc nobis, vers. Si verò absunt*; Verùm quià in Ciuitate Amerina adest stylus particularis ab antiquo tempore obseruatus non adhibendi in inuentarijs nisi duos testes pro validitate
6 sufficit hos duos interuenisse, quià in confectione inuentarij stylus Regionis præcipuè attendi debet, vt alijs allegatis tradit *Phanucc. de inuent. part. 3. num. 89. & dixit Rota coram* Card. *Seraph. decis. 915. num. 3.*

Responsio autem data in decisione, quod nempè huiusmodi stylus non fuerit sufficienter probatus hodie videtur cessare, cùm fuerint exhibitæ publicæ atte-
7 stationes omnium Notariorum, & Curialium d. Ciuitatis dicto *Summ. num. 1.* quæ ad effectum probandi stylum contra solemnitates à iure requisitas in confectione inuentarij veniunt attendendæ, iuxtà punctualẽ *decis. 584. sub num. 3. coram Card. Caual.* & regulariter
8 stylum alicuius curiæ probari ex attestatione *curialiũ* pluries admisit, *Rota, vt in decis. 176. num. 3. coram Eminentissimo D. Card. Otthob. in Romana hæreditatis 13. Iunij 1661. §. Nec mandatum coram Eminentissimo D. Card. Celso, & Auenionen. manutentionis 7. May 1663 §. fin. coram R. P. D. meo Taia.*

Neque releuat nullitas desumpta ex omissione censuum quos Morellus collitigans dederat Brancaleoni in computum pretij prędij, de quo agitur, ac etiam ex omissione alterius prædij siti in Territorio Castri Iouis; nam præterquod non probatur illa extitisse in
9 hæreditate de tempore obitus Brancaleonis; adhuc obiectum cessare videtur ex protestatione addendi, & minuendi in eodem Inuentario adiecta, cuius vigore bona omissa possint licitè quandocunque describi, *Castren. in l. fin. §. cum igitur num. 5. C. de iur. deliber. Dec. 633. sub. num. 11. Rota coram Pen. decis. 1447. num. 8. cum alijs in decis. 126. num. 6. p. 4. tom. 2. recent.*

Attento præsertim, quod nullo modo constat omis-
10 sionem fuisse dolosam, prout requiritur ad effectum

pri-

priuandi hæredem beneficio inuentarij *ex alleg. in Romana augmenti dotis 16. Iunij 1662. §. pariter coram me.*

Sicut etiam non vrget aliud motiuum deciſionis,
quod Sebaſtianus non poſſit iuuari beneficio inuenta-
11 rij, dum poſſidet plura bona hæreditaria patris, quia
cum ſibi fuerint iudicialiter adiudicata vigore crediti
materni, non poſſunt amplius poſt adiudicationem
exiſtimari hæreditaria, ſed propria, nil releuante nullitate adiudicationis ex duobus principaliter deſumpta, ex quo ſcilicet non fuerit facta prævia æſtimatione, & ex quo non fuerint citati creditores.

Etenim æſtimatio bonorum fuiſſet neceſſaria, vbi
12 proceſſum fuiſſet per viam ſimplicis extraiudicialis
adiudicationis, in quibus terminis intelligendum eſt
Add. ad Buratt. deciſ. 96. litera A. ſecus autem, vbi, pro-
ut hic, actum fuit per viam licitationis prævio iudi-
13 cis mandato; Hoc enim caſu in iure cautum non re-
peritur quod debeat præcedere æſtimatio, vt dixit
Rota d. deciſ. 96. num. 5. coram Buratt. & bene diſtinguit deciſ. 411. num. 9. p. 5. recent.

Creditores verò non fuerunt citati, quia non pro-
batur, quod Sebaſtianus tunc de illis notitiam habue-
14 rit, illaque deſumi non valet ex eo, quod præſens lis
mota fuerit de anno 1649. contra Morellum, quia cum illud iudicium fuiſſet inchoatum non à Sebaſtiano, ſed ab eius matre, exinde non benè infertur ad ſcientiam illius maximè de tempore ſubhaſtationis ſequutæ de anno 1655.

Et ità vtraque, &c.

MELEVITANA COMMENDÆ.

Lunæ 14. Martij 1667.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio conferendi beneficium ſemper eſt manutenibilis quo vſque de ſtatu contrario non conſtet vel per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam vel per inſtrumentum publicum.*

2 *Inſtrumentum publicum habens aliquam turbiditatem ſi opponatur contra habentem quaſi poſſeſſionem conferendi beneficium, non eſt ſufficiens ad illam infrigendã.*

DECISIO DCCCLXXXIII.

PEr duas deciſiones editas coram me *16. Ianuarij 1665 & 5. Iulij 1666.* dictum fuit commendam, de qua agitur, eſſe adiudicandam Petro Ribero Armorum Seruienti, non autem Andreæ Pinto fratri Capellano, & hodie repropoſita cauſa, Domini perſtiterunt in decisis; quià cum poſt diſmembrationem Eccleſiæ de Fuentes à Præceptoria de Mauramort factam auctoritate Magni Magiſtri erecta fuerit huiuſmodi Commenda de Cabimento tam pro fratribus Capellanis, quam pro Seruientibus Armorum nulla habita ratione inter ipſos niſi antianitatis, vtique præferendus, eſt Petrus, cuius antianitas amplius non controuertitur, vt firmatur in vtraque deciſione.

Non obſtant deducta contra validitatem diſmembrationis, & ſignanter, quod Magnus Magiſter non habuerit facultatem diſmembrandi Commenda plena, & abſque legitima cauſa, quia vltra lapſum temporis pluſquam centum annorum, & alias reſponſiones datas in præcedentibus deciſionibus animaduerterunt DD. quod Sacra Religio, & Lingua Portugaliæ reperitur in quaſi poſſeſſione conferendi Commendam controuerſam vti diſmembratam vt conſtat ne dum ex pluribus collationibus effectum ſortitis *Summ. Petri præterita poſitionis num. 4.* Verum etiam ex confeſſione Andreæ collitigantis, qui Commendam ab eadem Lingua pro ſuo cabimento impetrauit *eodem Summ. num. 5.* Alias enim ſi non fuiſſet diſmembrata eius collatio non ſpectaſſet ad Linguam, ſed quidem ad Commendatarium de Mauramort iuxtà *Statutum Religionis cap. 59.*

Quapropter attento hoc vltimo ſtatu viſa fuit ceſſare quælibet difficultas, quia cum agatur de collatione iam facta à Lingua exiſtente in quaſi poſſeſſione conferendi non debent attendi nullitates oppoſitę contra diſmembrationem præſertim cum ex reſponſionibus alias datis ſaltem nimis turbidæ dignoſcantur regula enim deſumpta *ex cap. conſultationib. de iurepatr.* ſemper habet locum quouſque de ſtatu contrario non conſtet, vel per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, vel per inſtrumentum publicum iuxta celebrem deciſionem *Penia 1630. num. 5. & 6.* nouiſſimè approbatam *in Melevitana beneficij 16. Februarij 1666. §. minus releuat verſ. proprietas vero confirmata 23. Iunij eiuſdem anni coram Otalora,* vbi vlterius firmatur non ſufficere inſtrumentum publicum, quod habeat aliquam turbiditatem, *in 1. §. talem poſt med.*

Et ità vtraque, &c.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS.

Lunæ 14. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

De reſeruatione Beneficij ſubcollectorum vigore regulæ Cancellarię plene in hac deciſione tractatur, vbi etiam ſimiliter declarantur aliæ duæ regulæ cancellarię altera de annali, alia vero de poſſeſſore triennali, Quomodo nempe, & quatenus illæ procedant. Hinc etiam plura de decreto irritanti; deque impedimentis alicui præſtitis, quæ in odium impedientis efficiunt, vt ſic impeditus totum id impleuiſſe dicatur, ad quod tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad ſententiam de ſtylo Hyſpaniarum non requiritur poſt concluſionem in cauſa.*

2 *Sententia lata præſente procuratore eſt valida, licet non præceſſerit citatio.*

3 *Sententia ex bono iure confirmari debet, quoties illius nullitas redditur dubia*

4 *Literæ Apoſtolicæ de nouo ſunt exequendæ, ſi ſententia, quæ illis executionem conceſſit, detegitur nulla.*

5 *Subcollectoris vnici deputatio ſufficit pro reſeruatione regulæ quintæ Cancellariæ.*

6 *Beneficij reſeruatio vigore Regulæ quintæ Cancellariæ non ceſſat per deputationem aliorum ſubcollectorum particularium.*

Subcollectoris vnici deputatio generaliter facta non excluditur per deputationem aliorum ſubcollectorum ad certa ſpolia num. 6.

7 *Beneficium ſubcollectoris generalis vt dicatur reſeruatum, ſufficit quod ille per momentum temporis ſolus ſubcollector extiterit.*

8 *Regula de annali excludit impetrantem, niſi exprimantur qualitates poſſeſſoris, & alia de quibus etiam num. ſeq.*

9 *Regula de annali non afficit, quoties illi fuit derogatum pro vt regulariter derogari ſolet, & quomodo.*

10 *Tempus impetranti præfixum ex regula de annali ad proſequendam litem infra annum, non currit ei, qui facto aduerſarij fuit impeditus proſequi.*

11 *Negligentia quoties conſiderari non poteſt in impetrante, quo minus fuerit infra annum litem proſecutus, ei nullatenus officit regula de annali.*

12 *Regulæ de annali beneficium non prodeſt aduerſario, ex facto cuius collitigans fuit impeditus illam adimplere*

13 *Impeditus facto aduerſarij aliquid adimplere, illud in eius odium expleuiſſe cenſetur ſupra num. 10. & ſeq.*

14 *Titulum ſuæ prouiſionis qui produxit, meliorem allegare non poteſt.*

15 *Regula de annali licet non requirat titulum, requirit tamen possessionem actualem bonam, & pacificam.*

16 *Regula de annali non intrat, quando possessio beneficij est damnata.*

17 *Decretum irritans afficit possessionem vt non intret regula de annali.*

18 *Possessio infecta à decreto irritanti habetur pro nulla, & vacua.*

19 *Decretum irritans inficit possessionem non solum in reseruationibus clausis in corpore iuris, & super certo corpore beneficij, verum etiam in alijs quoties reseruationes sint notoriæ, & iustificatæ.*

20 *Regula quinta Cancellariæ reseruatoria beneficiorum subcollectorum tempore Pontificatus Innocentij X. non continebat decretum irritans.*

21 *Decretum irritans licet expresse non contineatur in regula quinta Cancellariç reseruatoria beneficiorum continetur saltem virtualiter.*

22 *Decretum irritans appositum in regula vltima cancellariæ beneficiorum reseruatoria refertur ad omnes alias regulas præcedentes.*

23 *Signum Notarij adiectum in fine libri instrumentorum censetur appositum in quolibet instrumento eiusdem libri.*

24 *Regula de triennali possessore admittit titulum etiam coloratum.*

25 *Regula Cancellariæ de triennali requirit pacificam possessionem per triennium.*

26 *Regula Cancellariæ de triennali possessore effectus impeditur etiam per controuersias extraiudiciales.*

DECISIO DCCCCLXXXIV.

FVerat per contradictas coram me resolutum 26. *Maij* 1656. iustificatas esse literas Apostolicas à Bernardo de Aranaz impetratas tanquam de reseruato ex regula quinta Cancellariæ, ex quo Didacus tempore, quo possedit controuersum Archidiaconatum per eius obitum vacantem, vnicus fuerat subcollector generalis in Ciuitate Calaguritana, sed non potuit ad vlteriora in causa procedi, quia Franciscus Ioannes Echalaz collitigans de eo prouisus ab ordinario, & possessor per varios recursus ad Iudices Laicos, variaque illorum impedimenta ablatis citationibus rotalibus, & Bullis Apostolicis coegit Bernardum litem prosequi coram Ordinario à quo tandem obtinuit sententiam pro validitate suæ prouisionis cum relaxatione mandati de immittendo; cumque Franciscus in gradu appellationis illam impugnaret ex capite nullitatis ob defectum citationis ad sententiam, & propter iniustitiam, allegando cessare dictam reseruationem ob existentiam plurium subcollectorum, ipsumque iuuari beneficio regulæ de annali, & de triennali, causa discussa Domini omnes præfatas obiectiones reiecerunt.

Respectu enim nullitatis cessat defectus citationis
1 ad sententiam non solum per antecedentem conclusionem in causa iuxtá stylum illarum partium deductum post alias decisiones *in Cæsaraug. Sponsalium* 11. *Maij* 1657. *coram Reuerendiss. Segobien.* §. *verum his non obstantibus*, sed etiam, & certius ex quo sententia lata
2 fuit præsente Procuratore Francisci, qui ad hunc finem aderat, dum incontinenti ab ea appellauit *Summ. Bernardi num.* 14. *Greg. decis.* 576. *num.* 1. 3. & 4. *ibique Add.*
3 *num.* 15. & 16. satisque est assertam nullitatem reddi dubiam, vt sententia ex bono iure confirmetur etiam parte opponente, *Eminentiss. D. meus Otthob. decis.* 29.
4 *num.* 26. vel de nouo literis Apostolicis executio concedatur ex traditis *in recent. decis.* 21. *num.* 22. *p.* 10.

Respectu verò iniustitiæ insubsistenter allegatur Didacum non fuisse vnicum subcollectorem generalem, ex quo constet de deputationibus Ioannis de Bendigar Cantoris Ecclesiæ Calaguritanç pro spolijs Ioannis Pinero, & fratris Io: de Virgine; nam deputatio Didaci
5 loquitur de vnico subcollectore generali *d. Summ. n.* 8. quæ sufficit pro reseruatione regulæ quintæ Cancellariæ ex probatis in decisione huius causæ edita coram
6 me *d. die* 26. *Maij* 1656. §. *quoniam acceptatio*; Deputationes verò Cãtoris fuerunt particulares ad dicta duo spolia certa, & specialia, quæ propterea non excludunt præfatam reseruationem cum non tollant vnicitatem generalis subcollectoriæ in Didaco *Mandos. ad regul.* 4. *quæst.* 10. *n.* 10. *in fine vers. posset etiam distingui Rota in Monopolitana Canonicatus* 23. *Ianuarij* 1651. *coram bo. me. Dunozetto* §. *præterea minus.*

Satisque est ex dictis deputationibus non probari, quod pro toto tempore, quo Didacus fuit vnicus subcollector generalis alij consimiles vnici generales sub-
7 collectores adfuerint, quià ad effectum controuersæ reseruationis sufficit sola possibilitas, quod Didacus per aliquod tempus etiam per momentum dum possedit controuersum Archidiaconatum solus fuerit vnicus subcollector generalis, *Simonett. de reseruat. q.* 33. *num.* 17. *Rota in rec. decis.* 255. *num.* 6. *p.* 5. *coram Reuerendiss. Carillo decis.* 112. *num.* 14. & *decis.* 159. *num.* 3. *coram Reuerendiss. Roias decis.* 347. *n.* 12. & *decis.* 351. *num.* 10. & *in d. Monopolitana Canonicatus cor. bo. me. Dunozetto* § *quia vltra quod, vers* & *sic huiusmodi.*

Non suffragatur autem Francisco Regula de annali
8 quia licet excludat impetrantem nisi qualitates possessoris in gratia exprimat, & illum infra sex menses ad iudicium trahat prosequendo causam intra annum vsque ad sententiam, vt fuit dictum *in Leodien. beneficij* 20. *Iunij* 1661. *coram D. meo Bourlemont.* §. *nam illa vbi allegantur concordantes.*

Attamen quoad primá partem de exprimendo no-
9 men, gradum, & nobilitatem possessoris, ac per quot annos possederit in gratia prouisionis Bernardi fuit sufficienter derogatum, & solitum esse illi derogare testatur *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 52. *num.* 51. *ac sequitur Rota decis.* 305. *num.* 40. *vers.* & *solere p.* 9. *rec.*

Quouerò ad secundam partem Bernardus obtinuit prouisionem Apostolicam die 21. Augusti 1653. *dict. Summ. num.* 1. Franciscus vero habuit recursus ad Laicos pro impedienda exequutione citationis rotalis de Mense Octobris eiusdem anni, & sic infra duos menses post impetrationem, ac de Mense Ianuarij 1654. bracchio sæculari ad eius instantiam fuerunt ablatæ literæ citationis rotalis quando exequutor volebat eas exequutioni demandare *eodem Summ. num.* 3. & 4. qua ablatione sequuta antequam Bernardus citationem rotalem recuperaret vna cum Bullis Apostolicis coactus fuit diuturnam litem coram sæcularibus subire vsque ad annum 1657. quo obtinuit decretum restitutionis illarum restrictiuè ad effectum agendi coram Ordinario *Summ. num.* 5. coram quo subsequenter continuò egit. & supradictá sententiam fauorabilem reportauit.

Hinc igitur apertè assequitur Bernardum in nihilo
10 fuisse negligentem, dum illico curauit Franciscum ad iudicium euocare, quod obtinere non potuit, nec causam infra annum prosequi vsque ad sententiam propter impedimenta ab eo sibi præstita, & sic tempus dictæ Regulæ ipsi nullatenus currit *Lotter. d. quæst.* 52. *num.* 57. neque eidem regula obstat quamuis inducta in odium impetrantis, dum fuit impeditus á collitigante, *Rota decis.* 98. *lib.* 1. & *decis.* 66. *lib.* 2. *p.* 3. *diuers.*
11 & dum in eo nulla penitus negligentia considerari potest *Pen. decis.* 457. *num.* 1. *vsque ad* 6. *Greg. decis.* 369. *num.* 4. 5. & 6. *Duran. decis.* 45. *sub n.* 4. *Rota d. decis.* 305. *n.* 40. *in fine p.* 9. *recent.*

Non obstat, quod in commissione Rotæ directa, cuius

cuius vigore præfata citatio emanauit apposita dero-
gatione regulæ 31. Cancellariæ additum fuerit De-
cretum ibi: *Dummodo literæ expediantur infra tempus
ad articulandum, & interim non censeatur vera lis.*

Quoniam nisi Franciscus primam citationem rota-
lem à iudicibus Laicis subtrahi curasset, nec Bernar-
dum ad illorum tribunal indebitè traxisset, eumque
per tot annos coram illis defatigasset, ipse statim re-
producta corã Rota dicta citatione cum eius exequu-
tione, & in termino Regulæ prosequendo causam ad
formam supradicti decreti suas literas Apostolicas ex-
pediuisset infra tempus ad articulandum, & hic decre-
tum commissionis impleuisset, ac de consequenti ex
parte sua fuisset satisfactum regulæ de annali; Verum
quia propter recursus, ac dd. impedimenta præfata
adimplere nequiuit, inde non debet aliquod præiudi-
cium pati, multoq; minus Franciscus collitigans ex dd.
12 recursibus, & indebitis impedimentis ab eo præstitis
vtilitatem assequi, nec iuuari beneficio dictæ regulæ,
sed intrat iuris conclusio, quod impeditus facto Ad-
13 uersarij actum explere in odium illius perinde habe-
tur ac si illum peregisset, & expleuisset, *l. si cum ipse
eum ibi notatis ff. de excus. Tutor. Surd. cons. 374. num. 7.
Rota decis. 429. num. 4. p. 9. & decis. 259. n. 15. p. 10. rec.*

Additum fuit, quod Franciscus produxit in actis
14 prouisionem ab Ordinario sibi factam de controuerso
Archidiaconatu, cuius vigore adeptus fuit eius posses-
sionem, & per consequens meliorem titulum allegare
nequit *Caputaq. decis. 304. num. 1. p. 3. cum vulg.* Quam-
15 uis autem regula de annali non requirat titulum, re-
quirit tamen possessionem actualem bonam, & pacifi-
cam, *Cas. de Grass. decis. 7. num. 1. & 2. cum seqq. de caus.
16 possess. & propriet.* ideò non intrat quando possessio,
prout hic est damnata, vtpotè de reseruato *Mandos.
super ipsa reg. quæst. 48. num. 9. & ibidem Gomes. quæst. 23
17 num. 3.* & quando infecta est à Decreto irritante
Cassad. decis. 14. super reg. per tot. & ratio est, quia ta-
lis possessio nullos habet iuris effectus, & habetur pro
18 vacua, *Rota coram Coccin. decis. 51. num. 4. vers. & per
consequens repetita apud Garz. de benef. p. 5. cap. 1. n. 418.
in Leodien. beneficij 25. May 1640. coram me §. quamuis
enim in fine vers. habetur enim in rec. decis. 186. num. 3.
vers. itaut habeatur p. 9. & decis. 230. num. 10. p. 7. Add.
ad Gregor. decis. 268. num. 9. in fine.*

Et licet præfata regulariter procedant in Decreto
19 irritante apposito in reseruatione clausa in corpore
iuris, vel super certo corpore beneficij; nihilominus
admittuntur etiam in alijs reseruationibus, & super in-
certo, quoties reseruatio, vt hic notoria est, & iustifi-
cata, *Cocc. d. decis. 51. num. 3. Rota d. decis. 168. num. 5.
cum seqq. p. 9. recent.*

Non obstat, quod regula quinta tempore prouisio-
20 nis Bernardi, & collationis Francisci, eiusque posses-
sionis in Pontificatu Innocentij X. non contineret De-
cretum irritans, vt de alio præcedenti Pontificatu no-
tauit *Rota coram Caual. decis. 8. num. 2.*

Quia etiamsi dictum Decretum in præfata regula
21 reseruatoria beneficiorum collectorum, & vnicorum
subcollectorum tunc non contineretur expresse, conti-
nebatur tamen virtualiter, quod non fuit ponderatum
in dict. decisione Caualerij; Decretum enim irritans
expresse appositum in vltima regula reseruatoria re-
22 fertur, & respicit etiam omnes alias regulas præce-
dentes pariter reseruatorias perinde ac si in qualibet
fuisset expresse adiectum, *Cassad. decis. 1. num. 8. in fine,
vers. quia post regulas de restitut. spoliat. Mandos. in rubr.
regul. Cancell. num. 3. & 4.* adducentes rationem ex quo
omnes regulæ reseruatoriæ habentur pro vna lege, &
quælibet reputatur vnus §. Et licet ista ratio non pla-
cuerit *Gonzal. super regul. 8. gloss. 1. n. 8.* asserenti quam-
libet regulam esse de per se distinctam, nihilominus
etiam ipse tenet ibidem *num. 10. & 11.* quod decretum
irritans appositum in fine regulę septimæ hodie octauę
refertur ad omnes alias regulas præcedentes reserua-
torias adducens exemplum signi Notarij, quod adie-
23 ctum in fine libri instrumentorum censetur appositum
in quolibet instrumento eiusdem libri sequitur *Gra-
tian. discept. 574. num. 32. & 33.* qui relati fuerunt *in d.
Leodien. Beneficij coram me dict. § quamuis enim vers. quę
vt cætera*, atque egregiè firmatur in alia *Leodien Bene-
ficij 24. February 1643. coram bon. mem. Bichio in recent.
decis. 253. num. 4. 5. & 6. & par. 9.* vbi contraria decla-
rantur.

Denique minus Francisco suffragari potest regula
24 de triennali, quia licet admittat titulum coloratum,
attamen quidquid sit de hoc, etiam ipsa requirit paci-
ficam possessionem, & quidem per integrum trien-
25 nium, quæ nullatenus ab eo allegari potest ex supra
deductis, & sine ea beneficium dictæ regulæ est inal-
legabile, *Cassad. decis. 9. ante num. 12. vers. & regulas de
caus. possess. & propriet. Rota coram Reuerendiss. Roias
decis. 294. num. 1. & 2. cum seqq. in recent. decis. 341. n. 10
cum seqq. p. 10. in Calaguritana Beneficij Sancti Ioannis
de Molinar 29. May 1652. coram me, & in Anglonen.
Archipresbyt. 24. Aprilis 1654. cor. D. meo Albergato.*

Exceptio autem decreti appositi in dicta cõmissio-
26 ne rotali respectu huius regulæ cessat etiam ex alia ra-
tione, quia scilicet effectus ipsius non solum tollitur
per veram litem, & molestias iudiciales, sed etiam
per molestias extraiudiciales, quas ad minus impor-
tant omnia gesta in partibus specificè peracta circa
possessionẽ, & perceptionem fructuum iuxtà propriam
Francisci confessionem relatam *in d. Summ. num. 3.* &
tantum durarunt, vt ab vltimo actu vsque ad introdu-
ctionem veræ litis iudicialis triennium pacificum nul-
latenus intercesserit, quod sufficit pro exclusione dictę
regulæ, vt vltra proximè allegata *Lotter. de re benefic.
lib. 2. quæst. 53. num. 20. Coccin. decis. 172. num. 6. Buratt.
decis. 699. num. 2.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA PRIMOGENITVRÆ DE BVBALO.

Veneris 18. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario venienti ex fideicommisso conditiona-
li, ante implementum conditionis non competit im-
missio. Filij fœminarum masculi dicuntur compre-
hensi in dispositiua Testamenti, in qua vocantur filij
masculi, & omnes descendentes masculi, in infinitum,
sicut etiam comprehenduntur in parte conditionali,
in qua substitutiones conceptæ sunt in casum quo to-
taliter linea deficeret.

Ratio conseruandæ agnationis non desumitur ex institu-
tione primogenituræ, aut ex repetita qualitate ma-
sculinitatis cum fœminarum exclusione Ratio conser-
uandi agnationem, nec non qualitas masculinitatis
consideratæ in descendentia substituti, non debent
ad descendentiam hæredis extendi, immo cessat vbi
potest dari casus, quod extraneus debeat Agnato præ-
ferri, vbi Testator prætulit fictam agnationem veris
& proprijs agnatis. Fictitiam agnationem conside-
rasse dicitur Testator qui ad effectum conseruandi per-
petuam primogenituram sub suo cognomine iniunxit
onus etiam extraneo desumendi suum nomen, & in-
signia.

SVMMARIVM.

1 *Immissio virtute fideicommissi conditionalis peti non
potest ante conditionis implementum, cum nondum
dici valeat purificatum.*

2 *Appel-*

2 *Appellatione descendentium masculorum in vltimis voluntatibus vbi materia aliter non suadeat veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex fæminis.*

3 *Linea simpliciter nominata comprehendit etiam descendentes ex fæminis.*

4 *Appellatione descendentium masculorum non veniunt masculi ex feminis vbi in testamento habita fuit ratio conseruandi agnationem.*

5 *Agnationis conseruandæ ratio deduci non potest ex sola ordinatione primogenituræ perpetuæ, cum possit fieri ad alium finem, nempe vt bona conseruentur vnita penes vnum.*

6 *Agnationis contemplatio non bene desumitur ex qualitate masculinitatis per Testatorem repetita cum exclusione fæminarum, cum illa tantum prædilectionem sexus importet.*

7 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia substituti non debet extendi ad descendentiam heredis, in qua fuit expressa,*

8 *Agnationis contemplatio semper cessat vbi ex dispositione Testatoris potest euenire casus, quod extraneus debeat Agnato præferri.*

9 *Agnatio vera non dicitur à Testatore contemplata, vbi filios agnatos veris, & proprijs prætulerit, sed agnatio tantum ficta, quæ æque, bene impleri potest à descendentibus masculorum, ac à descendentibus fæminarum.*

10 *Agnationis fictitiæ tantum, & non vere contemplatio deducitur ex intentione Testatoris perpetuandi suum nomen, & primogenituram in sua familia, vbi post substitutionem extranei hanc intentionem expressit, & omnibus tam institutis, quam substitutis indistincte iniunxit onus deferendi suum nomen, & insignia.*

11 *Agnationis conseruandæ ratio adiecta substitutioni factę in casum delicti ad exclusionem Fisci, non potest recipere extensionem ad alias substitutiones factas in casu mortis.*

12 *Onus desumendi nomen, & insignia Testatoris iniunctum in vltimis substitutionibus, tacite censetur etiã in prioribus impositum vbi Testator declarauit se fideicommissum ordinasse ad effectum conseruandi memoriam sui nominis.*

13 *Testator censetur maiores conditiones, & qualitates desiderasse in linea remotiori, quam in proximiori, itaut qualitas masculinitatis requisita in descendentibus remotioris lineæ non debeat repeti in descendentibus lineæ proximioris.*

14 *Testator expetens qualitatem masculinitatis in linea substituta taxatiue, & declaratiue in altera vero linea huiusmodi qualitatem prorsus omittens censetur eam consulto amisisse.*

15 *Testator vocans masculos ex fæminis institutorum.*

16 *Absurdum est, & inuerisimile, quod testator voluerit excludere masculos ex fæminis ab eo descendentibus per admissionẽ extraneorum, & ideo admitti non debet.*

17 *Filij fæminarum de agnatione Testatoris prætendentes venire ad fideicommissum impediunt immissionem extraneo substituto vbi de cõtraria voluntate Testatoris euidenter non constet.*

DECISIO DCCCLXXXV.

MArchio Octauius Senior de Bubalo Testator instituto sibi hærede vniuersali Paulo ex Angelo germano fratre Nepote, vocauit ordine Primogenituræ omnes filios, Nepotes, & Pronepotes, & alios descendentes masculos legitimos, & naturales in infinitum eiusdem Pauli hęredis, & casu quo Paulus decederet sine filijs, Nepotibus, & pronepotibus, & alijs descendentibus, ita quod nullus ex eius lineæ superexisteret substituit successiue alios filios Angeli sui fratris, semper seruato ordine primogenituræ ibi *Talmente, che questa mia heredità debba andare disbrigata, & integra in tutti li primogeniti descendenti dal d. Sig. Angelo, e da suoi figli, nepoti, pronepoti & altri descendenti in infinito sempre di primogenito in primogenito, fino che vi sarà descendente atto à fare la primogenitura* vt in Testamento impresso dato pro parte filiorum masculorum *num.* 11. respexit quoque Testator ad casum quo Paulus prędecederet Angelo eius fratri, & iste non haberet alios filios masculos, nec Nepotes, tunc enim tribuit facultatem eidem Angelo vt possit ad libitum eligere, & nominare vnum ex filijs aut Horatij, aut Quintij de Bubalo sibi in gradu remotissimo coniunctorum, substituendo omnes descendentes masculos illorum casu, quo altera ex eorum lineis idest masculina deficeret, ibi: *& in defetto della linea del detto Signor Quintio cioè della linea masculina &c. voglia s'ammettino li figli, e la linea masculina del detto Signor Horatio,* dicto *Testamento impresso num.* 13. quam quidem facultatem nominandi Testator concessit etiam Paulo, & alijs filijs Angeli quoticumque peruenerint ad annum 17. sed voluit eos posse vti dicta facultate duntaxat in casu, *che detto Paolo ò altro figlio del detto Signor Angelo non hauessero figli, ò altri descendenti maschi &c. ma hauendo debbano succedere li descendenti dal detto Sig. Angelo* dicto Testamento *num.* 14. & insuper plures alias substitutiones ordinauit in casum, quo Angelus, eiusque filij nullam fecerint nominationem, nam primo loco substituit tertium filium Horatij, eiusque descendentes masculos, hisque deficientibus quartum, & vlteriores genitos eiusdem Horatij, eorumque descendentes masculos in quorum defectum vocauit omnes filios; & descendentes masculos in infinitum Mutij de Bubalo, & deinde filios, & descendentes Quintii *ibid. n.* 15. *&* 16 deficiente, vero linea masculina Oratij, Mutii, & Quintii vocauit filium primogenitum fœminæ proximioris vltimo successori, quæ sit Soror, aut amita, vel matertera d. vltimi sine descendentibus masculis deficientis & posteà substituit descendentes masculos Bacci de Cancellarijs Pistorien. *num.* 18. *&* 19.

Cum autem post mortem Octauij Testatoris obierit quoque Angelus eius frater, Paulus verò hæres institutus filias fęminas susceperit, ex quibus nati sunt DD. Nicolini, & Falconerij, hos filios masculos fęminarum idem Paulus mox decedens nominauit ad primogenituram cum hac tamen conditione, quod si succedere non possent, nominatio censeretur facta de D. Hiacyntho de Bubalo filio Quintij; vndè cum iste prætenderet dd. filios fęminarum esse insuccessibiles, & proinde nominationem ad eius fauorem remanere puram, ideò iudicium *ex remed. l. fin* instituit coram A.C. sed cum superuenerit commissio manu Sanctiss. Signata, vt in causa procedatur de Voto Rotę dedũ dubium an eidem D. Hiacyntho sit danda immissio, quod hodie fuit negatiuè resolutum.

Si quidem purificatio fideicommissi ad fauorem Actoris omninò requisita nullo pacto remanet iustificata ex nominatione facta per Paulum, siuè quià non habebat facultatem nominandi in præiudicium eius descendentium, vt patet ex verbis Testamenti supra relatis, siuè etiam quia nominatio non est pura, sed conditionalis, quatenus scilicet filij masculi fęminarum non possent succedere, & propterea sicut ante imple-
1 mentum conditionis non potest dici purificatum fideicommissum, ità quoque non est locus immissioni, vt pluribus allegatis firmat *Menoch. de adipisc. possess. remed.* 4. *num.* 305 *& seqq. Fusar. cons.* 196. *num.* 1. *Burat. decis.* 257. *num.* 13.

Condi-

Conditio autem impleri non potest, quià verè filij masculi filiarum Pauli inspecta voluntate testatoris admitti debent ad successionem, de qua agitur, cùm illorum vocatio benè desumatur non solùm quià in parte dispositiua testamenti fuerunt expressi omnes filij, nepotes, pronepotes, ac alij descendentes masculi ab Angelo in infinitum, vt in dicto testamento impresso, §. 11. sub quibus etiam filij fœminarum Pauli dicuntur comprehensi vt potè habentes qualitates requisitas à testatore masculinitatis, & descendentiæ, ex vulgata iuris conclusione, quod in vltimis volunta-
2 tibus, vbi subiecta materia aliter non suadet appellatione descendentium masculorum veniunt tàm masculi ex masculis, quàm masculi descendentes ex fœminis iuxtà celebre *cons. Fulgos. 85. num. 1. & 2.* receptum communiter à Doctoribus cumulatis per *Fusar. de substit. quæst. 404. num. 7. & 20.* & approbatum à *Rota decis. 15. num. 1. part. 2. diuers. in Bononien. successionis 4. Maij 1646. & 17. Iunij 1647. §. Facit quoque coram bo. me. Bichio, Nucerina fideicommissi 1. Iuly 1650. coram Reuerendissimo Papien. §. Neque visum fuit*, cum alijs relatis in *Romana fideicommissi de Glorierys 16. Iunij 1664. §. Tùm etiam quia coram R. P. D. meo Emerix, & 15. Decembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Albergato, §. Prout non subsistit.*

Verùm etiàm quià in parte conditionali omnes substitutiones leguntur conceptæ in casum, quo totaliter deficeret linea Pauli, & Angeli, vt in *dict. num. 11.* ibi: *Talmente che non vi fosse alcuno della linea del detto Paolo, num. 13.* ibi: *E caso, che il detto Paolo herede istituito morisse auanti il detto Signor Angelo, &c. talmente che non vi fosse alcuno della linea d'esso Signor Angelo, & num. 15.* ibi: *E mancando, che à Dio non piaccia, la linea del detto Signor Angelo, in tal caso voglio, ch'in questa mia heredità, e primogenitura succeda, &c.* Hinc enim filij masculi fœminarum Pauli dicuntur
3 positi in conditione ad exclusionem omnium substitutorum, cùm verè sub linea simpliciter nominata etiam descendentes ex fœminis contineantur, *Bald. cons. 321. post med. vol. 1. Menoch. cons. 625. n. 8. Corbul. de emphyt. tit. de caus. priuat. ob linam finit. num. 40. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 24. Rota coram Gregor. decis. 383. num. 3. ibiq. Add. litera B. Merlin. decis. 66. numer. 2.*

Non obstat, quod masculi fœminarum in pluribus
4 casibus non veniant appellatione descendentium masculorum, & signanter vbi in testamento habita fuit ratio conseruandi agnationem, vt in *decis. Pan. 902. n. 5. 7. & 8 & alibi passim.*

Etenim in linea Angeli, de qua nunc agitur, huiusmodi ratio expressa non adest, & tacita desumi non valet, aut ex institutione primogenituræ perpetuæ, aut ex superius repetita qualitate masculinitatis cùm fœ-
5 minarum exclusione; Nàm sola ordinatio primogenituræ non videtur sufficiens, cùm fieri possit ad alium finem nempè vt bona conseruentur vnita penès vnum, vt dictum fuit in *Bonon. fideicommissi 27. Aprilis 1643. §. Quia præterquod coram me*, qualitas autem masculi-
6 nitatis repetita per testatorem, & exclusio fœminarum importat quidem prædilectionem sexus, non autem quod fuerit contemplata agnatio, vt tradit *Rip. in leg. Centurio, num. 162. ff. de vulgar. Alex. cons. 202. num. 7. lib. 7. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 14. vers. Sed tamen hæc ipsa coniectura Rota coram Card. Seraph. decis. 1216. num. 6. in Auenionen. fideicommissi 11. Martij 1648. §. Hinc vers. Fieri non poterit coram bo. me. Leone Verospio, & in Hortana fideicommissi 22. Martij 1662. §. Verum coram me.*

Cætera verò desumpta ex alijs partibus testamenti, vbi agitur de successione linearum Horatij, Mutij, & Quintij, ad istum effectum non suffragantur; Nàm admisso etiam quod possent deseruire pro ratione cōseruandi agnationem in dd. substitutionibus, non possunt tamen illam extendere ad lineam Angeli; Quia cùm sint dispositiones omninò distinctæ, & separatæ, ac diuersas personas respiciant, non licet ab eadem ratione expressa in vno casu arguere ad alterum in
7 quo non fuit considerata, & quod ratio conseruandæ agnationis considerata in descendentia substituti trahi non debeat ad descendentiam hæredis dixit, *Rota decis. 195. num. 13. part. 5. rec. & plures allegat Altograd. cons. 83. num. 17. lib. 2.*

Cæterum neque in sequentibus substitutionibus dici potest habita ratio conseruandi agnationem, ponderando quod non facta per Angelum eiusque filios nominatione in casibus supra expressis testator vocauit tertiogenitum Horatii prætermissis primo, & secundo eorumque lineis; Cùm enim per obitum eiusdem tertiogeniti absque filijs potuisset aperiri successio filijs fœminarum, alijsque extraneis inferius vocatis etiamsi existerent agnati prætermissi, nullatenus dici-
8 tur contemplata agnatio, quæ semper cessat vbi potest euenire casus, quod extraneus debeat agnato præferri, *Alex. cons. 38 num. 4. & seq. lib. 6. Honded. cons. 56 n. 17. lib. 2. Marescott. var. resol. lib. 3. cap. 11. num. 37 versic. Nam quando agnatio Castill. contron. lib. 5. cap. 133. n. 21 Rota in Auenionen. fideicommissi 22. Aprilis 1652. §. Et ex his coram Eminentiss. D. Card. Celso, & in Bononien. primogenituræ de Luparis 6. Iunij 1664. coram R. P. D. meo Priolo, §. Primogenitura vers. Ex hoc enim.*

Quod autem prætermissio primi, & secundi ex linea Horatij proueneri et eo, quod tanquam Clerici fuerint inhabiles ad obtinendam primogenituram remouetur ex facto; Nàm ex hodierno *Summ. filiorum masculorum in Calce facti, num. 1. & 2.* constat ambo suscepisse ordines minores longè post testamentum, quià conditum fuit de anno 1612. Franciscus verò fuit ordinatus de anno 1618. & Gregorius de anno 1619.

Præterea animaduersum quoque fuit, quod testator vocauit prius masculos descendentes ex fœminis linearum Horatij, Mutij, & Quintij, & posteà in illorum defectum substituit descendentes Bacci de Cancellarijs non obstante, quod ipse testator sciret eundē Baccium esse de Cippo suæ domus, vt fatetur in testamento, *n. 19* ibi: *In tal caso chiamo à questa mia heredità, e primogenitura il figlio primogenito maschio legitimo, e naturale del Signor Baccio di Lazzaro Cancelliere di Pistoia, il quale è del ceppo di casa nostra del Busalo*; Si enim ad
9 veram agnationem respexisset, vtique non prætulisset fictos, & artificiales veris, & proprijs agnatis, vt aduertunt Doctores mox allegari, & per consequens aut dicendum est, nullam fuisse contemplatam agnationem, aut saltem non veram, & propriam, sed fictam, & artificialem per assumptionem cognominis, & Armorum, quæ æquè benè impleri potest à descendentibus masculorum sicut à filijs, & alijs descendentibus fœminarum, *vt not. Menoch. cons. 802. num. 35. & num. 71. vers. Respondetur primo Peregrin. cons. 1. num. 11. versic. At vbi pernentum lib. 1. Altogr. cons. 66. n. 65. & 75. lib. 2. Rota decis. 6. num. 1. vers. Confirmatur hoc part. 1. diuers. & dictum fuit in dicta Hortana fideicommissi 22. Iunij 1661. in fine coram me.*

Et simili modo ad agnationem fictitiam, & artificialem referri debent illa verba testamenti, *num. 22.* ibi: *Perche l'intentione mia è di perpetuare in questa primogenitura in casa del Busalo, e lasciare il mio nome viuo;* Tùm quià hæc verba leguntur apposita post substitu-

tio-

tionem factam de extraneo nominando ab vltimo sub-
10 stituto, & sic deseruire non valeot pro ratione conseruandi veram agnationem, quæ per illos duntaxat de sanguine propagatur; Tùm etiàm quià illa ratio conseruandi memoriam sui nominis non conguit solum veris agnatis, sed etiam extraneis substitutis, quibus omnibus indistintè fuit onus iniunctum vtendi nomine proprio testatoris, vt expresse cauetur in §. 20. ibi: *E voglio, che tutti quelli, alli quali andarà questa mia heredità, e primogenitura si chiami Ottauio del Bufalo, e pigli il cognome, arme, & impresa, &c.*

Nec releuant alia verba testamenti, *num.* 27. ibi: *Acciò si conserui perpetuamente la mia heredità nelli nominati, e chiamati, e che la mia famiglia si conserui nella sua nobiltà*; Nàm præter alias responsiones deductas ab informantibus, placuit, quod cùm dicta ratio sit adiecta substitutioni factæ in casum delicti ad exclu-
11 sionem fisci non potest recipere extensionem ad alias substitutiones facias in casu mortis, vt respondit, *Rota in Tiburtina fideicommissi* 18. *Martij, &* 27. *Iun.* 1640. §. *Non obstat coram Card. Panzirolo, coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis.* 258. *num.* 3. *& in Spoletana fideicommissi* 24. *Maij* 1655. §. *Minus est facienda coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Hinc exclusa ratione conseruandi agnationem non obstat, quod filij fæminarum pariter non veoiant appellatione descendentium masculorum, quando sunt expresse vocati in inferiori parre testamenti in defectū agnatorum, & insuper quando aliquo modo constat testatorem intellexisse de masculis ex masculis; Etenim quod attinet ad illorum vocationem licet in defectum linearum Horatij, Mutij, & Quiotij fuerit substitutus primogenitus ex fæmina, quæ sit proximior vltimo possessori, sub hac tamen substitutione non sunt comprehensi masculi fęminarum ex linea Angeli, cùm testator literaliter se restrinxerit ad lineas dictorum Horatij, Mutij, & Quintii nulla facta mentione de illa Angeli, vt ex lectura testamenti, *num* 18.

Quoverò ad voluntatem testatoris parum videtur releuare, quod in *num.* 12. *in fin.* loquendo de nepotibus, & descendentibus Pauli eis iniunxerit onus assumendi ipsius nomen duntaxat, prout etiam seruauit cum descendentibus Quintii, in *num.* 17. loquendo autem de filiis fæminarum demandauerit assumptionē nedùm nominis, sed etiam cognominis, & armorum vt *num* 8. ex quo infertur, quod in linea Pauli vocauerit solùm masculos ex masculis, qui tanquam de familia Bubala non indigerent nec cognomine, nec stemmate ad differentiam descendentium ex fæminis, qui sunt de aliena familia.

Quoniam huiusmodi argumentum potius retorquetur cùm non subsisteret testamentum in linea Angeli solo nomine fuisse contentum, cùm etiam imposuerit onus assumendi cognomen ibi: *Debbano pigliare il mio nome, e chiamarsi Ottauio del Bufalo, d. num.* 12. quemadmodum etiam mandauit filiis, & descendentibus Horatii, *num.* 15. ibi: *Et ordino anco, che tutti quelli, che succederanno in questa mia heredità, e primogenitura si chiamino, & vsino il mio nome d'Ottauio del Bufalo*; Si enim intellexisset de solis masculis ex masculis, vtique oon fuisset opus addere cognomen ijs, qui verè erant agnati de familia Bubala. Nil releuante, quod descendentibus fæminarum addiderit onus conferen-
12 di insignia; Quià tacitè hoc censetur appositum etiam in præcedentibus substitutionibus, cùm testator declarauerit primogenituram ordinasse ad effectum conseruandi memoriam sui nominis, quæ præcipuè ex proprijs insignijs conseruatur, vt tradit *Fusar. cons.* 175. *num.* 9. *& seqq. Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 14 *num.* 5. *& plenè Thesaur. decis.* 270. *numer.* 1. *& seqq.*

Neque est momenti, quod sicut testator in lineis Mutij, Quintij, & Horatij appellatione descendentium intellexit de masculis ex masculis, ità quoque voluerit in linea Angeli, & alias lineas substitutas, dum Angelus erat germanus frater Testatoris, alij vero erant solū agnati in gradu remotissimo, vt in arbore, vtique censeri debet maiores qualitates, & cōditiones io illis desiderasse, quā in linea proprij fratris, itaut qualitas
13 masculinitatis expressa in seqoeotibus substitutionibus repeti non debeat io linea Angeli ob diuersitatem personarum, & rationis *Paris. cons.* 44. *num.* 17. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 95. *num* 13. *lib.* 1. *Fusar. de substit. quæst.* 450. *num.* 8. *&* 10. *Rota in Romana fideicommissi de Alberinis* 6. *Martij* 1662. §. *non obstat corā* R. P. *D. meo Priolo Romana fideicommissi de Donis* 19. *Februarij* 1663. §. *nam maior coram Eminentiss.* D. *Card. Vicecomite cum allegat. in Romana fideicommissi de Glorierijs* 28. *Martij & 6. Iunij* 1664. *coram RP D. meo Emerix.*

Sicut etiam non releuant verba substitutioois factæ in casu quo Paulus prædecederet Angelo Patri *nu.* 13. ibi *e detto Signor Angelo sopraniuesse, e non hauesse altri suoi figli maschi nè Nepoti nati dal detto Paolo, ò da altro suo figlio*, quasi quod Testator posuerit in conditione filios masculos Pauli, vel alios Nepotes Angeli oatos ex alio filio pariter masculo. Quia hæc dispositio optime declaratur per alia verba immediatem sequentia, ibi: *talmente, che non vi fosse alcuno della linea del detto Sig Angelo*, quæ demonstrant Testatorem voluisse admitrere filios, & nepotes ex masculis quatenus extarent, sed illis deficientibus ooluit aperiri successionem ad fauorem substitutorum; nisi prorsus euacuata tota, & integra linea einsdem Angeli & hic præcipue aduertendum est, quod prudens Testator prædiligendo totam descendentiam Angeli sui fratris semper posuit in conditione eios lineam simpliciter; quæ sic prolata includit etiam descendentem ex fæminis, vt supra probatum est, & io sequentibus substitutionibus faciendo mentionem de lineis aliorum illas semper qualificauit appellaodo lineas masculinas imo taxatiue, & declaratiue per dictionem *idest* ibi *& In defetto della linea del detto Signore Quintio, cioè della linea masculina*, ex hoc enim discretiuo modo loquendi clarè assequimur voluntatem
14 testatoris fuisse admittendi omnes descendeotes Angeli, & consulto omisisse dictam qualitatem masculinitatis, qoàm in aliis tam strictè expetierat ex traditis per *Soccin. sen. cons.* 158. *num.* 39. *lib.* 2. *& seq. Surd. consil.* 200. *in fine Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. *Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis.* 252. *num.* 8.

Qui sanè intellectus videtur rationabilis, attenta vocatiooe masculorum ex fæmiois dd. Horatij, Quin-
15 tij, & Mutij; Nàm dum testator eos admittere voluit in substitutis, molto magis dicendum est voluisse io filiis institutorum, vt probant congesti per *Gregor. decis.* 315. *num.* 8. alias autem posset dari casus, quod filii filiarum Pauli remanerent exclusi à personis omninò extraneis, vt esseot descendentes ex Matertera vltimi possessoris, quod tanquam inuerisimile, & absur-
16 dum admitti non debet, *cap. quemadmodum de iureiur. l. nam absurdum, ff. de bon. libert. Giouagn. cons.* 12. *n.* 15. *lib.* 2. *Gregor d. decis.* 315. *num.* 7.

Demùm pro exclosione masculorum ex fæminis nulla vis fieri potest in decisionibus in contrarium adductis, & signanter in *Bononien. fideicommissi de Barberijs* 5. *Decembris* 1650. *coram bo. me. Card. Corrado, & in Ariminen. Castrorum* 29. *Maij* 1665. *coram me*; Quia in dicta *Bononien. de Barberijs*, fuerat vocata expresse linea masculina, & in specie dictum fuerat,

ibi:

ibi: *Remanere in eius agnatione*, quod nuuquam legitur in controuerso testamento. In casu autem decisionis Arimineo. Iacobus Donator contemplatus fuerat descendentiam masculinam per masculos, & in qualibet parte instrumenti mentionem pariter fecit de linea masculina.

Cùm itaque filij fœminarum Pauli habeant regulam pro se, & vlterius ad eorum fauorem concurrant tot vrgeotes coniecturæ, Domini censuerunt denegandam esse D. Hiacyntho immissionem, ad quem effectum

17 satis etiam esset, quod de contraria voluntate testatoris euidenter non constet, vt latè per *Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 32. & seqq.*

Et ità vtraque, &c.

PAMPILONEN. VICARIÆ.

Merc. 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Duplex in hac decisione quæstio resoluitur: altera vnionis Ecclesiæ Parochialis Monasterio factæ, vnde nam scilicet vnio probetur, & ex quibus arguatur esse plenaria: altera verò deputationis Vicarii, quando scilicet & ex quibus illa potiùs amouibilis, quam perpetua debeat iudicari.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Ecclesiæ plenè iustificatur præsumptionibus, & coniecturis.*

2 *Vnio Ecclesiæ plenè probatur per enunciatiuas emissas ab ordinario in actu approbationis nominatorum.*

3 *Ordinarij præsumuntur optimè informati de qualitate beneficiorum suæ Ecclesiæ.*

4 *Vnio Ecclesiarum cum tendat in praeiudicium ordinarij non præsumitur ab ipso diù tolerata si verè vnio non adfuerit.*

5 *Enunniatiuæ in libris taxationis decimarum emissis etiam ipsæ probant vnionem beneficiorum.*

6 *Vnio ad hoc vt ex enunciatiuis probetur non requiritur quod in illis de ea expressè fiat mentio, sed sufficit si virtualiter colligatur.*

7 *Vnio per coniecturas præsumptiones, & adminicula simul iuncta perfectè probatur.*

8 Constitutiones sanct. me. Pij V. Gregor. XIII. *Super materia vnionum referuntur, & declarantur.*

Prælati Monasteriorum quibus vnitæ reperiuntur parochiales possunt nominare Vicarios tam sæculares quàm regulares ad nutum præuia tamen approbatione Ordinarij, num. 8.

9 *Monachi Pramonstratenses possunt nominari in Vicarios ab Abbatibus Monasteriorum quibus vnitæ reperiuntur Parochiales cum approbatione ordinarij.*

10 Constitutiones san. me. Pij V. Gregor. XIII. *In materia vnionis, licet loquantur de Vicarijs perpetuis, tamen habent etiam locum in amouibilibus ad nutum.*

11 *Vnio Ecclesiæ Parochialis regulari si fuerit plenaria, Abbas potest ad nutũ amouere Vicarium ibi nominatũ.*

Vicarius ad Ecclesiam Parochialem regulari vnitam, amoueri potest ad nutum Abbatis quoties vnio fuisset plenaria.

12 *Vnio quod sit plenaria desumitur ex signis, & coniecturis quoties deficit instrumentum vnionis*, & nu. seq.

13 *Instrumento deficiente per signa, & coniecturas probatur quod vnio Ecclesiarum sit pleno iure, & de mensa.*

14 *Decimarum, & oblationum perceptio facta à Monasterio cui Parochialis reperitur vnita, probat vnionem esse plenariam.*

15 *Vnio Ecclesiarum quod sit plenaria probatur ex deputatione coadiutoris quæ per Abbatem Monasterij cui talis Ecclesia est vnita fuerit facta ad petitionem Incolarum.*

16 *Confessiones incolarum petentium ab Abbate Monasterij, cui vnita est eorum Parochialis augeri salarium Vicario, & eius coadiutori probant vnionem esse plenariam.*

17 *Celebratio missę popularis, & predicatio facta ab Abbate in Ecclesia eius Monasterio vnita probat vnionem plenariam.*

18 *Vicariam esse amouibilem desumitur ex præstatione salarij, & congruæ factę per Abbatem.*

Vicarius non amouibilis congruam sibi iure proprio percipit, num. 18.

19 *Approbatio Vicarij facta ab ordinario per adiudicationem, seu per institutionem authorizabilem probat Vicariam esse perpetuam.*

20 *In Vicarijs perpetuis cura demandari solet Vicarijs præuio iuramento de non alienando bona Ecclesiæ.*

21 *Approbatio Vicarij simplex, & cum sola licentia degendo, & administrando bona Ecclesiæ ab ordinario concessa denotat Vicariam esse amouibilem.*

22 *Vicaria an sit perpetua vel amouibilis ve dignoscatur obseruaneia attenditur.*

23 *Deputatio Vicarij religiosi debet fieri ad nutum.*

Deputatio Vicarij erronea non est attendenda, num. 23.

24 *Vicariam esse amouibilem, & sine titulo ostenditur ex quo prouisio fuerit expedita non facta solutione mediæ annatæ.*

25 *Mediam annatam soluere tenentur solummodo Vicarij perpetui.*

26 *Vicaria vbi est amouibilis perneceſſe resultat vnio plenaria.*

27 *Vicariæ amouibilitas non excluditur ex quo Vicarij numquam fuerint amoti.*

Facultas amouendi Vicarios non amittitur ex eius non vsu, nisi concurrente prohibitione, & acquiescentia, num. 27.

Beneficia facultatiua quæ sunt non amittuntur per non vsum nisi vlterius concurrat prohibitio, & acquiescentia, ibid.

28 *Beneficia manualia licet quandoque durent ad vitam non ideò efficiuntur perpetua.*

29 *Costitutio Synodalis Pampilonæ prohibens amotionem Vicarij sine iusta causa non est attendenda.*

Vicarius amouibilis etiam sine iusta causa potest amoueri ad libitum, non obstante Constitutione in contrarium, num. 29.

30 *Vnioni non aduersantur visitationes, & alij actus iurisdictionales exerciti per Episcopum, & quando.*

Vnio Parochialis Monasterio facta non praeiudicat Episcopo in iuribus suis.

31 *Episcopus in Parochialibus vnitis Monasterio quoad ea quæ curam animarum concernunt potest iure delegato exercere iurisdictionem non obstante, quod vigore vnionis iurisdictio transiuerit in Monasterium.*

32 *Episcopus in Parochialibus vnitis Monasterio quoad ea quæ curam animarum non concernunt iure ordinario procedit.*

33 *Actus iurisdictionis exerciti ab ordinario in Ecclesijs vnitis Monasterio quãdo compatiantur cũ ipsa vnione.*

34 *Visitandi facultas iure delegato Episcopis perpetuo attributa non transit in Capitulum Sede vacante.*

35 *Vicaria Status de amouibili in perpetuum non mutatur ex visitatione Vicarij Capitularis visitandi facultatem non habentis.*

Factum non attenditur sed quod fieri debet obseruandum est. 35.

36 *Primitia de iure spectant ad Rectorem, licet aliquando ex consuetudine loci contrarium obseruetur.*

DECISIO DCCCLXXXVI.

Domini confirmarunt decisionem factam coram me 7. Iunij 1666. post secundam causę propositionem, ad

ad Monasterium Sancti Saluatoris de Vrdax Ordinis
Præmonstratensis, illiusque Abbatem spectare ius nominandi, & deputandi Vicarium in Ecclesia Parochiali loci de Elizondo Regularem, & sæcularem arbitrio, ac posse Vicarium etiam sæcularem ad libitum Abbatis amouere, vt declaratum fuerat in sententijs Rotalibus.

Vnio si quidem huius Parochialis prædicto Mona-
1 sterio pro fundamento decisionis, & sententiarum ponderata plenè iustificata videtur ex pluribus præsumptionibus, & coniecturis latè in decisionibus huius causæ deductis, & præsertim 3. *Martij 1664. coram bo. me. Leone Verospio*, ponderatis, quæ hodie etiam DD.
2 placuerunt, & signanter ex enunciatiuis Ordinarij Pampilonen. anni 1584. & 1606. emissis in actu approbationis Vicariorum ab Abbate nominatorum, vt in eius
3 *Summario impresso, num.* 4. quibus potissimum deferendum est, quia ordinarij præsumuntur optimè informati de qualitate beneficiorum suæ Diœcesis, cum
4 vnio tendat in præiudicium eorum collationis, nec tanto tempore tolerassent, dictam Parochialem absque concursu prouideri, si verè vnita non fuisset Monasterio, vt in his terminis respondit, *Rota in Lutana vnionis 18. Ianuar. 1647. coram Bichio, quæ est decis. 9. p. 10. rec. num. 9. cum pluribus seqq. & ponderatum fuit etiam in dicta decisione Verospij, §. Hac verò vnio cum seqq.*
5 iunctis præcipuè alijs enunciatiuis, & signanter illis librorum taxationis decimarum excusati ab anno 1590. *Summ. Abbatis impresso, num.* 9. cui alias Rota detulit *d. decis. 9. num. 13. & firmat d. decisio bon. mem. Verospij, §. Prædictis coniecturis.*

Nec subsistit dictas enunciatiuas non esse antiquas, ex quo lis cœpta fuit anno 1620. quia vltra quod lis tunc mota non fuit principaliter super vnione, vel statu Vicariæ, aut deputatione Vicarij, sed incidenter super coadiutore nominando per Abbatem, quæ nihil commune habent cùm hac lite cępta solum ann. 1658. Monasterium non nititur præcedentibus solum enunciatiuis, sed alijs etiam resultantibus ex reiteratis approbationibus Vicariorum nominatorum ab Abbate factis per ordinarium Pampilonæ relatiuè ad *Constitutiones Pij Quinti* 47. *& Gregor. XIII.* 9. datis in hodierno *Summar. Abbatis, num.* 4. *&* 5. loquentibus tantummodo de Parochialibus vnitis, ac ex sententia ordinarij in hac causa edita permittente Abbati nominare Vicarium sæcularem, & regularem arbitrio, ad
6 probandam enim vnionem opus non est, quod de illa fiat expressa mentio, sed sufficit, quod virtualiter colligatur *Add. ad Gregor. decis.* 196. *sub num.* 3. *§. Secundo probatur, vers. Sufficit tamen Seraph. decis.* 1272. *num.* 1. *& in rec. decis.* 485. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. additis etiam
7 coniecturis, præsumptionibus, & adminiculis pro Abbate adductis, & à Rota approbatis, quæ simul iuncta perfectam vnionis probationem constituunt, vt in *Hieracen. beneficij* 1. *Iul.* 1654. *coram Reuerendissimo Conchen.*

Probata autem vnione resolutio prioris partis dubij concernentis ius Abbatis deputandi Vicarium sæcularem, vel regularem inconuertibilis est; Id enim
8 expressè statuitur in dict. Constitutione Piana, §. Quinto, vbi tribuitur facultas Prælatis Monasteriorum, quibus Ecclesiæ Parochiales vnitæ reperiuntur nominandi Vicarios, etiam regulares ad nutum præuio exami-
9 ne, & approbatione ordinarij, quam suffragari Monachis Præmonstratentibus adueriit in specie *Barbos. per Collect. Concil. Trid. sess.* 7. *cap.* 7. *num.* 17. & non fuisse reuocatam à Gregorio XIII. in dicta Constitutione in puncto *Garz. de benef. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 13. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 5. *§. Tertio, num.* 79. *& Rota decis.* 88. *n.* 19.
10 *part.* 9. *recent.* Quæ constitutiones licet loquantur de Vicarijs perpetuis, tamen habent etiam locum, in amouibilibus ad nutum *Rota dicta decis.* 88. *num.* 17. *part.* 9. *recent.*

Resultat quoque ex prædictis, & infrascriptis resolutio alterius partis dubij concernentis remotionem Vicarij; subsistit enim quod vnio Parochialis Elizondi Monasterio facta, est plenaria quoad spiritualia scili-
11 cet, & temporalia, quo casu Abbas ad libitum suæ voluntatis potest Vicarium ab ipso nominatum amouere *ex alleg. in decisione coram me, §. Etenim, & coram bon. me. Verospio* 28. *Nouembris* 1664. *§. Cùm enim*, quia
12 licèt non constet de instrumento vnionis, ex cuius verbis dignosci possit, an vnio sit plenaria, tamen id optimè desumitur ex signis, & coniecturis, quibus recurritur quoties dubitatur, cuius naturæ, & quomodo fuerit facta vnio iuxtà *cons. Aucharan.* 114. *sub num.* 3. *vers. Tertio casu, & sequitur Felin. in cap. translato, n.* 6. *vers. Et in dubio, & num.* 7. *iuxta aliam impressionem de constit. Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 8. *n.* 6. *Rota decis.* 102 *num.* 1. *part.* 1. *recent.* vbi deficiente instru-
13 mento signa, & coniecturæ deseruiunt ad probandum, vnionem esse pleno iure, & de mensa.

In præsenti vero plena adsunt signa denotantia, vnionem esse plenariam; Primum enim vltra supra de-
14 ducta resultat ex perceptione decimarum, & oblationum fieri solita per Monasterium ab antiquo, & ferè immemorabili tempore *Rota decis.* 204. *sub num.* 2. *p.* 2. *& decis.* 16. *sub n.* 7. *vers. Concurrunt etiam testes par.* 6. *rec. Add. ad Gregor. decis.* 196. *n.* 3. *§. Arguitur circa med.*
15 Ex deputatione coadiutoris ad petitionem, incolarum, vt pluribus allegatis firmat *dict. decisio bo. me. Verospij §. Prædictis coniecturis* 3. *Mart.* 1664. ex confessionibus
16 incolarum petentium augeri salarium Vicarij, & coadiutoris *Seraphin. d. decis.* 1304. *sub num.* 1. *vers. Primo*
17 *ponderatum fuit*, nec non ex celebratione missæ popularis, & prædicatione Abbatis in Ecclesia Elizondi *Summ. impresso, num.* 2. & ex alijs adductis in dicta *decisione Verospij, §. Hac verò vnio cum seqq. tertia Martij* 1664.

Concurrit vlterius pro iustificatione vnionis plenariæ, & status amouibilitatis istius Vicariæ obseruantia subsequuta desumpta; Tum ex longeua quasi possessione Abbatum pro tempore deputandi ad libitum eorum voluntatis Vicarios tam regulares, quàm sæcu-
18 lares, quibus simplex salarium, seu stipendium soluere consueuerunt, vt constat ex testium depositionibus *in Summ. impresso Monasterij dicto num.* 3. ex quo Vicaria arguitur amouibilis, non perpetua, alias Vicarij congruam iure proprio percepissent, & residuum Monasterio assignassent, *Modern. Pirr. Corrad. in sua praxi benef. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 17. *Rota decis.* 710. *num.* 3. *part.* 2. *recent. Seraph. dict. decis.* 1304. *num.* 1. *& in Pampilonen. iurium Parochialium* 11. *Mart.* 1667. *coram R. P. D. meo*
19 *Otalora, §. Etenim.* Tùm ex approbationibus ab Ordinario factis non per adiudicationes, seu institutio-
20 nes authorizabiles, vt seruatur in Vicarijs perpetuis, in quibus ratione tituli demandari solet Vicarijs præuio iuramento de non alienando iura Ecclesiæ, vt firmauit, *Rota coram Comitul. decis.* 144. *num.* 8. *& sequen.*
21 Sed per simplicem approbationem, ac licentiam de regendo, & administrando curam Vicariæ *d. Summ. n.* 4. quo casu militat regula pro amouibilitate *Garz. de benef. part.* 1. *cap.* 20. *numer.* 39. *ad n. ed. Rota decis.* 116. *num.* 31. *part.* 9. *recent.* & ad dignoscen. an Vicaria sit
22 perpetua vel amouibilis, obseruantia plurimum attenditur ex allegatis in *decisione huius causæ* 28. *Nouembris* 1664. *coram bo. me. Verospio, §. In quam DD. sententiam*, non obstante quod in deputatione anni 1636.

Ordi-

Ordinarius processerit per modum adiudicationis,
23 quia cum etiam legatur facta de Religioso cum relatione ad prædictas constitutiones *d.Summ.num.5.* vti erronea non est attendenda, cum præsertim *Constitutio Piana sub* §.5.expresse mandet, deputationes Religiosorum fieri debere ad nutum.

Et re vera hanc Vicariam nunquam fuisse datam in titulum, sed semper ad nutum animaduertebant Do-
24 mini, ex quo pro parte collitigantium non ostenditur prouisio Apostolica cum solutione mediæ annatæ ad quam solum tenentur Vicarij perpetui, vt omnino exquiritur ab eadem *cõstitutione §:3.vers.ita etiamsi va-*
25 *catio contingat in mense Ordinarij* vt explicat *Gonzal.ad reg.8.gloss.8.§.4.num.62.& seqq.* data autem amouibi-
26 litate pernecesse infertur ad vnionem plenariam tituli extinctiuam, cum ex ista non ex alia facta pleno iure resultet amouibilitas, vt pluribus allegatis firmat *d.decisio Verospy* 28. *Nouembris* 1664.*§.cum enim.*

Non obstat, quod non doceatur Vicarios nunquam
27 fuisse amotos, quia ex hoc non excluditur amouibilitas, nam cum sit in mera facultate amouere, vel non per non vsum talis facultatis non dicitur mutatus status, nisi in casu quo Abbas voluisset amouere, & fuisset prohibitus, ac huiusmodi prohibitioni acquieuisset vt ratiocinatur *Gonzal.vbi supra gloss.5.§.6.n.35. & 36.cum alijs alleg.in d.decis.huius causa 28.Nouem-*
28 *bris §.cui sane* & licet quandoque manualia durent ad ad vitam, non ideo efficiuntur perpetua, *Rota decis. 245.num.17.p.6.recent.*vltra quod id euenit arrenta
29 constitutione Synodali Pamphilonæ prohibente amotionem sine causa, de qua loquitur *decis.Coccini* 121. *num.*2.quam non esse seruandam, deinde decisum fuit in alia *Pampilonen. Vicaria de Stella* 28.*Martij* 1659. *coram R.P.D.meo Albergato.*

Nec aduersantur Visitationes, aliique actus iurisdi-
30 ctionales in hac Parochiali tam ab Episcopis quam à Vicariis capitularibus Sede vacante gestis, quia cum
31 per vnionem Monasterio factam nihil fuerit præiudicatum Episcopo in iuribus suis *Coccin.decis.157.n.9. cum alijs in d.decis. coram me alleg.§.cui quidem vnioni* non repugnat, quod Episcopus in concernentibus cu-
32 ram Animarum vigore vnionis translatam in Monasterium iure delegato iurisdictionem exerceat, in aliis
33 vero quæ sunt extra curam iure Ordinario isti enim actus sunt compatibiles cum ipsa vnione ex allegatis *in decis.huius causa 24.Aprilis 1665.§. in primo,& 19.Iunij eiusdẽ anni §.nec ad excluden.cor.*R.P.D.*meoOtalora.*

Quod vero Vicarij capitulares Sede vacante visitauerint, licet *in decis.huius causa coram me in fine* dictum
34 fuerit, hanc facultatem visitandi iure delegato perpetuo Episcopis attributa transire in Capitulum Sede vacante, cum contrarium firmatum fuerit *in Nullius seu Celsonen. iurisdictionis 2.Aprilis 1666.§.huic facti supposito in fine coram R.P.D.Carpineo* in omnem casum respectu iurisdictionis delegatę, quæ impugnatur, Vicarii Capitulares nulliter, & absque facultate
35 processerunt, ita vt non potuerint vti iure sibi non competenti alterandi Statum Vicariæ, cum ad hunc effectum attendi non debeat quid factum sit, sed quid fieri debuisset *Rot.decis. 323.num.3.circa med. p.1.rec.*

Denique quod Monasterium non percipiat integras Decimas minusque oblationes, & primitias non subsistit, etenim quoad decimas contrarium probant testes Monasterii dati in *Summ.impresso num.7.*concludentes Monasterium integras Decimas percipere, & quatenus alii Testes collitigantium deponant Priorem de Vellan percipere partem Decimarum, aduertendũ est quod Decimæ perceptæ à Priore non spectant ad hanc Parochialem de Elizondo, sed ad aliã Ecclesiam Parochialem de Eluetea vnitam d.Prioratui, vt declarant Testes Monasterii *nouo Summ.num.8.*

Quouero ad oblationes licet Monasterium illas integre non percipiat, sed tantum medietatem mediante Clauerio non tamen ex hoc argui potest curã ad ipsum non fuisse translatam, attento quod altera medietas consueuit assignari Vicario vltra eius salarium *d. nouo*
36 *Summ.num.5.*& quoad primitias licet de iure spectent ad Rectorem ratione curæ *vt in decis.192.num.3.p.7. recent.*ex consuetudine tamen illarum partium applicantur fabricis Ecclesiarum vt iustificatum fuit *in d. nouo Summ.num.9.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVVM.

Merc.23.Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Quando compensatio admittatur contra obligationem cameralem, & census sustineri possit super bonis fideicommissarijs, & vnde nam correspectiuitas vnius contractus cum altero eadem die, & coram ijsdem Notario, ac testibus arguatur.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio etiam contra obligationem cameralem admittitur, quando creditum, quod allegatur, eadem obligatione munitur.*
2 *Census impositus pro persoluendis debitis fideicommittentis in eius bonis, licet fideicommisso subiectis sustinetur.*
3 *Apostilla instrumento adiecta, etiamsi non fuerit subscripta à Notario, nihilominus plenam fidem meretetur, quando eiusdem veritas aliundè remanet comprobata.*
4 *Census impositus super bonis fideicommissarijs sustineri non potest, quando illa constat fuisse liberata à debitis pro quorum solutione census allegatur impositus.*
5 *Contractus vna, eademque die coram eisdem Notario, & testibus celebrati, dicuntur inter se correspectiui.*
6 *Correspectiui vbi habentur contractus, non datur in illis neque prius, neque posterius, sed vnus inest alteri, & ambo habentur pro vno.*
7 *Correspectiuitas inter duos contractus non inducitur per eorum accidentalem, & occasionalem dependentiam.*
8 *Correspectiuitas nulla maior dari potest, quam quando vnus contractus est factus in causam alterius.*
9 *Correspectiui vt dicantur contractus inspici debet quod contrahentes ita alterum gesserint, vt sine altero non gessissent.*
Correspectiui dicuntur contractus licet habeant causam separatam, dummodo vnum dependeat ab altero, n. 9.
10 *Sententia lata contra sententiam non præcedente illius reuocatione est nulla.*
11 *Sententia nulla non est apta vulnerare obligationem cameralem.*

DECISIO DCCCLXXXVII.

HOratius Oricellarius emerat à Virgilio, Io: Baptista, & Flaminio de Anguillaria Casale nuncupatum *Testa di Lepre* pacto expresso, quod scut.12.mil: ex pretio deberent inuestiri in tot censibus, vel locis montium ad effectum vt eorum fructus ponerentur ad multiplicum vsque quo constituerent scuta 60: mil. cuius vigore idem Horatius de anno 1587.super dicto casale imposuit censum in sorte scut.12. mil. & in se suscepit onus multiplicandi, & inuestiendi fructus ad formam pacti in instrumento venditionis adiectu. Cum autem Horatius promissum inuestimentum per plures annos neglexerit, ac proinde illius hæreditas remansisset debitrix in scut. 28300. quæ vna cum sorte principali constituunt summam scut.40300.idcirco eo defuncto Aloysius, & Ferdinandus illius filij, & hæredes

ad

ad effectum soluendi huiusmodi debitum imposuerunt
sub die 10. Iunij 1608. alium censum scut. 20. mil. in
sorte super eodem casali ad fauorem Flaminij de An-
guillaria, & sub eadem die præuia solutione integræ
summæ generalem quietationem, ac liberationem
reporrarunt; quià verò de Anno 1643. Comites de
Anguillaria acceperunt ad censum ab Horatio Iuniore
de Oricellarijs scuta 11500. in quatuor partitis, hinc
petijt Aloysius illius successor, & tanquam vocatus ad
fideicommissum fructus dd. censuum decursos, & non
solutos; & ab A.C. mandatum exequutiuum obtinuit,
non obstante, quod pro parte fratruum de Angnilla-
ria fuisset opposita compensatio pro fructibus dicti an-
tiquioris census scutorum 20. mil. sed disputato du-
bio 22. Iunij 1663. responsum fuit mandatum A. C.
non esse exequendum, quam resolutionem hodie Rota
approbauit.

Quamuis enim Aloysius pro fructibus dd. quatuor
censuum habear intentionem fundatam in instrumen-
tis publicis continentibus iuramentum, & obligatio-
nem cameralem, non poterat tamen mandatum rela-
1 xari post oppositam compensationem prædicti census
scut. 20. mil. à Fratribus de Anguillaria, quia hæc sem
per admittitur vbi creditum, quod allegatur est simil.
iuramento, & obligatione munitum, vt probant iurai
in decisione relata §. *Iniustitia*, & tradit' *Cancer. var.
resol. par. 2. cap. 3. num. 56. Magon. decis. Florent. 42. sub
num. 6. vers. Tum quia*.

Dubitari autem non potest de validitate census scu-
2 tor. 20. mil. sub prætextu quod casale fuerit subiectum
fideicommisso, ac prohibitioni alienationis Horatij Se-
nioris. Quià cũ pecuniæ ad censum acceptæ conuersæ
fuerint in solutionem debitorum eiusdem fideicom-
mittentis sustinetur impositio census tam vigore facul-
tatis expressè hæredibus grauatis in testamento attri-
butæ *Summario fratrum de Anguillaria præterita posi-
tionis num. 2.* quam etiam ex iuris dispositione *in l. filius
familias §. Diui, vbi Ias. num. 1 ff. de legat. 1. Cenc. de
de Cens. quæst. 19. num. 2. cum alijs in decisione relatis
§. non obstant*.

Quod autem ex dd. pecunijs extinctum fuerit debi-
tum fideicommittentis apparet ex lectura instrumenti
impositionis ibi: *Præuia declaratione quod ad infra-
scriptam impositionem census super dicto casali deuene-
runt occasione solutionis fructuum, & multiplicationis
per prædictum D. Horatium promissorum*, quæ verba li-
3 cet fuerint scripta per Apostillam in margine instru-
menti absque subscriptione Horatij, nihilominus illo-
rum veritas remanet comprobata; tum ex actorum
correspectiuitate, ex quo sub eadem die coram eisdem
Notario, & testibus fuit impositus census, & facta
quietantia pro debito Horatij fideicommittentis. Tum
quia in corpore instrumenti eiusdem census declara-
tur pecunias prouenire ex antiquo censu; eiusque fru-
ctibus, & multiplicationibus *Summario Aloysij num. 3.
vers. & quia*, tum demum & melius ex partitis Sacr.
Montis Pietatis datis *in præterito Summ. Comitum de
Anguillaria num. 5.* ex quibus patet, quod Oricella-
rij sub eadem die 10. Iunij 1608. qua fuit facta solutio
integri debiti Horatij fideicommittentis in summa
scutorum 40300. non habebant de proprio nisi scu-
ta 20300. reliquam verò proueniebant ex censu, ibi:
*à di 10. Giugno scudi 20. mila recorono essi Signori Ru-
cellai contanti dissero per li medemi hauuti hoggi da
noi con ordine del Signor Flaminio Anguillara per vn
censo da loro imposto*, ex quibus cum satis videatur
comprobata veritas eiusdem Apostillæ, vtique pro-
bat etiamsi non fuerit à Notario rogato subscripta
vt dixit *Rota coram Card. Seraph. decis. 917. sub num. 2.
& 3. & in Rauennaten. pensionis 5. Iulij 1669. §. quod si-
ne, & §. seqq. coram R.P.D. meo Albergato*.

Non obstat quod prius fuerit facta quietantia, &
4 postea deuentum ad census impositionem & per con-
sequens census non sustineatur super casali fideicom-
missario tanquam impositus post iam liberatum fidei-
missum à debitis, quia cum isti duo contractus sint
5 inter se correspectiui, ex quo fuerunt stipulari vno,
& eodem die coram eisdem Notario, & Testibus ex
firmatis *in Bonon. de Tostinis 2. Decemb. 1647. §. allegata
in fin. coram Peutingerio*, vtique inter illos non datur,
neque prius, neque posterius, sed vnus censetur alteri
6 inesse, & ambo habentur pro vnico contractu, vt præter
allegatos *in decis. §. non obstat*, dictum fuit *in Romana fi-
deicommissi 8. Iunij 1648. §. præterea il 2. corã Arguelles*

Nec vrget responsio, quod inter hos contractus
7 fuerit duntaxat dependentia occasionalis, & acciden-
talis, quæ non sufficit ad inducendam correspectiui-
tatem ex allegatis *in Romana seu Veliterna restitutio-
nis in integrum 17. Decemb. 1646. coram Bichio impress.
post Merlin. de Pignor. decis. 142. n. 24. & 25.* Tollitur
8 enim ex eo, quod Flaminius de Anguillaria nullo mo-
do fecisset quietantiam, & liberationem nisi fratres de
Oricellarijs soluissent integram summá debitam scut.
40300. quodque isti frates integrá summam ideò per-
soluerunt, quia sc. 20. mil. receperunt mediante census
9 impositione, vt colligitur ex partitis Sac. Montis su-
pra relatis, quo posito nulla maior correspectiuitas
dari potest, nam ad istum effectum non sufficit, quod
duo contractus habeant causam separatam, sed inspici
debet an contrahentes alterum sine altero gessissent, vt
explicat *Gratian. discept. for. cap. 924. num. 1.*

Sicut pariter non releuat, quod creditũ Com. de An-
guillaria non sit cõpensabile attenta sententia R.P.D.
Bulgarini super illius nullitate. Nam præterquod non
videtur sententiam tangere validitatem, vel nullita-
tem census scut. 20. mil. cum solum declaret bona
fideicommissaria Horatij esse immunia ne dum à præ-
fato censu sed etiam ab alijs oneribus *Summ. præterita
positionis Oricellarij num. 4.* Adhuc tanquam lata con-
10 tra aliam sententiam eiusdem Tribunalis de qua in
præterito Summ. Commitum num. 3. non præcedente il-
lius reuocatione remanet nulla ex congestis *in Bonon.
fideicommissi de Amorinis 30. May 1664. §. moti coram
11 R.P.D. meo Priolo*, & propterea non est apta vulnerare
Obligationem cameralem, vt probat alia decisio in
fine, & *coram Coccin. decis. 78. num. 3.* Et ità vtraque &c.

ROMANA TESTAMENTI.

Lunæ 28. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Quoad validitatem testamenti nuncupatiui nuncupatio-
ne implicita omnino requiritur consignatio schedu-
læ testamenti proprijs manibus notario faciendum:
quando tamen schedula est præsens, cum alioquin
sufficiat habere relationem ad illam.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in quo nomen hæredis coram testibus non
est expressum, sustineri non potest.*
2 *Testamentum nuncupatiuum, vt valeat nuncupatione
implicita sufficit probare identitatem foliorum Nota-
rio à Testatore traditorum, in quibus nomen hæredis
esset expressum,*
3 *Testis contra inducentem plene probat.*
4 *Testator in testamento nuncupatiuo nuncupatione im-
plicita potest habere relationem ad schedulam penes
tertium existentem.*
5 *Testamentum nuncupatiuum ad hoc vt sit validum,
sufficit quod Testator tacita nuncupatione habeat rela-
tionem ad schedulam penes tertium existentem, nec*

est

est necessaria consignatio actualis, explica vt num. seq.
6 *Testator tenetur actualiter consignare in manibus Notarij schedulam, in qua sit descriptum nomen haeredis, si illa sit praesens ad hoc vt testamentum tacita nuncupatione sustineatur.*
7 *Testamenti schedulam si Testator habeat praesentem, non solum requiritur illius actualis consignatio, in manu Notarij, sed cautela est quod Notarius consignationem notet in tergo eiusdem schedulae.*
8 *Testator in testamento nuncupatiuo nuncupatione implicita tenetur proferre verba dispositiua, alias testamentum est nullum.*
9 *Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, vt sustineatur sufficit assertio Notarij dicentis quod Testator affirmauerit in schedula sibi consignata esse descriptum testamentum, & haeredem, & quando secus num. seq.*
10 *In testamento nuncupatiuo nuncupatione implicita non sufficit assertio Notarij dicentis sibi consignatam fuisse schedulam Testamenti in quo sit descriptum nomen haeredis, si Notarij fides sit suspecta.*
11 *Notario asserenti testatorem in consignatione schedulae dixisse ibidem adesse non est credendum si asserta consignatio probetur non subsequuta.*
12 *Suspectus in vno talis reputatur in alijs omnibus.*
13 *Clausula codicillaris non sustinet Testamentum corruens ob deficientem haeredis nominationem.*
Nullitas Testamenti ob deficientem haeredis nominationem prouenit ex defectu voluntatis num. 13.
Clausula codicillaris non tollit nullitatem prouenientem ex defectu voluntatis
14 Statutum Vrbis cap. 131. *de lucro dotis tanquam loquens in casu simplici existentia liberorum communis matrimonij non habet locum in casu mixto filiorum alterius matrimonij, & quando secus num. seq.*
15 Statutum vrbis lib. 1. cap. 131. *de lucro dotis recipit interpretationem pass. uam à l. hac edictali Cod. de secundis nuptijs.*
16 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. de lucro dotis *habet locum existentibus filijs alterius matrimonij, quoties cessat respectus inaequalitatis consideratus* in l. hac edictal. Cod. de secundis nuptijs.

DECISIO DCCCLXXXVIII.

Attenta nullitate testamenti Cassandrae dictum fuit coram me 14. *Maij praeterit* non deberi Legatum scutorum mille ibidem Alexandro viro relictum, lucrum verò dotale deberi iuxtà dispositionem Statuti Vrbis, & expressam conuentionem de illud lucrando in instrumento dotali adiectam, & hodie Domini praefatam resolutionem in omnibus confirmarunt.

Si quidem Testamentum, cuius vigore petitur le-
1 gatum non potest sustineri, cum nomen haeredis non fuerit per testatricem coram testibus expressum *iuxta Textus claros in l. haeredes palam 21. ff. de Testam. l. iubemus 26. C. eod. l. vlt. ff. de hared. instit.*

Et quamuis praetendatur Cassandram testatricem
2 consignasse coram testibus nonnulla folia Notario, asserendo in eis esse scriptum eius testamentum, & voluntatem, ideoque ad validitatem huiusmodi testamenti nuncupatiui nuncupatione implicita satis sit probare foliorum identitatem *ex doctr. Bart. in l si ita scripsero ff. de condit. & demonstr.* Nihilomus deficit in facto probatio talis consignationis schedulae, seù foliorum factae per testatricem, quinimmò potius excluditur ex duobus testibus testamentarijs, & D. Laurentio
3 altero Teste optimè informato, ac inducto ab eodem Alexandro, qui proinde contra ipsum inducentem plenè probat *ex allegatis in alia decis. §. Parum obstante.*

Non obstat, quod actus consignationis non sit ne-
4 cessarius, cum testator possit habere relationem ad schedulam penes tertium in diuerso loco existentem, iuxtà casum *Bart. l. si ita scripsero*, vbi scriptura repe-riebatur penes Guardianum Sancti Francisci.

Etenim vbi schedula nõ est praesens, sufficit quidem
5 quod testator habeat relationem ad ipsam; nam per certam indicationem loci, seù personae penès quam illa existit, certo modo demonstrat testatus haeredem,
6 eum nempe, qui ibidem descriptus reperitur; at quando schedula est praesens; prout in proposito, quae reperiebatur in cubiculo testatricis, de necessitate requirebatur, quod ipsa met Cassandra proprijs manibus illam consignasset Notario, ad effectum vt nominatio haeredis pro validitate testamenti omninò requisita, implicitè resultaret ex illa schedulae porrectione, vt benè probant, *Spad. consf. 90. num. 5. vers. vltra quod, & num. 7. & seq. at consf. 92. per tot. & alij in decis. relati*
7 *§ requiritur*, & ponitur pro cautela ab omnibus scribentibus, quod vbi schedula est praesens debeat Notarius scribere rogitum huiusmodi consignationis in dorso ipsius *Clar. in §. Testamentum quaest. 4. vers. sed pone circa fin. Altograd. consf. 96. num. 13. lib. 2. Rota corã Duran. decis. 180. num. 3. & 4. cum alijs per. Add. ad Buratt. decis. 475. num. 22. vers. tertius casus.*

Praetereà subsistit altera nullitas, ex quo non probatur Cassandram protulisse verba dispositiua, quemad-
8 modum in traditione requiritur pro forma substantiali testamenti nuncupatiui nuncupatione implicita, vt praeter allegatos *in decis. §. requiritur tamen plures* alios congerit *Modern. Altograd. contr. 50. n. 8. & seqq.*

Nec releuat, quod Notarius in rogitu consigna-
9 tionis asserat Cassandram sibi tradendo folia dixisse in eis esse scriptum eius testamentum, & voluntatem, quae verba ad istum effectum sufficere firmauit *Rota in Senogallien. successionis 29. Ianuarij 1652. §. nec est necessarium coram Card. Corrado.*

Quià in casu decisionis assertio Notarij erat conformis cum testium depositionibus, ex quibus verè constabat Testatorem talia verba protulisse; At secus
10 est in proposito, vbi fides Notarij redditur valdè suspecta, cum testes, vt supra dictum est, concludant Cassandram folia eidem proprijs manibus non consi-
11 gnasse, prout ipse in instrumento supponit; exclusa enim consignatione foliorum, multò minus ei credendum est, dum dicit testatricem in eodem actu asseruisse in eis esse scriptum suum testamentum, vt in puncto aduertit idem *Spad. consf. 90. lib. 1. num. 1.* & est vul-
12 garis conclusio, quod suspectus in vno talis reputetur in omnibus, vt per *Bald. in l. si ex falsis n. 15. vers. ista est veritas C. de transact.*

Clausula vero codicillaris nihil operatur ad susti-
13 nendum huiusmodi testamentum; quià cum ex praedictis deficiat nominatio haeredis, & sic nullitas oriatur potius ex defectu voluntatis, quam solemnitatis, planum est ex clausula codicillari illam non suppleri. *Doc. in l. prec. C. de impub. & alijs substit. Bald. consf. 170. num. 10. lib. 1. Gionagu. consf. 32. num. 4. vers. quia alioquin lib. 2. Rota decis. 519. num. 6. p. 1. recent. & in Romana de Marescott. 18. Maij 1648. §. nec pariter, vers. eodem enim modo coram Reuerendiss. Imolen.*

Quo vero ad lucrum dotale fuit pariter confirmata decisio non obstante, quod denuò fuerit repetitum obiectum, quod *Statutum Vrbis de lucro dotis cap. 131.*
14 vti loquens in casu simplici existentiae filiorum communis matrimonij non habeat locum in concursu Iacobi Constantini ex antecedentibus nuptijs suscepti, *vt per Soccin. Sen. consf. 52. sub num. 5. lib. 3. consf. 35. n. 6. & 7. lib. 4. Rot. decis. 406. n. 14. p. 9. & 305. num. 16. p. 10.*

Quia adhuc placuit responsio, quod cum statutum huius-

15 huiusmodi recipiat interpretationem passiuam *à l. hac edictali C. de secund. nupt.* vt admittit idem *Soccin. Sen. loco cit. & Rota in allegatis decisionibus*, in quantum filii prioris matrimonii contra tenorem *dict. l. hac edictali* reciperent inæqualitatem; vnde cum hæc ratio inæqualitatis cesset respectu summæ petitæ ab Alexandro scut. 1500. vt altera pars non controuertit, vtique 16 quoad illam non prohibetur intrare statutum, vt dixit *Rota in Romana successionis 14. Iunij 1647. §. Deinde coram Card. Cerrado, & pluribus relatis comprobat alia decisio §. fin.*

Et ità vtraque &c.

FERRARIEN. PECVNIARIA.

Veneris 22. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Mandatum suspicionis fugæ pro maiori summa relaxatū si illius vigore ad exequutionem deuentum sit, non solum remanet nullū sed vlterius etiam exequutio tamquam excessiua reuocanda est quo circa plura etiā de qualitate huius iudicij in hac decisione resoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiussoris de repræsentando debitorem sub pœna debiti redditur inefficax data nullitate mandati & carcerationis.*

2 *Fideiussor de repræsentando debitorem sine præiudicio nullitatis captura ad nihilum tenetur stante nullitate eiusdem captura.*

3 *Mandatum excessiuum ratione excessus est nullum.*

4 *Exequutio facta vigore mandati excessiui remanet nulla etiam si excessus consisteret in minimo.*

5 *Mandatum excessiuum ratione indiuiduitatis decreti iudicis cum omnibus inde sequutis sine sit salitum seruatis seruādis sine sit mandatum suspicionis fugæ & n. 3.*

6 *Delegatio inducitur etiam ante solutionem quoties debitor cessus ipsam cessionem acceptauit.*

Cedens liberatur post acceptationem factam à debitore cesso.

7 *Creditum liquidari debet ante capturam in iudicio suspicionis fugæ de iure communi.*

Statutum Ferrarię lib. 1. cap. 23. *non requirit liquidationem crediti ante capturā in iudicio suspicionis fugæ n. 6*

8 *Statutum Ferrariæ* lib. 1. cap. 23. *de debitore suspecto declaratur in casu quo mandatum suspicionis fugæ sit excessiuum.*

9 *Debitor non potest allegari suspectus nisi prius iustificetur illius conditio post contractum debitum esse deteriorata.*

10 *Statutum Ferrariæ* lib. 1. cap. 23. *requirens solummodo iuramentum creditoris pro iustificanda deterioratione debitoris procedit solum ante capturā ipsius debitoris.*

11 *Mandatum suspicionis fugæ licet concedatur solo iuramento creditoris deinde tamen requiritur plena probatio deteriorationis debitoris.*

Deterioratio debitoris plene & concludenter probari debet post eius carcerationem ad hoc vt mandatum attento solo iuramento creditoris concessum sustineatur num. 11.

12 *Testes examinati absque partis citatione ad perpetuam rei memoriam non plene probant.*

13 *Deterioratio debitoris suspecti allegati post carcerationem sequuta non sufficit pro sustinendo mandato suspicionis fugæ & eiusdem carceratione.*

DECISIO DCCCLXXXIX.

Contra Sauionum emanauit resolutio *6. Iunij 1644. coram me* ipsum nempè teneri erga Bonettum vigore fideiussionis factæ de repræsentando Passapontem sub pœna debiti, qui fuerat carceratus ad instantiam eiusdem Bonetti vigore mandati suspicionis fugæ relaxati pro summa scut. 9000. sed cum hodie pro parte Sauioni ostensa fuerit nullitas dicti mandati, & exequutionis desumpta non solum ab excessu; Verum etiam ab eo quod non fuerit probata deterioratio conditionis debitoris, ideò putarunt Domini recedendum esse à decisis.

Si quidem data nullitate mandati, & carcerationis 1 obligatio fideiussoris de repræsentando sub pœna debiti nullius remanet efficaciæ, & proinde habetur ac si facta non fuisset *Alex. cons. 19. in princ. lib. 3. Farin. de carcerat. quæst. 30. num. 64. & 68. Marches de commiss. p. 1 num. 178. vers. similiter fideiussor de repræsentando Rota in Iannen. pecuniaria 27. Iunij. 1661. §. fin. coram Eminentiss. D. Card. Celso*, præsertim quia Sauionus cautio- 2 nem de repræsentando præstitit sine præiudicio nullitatis illius, vt ponderauit *Rota in Interamnen. seu Romana nullitatis mandati 11. Decembris 1652. in fine coram R. P. D. meo Albergato.*

Excessus videtur clarus, quia licet in aliā decisione firmetur creditum Bonetti scutorum 9000. partim iustificari ex solidatione computorum facta de ann. 1647 vbi Passapontes remansit debitor pro capitali, & vtilibus negocij in libris 18592. & partim ex solutionibus factis per eundem Bonettum post dictam computorū solidationem, ex datis tamen in hodierno Summario Sauioni constat de satisfactione saltem pro maiori parte, tam respectu capitalis, & vtilium, de quibus in solidatione, quam etiam respectu solutionum posteà factarum. Etenim quoad capitale, & vtilia desumitur satisfactio ex partitis relatis *in d. Summ. num. 10. & 11* vbi patet quod vtilia fuerunt soluta per Sauionum creditoribus Bonetti in summa lib. 2000. de iudicis mandato, & capitale fuit in parte restitutum mediante assignatione Fabarum; tam in Ciuitate Venetiarum, quam in Ciuitate Bononiæ existentium, quarum pretium à Bonetto receptum ascendit ad libras 2752. *vt in Summ. Sauioni num. 11.* pro rata libr. 3029. eidem Bonetto mediante assignatione Fabarum Venetijs existentium. Ad computum verò solutionum factarum post solidationem debuisset Bonettus excomputare ne dum libras 250. ac libras 164. vt ex partitis iustificatis *in d. Summ. num. 13. in fine & num. 14.* sed etiam duas literas cambij alteram scut. 424. quam Bonettus ante relaxationem mandati acceptauerat soluendam Passaponti *Summ. num. 12.* Alteram verò scutorum mille solutam de Bonetti mandato illis de Fantettis *d. Summ. num. 13 in princ.*

Et licet plura deducantur contra dd. partitas, & signanter prætendatur nonnullas ex eis iam fuisse bonificatas, attamen omissa illarum discussione, sufficit quod partita librarum 2752. ex pretio Fabarum à Bonetto perceptarum controuerti non possit, quodq; illa scutorum mille soluta Fantettis verè non reperiatur descripta ad creditum Passapontis vt informantes non controuertunt; Cum enim de realitate huius partitæ dubitari non possit, vtique mandatum relaxatum & exequutum pro integra summa scut. 9000. non po- 3 test saluari ab excessu, cuius vigore sicuti & ipsum mandatum vitiatur, ità & executio facta pro summa 4 in eo contenta remanet nulla cum omnibus inde sequutis etiam si excessus consisteret in minimo *Rota coram Gregor. decis. 196. num. 1. vbi Addit. ira A. Duran. decis. 30. num. 4. & in Casenaten. census 11. Martij 1644. §. quia cum & 27. eiusdem in princ. coram me.*

Idque ratione indiuiduitatis decreti iudicis procede- 5 re tam in mandatis obtentis seruatis seruandis, quā etiam in mandatis suspicionis fugæ tradit: *Tusch. concl. 71. num. 56. litera C. Caccialup. de debit. suspect. q. 6. n. 29. Add. ad decis. Bonon. Gypsi. 140. vers. circa nouū & in d. Interamn. seu Rom. §. Præterea cor. R. P. D. m. Albergato.*

Nec satisfacit responsio data ab informantibus, quod hæc partita scutorum mille, idcò non fuerit posita ad creditum Passapontis, ex quo viceuersa fuerat constitutus creditor alterius partitę similis summæ occasione literarum cambij, quas Bonettus eidem direxit soluendas Hieronymo Vaccario.

Obiectum enim posset forsan vrgere si Passapontes noluisset literas sibi directas acceptare, & ob id coactus fuisset ipse Bonettus summam tractam exbursare, at cessare videtur omnis scrupulus in proposito attenta solutione libr. 1700. facta per Passapontem in manibus eiusdem Vaccarij *Summ. additionali Sauioni n. 2.* quæ solutio parum refert an fuerit facta ante, vel post
6 relaxationem mandati; nam satis est, quod Passapontes promiserit soluere summam in literis contentam, & Vaccarius illum acceptauerit in debitorem, vt constat ex eius epistola, de qua *in Summ. responsionis Bonetti num. 3.* quià statim non expectata solutione fuit inducta delegatio fauore Bonetti per quam liberatus fuit ab omni debito, quod habebat cum Vaccario *per Text. in l. 1. & 3. C. de nouat. Merlin. de Pignor. lib. 5. quæst. 12. num. 9. Greg. decis. 115. num. 3.*

Sicut etiam excusari non potest huiusmodi nullitas proueniens ab excessu ex dispositione *Statuti Ciuitatis Ferrariæ lib. 1. cap. 23.* dum mandat debitorem posse capi, & detineri ex sola debiti allegatione, cum suspicionis iuramento, quo capto proceditur ad solam li-
7 quidationem debiti; quia statutum remittit solum solemnitatem liquidationis crediti, quæ ante capturā de iure fuisset necessaria, vt per *Bald. in l. consentaneū 5. num. 25. in fine C. quemod. & quando Iudex &c.* nihil autem disponit circa excessum; Vndè intelligi debet,
8 vt procedat in casu, quo creditor à principio allegauerit suum creditum in genere, non autem vbi, prout in casu de quo agitur, petijt mandatum pro certa, & determinata summa, nam si hæc detegatur excessiua obtinet sibi locum ius commune, cuius vigore mandatum, & executio irritantur, vt præter supra allegatos idem resoluit *Rota Ferrarien. de qua per Amat. decis. 141. sub num. 9.*

Subsistit quoque altera nullitas desumpta, ex eo
9 quod Bonettus non probauit Passapontem post contractum debitum deteriorasse conditionem suam, prout ad istum effectum debuisset omninò iustificare iuxtà doctrinam Angeli communiter approbatam *in l. si arbitrio 10. § qui ex causa num. 2. ff. qui satisdar. cog. Alex. cons. 241. num. 4. lib. 6. Roman. cons. 320. num. 3. Gratian. discept. forens. cap. 875. n. 15. Rota cor. Card. Canal. decis. 329. num. 2. cum alijs congestis in d. Ianuen. pecuniaria 27 Iunij 1661. § libentius coram Eminentiss. D. Card. Celso, & 26. Iunij 1665. § 1. coram bo. me. Leone Verospio.*

Non obstante Statuto Ferrariæ supra memorato, secundum quod videtur sufficere simplex iuramentum creditoris, quia hoc procedit ante capturam propter
10 periculum, quod est in mora ne debitor aufugiat; at sublato periculo per carcerationem debitoris plena
11 & concludens probatio deteriorationis exigitur, vt egregiè declarat *Alex. cons. 19. num. 2. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 455. num. 16. & conclus. 825. num. 6. Buratt. decis. 531. num. 5. & in d. Ianuen. coram D. Card. Celso § & istam deteriorationem.*

Hæc autem concludens probatio desumi non valet ex duobus Testibus inductis pro parte Bonetti, de quibus *in Summ. Sauioni num. 8.* tum quia fuerunt exa-
12 minati ad perpetuam rei memoriam absque partis citatione, tum etiam quia deponunt deteriorationem
13 Passapontis longe post, carcerationem quinimo ex causa ipsius carcerationis contigisse, & per consequens potius culpæ ipsius creditoris debet adscribi, vt in simili dixit *Rota in Viterbien. pecuniaria 1. Decembris 1659. § hæc namque decoctio coram bo. me. Verospio.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CASALIS.

Merc. 27. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Transactio inita ab hærede grauato intuitu, & contemplatione fideicommissi, cum non nomine proprio, sed fideicommissario facta dicatur, quidquid ea mediante acquisiuit hæres non sibi sed fideicōmisso quæsiuit. Quod etiam procedit in solutione facta de pecuniis hæreditariis, vt quæuis cessio ab hærede reportata sibi nihil suffragetur,

SVMMARIVM.

1 *Immissio in portione rei fideicommissariæ non datur hæredibus eius, qui erat grauatus talem rem restituere.*

2 *Hæres fideicommisso grauatus, si quid ab alijs fideicommissarijs acquisiuit transigendo nomine hæreditario non proprio, non sibi, sed hæreditati, siue fideicommisso acquisiuit.*

Transactio inita intuitu fideicommissi ab hærede grauato nullum ius ipsi, tanquā nomine proprio non transigenti acquiritur, sed totum cedit lucro fideicommissi num. 2.

3 *Hæres non potest disponere de re legata in præiudicium legatariorum.*

4 *Legatario quæritur dominium rei legatæ etiam ante secutam acceptationem.*

5 *Hæres adeundo hæreditatem omnia bona hæreditaria vigore aditionis sibi appropiare dicitur.*

6 *Hæres non est debitor legatarijs de bonis hæreditatis, si legatum sit relictum in pecunia.*

Bona semel extracta à fideicommisso per eorum adiudicationem in satisfactione legatorum, si postea fuerunt per hæredem recuperata, non amplius reincidunt in fideicommissum, & quando non num. seq.

7 *Bona extracta à fideicommisso non omnino irreuocabiliter possunt redire ad fideicommissum, & num. seq.*

9 *Ius quod competit pro rei recuperatione ipsi rei videtur æquiualere.*

10 *Bona extracta à fideicommisso per adiudicationem adiudicatione resoluta, certum est reincidere in fideicommissum.*

11 *Cessio reportata ab eo qui soluit de pecunijs alienis ipsi non suffragatur, sed domino pecuniæ.*

Hæres grauatus soluens de pecunijs hæreditarijs inutiliter cessionem sibi acquirit, quæ solum prodest hæreditati.

Solutio facta de pecunijs hæreditarijs debitum extinguit & liberat hæreditatem, non illum, qui soluit.

DECISIO DCCCXC.

FVit resolutum coram me *sub die 18. Iunij* 1660. non esse locum Ægidianæ attenta iniustitia sententiæ cōcedentis immissionem Puellis S. Euphemię vti hæredibus Iacobi Ptolomei in possessionē partis Sancti Proculi possessæ ab Artemisia, & Martha de Petruccijs filiabus, & hæredibus Lucretiæ, & hodie dubio iterum discusso Domini resolutionem confirmarunt.

Cùm enim Petrus Antonius Pater dicti Iacobi super portione Casalis, de qua agitur ordinauerit fideicommissum, quod per mortem eiusdē Iacobi sine filijs
1 fuit purificatum ad fauorem Lucretiæ Vacchæ eius matris non poterat concedi immissio puellis in possessionem dictæ portionis fideicommissariæ, quæ non ad hæreditatem Iacobi hæredis grauati, sed ad Lucretiam substitutam pertinebat per *Text. in l. fin. § Sin autem sub conditione, C. comm. de legat.*

Nec vrget repetitum obiectum quod Iacobus hanc portionem sibi acquisiuerit mediante transactione inita cum Michaele de Grossis, & Oliua de Blondis Legatarijs

tarijs

tarijs Pauli fratris, & Authoris Petri Antonij. Quià
2 placuit responsio aliàs data, quod eùm ad huiusmodi transactionem deuenire non potuerit alio nomine, quàm hæreditario Petri Antonij Patris, qui per aditionem hæreditatis dicti Pauli eius fratris effectus fuerat debitor legati, acquisitio facta per Iacobum non auget eius hæreditatem, sed quidem cedere debet ad commodum hæreditatis, ac fideicommissi eiusdem Petri Antonij, cuius intuitu transactum fuit, vt præter allegatos in decisione tradunt *Mierez. de maiorat. p. 1. q. 10. num. 172. Noguerol. alleg. 19. num. 31. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 126. Rota in Bonon. prædij 16. Iunij 1662. in fine coram R.P.D. meo Albergato.*

Non obstat replicatio, quod Petrus Antonius non potuerit hanc portionem Casalis subijcere fideicommisso, cum iam esset debita Legatarijs ex testamento Pauli. Quia animaduerterunt Domini quod Paulus
3 non legauit in specie dictam portionem casalis, quo casu non potuisset Petrus Antonius illius hæres aliter de illa disponere in præiudicium Legatariorum, qui-
4 bus fuisset acquisitum dominium etiam ante eorum acceptationem iuxtà *decis. 89. num. 5. part. 7. recentior.* sed reliquit simplicem quantitatem pecuniariam scu-
5 torum 900. quo fit, vt Petrus Antonius adeundo hæreditatem Pauli fratris, omnia bona hæreditaria sibi appropriauerit vigore aditionis, per *gloss. sing. in l. prima, §. Veteres verb. reliquorum vers. Tu dic. ff. de acquir.*
6 *possess.* & duntaxat euasit debitor erga Legatarios in simplici pecunia legata *leg. si pecunia 12. ff. de legat. 2. Siluestr. Aldobrand. cons. 115. lib. 1. num. 30. & seq. Rota decis. 696. num. 1. part. 1. recent.*

Neque releuat, quod legatarij post duas sententias obtinuerint dictam portionem Casalis sibi adiudicari pro satisfactione eorum legati subsequuta etiã actua-
7 li possessione; Ideoque cum semel fuerit ab onere fideicommissi exempta, licet posteà ab hærede recuperata non debuerit amplius ad fideicommissum redire, *Cephal. cons. 68, n. 7. cum seqq. Crauett. cons. 295. n. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 1. part. 2. num. 49. Rota decis. 209. num. 2. part. 1. recent.*

Siquidem auctoritates præfatæ vti loquentes in casu quo res fideicommissaria irreuocabiliter exiuerit è fideicommisso, & fuerit ex nouo titulo ab hærede
8 acquisita, non procedunt in proposito, vbi aduersus sententias obtentas à legatarijs fuerat commissa causa restitutionis in integrum, & per Capitaneum appellationum fuerat quoque lata sententia super reuocatione dictæ adiudicationis, quatenùs ex actis appareat esse reuocandam, vt ex narratiua *Instrumenti impressi lit. I.* Vndè cùm adhuc duraret lis tàm super nullitate adiudicationis, quàm etiam super eo an legata deberentur *d. Instrumento impresso lit. G.* nullo modo dici potest portionem controuersam irreuocabiliter exiuis-
9 se è fideicommisso; nàm ius, quod pro rei recuperatione competit, videtur ipsi rei æquiualere per *text. in l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. domin. leg. qui actionem, vbi gloss. ff. de reg. iur.* Minusque dici potest fuisse re-
10 cuperatam ab hærede ex nouo titulo, cum transactio legatur facta propter litem, quæ tunc vigebat super in subsistentia Legati, & nullitate adiudicationis, & processum fuerit per viam resolutionis allertæ adiudicationis, qua resoluta, negari non potest quin portio Casalis redierit ad priorem causam fideicommissi, vt aduertit, *decisio, §. Certius in proposito.*

Quo verò ad immissionem prætensam à puellis pro medietate scutorum 300. quæ asserebant Iacobum de proprio soluisse Ecclesiæ B. Mariæ Puritatis ex causa Legati relicti à Mario Ptolomeo cessare videtur quælibet difficultas ex quietantia facta à Ministris dictæ Ecclesiæ, & producta pro parte puellarum, vbi clarè constat Iacobum non de proprio, sed quidem soluisse de pecunijs hæreditarijs Marij retractis ex alia rata eiusdē Casalis vendita illis de Victorijs, *vt in talee informa-*
11 *tionis facti puellarum*, ex qua quidem solutione non potuit Iacobus reportare aliquam iurium cessionem contra hæreditatem Marij, de cuius pecunijs soluit, sed exinde debitum Legati remansit extinctum, & hæreditas pleno iure liberata, *Rota post Pacif. de Saluian. decis. 164. n. 9. & in Bonon. fideicommissi de Luparis 14. Ianu. 1661. in fine coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Et ità vtraque, &c.

CÆSARAVGVSTANA BENEFICIORVM.

Ven. 29. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Prouisis Apostolicis denegari non potest immissio ad instar *l. fin. C. de edicto D. Adriani tollen.* quoties omnia contenta in literis sunt plenè iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Prouiso Apostolico danda est immissio, quoties omnia contenta in Breui sunt plenè iustificata.*
2 *Obitus probatur ex partita libri mortuorum extracta prout iacet, etiam ad effectum reseruationis beneficiorum,* & num. 3.
4 *Beneficij vacatio probatur ex confessione collitigantis venientis ex eadem vacatione.*
5 *Confessione propria nulla datur melior probatio.*
6 *Priuilegia etiam Apostolica conferendi quæcunque beneficia non attenduntur ad effectum impediendi prouisionem Apostolicam.*
7 *Clausula, Amotis, &c. apposita in Breui Pontificis operatur vt prouiso Apostolico sufficiat iustificare reseruationem de facto.*

DECISIO DCCCXCI.

Aduersus Christophorum Nauarro, Michaelem Fasso, & Bernardinum Mulzam prouisos auctoritate ordinaria de tribus simplicibus beneficijs patrimonialibus Ecclesiæ Sancti Saluatoris vulgo dellos Caualeros loci de Exea Cæsaraugustanæ Diœcesis ad præsentationem Prioris, & Monachorum Conuentus Sanctæ Engratiæ insurrexerunt Petrus Araguez Ioannes Palatios Presbyteri, & Ioannes Caluisanz Clericus, & obtinuerunt prouisiones à Sede Apostolica dd. beneficiorum vti vacantium in mensibus reseruatis, ac expeditis literis in forma Breuis de capienda possessione nomine Cameræ dubitaui, an prouisis Apostolicis sit danda immissio, & affirmatiua prodiit resolutio.

Nàm cùm omnes conditiones, quæ continentur in
1 dispositiua Breuium sub clausula *constito*, sint plenè iustificatæ, nempè obitus in possessione, & mensis iuxtà *decis. 45. n. 1. p. 2. diuers.* merito paratam habent executionem, illarumque vigore concedenda est immissio ad instar *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vt responsum fuit aliis omissis *in Bonon. Archipresbyteratus 23. Mart. 1648. coram bo. me. Card. Carrado decis. 168. num. vlt. & in Placentina Beneficij 15. Iunij eiusdem anni coram Eminentiss. D. Card. Celso decis. 210. n. 3. p. 10. rec.*

Quod illi, per quorum obitum vacarunt beneficia decesserint mensibus Nouembris 1661. & Februarij,
2 & Augusti 1662. Sedi Apostolicæ reseruatis concludenter probatur ex partitis eorum obitus extractis, prout iacent ex libris mortuorum dictæ Ecclesiæ à Vicario curato, qui est verus modus probandi mortem
3 etiam ad effectum reseruationis, vt in his terminis *Gregor. decis. 78. vbi Add. litera A. & Buratt. decis. 11. num. 2. & 3. vbi pariter Add. n. 4. allegat concordantes.*

Deinde quod in dd. beneficiorum possessione omnes
4 respectiuè decesserint constat ex confessione collitigantium venientium ex eadem vacatione vt probatur

in

5 in *Summ.n.5.6.& 7.* qua nulla datur melior probatio, *Rota decis.691.num.1.p.2.& decis.36.n.4.p.10. recent. & in Lucana Prioratus 24. Martij 1664. coram R.P.D. meo Albergato, §. Primo.*

Ideò cùm vtraque conditio sit plenè iustificata, modo non est agendum de eo, an Priori, & Monachis
6 suffragentur priuilegia Apostolica præsentandi, & conferendi dd. beneficia in quibuscunque mensibus vacauerint, & è conuerso, an fuerint sublata per regulam octauam, & decimam Cancellariæ, nec de alijs si quæ forsan deduci possent, cùm hæc omnia veniant reicienda ad iudicium ordinarium iuxtà *consil. Ancharan.297.num.7. vers. Et hoc maximè verum, num. 8. vers. Et proximè dicta, & num.9. vers. Si ergò Domino Auditori*, sæpius à Rota approbatum, vt in *d. decis.45. num.2.part.2.diuers.in Papien.præpositura 10. Decembris 1610. & 30. May 1613. coram Ortembergo, & in Vercellen. Abbatiæ coram Coccin. decis.484.num.1. vers. Nec obstaret, p.2. recent.* vbi firmatur satis esse iustifi-
7 care reseruationem de facto saltem in casu, quo Papa, vt in præsenti, præseruauit tantùm prouisos ab ipsomet, stante clausula, *Amotis, &c. non tamen à nobis metipsis prouisis*, itavt noluerit habere rationem aliorum nisi ab eodem met Papa prouisorum, *& ex alijs decisionibus ibidem allegatis, num.2.*

Atq; ità vna tantù parte informante fuit resolutû, &c.

MELEVITANA MERCIVM.

Luna 2. Maij 1667.

ARGVMENTVM:

Quod dominium mercium remanet probatum ex eorû possessione, vel eo quia in alicuius nauigio sint repertæ, vel etiam ex quo in libris Dohanæ ad eius creditum fuerint adnotatæ hac decisione firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Merces repertæ in alicuius nauigio, illius esse præsumuntur.*
2 *Dominium mercium illius esse præsumitur, in cuius faciem illæ descriptæ fuerunt in libris Dohanæ*, num.1.
3 *Dominium est difficilis probationis, & ideò etiam per coniecturas, & indicia probatur.*
4 *Dominium plenè, & concludenter probandum est vbi de illo principaliter agitur ad effectum rei vindicationis.* limita vt num. seq.
5 *Dominium mercium contra illorum prædatorem leuissimis probationibus, & etiam ex sola possessione probatur ad effectum illarum vindicationis.*
6 *Interrogatoria testium de stylo Ciuitatis Venetiarum fiunt à Consule illius Reipublicæ non autê à partibus. Testis licet absque interrogatorijs partis examinatus, tamen probat si ita sit de stylo loci*, num.6.
7 *Testes deponentes de actu sub eorum sensu cadente, optimè probant, quamuis non reddant causam eorum scientiæ.*
8 *Testes Hæretici, & Scismatici non probant.*
9 *Testibus interessatis non est deferendum, & de mendacio conuictis.*

DECISIO DCCCXCII.

Confirmarunt Domini decisionem in hac causa emissam 28. *Iunij proximi præteriti coram me*; quià dominium Hag Hebraim respectu mercium, de quibus remanet sufficienter probatum ex testium depositionibus, alijsque attestationibus diuersarum insigniû personatum, ac officialium commorantium in partibus Orientalibus de quibus in præterito *Summ. n. 8.*
1 *& 9.* quibus adstipulatur nedum iuris præsumptio desumpta ex eo, quod merces fuerint repertæ in eius
2 Nauigio, sed etiam quia tanquam propriæ descriptæ fuerunt in libris Dohanæ Ciuitatis Damiatæ, vt ex particula relata in calce informationis facti eiusdem He-
3 braim, quæ omnia videtur exuberare, cùm ad probandum dominium, quod est difficilis probationis sufficiant indicia, & coniecturæ, vt probant auctoritates in *decisione relatæ, §. Cum enim.*

Et licèt plenę, & concludentes iustificationes requi-
4 rantur vbi non agitur incidenter de dominio, sed quidem principaliter ad effectum rei vindicationis, vt docet, *Bart.in l.quidem in suo, num.4 ff.de condit.instit.* in
5 præsenti tamen limitatur conclusio cùm agatur contra eum, qui merces controuersas deprædauit; Hoc enim casu sufficere indicia, & coniecturas, qninimò dominium ex sola possessione probari in his præcisis terminis dictum fuerit in vna *Meliten. Nauis 20. Iunij 1625. coram Remboldo relata per Add. ad Buratt. decis.256.num.14.*

Non obstant deducta contra testes, quod non reddant causam scientiæ, quodque fuerint examinati sine interrogatorijs, Quià quoad interrogatoria satisfacit
6 iurata attestatio Consulis Serenissimæ Reipublicæ Venetæ qui fatetur illa recepisse, & super eis interrogasse iuxtà stylum illarum partium *Summ. respõsionis Hebraim, num.1.* causa verò scientiæ non est necessaria, cùm ijdem testes viderint Hebraim possidere merces vti proprias, & circa hoc audiuerint ipsius declarationem factam coram alijs mercatoribus in Ciuitate Damiatæ, ibi: *E parimente quest'vltima volta, che fù preso, fece in mia presenza, & altri Mercanti nella Dogana di Damiata vna dichiaratione sapra il carico di essa Saica*
7 præterito *Summ.n.8.in fine*; Vbi enim testes deponunt de actu sub eorû sensu cadente optimè probant, quamuis non reddant causam eorum scientiæ *Salycet.in l.sola in secunda col.6. de test. Mascard. qui loquitur de probatione dominij conclus.547.num.6.& 7. & dictum fuit in Calaguritana beneficij de Clauixo 26. Iunij 1654. §. Nec subsistit. coram me.*

Neque subsistit, quod tàm testes examinati, quàm
8 alij, qui fecerunt iuratas attestationes, sint hæretici, ac scismatici, quià in facto nulla super hoc datur iustificatio, & cessare videtur suppositum ex ipsa lectura attestationum, vbi excepto Consule Olandiæ, omnes sunt Christiani dicto præterito *Summ. num.9.*

Testes denique deponentes de confessione Hebraim,
9 quod merces erant Turcarum, vltra quod sint Pyratæ eiusdem Nauigij, qui Saicam deprędatunt, quibus proptereà vti interessaris, non est creuendum ex allegatis *in Barbastren.decimarum 31. Maij 1666. coram R.P.D. Taia, §. Quibus*, præsertim in concursu tot probationum factarum pro parte Hebraim conuincuntur de mendacio, dùm asserunt merces spectasse ad fratres de Sciabergi Turcas, quorum alterum obiisse decenuio ante sequutam deprædationem, alterum verò nunquâ exercuisse mercaturam deponunt alij testes dati in *Summ. responsionis Hebraim, num.2.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA CENSVS VITALITII.

Lunę 2. Maij 1667.

ARGVMENTVM.

Acquisitio facta ab administratore paupere de tempore, quo apud ipsum reperiebantur pecuniæ æquiualentes præsumitur factam administratorio nomine, non proprio, nisi contrarium ex redditione rationis appareat. Declaratio eius, qui in acquisitione nomen præstitit asserentis rem acquisitam ad alium spectare, eiusdem probat dominium. Acquisitio facta pro persona nominanda, non secuta nominatione absolutè cedit primo acquisitori.

SVMMARIVM.

1 *Administrator pauper acquisiuisse censetur administratorio nomine non proprio.*

2 *Administrator qui de tempore acquisitionis habuerit penès se pecunias æquiualentis valoris, ex administratione prouentas præsumitur administratorio nomine acquisiuisse, nisi de ipsis pecunijs exactam rationem reddiderit.*

3 *Administrator voluntarius, & non generalis non tenetur de neglectis, sed sufficit quod reddet rationem eius, quod ad sui manus peruenit.*

4 *Tutor, Curator, & administratores generales ratione officij de neglectis quoque tenentur.*

5 *Redditio rationis ab administratore facta de pecunijs administrationis, excludit omnem præsumptionem quod acquisitio per ipsum facta fuerit administratorio nomine, non proprio.*

6 *Declaratio facta ab eo, qui nudum nomen in acquisitione præstitit, rem scilicet spectare ad alterum, probat rem acquisitam fuisse in bonis eiusdem ad quem spectare declarauit.*

7 *Declaratio quod res empta spectet ad alium facta ab eo, qui nomen in emptione præstitit, operatur ac si res à principio fuisset per alterum proprio nomine acquisita.*

8 *Acquirens rem pro persona nominanda, donec sequatur nominatio interim absolutè sibi dicitur acquisiuisse.*

9 *Confessio extraiudicialis de iure Canonico plenè probat in præiudicium confitentis.*

10 *Confessio, seu attestatio extraiudicialis continens facta diuersa potest quoad vnum accipi vt probationem constituat, reiici verò quoad alterum.*

11 *Tutor, seu alius administrator, qui ex debito tenetur custodire scripturas si ad eas exhibendas pulsetur, & earum combustionem opponant in odium ipsorum præsumuntur scripturæ sufficientem probationē continere.*

DECISIO DCCCXCIII.

CEnsum Vitalitium, de quo agitur spectare ad D. Elisabettham non autem ad Patrem Vincentium eius fratrem firmatum fuerat *6. Iunij 1664. coram me*, ex duplici fundamento. Primo quia cum idem Pater Vincentius bona, & effectus sororia administrauerit, & de tempore impositionis summam æquiualentem in manibus retinuerit, acquisitio videbatur facta potius nomine administratorio, quàm proprio. Secundo, quià census fuit acquisitus pro persona nominanda, & ex pluribus constabat de nominatione facta fauore eiusdem Elisabetthæ. Verùm denuò discussa causa hodie visum fuit Dominis huiusmodi fundamenta in facto non subsistere, & proinde recedendum esse à decisis.

Quod attinet ad primum licèt sit vera conclusio in decisione firmata, quod acquisitio facta ab administratore præsertim paupere, ve erat Pater Vincentius, qui votum paupertatis emiserat professus in Societate Iesu
1 ex iuris præsumptione facta dicatur pro eo, cuius nomine administrat, vt præter ibidem adductos plures cumulat, *Mascard.de probat.concl.53.n.1.& seq.vol.1.*

In præsenti tamen porsus cessare videtur huiusmodi præsumptio ex nouiter deductis; Omisso enim, an Pater Vincentius iure proprio, vel potius administratorio sororis exegerit fructus locorum mille Columnæ S. Georgij Ciuitatis Ianuæ, de quibus ipse ante professionem disposuerat per testamentum ad fauorem Hieronymæ matris cùm substitutione sororum, cùm prætendant informantes pro Collegio ex particulari stylo dictæ Columnæ non attendi mortē ciuilem testatoris nisi à die descriptionis locorum in faciem hæredis; Et omisso etiam, an omnes fructus exacti spectent ad Elisabettham, vel potius ab anno solum 1645. quo tempore fuit purificata conditio ad eius fauorem per obitum Hieronymæ matris. Certum est, quod omnes fructus dictæ Columnæ à Pater Vincentio exacti quateoùs deberentur illos calculando etiam ab anno 1633. constituunt summam scutor. 5342. ve fuit inter partes concordatum; Quam quidem summam, immò maiorem contendit Elisabettha impensam ad sui commodum, dùm ipse implicauit in Cambijs acquisitis sub nomine Ceuaschi de anno 1658. & ab illa acceptatis scuta 5276. quæ vna cum scutis 117. solutis Romæ Rinalduccio, & alijs scutis 42. solutis Antonino, vt in *Summ.impresso, num.8.* præter alias prætensas constituunt summam scutorum 5435. excedentem dictam quantitatem exactam scutorum 5342. quapropter non intrat respectu census vitalitij allegata præsumptio, quæ nunquam habet locum, vbi administrator de ex-
2 actis integram reddit rationem, vt tradit, *Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.52.sub num.6.* ibi: *Et de administratione ipsa reddidit bonum computum*, *Gratian. discept.for.cap.129.num.23. Rota coram Card. Seraph. decis. 646. circa fin. vers. Parum refert argumentari ex præsumptionibus, & in Romana administrationis Tuteiæ 2. Aprilis 1590. coram Pen. inter impress. Venetijs decis.78.num.4.& 5.*

Nil releuante, quod acquisitiones Cambiorum sint posteriores censui vitalitio, & de tempore impositionis istius census idem P. Vincentius haberet pecunias sororis sufficientes pro illius emptione. Quià cùm esset administrator voluntarius, nec generalis, nullum
3 habebat onus inuestiendi, & satis est, quod ratio reddatur de ijs, quæ ad eius manus peruenerunt iuxtà deducta per *Corn.cons.81.num 6.lib.4.* quem refert, & sequitur, *Rota decis.470.num.1. part.1.decis.97. num.19. & 20. part.10.recent.* & dictum fuit *in Bonon pecuniaria 16. Iunij 1653. §. Non obstante il primo coram me.* Quidquid dicendum foret de Tutore curatore, vel alio
4. administratore generali, qui ratione officij de neglectis quoque tenetur, vt prosequitur *d.decis.97.par.10.* ibidem.

Cessat quoque altera coniectura in decisione ponderata quod P. Vincentius tanquam religiosus, & professus non potuerit habere pecunias aliunde. Quoniam ex pluribus conuincitur ipsum de licentia superiorum varias pecuniarum summas, tàm ad ipsummet, seu Religionem spectantes, quam ad alias personas administrasse, vt ex iurata attestatione data in *Summ. num.17.* & patet ex alio inuestimento census scutorum 6000. fauore Lumellinæ, vt etiam deponit Raphael de Turre eodem *Summ num.13.*

Quibus non aduersantur aliæ attestationes relatæ in decisione, *§. Idque suadetur*, quod scilicet P. Vincentius esset solitus pecunias Sororis sub nomine aliorum inuestire, vt ipse fatetur in eius epistola anni 1656. quià verificari possunt in dd. Cambijs acquisitis pro sorore sub nomine Ceuaschi, & semper vrget prælata redditio
5 rationis, quæ in hac materia potissime attendenda est ad excludendas quascunque præsumptiones; & coniecturas, vt monet *Bald.cons.53.num.3.lib.1. & Rot. in d.decis.646.num.2.coram Card.Seraph.*

Quo verò ad secundum fundamentum decisionis visum fuit declarationem D. Io. Georgij Iustiniani esse potius fauorabilem Collegio; Cùm enim census fuerit impositus sub nomine eiusdem Io. Georgij, vtique dùm in prima parte declarationis affirmat in sui præiudicium censum tàm respectu sortis, quam fructuum spectare ad P. Vincentium, ibi: *In tutto, e per tutto rispetto alla detta sorte principale, quanto rispetto alli frutti spettaua, & appartenena alla bo.me. del P. Vincenzo Giustiniani della Compagnia sudetta del Giesù, ò sia alla persona da nominarsi da lui, non hauendo io hauuto in tutto detto affare altro, che il nudo nome* fundata re-
6 manet intentio Collegij succedentis ad bona eiusdem

P.Vin-

P.Vincentij Professi ex dispositione *Text.in Auth.ingressi C.de Sacros. Eccles.& cap in præsentia de probat.* cum ad eundem P.Vincentium spectaret censos vigore
7 d.declarationis perinde ac si à principio eius nomine fuisset acquisitus, *Bald.in l.multum interest.num.3.C. si quis alteri, vel sibi Anchar.cons.127.num.1.vers.nam talis declaratio Rota coram Cardin. Coual. decis.221. num.3.& 4. Burott. decis.733.num.2.& in Romana fructuum Census 12.Decembris.1650. coram Reuerendiss.Papien.impress.post Salgad.Labirit. Credit.decis.63. numer.30.*

Non obstante quod d.declaratio loquatur alternatiue pro P.Vincentio, siue pro persona ab ipso nomi-
8 nanda quia cum ipse nullam fecerit nominationem, interim census dicitur sibi absolute acquisitus *Soec.n. in l.1.§.per Procuratorem num.5.vers.quod forte ff de acquir.possess.Gabr.cons.80.num.4.lib.1.cum alys adduct. per Rotam decis.169.num.2.& decis.266.num.1.par.4. tom.2. recent.*

Et quamuis idem Io: Georgius in alia parte dictæ declarationis subiungat, quod Pater Vincentius ei demandauerit, vt post ipsius mortem fructus persolueret sorori, ex quo desumebatur *in decisione* tacita nominatio fauore Elisabethæ ea ratione quia fructus soluuntur Domino, & dominium sequuntur placuit ponderatio, quod ideò in prima parte declarationis est adhibenda fides Io:Georgio, quia ibi fatetur in sui præiudicium censum ad se non spectare, licet fuerit illius nomine acquisitus; hoc enim admitti debet saltem in vim extraiudicialis confessionis, quæ de iure canonico
9 plenè probat in præiudicium confitentis ex allegatis per *Rotam decis.158.num.11. vers.quod saltem procedit p.1.recent.* Verum in hac secunda parte, vbi conatur deponere in facultate sibi data à P.Vincentio cum agatur de tertij præiudicio remanet simplex extraiudicia-
10 lis attestatio, quæ non potest nocere, & vti continens factum diuersum, & separatum benè scindi potest, ac reijci à præfata declaratione *iuxta theoricam Bart.in l. Aurelius 29.§.item quæsyt ff de liber.legat. Bald.in l.si quidem num.2. C.de transact. Felin.in cap.dilecti num.8. de accusat.Gratian.discept.for.cap.130. num.16. Rota in Narnien. pecuniaria 28.Ianuary 1585.coram Pamphilio apud Marches.de commiss.par.2.pag.576.Card.Seraphin. decis.1359 num.10. & post.Cenc.de cens. decis.113.n.6.*

Denique non vrget quod in manibus P. Præpositi remanserint nonnullæ scripturæ continentes plures declarationes fauore sororis, vt ipse asserit in eius epistola scripta de anno 1661. cumque hodie asserantur combustæ in odium collegij, illas non exhibentis censeatur in eis adesse sufficientem nominationem fauore
11 Elisabeth respectu census, de quo agitur ex firmatis *in Romana seu Nepesina tutelæ 8.Iunij 1646.§.fin.cor. me.*

Vltra quod enim non versamur in casu dictæ decisionis loquentis de Tutore, qui ex debito tenetur custodire scripturas, redditur impossibilis existentia talis nominationis; tum quià P. Vincentius durante eius vita nunquam receperat declarationem à Io:Georgio, quod census ad illum spectaret, dum solum fuit facta longè post illus obitum, nempè de anno 1663. tum etiam quia idem Io: Georgius in dicta sua declaratione prorsus excludit quamlibet nominationem factam à P. Vincentio, dum dicit illam sibi fuisse commissam *d.Summ.impress.num.1.*

Et ità vtraque &c.

TOLETANA DECIMARVM HORTI.

Lunæ 4.May 1667.

ARGVMENTVM.

Decimas ex noualibus ad culturam redactis, & Religiosis concessis, quando ijdem Religiosi soluere non te-neantur vel quia proprijs manibus ea incolant: vel quia nullus ex illis per antea fructus reciperetur.

SVMMARIVM.

1 *Decima non debentur à Religiosis ex noualibus, quæ proprys manibus incolunt.*
2 *Nouale dicitur terra de nouo ad culturam redacta, & de qua non extat memoria, vt per antea fuerit exculta*
3 *Testes deponentes de immemorabili debent in infinitum coarctare negatiuam.*
4 *Immemorabilis vt probetur non requiritur rigorosa probatio quoties aliunde ex naturali ratione desumitur Probatio rigorosa non requiritur ad probandam immemorabilem in casu non culturæ terrenorum, quando apparet aliundè terrenum esse incapax culturæ num.4.*
5 *Terra inutilis religiosis concessa, & vtilis redacta ad hoc vt eximatur à solutione decimarum, sufficit quod considerabilem fructum antea non redderet.*
Terrenum vt inutile, & infæcundum dicatur, non ideò sterile debet esse, qualis est arena maris num.5.
Nouale non desinit esse terra licet ex illa per antea fructus modicus reciperetur num.5.
6 *Decimas fuisse solutas non probant Parochus Beneficiatus, atque affictuarius Decimarum.*
7 *Testes interessati non probant.*
8 *Testes etiam super negatiua deponentes præferuntur alijs testibus super affirmatiua, si meliori vtantur ratione, & sint adminiculati.*
9 *Religiosi pro Noualibus per ipsos ad culturam redactis sunt immunes à decimis omnium fructuum illorum.*
10 *Decimæ soluuntur etiam de hortis dummodo non sint noualia.*
11 *Decimæ soluuntur de folijs mororum.*
12 *Decimæ soluuntur de grege animalium, quæ Religiosi alys nutrienda concedunt.*
13 *Noualium exemptio à iure decimandi an tollatur per Concilium Lateranense num. seqq.*
14 *Noualium exemptio à iure decimandi fuit concessa post Concilium Lateranense.*
Concilium Lateranense celebratum fuit de anno 1215. sub Innocentio Tertio, num.14.
15 *Noualium exemptio à iure decimandi sublata per Concilium Lateranense, intelligitur de ys bonis, de quibus antea decimæ soluebantur.*
16 *Decimæ non debent persolui pro noualibus, si antea nunquam solutæ fuerint.*

DECISIO DCCCXCIV.

Redacto situ ad culturam Horti, quem incultum, & infructiferum Patres Discalceati SS.Trinitatis redemptionis captiuorum receperant à Ciuitate Toletana, Officiales Mensæ Archiepiscopalis, alijque participantes cœperunt prætendere decimas pro herbis, & fructibus illius, vnde cum ad eorum instantiam fuerit introductum iudicium, & plures sententiæ inter se contrariæ desuper emanauerint, tandem commissa mihi causa dubitaui an decimæ Horti debeantur & Rota negatiue respondit.

Quia cum agatur de Noualibus, quæ Religiosi
1 proprijs manibus, & sumptibus colunt, certum est eos ad decimas non teneri *ex clara dispositione Text.in cap. ex parte de decim. Monet. eod.tract.cap 4. num.56. & 57.Barbos.de Paroch.p.2. cap.28. §.3.n.17.Giouagn. cons.28.num.11. lib.2.Rota decis.645.num.1.p.3.recent.*

Quod autem Terrenum, de quo agitur sit Nouale
2 probatur ex decem & nouem testibus datis pro parte Monasterij *num.4.* deponentibus illud esse de nouo ad culturam redactum de quo non extat memoria, vt aliquando cultum fuisset, iuxta diffinitionem præscriptam *in cap.quid per nouale de verb.signif.*

Et licet testes huiusmodi non videantur deponere

eunt

3 cum requisitis ab *Innoc.in cap.veniens num.1.eodem tit.*
quod nunquam viderint,vel audiuerint ab alijs præde-
cessoribus sursum in infinitum coarctando negatiuam,
cuius opinionem amplectitur, *Rota decis.223.p.1.*

Nihilominus in proposito casu visum fuit Dominis
4 huiusmodi rigorosam probationem posse euitari, ex
quo terrenum anteà non fuerit ex propria natura ap-
tum ad recipiendam culturã, quia ratione situs consi-
stentis in quibusdã foueis erat inutile ad producendũ
fructum, iuxtà sensum *gloss. in cap. commissum verb.
pascuis.de decim.* ibi *& quæ prius erant quasi inutilia,&
montana, paludes &c.*

Quod verò Terra antecedenter fuerit infæcunda,
& inutilis probatur, quia PP. in supplicatione petie-
runt sibi concedi foueas, & situm existen. retro eorum
domum, & periti desuper electi per Communitatem
retulerunt situm malum esse,& sine aliqua herba etiam
in anno bono *Summ.impress.litera A. in fin.* quod etiã
comprobarunt Commissarij tam in eorum primo voto
ibi: *cum sit Terra tota deuastata eodem Summ.litera B.*
quam in secundo lato post ortas differentias inter PP.
& Capitulum iuratorum sub prætextu,quod terrenum
consistens intra leucam ciuitatis fuisset destinatum
pro pascuis animalium *d.Summ. num.2. litera A.* ibi;
*dictę foueę non habent aliquod pasculum nec produxe-
runt herbã, cum sit Terra infructifera,& est situs intra-
ctabilis, & non est Ager,* à qua prætensione re matu-
rius inspecta capitulum iuratorum posteà recessit *dict.
Summ.num.2.litera B.* quibus omnibus accedunt quoq;
attestationes Decurionum Ciuitatis *d.litera B.* in fine,
ibi: *cum d. situs & fouea nullum pasculum produxerint,*
ac etiam depositiones plurium testium, hoc idem ex-
presse firmantium, *vt in d.Summ.n.3.*

Non obstant Testes inducti pro mensa, & alijs par-
ticipantibus deponentibus,quod terrenum ante acqui-
sitionem factam à Patribus deseruiebat pro pascendis
5 animalibus, quia eorum dictum potest verificari in
modica quantitate herbæ, non enim est necessarium ad
istum effectum, vt terra esset adeò infęcunda vt est are-
na maris, sed satis est, vt fructum in considerabili
quantitate non faceret; cum aliàs ex tenui fructu non
desinat esse Nouale, vt colligitur *ex dict. cap. quid per
Nouale,* & explicat *gloss.in dict. cap. commissum de de-
cim.* ibi: *vel ita modicum quod sine læsione poterat amit-
tere illud, & tradunt.Guttier.pract.quæst.lib.1.quæst.18
num.11.& seq.Rebuff.de decim.quæst.14.num.43.Monet.
eod.tract.cap.4.num.50.*

Quatenus verò ijdem testes conantur probare deci-
6 mam fuisse solutam ante concessionem, eorum depo-
sitio non videtur attendenda, cum alter sit Curatus,
alter beneficiatus, & alter Affictuarius Decimarum
7 *dict.Summ.impresso num.8.* qui proinde ratione interesse
non probant *in Barbastren.Decimarum 31.Maij 1666.
§.quibus coram R.P.D.meo Taia.*

Cum præsertim in contrarium vrgeant tot alij te-
8 stes deponentes de non solutione, qui cum nitantur
rationi infæcunditatis, eorum depositio præferri de-
bet, tanquam adminiculata ex tot alijs probationibus
supra relatis *Socc.Sen.cons.12.sub num.20.vers.secundũ
quia Rota decis.363.num.12.p.9.recent. cum alijs in Bo-
nonien.Primitiarum 30.Ianuary 1665. §.fin.cor.R.P.D.
Albergato.*

Nec vrget, quod saltem talis exemptio suffragetur
9 duntaxat pro oleribus, & alijs herbis, quæ deseruiunt
pro vsu, & victu Religiosorum; quià cum ipsi redu-
xerint situm ad colturam proprijs expensis, & labori-
bus censeri debent indistinctè pro omnibus fructibus
exempti ex ratione adducta per *Text.in cap.fin.de pri-
uil.* ne scilicet aliàs contingat eos plus dispendij, quam
vtilitatis recipere, quam rationem ponderat, *Rebuff.
vbi supra quæst.14. num.28. vers.de quibus, & Rota in
Ferrarien. Decimarum 11. Ianuary 1658. §.supradictis
accedit coram R.P.D.meo Albergato.*

Authoritates autem in contrarium allegatę non ap-
10 plicantur, aut enim simpliciter loquuntur de Hortis
nulla facta expressione, quod terrenum prius esset in-
fructiferum, de quo *Abb. in dict. cap. ex parte num.3.*
11 *Rebuff.vbi supra num.58.* aut aiunt de fratribus atten-
dantibus folia Mororum, in quibus non potest consi-
derari ratio *Textus in d. cap.fin. vt in decis. Card. Se-
raph.827.num.6.& 7. Pen. decis.1272.n.3.* aut denium
12 de grege animalium, quæ Religiosi alijs nutrienda
concedunt, vt est *decis. in Corduben. Decimarum post
Tamburin.de iur.Abbat.94.num.2.*

Sicut etiam non facit, quod huiusmodi priuilegium
13 Noualium fuerit reuocatum per *Concil. Lateranense
in cap.nuper.de decim.* & sic allegari non possit pro bo-
nis acquisitis post dictum Concilium; nam præter.
14 quod exemptio pro Noualibus non solum decernitur
*in cap.ex parte de decim. sed etiam in d.cap. vltimo de
preuil.* quod fuit editum *à Gregorio IX.* post Conci-
lium Lateranense celebratum de anno 1215. *sub Inno-
centio III.* vt aduertunt *Abb. in eod. cap.nuper. num.3.
circa fin. & Anchar.num.7.*

Adhuc videtur remoueri difficultas, ex quo dicta
15 cõciliaris dispositio agit de ijs bonis,de quibus antea
decimæ soluebantur,ibi: *Decimas persoluant Ecclesijs,
quibus ratione Prædiorum antea soluebantur;* ideoque
16 non applicatur, cum Ecclesia Parochialis nihil vnquã
perceperit, vt sequendo *Abb. tradit R.P.D.Fagnan.in
dict.cap.nuper num.23.*

Et ità vtraque, &c.

AQVILANA BENEFICII.

Veneris 1.Iulij 1667.

ARGVMENTVM.

Materiam liquidationis fructuum à die motæ litis in fa-
uorem eius qui fuit gratiose subrogatus, non solum
ad ius, & possessionem Beneficij, sed etiam ad pro-
secutionem litis hæc decisio complectitur; in eo etiam
casu, quo ipse subrogatus Apostolicus non nisi pluri-
bus annis post subrogationem fuerit litem prosecutus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus à die mota litis debenter ab eo qui ad eorum
restitutionem fuerit per sententiam condemnatus.*

2 *Fructuum compensatia à die mota litis regulariter fit in
quocunque iudicio.*

3 *Possessor per litem constituitur in mala fide.*

4 *Fructus gratiose subrogato debentur a die quo primum
mota fuit lis ab eo in cuius locum est subrogatus, etiam
si ille non immediate litem fuerit prosecutus.*

5 *Lis super Beneficio non extinguitur per mortem possesso-
ris, sed transit in gratiose subrogatum.*

6 *Testibus informatis, & reddentibus optimam causam
scientiæ plena fides adhibenda est.*

7 *Fructuum liquidatio leniores probationes admittit.*

DECISIO DCCCXCV.

INtroducta coram me Lite in Rota pro parte Iulij Cę-
saris Ianurij Prouisi Apostolici contra Seminarium
Aquilanum super beneficio, de quo tunc agebatur,
ille præuia *decis. edita 17. Maij 1662.* obtinuit senten-
tiam pro adiudicatione beneficij, per cuius obitum
fuit gratiose subrogatus Kal.Decembris eiusdem anni
non solum ad ius, & possessionem, sed etiam ad pro-
sequutionem litis Ioannes Baptista Valicastrus, qui
præcedente alia *decis sub die 13.Maij 1665.* à me obti-
nuit Sententiam super exequutione eius gratiæ, &
respectiue immissionem cum condemnatione Semina-
rij ad restitutionem fructuum à die motæ litis, super
qui-

quibus hodie restringitur tantum disputatio, ideo super hoc proposito à me dubio an, & pro qua summa sit relaxandum mandatum, ipso solum informante responsum fuit relaxandū esse, & pro summa sc.49.85.

Etenim dubitari non potest quin fructus debeantur
1 cum seminarium fuerit expresse in sententia condemnatum ad illorum restitutionem, & est regulare in
2 omni Iudicio fieri condemnationem in fructibus à die motæ litis, cum ex hac possessor constituatur in
3 mala fide *l.certum 22. C.de rei vindicat.l.2. C.de fruct. & lit.expens.l.sed & si lege §.si ante. vbi gloss.ff.de petit. hæred. Rota coram Burat.decis.449.num.2.*

Debentur autem à die prouisionis Valicastri, quæ
4 fuit 1.Decembris 1662. vsque ad diem 5. Iulij 1665. qua ademptus fuit possessionem; non obstante, quod ipse non fuerit litem prosequutus, nisi de dicto Anno
5 1665.ea ratione quia lis non fuerat per obitum Ianutij extincta sed in eum transierat vigore subrogationis factæ etiam ad litis prosequutionem, vt relato *Mohed. decis.3.nu.2.vt lit.pend.tradit.Lotther.de re benef.lib.2. quæst.20.num.169.*

Quo vero ad summam sufficiens probatio resultat ex Testibus relatis *in Summ.num.2.* qui deponunt Seminarium à dicto tempore vsque ad dictam diem 5. Iulij 1665 exegisse in pecunia scuta 13.20.pro Affictu Prati; & Vineæ, & similiter ab Alberino Affictuario aliorum stabilium Beneficij recipisse nonnullas salmas frumenti, & leguminum, quorum valor ascendit ad
6 scuta 36.35.*d.Summ.num.5.*quibus Testibus vti bene informatis, & reddentibus optimam causam scientiæ tam circa quantitatem,quam circa valorem fructuum,
7 plena fides est adhibenda,maxime in hac materia liquidationis fructuum; vbi etiam leuiores probationes admittuntur, *Rota coram Card.Seraph.decis.955 n.3.& 8. cum alijs allegatis in Comen.Beneficij 18.Febr.1661.cor. R.P.D.meo Priolo,& in Callien.Prioratus 4.Iulij 1663. coram R.P.D.meo Emerix §.valor vero.*

Et ità altera &c.

RAVENNATEN. FIDEICOMMISSI.

Sabbati 26.Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Lineæ plurium institutorum ad fideicommissum vocatæ censentur vocatæ secundum ordinem intestatæ successionis, ideo non omnes simultanee, sed seruata prælatione proximiorum sunt admittendę. Quando autem filius præmortuo Patre ad fideicommissum vocetur per viam repræsentationis, & quando per viam substitutionis vulgaris anomalæ.

SVMMARIVM.

1 *Proximior in fideicommissis remotiorem excludit ex dispositione iuris.*

Fideicommissum ex dispositione iuris in successionibus regulatur secundum ordinem intestatæ successionis num. 1.

2 *Lineæ omnes, & dependentiæ censentur vocatæ per portiones in stirpes quando Testator pluribus institutis & reciproce substitutis, mandauit, vt deficiente linea vnius, succedant descendentes ex alijs, & n.seq.*

3 Peregrin.de fideicom.art.40.num.7.declaratur Fusar. de substit.quæst.484.num.68. declaratur num.3.

4 *Fideicommissi successio regulari debet à gradus proximitate maxime inter descendentes eiusdem lineæ;*

Proximitas semper attenditur in successione ad fideicommissum, maxime inter descendentes eiusdem lineæ.n.4.

5 *Testator substituendo filios nepotes, pronepotes, & descendentes, non censetur voluisse constituere plures lineas sed illos ordine successiuo vocasse.*

6 *Vocatio filiorum, nepotum, pronepotum, & descendentium non importat successionem diuersarum linearum, sed successiuam vocationem præsefert, & vnicam tantum lineam.*

7 *Graduum pluralitas requiritur ad constituendam lineam Linea dicitur collectio plurium personarum ab vno, eodemque stipite prouenientium num.7.*

8 *Lineæ quot fuerint vocatæ vt dignoscatur non inspicitur enumeratio descendentium, sed numerus primo loco institutorum.*

Instituti primo loco dicuntur stipites, qui sunt caput cæterorum omnium descendentium num.8.

9 *Testatoris verba in vna dispositione adiecta non trahuntur nec considerantur in alia diuersa dispositione.*

10 *Testator vocando descendentes ordine successiuo, non censetur omnes simul admittere voluisse, sed vnum post alium.*

Descendentes vocati ordine successiuè, non simultanee, sed cum prælatione proximiorū censentur vocati n. 10. Verba per ordine successiuo *adiecta in fideicommissaria dispositione proximiorum prælationē important n. 10.*

11 *Filius post mortem eius Patris ad fideicommissum vocatur, aut ex persona sui Patris per viam repræsentationis, aut proprio iure in vim vulgaris anomalæ.*

12 *Repræsentatio non admittitur in transuersalibus vltra primum gradum.*

13 *Filius per vulgarem anomalam in locum Patris subingreditur solum quo ad certas personas à Testatore ordinatas, quoad alias tacite censetur exclusus.*

Testatoris ordinatio in certo casu,& quoad certas personas alios casus, & personas excludit ex tacita mente illius.

DECISIO DCCCXCVI.

Confirmarunt hodie decisionem in hac causa editam coram me *sub die 7. Februarij præteriti*, vbi sæmatum fuit fuece ssionem in bonis Caroli prædefuncti vigore fideicommi ssi per Cæsarem Seniorem ordinati competere Eminentiss. D.Card. Raspono eiusque fratri, non autem Cęsari Antonio collitiganti, quia cum idem D.Cardinalis, & frater sint in gradu proximiores vltimo defuncto, veniunt præferendi, nedum ex
1 voluntate testatoris, qui mandauit seruari graduum prærogatiuam respectu vltimi grauati, sed etiam ex iuris dispositione, per quam in fideicommissis proximior remotiorem excludit, iuxtà ordinem intestatæ successionis *Text.in l.peto §.fratre vers. & proximus ff. de legat.2. Dec. cons.185.n.4.vers.quia Merlin.decis.520 num.21.cum allegatis in decis.§.cum enim.*

Non obstat, quod proximitas attendi non debeat
2 quando testator pluribus institutis, & reciproce substitutis mandauit, vt deficiente linea vnius succedant descendentes ex alijs, quo casu omnes lineæ,& descendentes censentur vocatæ per portiones in stirpes iuxtà tradita per *Peregrin.de fideicom.art.20.num.7.& Fusar. de substit.q.484.n.68.*

Quoniam in proposito non versamur in casu, quo
3 per deficientiam vnius lineæ, cæteri substituti ex alijs descendentijs intee se contendant de successione in portione lineæ defectæ in quibus terminis loquuntur *Peregrin. & Fusar.* mox relati, sed quidem in casu longè diuerso, cùm agatur de succedendo grauato ex vna eademque linea; nam licet Cæsar testator à principio duos filios, nempè Iulium, & Rasponum instituerit, eosque ad inuicem substituerit, Iulius tamen sine filiis prædecessit, & integra eius portio delata fuit ad Rasponum superstitem, qui postmodum tres filios suscepit, ex quibus descendunt tam D. Card. & frater, quam Cæsar Antonius Collitigans, nec non Carolus, de cuius hæreditate nunc agitur; ideoque cum omnes
4 sint de linea ipsius Rasponi, successio regulari debet à gradus proximitate, quæ absque difficultate semper atten-

attenditur inter descendentes eiusdem lineæ, vt benè declarat *Peregrin.cons.51.num.15.lib.3. Bellon.cons.61 num.8. post med. & admisit Rota in Bonon. fideicommissi de Blancossis 1. Aprilis 1661. coram R.P.D. meo Taia in fine.*

4 Neque dicatur testatorem substituendo filios, nepotes pronepotes, & descendentes masculos institutorum voluisse constituere plures, ac diuersas lineas in illis verbis recensitis in alia decisione, ibi: *sostituisco l'altro e gli altri di detti figliuoli, & i figliuoli, nepoti, e pronepoti e descendenti &c. di quello, ò quelli &c.* si quidem
5 huiusmodi expressio filiorum, nepotum, & pronepotum solum præsefert illorum successiuam vocationem in casu deficientiæ filiorum testatoris, non au-
6 tem importat constitutionem tot linearum, quot sunt personæ expressæ: cum enim pluralitas graduum de necessitate requiratur ad constituendam lineam, quæ di-
7 citur collectio plurium personarum ab vno, & eodem stipite prouenientium *l. Stemmata ff. de grad. affin. cap. quod dilectio de consanguin. & affinit.* vtique ad digno-
8 scendum quot lineæ fuerint vocatæ non inspicitur enumeratio descendentium, sed quidem numerus primo institutorum, à quibus tanquam à stipite cæteri descendentes emanant, *Paul. de Castr. in l. maritus num.5 vers. si enim pater C. de procurat. Rum. cons.98. num.3. post med. lib.1. & cons.23. num.4. lib.3. Paris. cons.74. num.2. lib.3. Mart. de success. legal. p.4. q.21. art.16. num.3. Giurb. de succ. feudor. cap.18. §.2. gloss.6. num.13. Rot. decis.105. num.20. & seq. & decis.190. num.4. coram Reuerendiss. Carillo.*

Prætereà remouetur obiectum ex quo verba præ-
9 fata fuerunt adiecta substitutioni factæ in casu mortis alterius ex filijs Testatoris primo institutis, qui casus iam euenit per Iulij prædecessum, vt supra dictum est; at in alia substitutione facta pro descendentibus superstitis, de qua modo est quæstio, idem testator adiecit hæc alia verba, ibi: *Sostituisco l'vno in altro sino in infinito, ò l'vno, ò l'altro reciprocamente, attiuamente e pas-*
10 *siuamente per ordine successiuo.* ex quibus dicendum est nullo modo voluisse insimul admittere ad successionem omnes descendentes, cum dicta verba *per ordine successiuo* proximiorum prælationem importent, vt pluribus congestis tradit *Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib.3. solut.2. num.4.*

Denique non releuat prætensio quod Cæsar Anto-
11 nius possit concurrere cum D. Cardinali, aut ex persona sui patris per viam repræsentationis, aut proprio iure in illius locum subintrando in vim vulgaris anomalæ iuxta doctrin. *Bart. in l. quandiù num.10. vers. item facit ff. de acquir. hæred.*

Etenim quoad repræsentationem subsistunt respon-
12 siones datæ in decisione, quia cum agatur de successione transuersalis, verè non est locus repræsentationi, quæ in transuersalibus non admittitur vltra primum gradum, vt probant relati per *Peregrin. art.21. num.8.* subingressus verò per vulgarem anomalam admitti
13 non debet in præsenti, non solum quia testator expressè declarauit in fideicommisso succedendum esse seruata semper graduum prærogatiua, sed etiam quia subingressum restrinxit ad personas literaliter expressas, ibi: *che il figlio entri in luogo del Padre rispetto del descendente, e del Patruo*; & propterea in alijs casibus non expressis censetur prohibitus ex tacita mente Testatoris, vt in his terminis dixit *Rota in Reatina fideicommissi 29. Maij 1665. coram R.P.D. meo Emerix §. etenim cum seq.*

Et ità altera tantum &c.

ROMANA DOMVS DE VSAZZIIS:

Lunæ 28. Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Tria in hac decisione resoluuntur. Primum quod donatio causa mortis neque per pactum de illa non reuocando fiat iure irreuocabilis; secundum quod assignatio generalis ex indeterminata ab vno ex duobus hæredibus facta intelligatur tantum de sua portione, non autem comprehendat portionem cohæredis, Tertium quod ex compromisso inter cohæredes facto super diuisione hæreditatis eorundem aditio non desumatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis de sua natura est reuocabilis nu.1.*
Pactum de non reuocanda appositum in donatione causa mortis, tanquam contra naturam huiusmodi donationis illam non reddit irreuocabilem.
2 *Donatio causa mortis dicitur, si donator motus fuerit ad donandum ex causa temporali.*
3 *Prohibitus donare non debet intelligi prohibitus instituere per testamentum, sicuti è contra num.3.*
A contractu donationis ad vltimam voluntatem non valet argumentum, sicuti è contra num.3.
4 *Minor non potest sine legitima causa, & iudicis decreto, ac alijs solemnitatibus irreuocabiliter donare ex dispositione Statuti Vrbis.*
Statutum Vrbis lib.1. cap.151. *probibet minori sine solemnitatibus contrahere.*
5 *Stipulatio Notarij pro absente non sufficit in donatione onerosa, vel mixta.*
Donatio onerosa, vel mixta non tenet ante donatarij acceptationem, licet Notarius pro illo absente stipulauerit num.5.
6 *Cessio generaliter facta in dubio comprehendit solam portionem debitoris cedentis.*
Cohæres habet semper liberam suam portionem ab obligationibus sui cohæredis.
7 *Assignatio generalis incerta ratione loci, & quota non sufficit ad acquirendum dominium.*
Dominium rei non acquiritur stante incertitudine loci, & quota num.7.
Possessio non acquiritur super re incerta num.7.
8 *Dominium non esse translatum desumitur ex obseruantia, quod possessio per triginta annos non fuerit acquisita*
9 *Assignationem non esse factam, seu suum non habuisse effectum desumitur ex enunciatiua crediti facta in instrumento.*
Creditum in instrumento enunciatum denotat assignationem factam pro crediti extinctione, nullum effectum habuisse n.9.
10 *Aditio hæreditatis non probatur ex compromisso facta per cohæredes super diuisione hæreditatis, & quomodo num. seqq.*
Bona fideicommissaria dicuntur credita filij in hæreditate Patris grauati.
11 *Aditio hæreditatis non probatur ex actu æquiuoco.*
Actus æquiuocus non sufficit ad inducendam aditionem hæreditatis num.11.
12 *Aditio hæreditatis non impeditur per repudiationem, & protestationem non adeundi ab hærede suo factam.*
Hæres suus non obstante protestatione non adeundi ex speciali beneficio potest nihilominus infra triennium adire:
13 *Aditio hæreditatis etiam in hærede suo vt inducatur, requiruntur actus de necessitate concludentes stante protestatione præcedenti de non adeundo.*
Actus de necessitate concludentes requiruntur ad inducendam hæreditatis aditionem, stante protestatione de non adeunda.

DECISIO DCCCXCVII.

AD impediendam immissionem super domo controuersa in portione Fabritij de Vsazzijs à Cherubino

cx

ex persona Vincentiæ Zocchiæ hæredis dicti Fabritij tria pro parte Pagnini possessoris alias obiecta fuerunt primo quod Fabritius donauerit omnia eius bona Francisco Fratri 2. quod cum præcedenter Franciscus cesserit Domum Valeriano Scalzino pro credito scutorum 800. non potuerit in diuisione successiue facta illam assignare Vincentiæ, & 3. quod Fabritius adiuerit hæreditatem Iacobi Patris sine lege inuentarij, & proinde illius hæres non possit impugnando factũ eiusdem Iacobi alienationem Domus reuocare, sed his non obstantibus dictum fuit innouationem esse concedendam *sub die 14. Febr. 1664. coram me*, quam resolutionem hodie Domini confirmarunt.

Quoad donationem insistebant informantes pro Pagnino super illius irreuocabilitate, stante quod fuerit adiectum pactum de illam non reuocando, sed placuit
1 responsio, quod cum ex tota lectura instrumenti clare constet Fabritium voluisse donare causa mortis, non est dicendum, quod per tale pactum voluerit recedere à natura donationis reuocabilis, vt ex *l. stipulatus de vsur.* bene arguit *Gabr. cons. 96. num. 6. & 7. vol. 2.*

Et verè contrahentes nunquam habuerunt talem
2 donationem pro irreuocabili, nam Fabritius motus fuit ad donandum ex causa temporali, nempe discessus ab Vrbe ibi *Volendo d. Fabritio andare à Napoli, & altri luoghi, e desiderando prima di partire accomodare le cose sue, però ha risoluto fare la presente Donatione &c. & in caso che lui venga à morire*, & Franciscus Donatarius post reditum Fabritij ad Vrbem hoc bene declarauit, dum expressè consensit reuocationi donationis addita ratione ibi *cum cessauerit causa finalis, nempe absentiæ &c.* nil releuante, quod in huiusmodi reuocatione Franciscus præstiterit consensum conditionalem, quomodo Fabritius aliam donationem non
3 faciat fauore cuiusuis personæ, exceptis filijs, quia per institutionem factã fauore Vincentiæ non dicitur huic pacto contrauenisse, cum prohibitio contractus donationis trahi non debeat ad dispositionem per testamentum, vt à contrario sensu dictum fuit in *Romana donationis 3. Iunij 1658. §. quia coram me.*

Præterea animaduersum fuit, quod pactum de non reuocando quatenus fuit appositum in prima donatione facta præsente Francisco donatario sub die 6. De-
4 cembris 1607. suffragari non potest stante nullitate contractus, cùm enim Fabritius esset minor annorum viginti, vt enunciatur in principio instrumenti non poterat sine legitima causa, & iudicis decreto, alijsq; solemnitatibus irreuocabiliter donare, resistente clara dispositione *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151.* & plenè dictum fuit in *Romana, seù Reatina donationis 28. Nouembris 1664. coram R.P.D. meo Emerix.*

Quatenùs verò contineatur in secunda donatione fa-
5 cta cum solemnitatibus die immediatè sequenti, attendi non debet, cùm Franciscus Donatarius fuerit absens, illamque non acceptauerit; Cùm enim agatur de donatione onerosa, vt patet ex *Summ. Pagnini, n. 1.* vel saltim mixta, non fuit sufficiens stipulatio Notarij pro absente, sed potuit quandocunque reuocari ante Donatarij acceptationem, vt præter allegatos in decisione, *§. Et licet, &c* firmauit, *Rota coram Reuerendissimo Royas decis. 304. num. 20. & 21. & in Fauentina bonorum 9. Iunij 1664. §. Vltra quod, & seqq. coram me.*

Maior difficultas fuit circa secundum obiectum desumptum ex cessione domus controuersæ factum per Franciscum ad fauorem Scalzini pro summa scutorum 800. qua stante dicebatur eundem Franciscum non potuisse in præiudicium dicti Scalzini, deinde deuenire ad diuisionem cum Vincentia hærede Fabritij, eique domum assignare; Vndè restricta de ordine Rotæ difficultate quoad huiusmodi cessionem, & successiuè proposita causa super restrictis; adhuc visum
6 fuit cessionem non obstare; Quia cum in genere fuerit cessa portio domorum pro rata scutorum 800. ad effectum soluendi proprium debitum Francisci, in dubio censetur assignata portio ipsius debitoris cedentis, non autem portio Vincentiæ cohæredis, qui proptereà in diuisione remansit libera, & immunis à dicta obligatione Francisci, vt probant auctoritas relatæ in decisione, *§. Non obstat, &c.*

Maximè quià non solum post annum à die cessionis Franciscus assignauit eidem Vincentio cohæredi integram eius medietatem super hac domo; Verùm
7 etiàm quia Scalzinus nunquam acquisiuit dominium alicuius certæ portionis in vim assignationis prædictæ, vt potè omninò incertæ tàm ratione loci, qui non fuit particulariter designatus in aliqua parte domorum, quam ratione quotæ, quæ pendebat à deductione pensionum, & æstimatione peritorum, qui nunquam fuerunt electi, stante autem dicta incertitudine loci, & quotę non esse translatum aliquod dominium probatur in fortioribus terminis de sola translatione possessionis per *text. in l. 3. §. Incertam ff. de acquir. possess. Tiraquell. de iur. const. possess. limit. 19. num. 1. Caualer. decis. 391. n. 2. Buratt. decis. 220. n. 6. ibique Add. lit. A.*

Quod etiam desumitur ex obseruantia, dum per tri-
8 ginta annos, & vltra neque Scalzinus, nec alius ab eo causam habens vnquàm possedit hanc domum, immò de anno 1639. Antonius Coletta donatarius Lauiniæ
9 Bussonæ hæredis dicti Scalzini in cessione facta Authoribus Pagnini expressit creditum scutorum 800. quod super his domibus habebat dicto *Summ. Cherubini, n. 7.* quod benè demonstrat assignationem non habuisse effectum, minusque ex ea fuisse translatum dominium in Scalzinum, cùm aliàs creditum illius fuisset mediante assignatione extinctum.

Denique quoad tertium aditio hæreditatis Iacobi
10 desumi non valet ex eo, quod Fabritius vna cum Francisco fratre fecerit compromissum super diuisione hæreditatis, & super pensionibus hæreditarijs cuicunque tangentibus, quià cùm hoc possit verificari vel in creditis particularibus, quæ dicti fratres habere prætendebant in hæreditate patris, vel etiam in ijsdem bonis fideicommissariis quæ certo modo dicuntur reperta in hæreditate dicti Iacobi hæredis grauati, vt aduertit,
11 *Crauett. cons. 967. num. 9. & seqq.* iste actus remanet æquiuocus, & non probat aditionem *Buratt. decis. 207. num. 3. ibique Add.*

Præsertim quià post factum compromissum in diuisione subsequuta fuerunt solùm diuisa bona fideicommissaria, & materna tantùm, vt in dicto *Summ. Cherubini, num. 2.* & vlterius hodie docetur de repudiatione, & protestatione non adeundi facta ante compromis-
12 sum, quæ licet non impediat quominus hæres suus valeat infra triennium adire ex speciali beneficio *text. in l. si quis C. de iur. deliber. & in l. fin. C. de repud. hæred.* operatur tamen quod ad effectum inducendi aditio-
13 nem non sufficiant omnes actus, qui forsan, non existente repudiatione admitterentur, sed quidem requiruntur tales, qui de necessitate concludant, vt pluribus allegatis dictum fuit *in Romana, seù Vrbeuetana pecuniaria 16. Martij 1646. coram Reuerendiss. Royas inter impress. decis. 285. num. 16.*

Et ità vtraque, &c.

FVLGINATEN. PECVNIARIA.

Lunæ 28. Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Vendito negotio, seu taberna fundacali, possunt percipi fructus

fructus recompensatiui absque labe vsurarum, & debentur etiamsi fuerit data dilatio ad soluendum pretium, vbi constat de conuentione, quæ ad istum effectum sufficienter ex coniecturis elicitur, libri mercatorum quando probent in præiudicium tertij.

SVMMARIVM.

1 *Fructus recompensatiui absque labe vsurarum percipi possunt ex negotio vendito.*

2 *Fructus recompensatiui vbi constat de conuentione illos soluendi, non censentur remissi ex dilatione facta soluendi pretium.*

3 *Fructuum compensatiuorum conuentio, quamuis non expressa in instrumento venditionis probatur ex partitis librorum negotij.*

4 *Liber Magister, vbi continentur omnia negotia socialia bene probat contra socios.*

5 *Liber societatis probat contra socios, etiamsi ab eis non fuerit conscriptus, sed ab eorum deputato.*

6 *Liber societatis quando est adminiculatus nedum probat contra socios, verum etiam contra tertios.*

7 *Conuentio solutionis fructuum recompensatiuorum in instrumento nō expressa probari potest ex coniecturis.*

8 *Referens sine relato nihil probat.*

9 *Oratio quando est perfecta plenè probat etiam si aliquā relationem haberet ad aliud.*

10 *Fructus recompensatiui in venditione negotij pacisci non possunt, vbi deest augumentum.*

11 *Merces venditæ pro complemento negotij dicuntur partes integrales eiusdem, & pro eis debentur fructus recompensatiui.*

12 *Actus gesti eodem die, & coram eisdem Notario, & testibus dicuntur correspectiui, & proinde censentur, ac si esset vnus & idem contractus.*

DECISIO DCCCXCVIII.

SVb die 6. Maij 1619. præuia narratiua, quod Decius Roncallus donauerat Petro filio intuitu matrimonij scuta 30. mill. monetæ ad effectum inuestiendi prout successiuè inuestita fuerunt in tot mercibus; Idem Decius tàm nomine proprio, quàm etiàm nomine dicti Petri filij, & aliorum filiorum masculorum vendidit Carolo Camillo, & socios negocium, quod ab eisdem vti Ministris eiusdem Petri exercebatur in Ciuitate Fulginei, eisque tradidit merces pro rata scutorum 17935. quæ emptores soluere promiserunt in termino duorum annorum, eademmet die, & coram eisdem Notario, & Testibus fuit etiam confecta apocha, in qua partes asserendo, quod venditio fuerat conclusa sub conditione, quod Decius deberet dare ad Cambium dd. emptoribus scuta 12064. 92. Ideò Decius volens obseruare promissa, ibi: *E fare, che detto negotio ascenda in tutto alla somma di scudi 30. mil. moneta,* se obligauit dictam summam tradere ad Cambium in termino 18. mensium *Summ. Roncalli, num.* 1. quæ promissio fuit ab eodem adimpleta sub die 30. Aprilis 1660. per traditionem tot mercium factam de consensu emptorum dicto *Summ. num.* 3. *lit. A.*

Cum autem tractu tẽporis dissoluta societate inter Camillum, & socios egerit Decius pro consequutione sui creuiti tàm sortis principalis, quàm fructuū, & plura mandata de consignando obtinuerit, quæ successiuè fuerunt executioni demandata super mercibus alijsque effectibus debitorum, & nuper prætenderet se esse creditorem pro residuo in scutis 1120. & pro his mandatum exequutiuum obtinuerit à R.P.D. A. C. Areosto sine præiudicio verioris summæ, hinc commissa mihi causa appellationis per Signaturam cum clausula, *Si quid exequendum;* Ideò ad formam rescripti proposito a me dubio, an mandatum A. C. sit exequendum, DD. relictis in suspenso tribus partitis concordi-ter à partibus reseruatis, responderunt pro nunc esse exequendum pro scutis 667. 15.

Iustitia namq; mandati respectu huius summæ probatur ex eo, quod Roncallus vltra capitale scutor. 30. mil. consequi debet scuta 1793. 50. pro fructibus negotij primo loco venditi decursis pro duobus annis, & scuta 737. 29. pro fructibus mercium secundo loco traditarum, & insuper alia scuta 184. 32. pro fructibus totius negotij decursis post biennium vsque ad diem restitutionis, quæ insimul constituunt summam scutorum 32715. 11. & propterea cùm non appareat ad eius manus peruenisse nisi scuta 32047. 96. vtique dempta hac summa remanet iustificatum creditum in scutis 667. 15. vt patet ex calculo concordato.

A quo quidem calculo non sunt demendæ partitæ fructuum tàm respectu primæ, quam secundæ consignationis mercium, vt prætendebant informantes pro Camillo, quià cum Roncallus nullo recepto pretio

1 vendiderit integrum negocium, seu Tabernam fundacalem, vtique potest absq; vlla labe vsurarum fructus recompensatiuos recipere ratione ipsius negocij, & auuiamenti, vt alias decisum fuit in *Viterbien. transactionis* 18. *Iunij* 1660. *coram R P.D. meo Albergato* 3. *Iunij* 1661. *coram bo. me. Leone Verospio*, §. *Fructuum autem correuntio circa medium confirmata* 14. *Iun.* 1663. *coram R.P.D. meo Taia.*

Non obstat, quod pro prima consignatione fructus recompensatiui censeantur remissi ex dilatione duorum annorum ad soluendum pretium. Quià cùm in proposito non deficiat partium conuentio circa fru-

2 ctuum solutionem, verius est illos deberi non obstante dilatione; Vbi enim adest conuentio non censetur data dilatio simpliciter, sed secundum quid, cum onere scilicet soluendi fructus, & propterea non valet illorum perceptionem impedire, vt innuit, *Dec. in cap. cū Venerabilis de except.* & latè probat, *Cancer. var resol. lib.* 3. *cap.* 7. *de pact. num.* 58. *& pluribus seqq. Rot. dec.* 13. *num.* 10. *&* 11. *p.* 5. *& decis.* 131. *n.* 3. *p.* 4. *rec.*

De qua conuentione dubitari non potest, quam-

3 uis in instrumento nulla fiat mentio de fructibus. Quia eadem met die sexta Maij 1659. qua venditum fuit negocium Emptores in eorum libro memoriali hoc idem expressè fassi fuerunt, describendo partitam eorundem fructuum sub his verbis *Ci siamo obligati pagare al sudetto Signor Pietro tempo due anni scuti* 1793. *moneta meta per Anno, e questi sono per interesse di robbe à cinque per cento Summ. Roncalli num.* 1. & clarius declararunt in libro nuncupato *quaderno*, vbi post transactum primum annum constituerunt Roncallum creditorem pro fructibus, ibi: *Pietro Roncalli conto de frutti deue hauere scudi* 896.75. *per intesse à cinque per cento sopra la partita di robbe venduteci di scudi* 17935. 8. *à* 6. *Maggio* 1659. *sino al medesimo giorno* 1660. *d. Summ. num.* 2. & insuper hoc etiam apparet ex alia partita eiusdem *quaderni*, vbi durante adhuc biennio dictus Camillus, & socij se constituerunt debitores Roncalli pro fructibus integri capitalis negocij, ibi: *Decio Roncalli conto de frutti deue hauere scudi* 1500. *per interesse d'vn Anno da finirsi à* 6. *Maggio prossimo sopra il capitale di scudi* 30 *mil. à cinque per cento* quæ omnes partitæ videntur ad istum effectum

4 sufficere, nedum quia tanquam ad vnguem registratæ in libro Magistro, in quo omnia negocia socialia continentur, probatio exinde insurgit contra ipsos socios *ad Text. in l. instrumenta domestica, vbi gloss. verb. instrumenta C. de probat. cum allegatis in Romana, seu Ianuen. Dotis* 2. *Decembris* 1665. §. *Iustitia corā R. P. D.*

5 *meo Otalora* etiamsi non probaretur scriptura facta à socijs, sed à deputato nomine societatis, *Rota decis.* 244.

6 decis. 244. n. 13. p. 6. rec. verum etiam quia ex coniunctione dd. partitarum vna ab altera recipit adminiculum veritatis, quo casu liber tanquam adminiculatus probat etiam in praeiudicium Tertij Rota decis. 35. n. 9. p. 8. recent. in Ancanitana pecuniaria 26. Ianuary 1665. §. dum praesertim coram bo. me. Leone Vrrospio & alys congestis in Perusina Bonorum S. Archangeli 19. Februarij 1666. §. 3. ex libro coram R. P. D. meo Emerix.

Conuentio autem probari potest etiam coniecturis
7 & habetur pro expressa in contractu si ex legitimis coniecturis argui potest de ea fuisse actum inter partes iuxta theoric. Bart. in l. cum quid num. 10. vers. item si probaretur ff. si cert. petat. mantic. de tacit. lib. 3. tit. 1. num. 13. vers. vnde etiam Buratt. decis. 254. num. 6.

Nil releuante, quod altera ex dictis partitis, nempe
8 illa descripta in libro memoriali habeat relationem ad apocham ibi per poliza ci siamo obligati, ideoque sine relato nihil probet. Nam praeter quod non est propric relatio, sed solum simplex enunciatiua, certum est, quod in ea parte, qua mentio fit de fructibus eadem partita concordando cum alijs libris continet orationem omnino perfectam ibi questi sono per interesse di dette robbe à cinque per cento d. Summ. n. 1.
9 & quatenus dici posset fuisse habitam relationem ad dictam apochā in hac parte stante perfectione orationis partita probaret etiam sine relato Surd. cons. 540. num. 4. Rota decis. 24. num. 10. p. 7. recent. cum allegatis in Romana reintegrat. 15. Iuny 1648. coram Reuerendiss. Papien. §. nam respondetur impress. in rec. dec. 213. p. 10.

Sicut etiam non releuat, quod in instrumento consignationis mercium 30. Aprilis 1660. dictum fuerit quod fructus primae partitae non incipiant currere nisi à die 6 Martij 1661. Summ. Camilli num. 3. quoniam huiusmodi pactum fuit in hoc instrumento adiectum, non ex eo, quod pro dicto tempore biennij non fuerint conuenti fructus, sed ex quo iam fuerant soluti, vel saltem pro illis soluendis praecedenter Camillus, & Socij se obligauerant in apocha particulari enunciata in dicto libro memoriali in illis verbis per poliza ci siamo obligati pagare al sudetto Sig. Pietro tempo due Anni scudi 1793. detto Summ. n. 1. cum enim in hoc secundo instrumento Camillus, & Socij se obligauerint, indefinite pro omnibus fructibus totius negocij antique fuit necessaria, declaratio, quod fructus primae partitae pro quibus soluendis confecerant apocham, non currerent nisi post biennium ne alias debitores grauarentur duplicata solutione.

Quoueto ad fructus decursos post secundam consignationem Mercium non videtur vrgere vnicum obiectum ab informantibus pro Camillo, & Socijs excitatum, quod scilicet ex illarum venditione distincta,
10 & separata ab ipso negocio non deberentur fructus eum illarum respectu nullum possit considerari auuiamentum.

Quoniam dixerunt Domini secundam consignatio-
11 nem mercium sequutam vigore apochae fuisse partem integralem totius negocij tactam pro complemento capitalis scutorum 30. m. ilnam licet vendito negocio pro scutis 17935. conuentum fuerit per apocham separatam, quod Roncallus deberet tradere ad cambium scuta 12064. quae successiue assignauit in tot mercibus de consensu emptorum, vt supra dictum est, ex pluribus tamen apparet huiusmodi conuentionem non fuisse distinctam, & separatam à venditione integri negotij immo potius eidem correspectiuam, & factam pro supplendo integro capitali. Tum quia in eadem apocha id fuit literaliter expressum ibi e fare che detta negatio ascenda in tutta alla somma di scudi 30. mil. tum quia Debitores in eorum libris post dictam secundam consignationem mercium fassi fuerunt illas in hanc causam recepisse ibi per supplemento di capitale praeterito Summ. Roncalli num. 3. litera B. C. Tum etiam quia apocha fuit cōfecta eadem met die qua fuit stipulatum instrumentum, & coram eisdem Notario & Testibus
12 vnde cum isti duo actus dicantur inter se correspectiui perinde censeri debent ac si essent vnus, & idem, vt dictum fuit in Romana censuum 22. Iuny 1663. §. non obstat, & 23. Marty 1997. §. quod autem vers. tum ex actuum, & §. coram me. Et per consequens pro consignatione mercium debentur quoque fructus recompensatiui ratione ipsius negocij, & auuiamenti ad terminos Tex. in l. curabit C. de act. empt. iuxta cons. Rm. Iun 177 per tot & decisan Fiterb transactionis superius allegatas. Et ita vtraque &c.

CALARITANA PENSIONIS.

Veneris 2. Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Valor in literis affirmatiue expressus per ascensum debet plene, & concludenter iustificari à Pensionario, maxime in iudicio peritorio, alias Pensio non sustinetur & eo magis si gratia sit conditionalis vigore clausulae vt asseris, quae quidem iustificatio non sufficit praesumpta ex lapsu temporis quando per litem excluditur pacifica quasi possessio exigendi.

SVMMARIVM.

1 *Valor affirmatiue expressus per ascensum debet iustificari*
2 *Pensionarius debet in petitorio iustificare valorem plene & concludenter, alias pensio non sustinetur.*
3 *Clausula vt asseris in reseruatione pensionis apposita eo magis grauat pensionarium ad probationem valoris.*
4 *Clausula vt asseris est conditionalis.*
5 *Valor beneficij in reseruatione pensionis expressus bene praesumitur iustificatus ex quo Pensionarius per annos 30. pensionem exegerit.*
6 *Limita si super nullitate pensionis fuerit mota lis.*
7 *Quasi possessio pacifica exigendi pensionem semper requiritur ad effectum vt praesumatur iustificatus valor beneficij ex cursu temporis.*

DECISIO DCCCXCIX.

Super fructibus, redditibus, prouentibus, ac etiam distributionibus quotidianis canonicatus, de quo agitur, de quo fuerat prouisus Dominicus Martinus vsque de ann 1637. iam antea annuis pensionibus duc. 1200. auri de camera ad fauorem diuersorum grauati reseruata fuit annua pensio ducatur 625 auri de camera ad fauorem Ambrosij Santuchi contra quem vt colligitur ex processu actorum fuit in partibus introductum iudicium super pensionis nullitate, cumque post obitum dicti Dominici titularis ipse Ambrosius obtinuerit de anno 1658. coram Vicario Calaritano mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi contra Georgium Martinum successorem in canonicatu, hinc deuoluta causa per appellationem ad R. P. D. A. C. Bulgarinum, iste reuocauit omnia gesta coram Vicario, absoluendo ipsum Georgium ab impetitis, & insuper declarauit literas, Apostolicas reseruationis pensionis fuisse, & esse subreptitias, & pensionem annullandam commissa igitur causa in Rota pro parte Ambrosij prius dedi dubium super manutentione, quod fuit ad eius fauorem resolutum sub diebus 15. Maij, & 3. Decenbris 1660. sed cum ad instantiam Georgij titularis hodie dubitauerim in petitorio an pensio sustineatur, negatiue responsum fuit ipso tantum informante.

Ratio resolutionis fuit, quia pro parte pensionarij
1 nullo modo fuit iustificatus valor canonicatus in ducatis 3500. auri de camera prout affirmatiue per ascensum fuit in literis expressus: cum enim agatur in pe-

2 titorio certum est pensionarium plene, & concluden-
ter ad huiusmodi probationem teneri, alias pensio
non substinetur, vt alijs allegatis dictũ fuit *in Romana*
pensionis 9. Decembris 1665. §. si quidem deficit, & in
Lauretana pensionis 11. Februarij præteriti coram me,
maxime attenta clausula, *vt asseris* in reseruatione
3 adiecta, quæ tanquam conditionalis eo fortius obligat
impetrantem ad dictam probationem valoris; vt pro-
4 sequitur Rota *in decis. mox allegatis, & firmatum fuit*
in alia Romana pensionis 19. Ianuarij 1646. coram me §.
non obstat, vers. & de clausula.

Præsumpta autem iustificatio prætendi non potest
5 ex lapsu temporis 30. annorum à die reseruationis
pensionis ex traditis *per Garz. p. 1. cap. 5. num. 478. &*
6 *seq.* quia ex lite mota coram Vicario Calaritano de
Anno 1658. & subinde continuata vsque in præsentem
diem coram A.C. & in hoc Sacro Tribunali prorsus ex-
cluditur pacifica quasi possessio exigendi, quæ ad istum
7 effectum omnino est necessaria, vt in his terminis *Ro-*
ta in Ariminen. pensionis 28. Aprilis 1662. coram R.P.D
meo Emerix, & prius admissum fuit in Bonon. pensio-
nis 22. Iunij. 1663. §. hinc non releuat vers. quidquid alias
coram Eminentiss. D. Card. Celso. Et ità altera &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Luna 16. Ianuarij 1668.

SVMMARIVM.

Solutio dotis à Clerico constitutæ, & vigore publici in-
strumenti cum obligatione camerali petitæ retardari
non potest exceptione excessiuitatis innixa statuto Vr-
bis, quod clericos promittentes nullatenus compre-
hendit, nisi de eis expressam mentionem fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Vrbis prohibentes dotem constitui vltra certam summam non habent locum in dote constituta à persona Ecclesiastica.*

Statuta laicalia quamuis confirmata à Pontifice nõ comprehendunt clericos nisi de illius fiat expressa mentio vel adsint verba apta illos comprehendere num. 1.

2 *Exceptio reiecta à Rota remanet turbida & illiquida.*

Instrumentum obligatione camerali vallatum exequutioni demandari debet non obstantibus exceptionibus turbidis num. 2.

Exceptio illiquida non retardat exequutionem instrumenti cum obligatione camerali n. 2.

3 *Tutor ratione sui officij tenetur omnem adbibere diligentiam vt contractus ab eo gestus & fauorem pupilli respiciens vndequaque subsistat.*

4 *Tutor qui non adbibuit omnem diligentiam vt contractus ab eo gestus in fauorem pupilli substineatur tenetur ad omnia damna, & interesse.*

5 *Heredes tutoris nullitatem illius obligationis allegare non possunt.*

6 *Pontifex solet de facili derogare statutis Vrbis super excessiuitate constitutionis dotis maxime fauore nobilium personarum.*

Nobilium personarum fauore magis inclinatur Princeps ad indulta num. 6.

7 *Tutela per aduentum pubertatis expirat.*

8 *Pubertas incipit post 14. annum completum.*

9 *Annum vt quis dicatur attigisse sufficit ingressus illius Annus non dicitur completus nisi saltem aduenerit vltima dies num. 9.*

10 *Tutori, & curatori idem est onus in ijs, quæ vtilitatem pupilli seu minoris concernunt.*

Tutor æque ac curator tenetur de neglectis in eis, quæ concernunt vtilitatem pupilli seu minoris num. 10.

DECISIO CM.

IN prima decisione huius causæ 18. *Iunij* 1655. dispu-
tato dubio, an esset relaxandum mandatum tam pro
residuo sortis principalis dotis Ersiliæ, quàm etiam
pro fructibus, & non solutis Rota censuit pro solo re-
siduo sortis esse relaxandum, & mandauit vt pro fru-
ctibus particulariter videretur, dictaque resolutio fuit
successiuè confirmata 22. *Iunij* 1657. & 28. *Martij* 1664
coram me; cum autem pro parte D. Marchionis fuerit
denuo petita noua audientia illam Domini benignè
concesserunt cum hoc quod eodem tempore disputa-
retur dubium etiam super fructibus in eadem prima
decisione reseruatum; vnde in hodierna repropositio-
ne visum fuit pro quarta vice fundamenta decisionum
quoad residuum sortis subsistere, quoad fructus verò,
damna, & interesse non fuit capta resolutio, sed iterum
placuit particulari disputationi reseruare.

Si quidem respectu residui sortis non releuat exce-
tio toties repetita contra claram promissionem factam
à bon: mem: Card. Prospero de Sancta Cruce in publi-
co instrumento obligatione camerali munito, quod
scilicet non potuerit dotem constituere vltra summã
taxatam in antiquis reformationibus Vrbis anni 1532
vbi annullantur dotes excedentes quantitatem duca-
torum bis mille de carolenis.

Aut enim sublata remanet ex responsionibus alias
1 datis in tribus præcedentibus decisionibus, cum qui-
bus etiam hodie transire voluerunt DD. cùm verè re-
formationes præfatæ tanquam factæ, & ordinatæ à Po-
pulo Romano non possint habere locum cum dote, de
qua agitur constituta à persona Ecclesiastica, non ob-
stante confirmatione, & approbatione Summi Ponti-
ficis, quià ad istum effectum requiritur etiam quod
de clericis fuerit facta expressa mentio, vel adsint ver-
ba apta illos comprehendere vt reiecta opinione con-
traria firmauit *Rota in pluribus decisionibus congestis ex*
decisione 22. Iunij 1657. §. vnde quamuis, & ibidem
allegatis dictum in Romana Vineæ 16. Ianuarij § nullitas
siquidem, & 21. Iunij 1660. §. nullitas satis coram
Reuerendiss. Papien. & in Romana, seu Perusina census
24. Decembris 1663. §. Nec vrget coram Eminentiss.
D. Card. Celso.

Aut in omnem casum negari non potest quin huius-
2 modi exceptio vsque adhuc semper reiecta adeò tur-
bida, ac dubia remaneat vt minimè debeat admitti
ad impediendam exequutionem vigore publici instru-
menti; & obligationis cameralis iuxtà tradita per
Gallesi. de Obligat. camer. quæst. 17. num. 1. & 2. & ibi
Zacch. num. 2. quos refert Rota post tract. decis. 169. n. 13.

Præterea visum fuit cessare omnem dubietatem ex
3 motiuo in tertia decisione deducto §. *fin.* quod nempè,
dum dotis constitutio respiceret fauorem Francisci
Cencij futuri sponsi Ersiliæ de Sancta Cruce, idem
Cardinalis Prosper tanquam tutor dicti Francisci te-
nebatur ratione officij omnem diligentiam adhibere
vt contractus ab eo gestus cum pupillo vndequaque
subsisteret iuxtà *Text. in l. quoties 10. §. si temporali, vbi*
gloss. verb. fortassis de administr. & peric. tut. alias enim
4 sicut ipse tenebatur ad omnia damna *l. ob fœnus 50. ff.*
eod. ità nec eius hæredes possunt allegare nullitatem
5 obligationis illius, vt præter auctoritates ibidem al-
legatas probat *Borgnin. Caualcan. de Tutor. num. 175.*
Mastrill. decis. 287. n. 42. Add. ad decis. 510. n. 22. p. 5. rec.

Et quidem poterat Cardinalis quemadmodum ipse
seruauit pro nubenda alia Nepte obtinere licentiam à
Summo Pontifice, qui de facili solet præsertim inter
6 personas nobiles derogare dd. reformantibus, vt de hac
facilitate docet vsque adhuc experientia, vt testatur
Rota coram Card. Millin. decis. 443. in fine in Romana
dotis 1. Decembris 1661. § infra coram. Card. Panzirolo
& nunc in alia Romana dotis 26. Maij 1643. quoniam
consuetudo coram bo. me. Leone Verospio.

Quod

Quod fane motiuum non euitatur ex eo,quod die 5.
Decembris Francifcus in Teftamento Chriftophori
7 Patris fuerit enunciatus annorum tresdecim ; Vndè
infertur, quod de tempore obligationis Cardinalis fe-
quutæ 24. Octobris 1563. idem Francifcus vt potè at-
tingens annum decimum quintum , non effet amplius
fub tutela, quæ per aduentum pubertatis expirat, *vt in
princ.inftit.quib.mod.tutel.finit.*

Vltra quod enim huiufmodi probatio nihil conclu-
dit cum poffit ftare fimul , quod Francifcus fub d. die
5.Decembr.1561. attigiffet annum decimum tertium ,
8 & quod fub die 24.Octobr.1563. non compleuiffet an-
num decimum quartum prout ad effectum pubertatis
requiritur,*inftit.eodem titulo*,ibi:*pubertatem in mafculis
poft decimum quartum annum completum illico initium
9 accipere* , fufficit enim ingreffus anni , vt quis dicatur
illum attigiffe, fed pro complemento expectari debet
faltē aduentus vltimæ diei *l.qua ætate ff.de teftam. l.an-
niculus 134.ff de verb. fignif.& l.fi in annos ff.de cond.
& demonftr.*remouetur obiectū ex quo dictus Cardina-
lis non folum fuit in teftamento datus tutor,fed etiam
refpectiuè curator ipfius Francifci , prout quoque pe-
tijt à iudice confirmari *hodierno Summ. impreffo n.* 1.
& per confequens fiuè confideretur vti tutor , vel vti
10 curator femper tenebatur obtinere fupradictam dero-
gationem ad effectum , vt contractus factus cum Fran-
cifco fuam confequeretur validitatem , cum idem fit
onus in tutore , & curatore in ijs, quæ concernunt vti-
litatem pupilli, vel minoris, itaut ambo teneantur de
neglectis, vt plures refert *decif.67.num.5.p.5.recent.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA COLLECTÆ.

Lunæ 23. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Licet poffit vniuerfititas deficientibus bonis communibus ad Collectæ impofitionem deuenire, ad quam finguli omnes de Vniuerfitate teneantur . Hoc tamen procedit folummodo refpectu illorum, qui cum de tempore impofitæ collectæ effent de gremio , impofitioni confenferint : fecus verò refpectu pofteriorum fucceſſorum , qui non obligantur , nifi collecta fuerit impofita pro debito neceffario.

SVMMARIVM.

1 *Collecta fieri debet deficentibus bonis communibus alienint vniuerfitatis .*

Collectam ab vniuerfitate impofitam omnes de vniuerfitate foluere tenentur de proprio,n.1.

2 *Vniuerfitatis homines qui vel confenferunt, vel faltem erant de gremio vniuerfitatis eiufdem de tempore quo collecta fuit impofita illam perfoluere tenentur , fecus autem pofteri,& quando, n.feq.*

3 *Collectam foluere non tenentur,qui longè poft eiufdem impofitionem defcripti funt inter homines vniuerfitatis , qua impofuit, & quando fecus, n.feq.*

4 *Vniuerfitas vbi aliquid per maiorem partem hominum flatuit, & pofteros , & abfentes obligat .*

Vniuerfitas femper eft eadem,quamuis varietur ex mutatione perfonarum,n.4.

5 *Vniuerfitatis fucceffores tenentur pro debito ab eorum anteceſſoribus contracto ex caufa neceffaria , fecus verò ex caufa mere voluntaria .*

6 *Collecta impofita ab vniuerfitate pro emendis domibus, ad quas emendas illa nullatenus cogebatur , non obligat fucceffores eiufdem vniuerfitatis, & fupra.*

Succefsores vniuerfitatis admiffi independenter ab illis antecefsoribus ad illorum debita non tenentur , & fupra, n. 3.4.5.6.

7 *Collecta impofita pro ijs,quæ fiunt ad pompam,& ornatum dicitur impofita ex caufa voluntaria non neceffaria,& propterea ad illam de proprio non tenentur fucceffores vniuerfitatis .*

8 *Debitum dicitur neceffarium , poftquam iam contractū eft,fed ad effectum videndi an verè fit neceffariū,an voluntarium, infpici debet principium eius,& origo,n.9.*

DECISIO CMI.

PRo debitis vfque ab anno 1614. contractis ab Vniuerfitate Calceolariorum Vrbis pro emendis nonnullis domibus, & ducenda aqua fuerat iam ipfa Vniuerfitas condemnata per fententiam bon. mem. Raymundi tunc Cameræ Apoftolicæ Clerici latam de voto huius Sacri Tribunalis, in cuius executionem nonnulli ex creditoribus obtinuerunt fubhaftari, & deliberari omnia bona vna cum Ecclefia ; Verùm quià remanferunt alij creditores , qui ex pretio retracto ex dict. bonis non potuerunt fatisfieri;Ideò de ann 1637. Calceolarij , tunc temporis mediante publico inftrumento tranfactionis promiferunt foluere integrum refiduum debiti,deponendo in Sacr, Monte Pietatis fingulo menfe fcuta 50. & ad hanc ratam inter Calceolarios de Vniuerfitate deuentum fuit ad Collectam. Renuentibus autem modernis Calceolarijs pro huiufmodi collectæ contribuerē, obtinuerunt à Signatura Sanctiffimi committi mihi caufam,cum claufula, *Arbitria Rotæ*, & hodie propofito,dubio ad normam commiffionis refponfum fuit,intrare arbitrium pro retardatione refpectu tantùm Calceolariorum receptorum poft tranfactionem .

Licèt enim deficientibus bonis communibus,prout
1 hic debeat fieri collecta, ad quam finguli de Vniuerfi-
tate de proprio teneantur, *iuxtà glof. in l.1. §. Quod fi
nemo verb. Proconful.ff.quod cuiufq.vniuerfit.nom. vbi
2 Bald.fub num.* 3. Attamen dixerunt Domini hoc pro-
cedere refpectu illorum , qui de tempore contracti de-
biti confenfum præftiterunt , vel faltem erant de gre-
3 mio Vniuerfitatis,fecùs autèm,qui de nouo longè poft
æs alienum contractum, & poft tranfactionem recepti
fuerunt , & nullam prorfus caufam habent ab obliga-
tis . Iftos enim non poffe collectari tradit idem *Bald.
in d.§.Quod fi nemo, num.5. ad fin. verf. Super fecundo
puncto dicendum eft,& conf.47.num.4.& 7.in fin.lib.1.
tit.de contumac.Vniuerfit.par.3.cap.9. num.25. Coler.de
proceff.execut.p.2.cap.3.num.385.*

Non obftat,quod vbi per maiorem partem Vniuer-
4 fitatis aliquid ftatuitur, id tranfit in priuatos,& pofte-
ros,& abfentes ea ratione , quia Vniuerfitas femper eft
eadem,quamuis varietur ex mutatione perfonarum ex
deductis per *Gratian.difcept.forenf.cap.721.n. 4.& 5.*
& alijs allegatis pro parte creditorum .

Placuit enim diftinctio in hac materia ab omnibus
5 recepta, quod venientes de nouo teneantur duntàxat
in cafu quo collecta fuit impofita pro debito neceffa-
rio ab Vniuerfitate contracto , in quibus terminis lo-
quuntur , & intelligi debent auctoritates deductæ ab
6 altera parte; At pro debito merè voluntario,quale fuit
illud Vniuerfitatis Calceolariorum contractum pro
emendis domibus abfque vlla neceffitate,ad quarum
emptionem nullatenus cogebantur , certum eft , quod
collecta defuper impofita , non arctat eos , qui tunc
temporis non erant de gremio , fed fuerunt de nouo
recepti independenter à prioribus obligatis , *Bart. in
d.l.prima eodem, §.Si nemo, num.2. verf. Nota quod pro
neceffitatibus,Luc.de Penn. in l.2.num.12. verf.Tertio,
& quarto cafu diftingue, Cod.de fund. rei priuat. lib.11.
Felyn. in cap.cum omnes, num.17. verf.Fallit.primo de
conftit.Purpurat.conf.428. numer.84. Gratian. decifion.
Marchæ 27.num.5.Thefaur.decif.157. numer.4. Franc.*

Marc.decis.489.num.5.Crinell.decis.Dolan.11.num.25.
7 vbi quod dicitur causa voluntaria si colletta impona-
tur pro ijs,quæ fiunt ad pompam, & ornatum.
Nec refragatur,quod census fuerint legitimè impo-
siti, & pecuniæ versæ in causam expressam, vt patet ex
decisionibus in hac causa emanatis coram bon. mem.
8 Coccino. Quia ad effectum obligandi istos homines
de nouo receptos principium, & origo debiti inspici
debet,non autem ipsum debitum posteà contractum,
*ad text.in cap.dudum de elect. in 6. Rimin.iun.cons.384.
num.42. & bene ad propositum Thesaur.d.dec.217.n.4.*
Et ità vtraque,&c.

BITECTEN. BONORVM.

Luna 23. Januar. 1668.

ARGVMENTVM.

Creditor sortis, & fructuum licet fuerit satisfactus per dationem insolutum, & fecerit quietantiam pro residuo,non prohibetur petere fructus, vbi appatet quantitati sortis correspondere valorem bonorum in solutum datorum, & dictio pro residuo illi non præindicat, si antecedenter fructus fuerunt in iudicio æquè principaliter petiti.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum conceditur quoties illius extrema sunt iustificata.*
2 *Creditum remanet extinctū mediante datione in solutū.*
3 *Testes lite pendente extraiudicialiter sine partis citatione nihil probant.*
4 *Producens quietantiam, illam approbasse censetur.*
Scriptura producta plene probat contra producentem, numer. 4.
5 *Verbum* Pro residuo *refertur ad sortem principalem, non vero ad fructus vbi pro fructibus principaliter praecessit petitio iudicialis.*
Fructus vbi fuerunt principaliter in iudicio petiti non censentur remissi in quietantia facta pro residuo crediti, num.5.
6 *Fructus non censentur comprehensi in quietantia solutionis summa correspondentis debito principali.*
7 *Fructus specialiter reseruati in quietantia non possunt dici remissi per receptionem sortis.*
8 *Dotis interusuria censentur remissa per quietantiam liberam,& puram de sorte, non autem conditionalem.*

DECISIO CMII.

Attenta obligatione facta de anno 1609.ab Octauio,
& Lucretia de Nicolo coniugibus,ac Io.Francisco,
& Thomasio eorum filij de soluendo ducatos 588. in
termino vnius anni pro residuo dotis Annæ filiæ, &
sororis respectiuè nuptæ Propertio Calo, idem Pro-
pertius de anno 1640. cessit,& donauit Clerico Caro-
lo Mariæ filio fructus ducatorum 294. ex credito di-
cti residui dotis ad effectum, vt posset commodius in
Clericali gradu viuere,& literis vacare, vt in præterito
Summ.Caroli Maria,num.1.& 2. cum autem pro con-
sequendis dd. fructibus durante matrimonio decursis
instituerit cessionarius iudicium ex remedio vtilis Sal-
uiani, & duas sententias fauorabiles alteram in parti-
bus,& alteram ab A. C. obtinuerit concedentes eidem
immissionem in possessionem bonorum illorum de
Nicolò dotis promissorum, commissa mihi causa ap-
pellationis, dubitaui an,& de cuius bono iure constet,
& fauore pariter eiusdem Caroli Mariæ emanauit re-
solutio, *sub die 27.Febr.1667.* quam hodie DD. con-
1 firmandam esse censuerunt, quia pro parte actoris fue-
runt iustificata omnia extrema Saluiani, vt prolatum
fuit in alia decisione, §.*Bonum Ius eum seq.*
Non obstat vnica exceptio, ad quam se restringunt
2 informantes, quod scilicet creditum residui dotis re-
manserit extinctum vsque de anno 1612. mediante
datione insolutum petij terræ pro rata ducator. 300.
vt deponunt testes *Summ.num.1.*
Nam præter quod prætensa satisfactio non benè
3 probatur ex dd. depositionibus, tanquam extraiudi-
cialiter factis pendente lite sine partis citatione, & in
actis non productis, adhuc animaduersum fuit, quod
Propertius non donauit Carolo Mariæ fructus, & in-
teresse totius residui crediti dotalis consistentis in
quantitate ducatorum 588. sed solum fructus duca-
torum 294.& propterea licèt etiam ex dd.testibus pro-
baretur extinctio pro aliqua rata, semper tamen re-
manet iustificatum creditum Caroli Mariæ, cùm verè
residuum Capitalis ducatorum 294. non fuerit solu-
tum,nisi per annum post cessionem,vt apparet ex quie-
tantia data *in Summario illorum de Nicolò*, quæ tan-
4 quam ab ipsis Reis conuentis producta censetur in
omnibus approbata, & contra eos plenam facit pro-
bationem, vt dictum fuit *in Interamnen. dotis 7. Fe-
bruarij 1661. §. Approbatio coram me cum allegatis, in
Firmana dotis 19. Iunij 1665. §. Quod autem coram
R.P.D.meo Emerix.*
Nec etiam obstat quod Propertius die 27. Augu-
sti 1640. petierit exequutionem instrumenti dotalis
pro ducatis 294.pro residuo,& interesse,ac pannamen-
tis,& propterea dum posteà fecit quietantiā 25. Apri-
lis 1641. ob solutionem sibi factam de dictis duca-
tis 294. censeatur satisfactus tàm pro sorte, quam pro
fructibus.
Etenim d. verbum *Pro residuo* refertur duntaxat ad
5 sortem principalem, quia petitio iudicialis non fuit
facta pro residuo sortis, & fructuum, sed quidem in-
teresse,& pannamenta fuerunt æque principaliter peti-
ta, vt constat ex *Summ.illorum de Nicolo, num.4.* vt dè
dum posteà Propertius in Instrumento quietantiæ re-
6 cepit dictam summam ducatorum 294. Ista solutio
correspondens credito sortis non valet importare ex-
tinctionem,& satisfactionem fructuum, quod euiden-
7 tius probatur ex ipso instrumento quietantiæ,vbi fru-
ctus fuerunt expresse præseruari ob illorum cessionem
præcedenter factam ab ipso Propertio ad fauorem
Caroli Mariæ, ibi: *E così ancora si riserba le ragioni,che
li spettano per l'interesse di ducati 294. già ceduti nel
Clerico Carlo Maria Calò suo figliuolo.* Quapropter
non applicantur allegata à *Gratian. discept.for. c.455.
8 num. 26.* Quià ibi solum dicitur quod per quietan-
tiā liberè factam de sorte censeantur remissa interusu-
ria dotis; non autem fit mentio de quietantia condi-
tionali, prout in proposito casu, vbi fructus leguntur
explicitè præseruati.
Et ità vtraque &c.

HILDESIMEN. PRÆPOSITVRÆ.

Luna 30. Januarij 1668.

ARGVMENTVM.

Prouisio gratiose facta per Pontificem motu proprio cū clausula, *Dummodo dispositio ad nos hac vice pertineat*, dicitur conditionata, ità vt necessaria sit præcisa iustificatio aut reseruationis, aut deuolutionis: iustificata autem deuolutio censetur vbi electus ab alio ius habente intra sex menses prouisionem à Sede Apostolica non obtinuerit,minusque de diligentijs apud Datariam factis cum protestatione docuerit.

SVMMARIVM.

1 *Gratia à Pontifice facta motu proprio non indiget iustificatione, sed debet executioni demandari.*
2 *Clausula,* Dummodo dispositio ad nos hac vice pertineat, *apposita in prouisione gratiosa per Papam motu proprio facta induit conditionem, ità vt necessaria sit præcisa iustificatio aut reseruationis, aut deuolutionis.*

3 De-

3 *Deuolutio beneficij probata dicitur vbi electus ab ius habente non fuerit intra sex menses à Sede Apostolica prouisus.*

4 *Deuolutio non inducitur etiamsi non fuerit intra sex menses obtenta prouisio à Sede Apostolica si doceatur de diligentijs, & protestatione per electum factis in Dataria.*

5 *Forma ad aliquem actum de necessitate requisita debet ad vnguem adimpleri.*

DECISIO CMIII.

PRepositurам Ecclesiæ Hildesimen. vacantem per obitum Amoldi san. mem. Alexander VII. motu proprio concessit Eminentissimo D. Cardinali de Tun. Archiepiscopo Salisburgen. vt ex duabus literis Apostolicis desuper expeditis, & relatis in eius *Summ. num. 1. & 2.* Sed quia Capitulum dictæ Ecclesiæ Præposituram huiusmodi anteà contulerat Reuerendissimo Episcopo Argentino vigore induIti Clementis Octaui, & ob id recusauit tradere possessionem ad formam dd. literarum Apostolicarum; Ideò ad instantiam D. Cardinalis prouisi dubitaui, an eidem sit danda immissio, & affirmatiuè resolutum fuit.

Cùm enim gratia legatur facta motu proprio, & sic nulla indigeat iustificatione *cap. si motu proprio de præbend. in 6. Card. Put. decis. 100. lib. 3.* consequens est, vt
1 debeat exequutioni demandari *cap. si quando de rescrip. cap. si capitulo de concess. praben. in 6.*

Non obstat clausula in literis adiecta *Dummodo dispositio ad nos hac vice pertineat*, quæ conditionem
2 importat, & operatur, vt sit necessaria præcisa iustificatio aut reseruationis, aut deuolutionis etiamsi gratia emanauerit motu proprio ex deductis *in Neritonen. pensionis coram Litta apud Marchesan. de commiss. p. 1. fol. 531. & coram Gregor. decis. 57. num. 2. & seq.*

Quoniam omissis alijs responsionibus dixerunt Domini bene iustificari deuolutionem præposituræ, ex quo electus à capitulo intra sex Menses à die electionis
3 non obtinuit prouisionem à Sede Apostolica, quemadmodum pro forma requirit ipsum indultum *Clementis VIII. ibi volumus autem vt præpositus pro tempore electus huiusmodi intra sex Menses à die suæ electionis computandos præpositura predicta prouisionem à Sede Apostolica impetrare omnino teneatur, alioquin dd. sex Mensibus elapsis electio prædicta nulla sit, ac eadem præpositura vacet eo ipso, possitque de ea per Sedem Apostolicam duntaxat liberè disponi Summ. capituli num 1. in fine.*

Diligentiæ autem, quæ prætenduntur factæ in Dataria præter quod non iustificantur ex attestationibus
4 extraiudicialibus datis pro parte capituli, adhuc non videntur sufficientes, nisi copulatiuè doceatur de protestatione facta coram Datario, quę ad istum effectum ex tenore pariter eiusdem indulti est necessaria ibi *nisi præpositus electus impedimento nostro & Romanus Pontifex pro tempore existentis Datario constare fecerit, aut ipsi petenti prouisionem huiusmodi, & coram dicto Datario protestanti, quod per eum non stet si contigerit illam sibi denegari, vt explicat Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 17. num. 209. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 15. num. 110. & punctualiter respondit Rota in Vilixhonen. beneficij 19. Decembris 1622. coram Vbaldo relata in Summ. responsionis D. Card. num. 3. ibi sed fieri debuit fieri protestatio per ipsum petentem nouam prouisionem coram Datario cum Notario, & Testibus.*

Ideoque cum verba indulti sint clara parum refert quod protestatio fuisset superflua, dum Dataria prætendebat reuocationem eiusdem indulti ex regula cancellariæ 15. quia ad effugiendam deuolutionem debebat prius forma in indulto præscripta seruari etiamsi
5 alias protestatio ad alium effectum non fuisset necessaria, & est regulare, quod vbi aliquid requiritur pro forma, id debet ad vnguem ante omnia adimpleri, *Alciat. in l. 1. num. 7. ff. de verb. oblig. Soccin. Sen. cons. 24. num. 21. lib. 1. Rota decis. 300. num. 30. p. 10. recent.*

Et ità vtraque &c.

FVLGINATEN. AFFICTVS.

Lunæ 20. Februarij 1668.

Portio pensionis est remittenda conductori ad ratam, & pro ea parte bonorum, quæ est infructifera. Non vero solutio pensionis est impedienda per exceptionem non adimplementi promissionis non bene resultantis ex pacto ad fauorem ipsius locatoris apposito.

SVMMARIVM.

1 *Conductor seu affictuarius non tenetur ad pensionem affictus pro rata bonorum, ex quibus fructus percipere non potuerunt.*

Pensio affictus non debetur à conductore pro rata bonorum non fructiferorum num. 1.

Affictus debentur propter fructus rei locatæ tantummodo num. 1.

2 *Obligatione adimplendi deficiente cessat quoque exceptio non adimplendi.*

Exceptio non adimplementi supponit de necesse præcedentem obligationem adimplendi num. 2.

3 *Conductoris promissio restituendi terras bene cultas & satas non importat obligationem Locatoris illas pariter tradendi bene cultas & satas alteri conductori.*

4 *Pactum in alterius fauorem inductum non debet in eiusdem odium retorqueri.*

5 *Exceptio non adimplementi non admittitur in capitulis separatis, etiam si agatur ex eodem contractu.*

6 *Exceptiones illiquidæ non retardant solutionem vigore obligationis cameralis.*

Obligationis cameralis effectus non retardatur per exceptiones illiquidas num. 6.

DECISIO CMIV.

COnductores bonorum Abbatiæ S. Crucis de Saxouiuo ad effugiendam solutionem pensionis primi anni excipiebant de non implemento ex parte Eminentiss. D. Card. Antonij Locatoris, sub prætextu, quod primo anno non tradiderit Terras bene cultas, & satas, sed non attenta huiusmodi exceptione dictum fuit 31. Ianuarij 1667. coram me mandatum esse relaxandum. Cum autem hodie conductores vltra dictam exceptionem allegauerint quoque sterilitatem certæ partis bonorum, quæ ob aquarum inundationem coli non potuerunt, ideo censuerunt Domini respectu huius partis competere remissionem affictus, & esse reformandam decisionem.

Constat enim ex visitatione Nardini Agentis D. Card. Testiumque depositione datis *in Summ. conductorum num. 6. & 8.* quod nonnulla Terrena existentia in loco appellato *il piano d'arca*, ex quibus Affictuarij potuissent percipere annuatim rubra frumenti 40. circiter remansisse inculta, & infructifera propter inundationem aquarum prouenientem ex repletione fo-
1 ueorum, vnde cum non potuerint conductores vti, & frui bonis locatis ad vsum destinatum pro hac rata non debent adstringi ad solutionem affictus, qui debentur ob fructus rei locatæ, *l. ex conducto in princ. & l. si fundus ff. locat. & conduct. Surd. cons. 563. num. 14. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 3. sub num. 18. vers. cuius ratio esse potest Gratian. discept. for. cap. 534. num. 29. & pluribus seqq. Card. Mantic. decis. 146. num. 2. & 3. Buratt decis. 210. num. 1.*

In reliquis autem placuerunt fundamenta decisionis, cum verè D. Cardinalis locator nullibi promiserit
2 rit tradere in primo anno terras benè cultas, & satas ideo-

ideoque deficiente obligatione, cessat quoque exceptio non implementi, quæ de necessitate præcedentem promissionem supponit *Rota decis.389.num.2. p.2. recent. cum allegatis in decisione §.etenim.*

Quæ quidem promissio desumi non valet ex verbis duodecimi capituli, ibi: *che detti Conduttori nell'vltimo anno dell'Affitto non possano restonigliare li terreni di d. Abbatia anzi siono teanti restituirli bene arati coltiuati, e seminati nel modo, che sono obligati rilasciarli detti Signori Orsini*; cum enim huiusmodi verba importent
3 claram, & expressam obligationem conductorum fauore D. Cardinalis relinquendi in vltimo anno terras benè cultas, & satas, nimis extranea videtur interpretatio, quod exinde debeat resultare contraria promissio D. Cardinalis, cum aliàs contra omnes regulas pa-
4 ctum ad illius fauorem inductum, in odium ipsius retorqueretur, vt in his terminis ponderauit *Rota in Æsina Census 27. Febr. 1665. §. præter quod coram me.*

Cùm itaque conductores vigore duodecimi capituli non habeant aliquam actionem erga D. Locatorem, & ipsi viceuersa in primo capitulo purè, & simpliciter sint obligati ad solutionem affictus, vtique non possunt solutionem euitare sub hoc prætextu non implementi, quià vera est conclusio in decisione fir-
5 mata §.*caterum*, quod talis exceptio non admittitur in capitulis separatis etiam si agatur de eodem contractu, vt firmauit *Rot. coram Card. Mantit. decis.238. num.2. & tradunt alij ibid. allegati.*

Absurdum autem hodie repetitum, quod si in primo anno conductores non haberent terras cultas, & satas soluerent pensiones pro nouem annis, & fructus non haberent nisi pro octo, vltra alias responsiones visum fuit remoueri ex facto, cum in principio affictus de mense Maij 1648. conductores affictauerint terras Castri Anisi per annos quatuor inceptos de mense Aprilis pro annua responsione rubrorum 30. frumenti *præterito Summ. D. Cardinalis num.7.* & quoque terras *del Piano d'Arca* eodem primo anno seminauerint deponunt testes dati *in Summ. responsionis præterita positionis num. 1.* Ex quibus saltem exceptio remanet tur-
6 bida, & illiquida; ideoque non apta retardare solutionem petitam vigore obligationis cameralis, vt plenè *in decis.191.num.3. post Duard. de censib.*

Quouerò ad epistolam Auditoris D. Cardinalis placuit Dominis responsio data *in decisione §. denique.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 20. Febr. 1668.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis, quo cauetur *lib.2. cap.144.* quod pater prolem habens legitimam filios, nepotes, ac etiam fratres non possit relinquere filijs legitimatis vltra medietatem suorum bonorum: tanquam correctorium iuris communis, & se restringens ad Ciues Romanos, non comprehendit incolas, nec habet locum in donationibus inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non datur contra possidentem vigore donationis & testamenti.*

Remedium interdicti quorum bonorum *non competit contra titulo possidentes num.1.*

2 *Titulus validus requiritur ad impediendam immissionem hæredi ita vt nullus, & putatiuus non sufficiat.*

3 *Tituli nullitas, & inualiditas si non sit adeo clara, vt incontinenti appareat, illa remittitur ad petitorium, & interim facit cessare remedia possessaria.*

Remedia possessoria cessant, quoties dubitatur de validitate tituli num.3.

4 *Donatio si non est euidenter nulla semper retardat immissionem hæredi.*

5 *Testamentum si non habet vitium euidens impedit hæredi ab intestato immissionem.*

Immissio semper impeditur à titulum habente nisi ei isdem inualiditas, & nullitas euidenter appareat n. 5. supra n.3. & 4.

6 Statutum Vrbis lib.2.c.144. *disponit vt pater ciuis Romanus habens filios legitimos, & naturales aut nepotes, aut fratres non possit relinquere filijs legitimatis vltra bonorum suorum medietatem, & quomodo huiusmodi dispositio sit intelligenda num.seqq.*

7 *Statutum in specie loquens de ciue illius loci, non comprehendit alienigenas, & num seq. vbi amplia etiam de incolis.*

8 *Incolatum acquirit, qui per plures annos habitauit in loco.*

Incola qui per plures annos habitauit in loco eiusdem ciuis efficitur saltem impropriè num. 8.

9 *Statutum loquens de ciuibus, in fauorabilibus comprehendit etiam incolas, secus autem in odiosis, & correctorijs iuris communis.*

Interpretatio lata fieri debet in materia fauorabili, secus vero in odiosa num.9.

10 *Filij legitimati ex dispositione iuris communis habentur ac si ex legitimo matrimonio essent nati.*

11 *Pater ad fauorem filiorum legitimatorum potest de iure communi quamcunque dispositionem facere.*

12 *Statutum Vrbis prohibens patri totam hæreditatem relinquere legitimatis tamquam odiosum strictè interpretatur.*

Statutum loquens de ciuibus in materia odiosa non trahitur ad incolas num.12.

13 *Statutum Vrbis vbi voluit comprehendere ciues non solum, sed etiam incolas id expresse declarauit, & propterea vbi non expressè declarauit nullatenus comprehendere dicitur.*

Statutum vbi expresse non declarat id, quod alibi expressè declarauit, exclusisse dicitur num.13.

14 *Oratio discretiua vnum ab altero separat, & excludit.*

15 *Statutum si prohibet relinquere intelligitur per viam vltimæ voluntatis non autem ex contractu.*

Verbum relinquere procedit in vltimis voluntatibus propriè non autem in contractibus num.15.

16 *Donatio inter viuos non comprehenditur sub statuto prohibente aliquem non posse relinquere supra num.15.*

17 *Statutum prohibens contrahere non censetur prohibere dispositionem per viam vltimæ voluntatis.*

18 *Donatio in testamento confirmata si confirmatione non egebat perinde est ac si confirmata non fuisset.*

Cautela ex abundanti adhibita non nocet & habetur pro non adhibita num.18.

19 *Statutum prohibens dispositionem ad fauorem illegitimorum non comprehendit testamentum factum ad fauorē nepotis legitimi & naturalis ex filio legitimato.*

Filius legitimus & naturalis filij legitimati non comprehenditur à statuto excludente legitimatos num.19.

20 *Statutum non trahitur ad casus neque ad personas literaliter ibidem non expressas.*

21 *Casus à statuto ommissus remanet sub dispositione iuris communis.*

22 *Nepos legitimus & naturalis etiam si ex filio spurio iuxta veriorem sententiam potest institui ab auo in casu deficientiæ prolis legitimæ & naturalis eius, dummodo institutio non sit contemplatione filij spurij.*

23 *Auus in dubio præsumitur contemplasse nepotes legitimos & naturales ex spurio filio illos instituendo potius quam filium ad hoc vt institutio valeat.*

24 *Nepotes iam nati si ab auo instituti sunt ipsi contemplati censentur non autem eorum pater.*

25 *Immissio contra titulo possidentem denegatur si exceptio-*

res contra eundem titulum deductæ vel non subsistunt
vel remanent turbidæ & super num.1.
26 *Renunciatio ne dum repellit renunciantes sed etiam eo-*
rum hæredes.
27 Statutum Vrbis lib.1.cap.144: *loquens ad fauorem fra-*
trum & nepotum non suffragatur pronepoti;
Statutum in odiosis non extenditur de fratribus & nepo-
tibus ad pronepotes num.27.

DECISIO CMV.

RESolutum fuit non esse dandam Immissionem, quam Cæsar & Helena petebat in possessionem medietatis integræ hæreditatis Claudij, quia cum Carolus Ioseph, eiusque filij possideant vigore Donationis & Testamenti facti ab eodem Claudio, non est locus remedio *Interdicti quorum bonorum*, quod non datur contra titulo possidentes *Bart. in l.1. num.3. vers. quæ iudicia ff. quorum bonorum Menoch. de adipisc. remed.1. num.6. & seq. Rota decis.263. num.1. p.8. & decis.93. n.1. p.10. recent.*

Et licet ad istum effectum requiratur titulus vali-
2 dus itaut nullus, seu putatiuus non sufficiat, vt admisit *Rota coram Card. Seraph. decis.256. in princ.* quia
3 tamen in præsenti casu nullitates oppositæ tam contra donationem factam à Claudio fauore Caroli Iosephi eius filij legitimati, eiusque filiorum, & descendentium ordine primogenituræ, quam etiam contra Testamentum, in quo fuerunt hæredes vniuersales instituti filij masculi dicti Caroli Iosephi nati, & nascituri non sunt adeo claræ, itaut incontinenti appareat de inualiditate tituli, vt inferius dicetur, id totum remittendum est ad petitorium, & interim cessant re-
4 media possessoria vt de donatione firmauit *Rota decis.671. num.1. p.1. recent.* & in terminis Testamenti
5 nullum haben. vitium visibile, prout hic, *Merlin. decis.41. num.13. cum alleg. in decis.271. num.4. & 5. & num.20. cum duob. seqq. p.11.*

Huiusmodi nullitas dici non potest incontinenti
6 probata ex *Statuto Vrbis cap.144. lib.1.* disponente, quod Ciuis Romanus habens filiam legitimam, & naturalem, seu fratrem germanum, siue nepotes non possit in Testamento, vel quamuis vltima voluntate relinquere filijs legitimatis, nisi medietatem suorum
7 bonorum, quia cum statutum loquatur in specie de Ciue Romano, non comprehendit Claudium, qui in vtroque actu donationis, & Testamenti se enunciauit ciuem Mediolanen. vt in his terminis firmauit *Rota in Romana hæreditatis de Virili 24. Maij 1641. coram bo. me. Bichio impress. in recent. decis.33. num.24. p.9. recent.*

Replicatio vero quod ex habitatione eiusdem Clau-
8 dij per plures annos in Vrbe contraxerit incolatum, quodque comprehendatur saltem improprie sub nomine ciuis romani per *Text. in l. in Vrbe Roma 17. ff.*
9 *de stat. homin.* posset admitti quotiescumque ageretur de materia fauorabili, & priuilegiata, quo casu lata fieri deberet interpretatio, at in proposito dum statutum restringit liberam facultatem disponendi ad fauorem filiorum legitimatorum est correctorium iuris
10 communis, ex cuius dispositione filij per legitimationem habentur ac si de matrimonio nati essent *§. si igitur licentia Auth. quib. mod. nat. effic.* & potest Pater ad
11 illorum fauorem quamcunque dispositionem facere *Salycet. in l. si vnquam num.2. in fine vers. & successiones C. de reuoc. donat. Ias. cons.154. num.18. in fin. vers. vnde*
12 *nunc idem Iacobus lib.2.* & ideo recipere debet strictam interpretationem vti odiosum, & loquens de ciuibus romanis intelligitur de proprijs, & originarijs, non autem trahi debet ad incolas, & alios, qui in Vrbe commorantur, vt explicat *Fenzon. ad Statut. cap.143. num.17. ibi quæ conclusio procedit in fauorabilibus Socin. sen. cons.129. num.4. in fin. vers. aut sumus in materia stricta lib.1. Menoch. cons.1060. num.3. Boer. decis.13. num.24. late Carleual. de iudic. qui plures cumulat tom.1. lib.1. disput.2. quæst.2. num.82. vers. ita fit, vt in materia*

Idque facilius quia statuentes vbi in alijs partibus
13 eiusdem statuti voluerunt comprehendere ciues, & incolas expresse declararunt, *vt lib.1. cap.41.* ibi *ipsi quoque Romani ciues, & incolæ cap.42.* ibi *inter ciues & incolas, & cap.152.* ibi *filij familias Romani ciues, & incolæ*. Si enim voluissent in hoc casu *cap.144.* incolas comprehendere, sane expressissent quemadmodum fecerunt in alijs Capitulis, vt arguit *Rota in Romana hæreditatis de Sellis post Fenzon. vbi supra de-*
14 *cis.115. §. non obstat il 1.* nam disiunctiua oratio vnum ab altero separat, & excludit *Surd. cons.426. num.1. cũ alijs in Tiburtina Castri S. Angeli 26. Ianuarij 1654. coram Reuerendiss. Papien. §. neque ex eo.*

Considerando etiam, quod statutum prohibens duntaxat relictum per viam vltimæ voluntatis ibi *non liceat in Testamento, vel quauis vltima voluntate*, &
15 colligitur ex alijs subsequentibus ibi *non possit idem legitimatis nisi medietatem suorum bonorum relinquere* prout ex dicto verbo *relinquere* dictum fuit *in Romana Donationis 3. Iunij 1658. §. Præter coram me* non com-
16 prehendit contractum inter viuos donationis controuersæ fauore Caroli Iosephi filij legitimati, *Bald. cons.298. num.2. vers. Porro nemo lib.2. Cephal. cons.414. num.17. & 18. Tiraquell. de leg. connub. gloss.5. num.77.*
17 sicut è conuerso, quod statutum prohibens contrahere non censeatur prohibere dispositionem per viam vltimæ voluntatis *Ias. in l.2. num.17. ff. de legat.1. Alex. cons.120. num.2. lib.1. Cyriac. contr.205. num.154. & plures cumulat. Pie. ad statut. Vrb. lib.1. cap.151. gloss.7. num.44. cum seqq.*

Non obstante, quod postea Claudius in Testamen-
18 to dictam donationem confirmauerit; cum enim confirmatio legatur facta ad cautelam ibi *quando faccia di bisogno*, eo ipso, quod donatio ab initio esset valida & confirmatione non indigeret, dicta cautela non nocet, & habetur ac si in Testamento adiecta non fuisset ex deductis in *decis.519. num.3. vers. minus facit p.1. diuers.*

Quouero ad Testamentum pariter non videtur intrare statutum, quia cum prohibeat dispositionem
19 ad fauorem illegitimorum non capit Testamentum factum à Claudio, in quo fuerunt instituti hæredes filij legitimi, & naturales Caroli Iosephi filij legiti-
20 mati, certum est enim, quod statuti dispositio trahi non debet ad casus, neque ad personas literaliter ibidem non expressas iuxta monitum *Bart. in l. qui liberis §. hæc verba num.7. ff. de vulg. & pupill. Alex. cons.59. in fin. vol.3. Rot. decis.68. num.19. p.6. decis.60. n.17. decis.175. num.28. p.7. & decis.465. num.16. p.9. rec.* & per consequens iste casus tanquam ab eodem statuto
21 omissus remanet sub iuris communis dispositione *l. commodissimi ff. de liber. & posthum. Rot. decis.181. n.5. p.5. & decis.43. num.3. p.7. recent.*

De iure autem deficiente prole legitima potest auus
22 iuxta veriorem sententiam nepotes legitimos, & naturales ex filio etiam spurio instituere dummodo non contemplatione filij illos instituat ex *doct. eiusd. Bart. in l. Gallus §. si quid si is, vers. tertius casus ff. de lib. & posthum.* communiter approbata, vt per *Corn. cons.252. num.2. vers. his tamen non obstan. Cephal. cons.109. in fin. Couar. de sponsal. p.2. cap.8. §.5. num.13. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 18. num.35. p.1. Gail. obseru.115. num.5. vsq; ad 8. lib.2. cum alleg. per Modern. Lucid. de illegit. cleric. cap.10. num.17. 30. & 31. Capic. Lat. decis.14. num.28.*

Et in dubio in hærendo actus validitati præsumitur

Auum

23 Auum contemplasse personas nepotum non autem
filij, vt explicat *Couarr. vbi supra dicto num. 13. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 3. tit. 18. n. 49, Menoch. de præsumpt.*
24 *lib. 3. præsumpt. 17. num. 9.* maximè, quia Claudius in-
stituisset etiam nepotes iam natos, quo casu facilius cen-
setur eorum contemplatione facta dispositio, vt dixit
Rota coram Gregorio decis. 443. num. 3.

Cum itaque ex prædictis appareat nullitates oppo-
25 sitas contra titulo possidentes, vel non subsistere, vel
saltem esse valdè turbidas hoc sufficit pro exclusione
actorum à petita immissione; Et vlterius visa fuit ob-
stare amplissima renunciatio data in *Summario Caroli
Iosephi, num. 3.* vbi Iacobus Antonius Cæsar, & Carolus
germani fratres de Sala ingenuè fatendo, quod omnia
bona hic Romæ existentia liberè spectabant ad Clau-
dium eorum patruum, vtpotè propria industria, & la-
bore acquisita, consenserunt, quod ipse Claudius de
omnibus dd. bonis integrè, & absque diminutione pos-
set ad libitum, & mediante testamento, aut alio quouis
modo disponere ad fauorem Caroli Iosephi filij, seù
cuiuscunque alterius personæ, & in specie renuncia-
runt omnibus eorum prætensionibus præteritis, præ-
sentibus, & futuris, ibi: *Tutte, e singole ragioni, & at-
tioni, &c. tanto per il passato, come di presente ci compe-
tessero, e ci potessero competere per l'auenire d. Summ. n. 3.*
26 quæ sanè renunciatio nedum repellit Cæsarem, & alios
fratres renunciantes, verùm etiam Helenam tanquam
filiam, & hæredem Caroli *vulg. l. cum à matre, C. de
rei vindic.* & in terminis renunciationis dictum fuit
*in Romana prætensa restitutionis dotis 15. Ianuar. 1646.
coram Peutingerto, §. Quia dicta Martia in fine.*

Et quatenus etiam eadem Helena agere prætenderet
non iure hæreditario Patris, sed ex propria persona,
27 adhuc posset, dubitari an eidem tanquam fæminæ, &
pronepti suffragetur dictum Statutum, vt sì pro odio-
sum, & correctorium, cùm loquatur de fratribus, & ne-
potibus, vt in fortioribus terminis est *text. in leg. fra-
tres 27. C. de in offic. testam. Ias. ibidem, num. 5. vers. Se-
cundo limita Paul. de Castr. cons. 385 in fin. vers. Excepto
fratre lib. 2.*

Et ita vtraque, &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Ven. 24. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Ad titulum Marchionatus alicui concessum à Summo
Pontifice, eiusque primogenitis masculis, veniant ne
soli masculi ex masculis, an etiam masculi ex fæminis
hac decisione declaratur prout etiam an sub concessio-
ne prædicta, & vocatione primogenitorum censeatur
quoque perpetua primogenitura ab eodem Pontifice
instituta.

SVMMARIVM.

1 *Linea masculina appellatione veniunt tantummodo ma-
sculi ex masculis, non masculi ex fæminis.*
2 *Primogenitura accessoria ad titulum, puta Marchiona-
tus, titulo deficiente, corruit, & extinguitur.*
Accessorium deficit deficiente principali, num. 2.
3 *Verbum* in perpetuum, *adiectum vocationi primogeni-
torum, cum possit verificari in linea masculina, vltra
illam non debet extendi.*
4 *Dictionis* ita tamen, *natura est limitare, ac restringere
dispositionem cui adiungitur.*
5 *Masculus ex masculis si in antecedentibus verbis con-
cessionis, aut institutionis fuerit vocatus, ita etiam &
in sequentibus.*
*Vocatio facta fauore masculorum ex masculis in præce-
dentibus verbis institutionis, non trahitur deinde in
subsequentibus ad masculos ex fæminis.*
6 *Verbum alijs est implicatiuum similium, & denotat
eandem qualitatem antecedenter expressam, seu requi-
sitam.*
7 *Bona ab aliquo per Pontificem abdicata, & alteri pleno
iure concessa ad illum liberè peruenisse dicuntur, si ea
ante abdicationem libera, & franca erant.*
8 *Marchionatus in gratiam alicuius à Pontifice erectus,
non censetur fuisse grauatus onere perpetuæ primoge-
nituræ ab ipso titulo marchionatus distinctæ.*
*Concessio gratuita fauore alicuius à Pontifice facta nul-
lo onere grauata censenda est num. 8.*
9 *Fauorabilia in alicuius augumentum indulta, diminu-
tionem importare non debent.*

DECISIO CMVI.

Decisum fuit 19. Maij 1665. coram me, Leonidum
Mariam de Spadis descendentem ex filia Leonidi
non posse vigore donationis factæ vsque de anno 1599
à Marchione Iacobo de Malatestis in concursu nepo-
rum ex Leonida, & Laura filiabus ipsius donantis suc-
cedere in Castris, de quibus agitur; Cumque hodie
prætenderet idem Leonidus Maria successionem ad se
spectare non amplius vigore dictæ donationis Iacobi,
sed quidem vigore motus proprij san. mem. Pij V. vbi
Pontifex post vnionem Castrorum concessit titulum
Marchionatus eidem Iacobo pro se, & eius primoge-
nito masculo legitimo, & naturali, & alijs primogeni-
tis in perpetuum; Ideò reproposui causam super re-
solutis, & Domini hoc non obstante, præcedentem de-
cisionem confirmarunt.

Siquidem tota vis prætensionis Leonidi Mariæ con-
sistebat in eo, quod Pontifex vocando omnes primo-
genitos masculos descendentes ex Iacobo voluerit cō-
prehendere etiam descendentes per fæminam, dummo-
do haberent dictas qualitates masculinitatis, & primo-
genituræ, sed ex lectura concessionis facilè colligitur
Pontificem intellexisse de solis primogenitis masculis
ex masculis, dum restringendo verba immediatè præ-
cedentia indefinitè prolata fauore omnium primoge-
nitorum in perpetuum se declarauit, ibi: *Ita tamen
quod deficiente linea masculina ipsius Iacobi, titulus eius-
dem Marchionatus suppressus, & extinctus sit, & esse
1 censeatur;* Appellatione enim lineæ masculinæ venire
solum masculos descendentes ex masculis tradit, *Ca-
strens. cons. 91 num. 4 circa med. lib. 2. Ruin. cons. 18. sub
n. 7. vol. 3. Rota decis. 33. num. 1. & seqq. part 7. recent.*

Non obstat, quod huiusmodi verba fuerint apposita
ad limitandam durationem tituli Marchionatus; non
autem ad qualificandam primogenituram iam antea
erectam fauore omnium primogenitorum masculo-
rum in perpetuum. Quia nullibi constat Pontificem
voluisse erigere particularem primogenituram distin-
ctam, & separatam à Marchionatu; Quinimò ex tota
serie motus proprij apparet non aliter fuisse factam
mentionem de primogenitis, quàm accessoriè, & depē-
2 denter ad consequutionem tituli eiusdem Marchiona-
tus; Vnde cum per deficientiam lineæ masculinæ absq;
controuersia titulus fuerit extinctus de necessitate se-
quitur, quod euanuerint quoque disposita fauore pri-
mogenitorum accessoriè ad illum obtinendum voca-
torum, vt bene aduertit *Rota in decisione huius causæ
14. Febr. 1642. coram bon. me. Dunozetto, §. Quarto ex
vocatione, & seq.*

Neque distinctio Primogenituræ desumi potest ex
quo primogeniti vocentur in perpetuum, titulus vero
Marchionatus fuerit limitatus ad solam lineam mas-
3 culinam Iacobi, quoniam illud verbum *in perpetuum*
adiectum vocationi primogenitorum cum possit veri-
ficari in duratione ipsius lineæ masculinæ vltra illam
non debet extendi, vt colligitur ex verbis, quæ im-
mediatè sequuntur post vocationem primogenitorum

ibi

ibi *Et sic de primogenito in primogenitum in perpetuum donec primogeniti fuerint, ita tamen quod deficiente linea masculina &c.* Pontifex enim ne dubitari contingeret an per dictum verbum *in perpetuum* deberent admitti alij primogeniti non comprehensi sub concessione Marchionatus statim se declarauit restringendo vo-
4 cationem ad lineam masculinam Iacobi mediante dictione *ita tamen*, cuius natura semper est limitare, ac restringere dispositionē, cui adiungitur per *Text. in l. vbi adhuc vers. ita tamen C. de iur. dot. l. ita tamen ff. de trebell. Menoch. cons. 130. num. 19. Rota coram Card. Seraph. decis. 447. num. 3. & in Romana fructuum census 30 Maij 1653. §. Quid preter in fin. coram me.*

Sicut etiam non releuat, quod Pontifex concesserit facultatem disponendi de comstatu, & castris in defectum primogenitorum ex quo infertur, quod dum consideraiut extinctionem tituli marchionatus, & adhuc mentionem fecit de primogenitis, censeatur voluisse protrahere primogenituram vltra ipsam durationem tituli, & lineæ masculinæ,

Etenim præsuppositum non subsistit, quia in huiusmodi concessione nullo modo videtur considerata extinctio tituli, dum eadem licentia, seu facultas dispo-
5 nendi data fuit etiam ipsimet Iacobo, qui erat primus marchio: quapropter hic valide potuit inhærendo dictæ facultati disponere prout fecit mediante eius donatione, non obstante, quod sibi fuerit attributa in defectum primogenitorum; nam intelligitur de primogenitis ex ipius linea masculina, vt supra probatum est, & coniunctim alia apposita in fine dicti motus proprij num. 39. ibi: *Pro Iacobo, & suo, & alijs primogenitis tantum*, sicut enim primogenitus Iacobi debuisset esse masculus ex masculo propter illud pronomen *suo* ita pariter censeri debet de sequentibus at-
6 tento præsertim verbo *alijs*, quod tanquam implicatiuum similium denotat eandem qualitatem masculinitatis requisitam in primogenito anteà vocato, ex pluribus allegatis per *Fusar. de subst. quæst. 311. num. 12. & 27. & quæst. 366. num. 22. & seqq.* quem refert, & sequitur *Rota in Bononien. fideicomm. de Barberijs 19. Februarij 1652. coram bon. mem. Bichio impress. in recent. decis. 218. num. 14. p. 11.*

Idque facilius admiserunt Domini non solum quia
7 castra de quibus agitur ante erectionem marchionatus libera, & franca spectabant ad Leonidam filiam Iacobi vti hæredem Cleopatræ matris, à qua cum fuerint abdicata, & pleno iure concessa Iacobo censeutur pariter libera ad ipsum peruenisse, vt plene ponderat *decisio bon: mem: Dunozetti*, & aduertit *decisio coram me § fin.* Verum etiam quia ex tenore concessionis liquet Pium Quintum fuisse inductum ad erectionem tituli marchionatus pro Iacobo, eiusque linea masculina ad solū effectum, vt nouis gratijs, & honoribus ipsummet Iacobum cumularet, ob animi virtutes nobilitatem ge-
8 neris, cæterasque egregias ipsius qualitates. Vnde cum Pontifex professus fuerit pro decore tanti virī marchionatum erigere sine præiudicio cuiuscunque prioris iuris, sed iura iuribus cumulando, nullo modo dicendum est voluisse ipsum grauare onere perpetuæ primogenituræ distinctæ à titulo marchionatus, ne inducta in augumentum, valeant contrarium effe-
9 ctum, nempè diminutionem importare, quibus omnibus satisfacit eadem *decisio 14. Febr. 1642. §. Alterum cum seq.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA RESIDVI DOTIS.

Luna 27. Febr. 1668.

ARGVMENTVM.

Licet obligatio minoris facta pro constituenda dote Sorori non subiaceat Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 151.* Hoc tamen debet intelligi respectu illius dotis ad quam minor cogi poterat; secus autē respectu dotis, ad quam non tenebatur, attento quod soror aliunde congruè esset dotata. Quocirca sicuti minor obligari non valet, ita nec valet transactio ab eodem iam effecto maiore facta.

SVMMARIVM.

1 *Dotem congruam si mulier aliunde habeat nunquam possunt grauari bona fideicommissi.*

Bona fideicommissi grauari non possunt pro dotanda muliere, quæ aliunde sit congruè dotata n. 1.

Dispositio Auth. res quæ cod. commun. de leg. *tantummodo in subsidium procedit num. 1.*

2 *Dotis congruitas desumitur ex illius assignatione facta alijs faminis eiusdem familiæ.*

3 *In Dote constituenda solitum, & consuetudo datandi attenditur.*

4 *Dotis constitutio facta à minore in maiori summa, quam requirat illius congruitas, dicitur voluntaria, & sine causa, ideoque non sustinetur.*

Minoris contractus sustineri non potest absque causa vigore Statuti Vrbis num. 4.

5 Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. *non intrat in obligatione minoris pro constituenda dote sorori, & quando num. seq.*

Minor non subiacet Statuto Vrbis cap. 151. lib. 1. *pro constituenda dote necessaria, & congrua; secus vero pro voluntaria, & sine causa num. 5.*

Minor vigore statuti prohibentis contractus sine causa non potest constituere dotem sorori aliunde congruè dotatæ, quia talis constitutio dicitur voluntaria, & sine causa num. 5.

6 *Transactio læsiua; & facta super re omnino clara sustineri non potest.*

7 *Frater non tenetur dotare sororem diuitem vel congruè dotatam.*

8 *Mandati iustitia super quo petitur executio vigore clausulæ* si quid exequendum *iustificari debet ex vsdē actis non autem ex nouis.*

Clausula si quid exequendum *non recipit iustificationem ex iuribus nouiter productis num. 8.*

9 *Minor si effectus maior sciens nullitatem suæ obligationis illam voluit ratificare, & approbare, donare voluisse videtur.*

Læsio in donatione considerari non potest num. 9.

10 *Contractus in quo partes mutuo hinc inde recipiant, & remittant non est pura, & simplex donatio, ideoque in illo etiam læsio considerari potest.*

11 *Remedium* l. 2. cod. de resc. ind. vendit. *habet locum in omni contractu, qui licet dici possit donatio non tamen proficiscitur ex mera liberalitate contrahentis.*

Donatio pura, & simplex non dicitur illa, quæ est facta ex causa dati vel accepti, & in qua contrahentes aliquid hinc inde remittant, & recipiant. sed quæ prouenit ex mera liberalitate donationis num. 11. & 10.

12 *Transactio facta de bonis fideicommissi post motam litem quæ de facili poterat superari, præsumitur facta ad euertendum fideicommissum, ideoque non sustinetur.*

13 *Transactio facta super iure certo, & claro sustineri non potest.*

DECISIO CMVII.

Mandatum relaxatum à R. P. D. A. C. Bulgarino ad instantiam D. Mariæ pro residuo dotis contra bona hæreditaria Marchionis Gregorij Serlupij dixerunt DD. non esse exequendum; quia quatenus executio petitur contra bona fideicommissaria Ioannis Philippi Senioris, ac Hieronymi possessa per DD. de Serlupis visum fuit ad istum effectum non suffragari instrumen-

tum dotale, attenta congruitate dotis ipsius D.Mariæ in summa scutorum 25.mil. prouenientium ex legato scutorum 10.mil. Hieronymi patrui, alio legato auiæ similis summæ, nec non ex matris assignatione pro 1 reliquis scutis 5000: vbi enim mulier habet congruam dotem aliunde, nullo modo possunt grauari bona fideicommissi, quæ duntaxat tenentur in subsidium vigore *Auth. res quæ C. comm. de legat. Soccin. sen. cons. 75. num. 1. lib. 1. Menoch. cons. 852. num. 1. & in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 8. Rota decis. 737. per tot. Gregor. decis. 266. num. 10. & dictum fuit in Romana Saluiani de casalibus 21. Iunij 1641. §. immo nulla in fine coram me.*

Dotem autem scutorum 25.mil. esse congruam de- 2 sumebatur præ cæteris ex eo, quod minor quantitas assignari consueuit alijs fœminis familiæ ipsius D.Mariæ, eiusque viri, nam Benuenutæ Bisciæ illius matri fuerunt data in dotem scuta 18.mil. *Summ. DD. de Serlupis num. 4.* Claudiæ de Torres matri Marchionis Gasparis eius viri scuta 14.mil. *eodem Summ. num. 5.* & in eadem summa Sorori dicti Marchionis, & demum Ioannes Philippus pater Mariæ in suo Testamento dotem filiarum taxauit ad summam scutorum 10.mil. *d.* 3 *Summ. num. 6.* quod quidem solitum in hac materia congruitatis dotis esse attendendum pluries firmauit *Rota vt in decis. 49. n. 9. & seqq. p. 6 decis. 438. num. 26. p. 9. recent. Romana dotis de Loncellottis 14. Iunij 1655. §. 3. ex consuetudine coram Reuerendiss. Zarate, cum allegatis in alia Romana dotis 1. Iunij 1665. coram bo. me. Leone Verospio §. hinc perpensa.*

Quatenus vero petitio D.Mariæ respicit bona hæreditaria Gregorij promissoris dotis pariter visum fuit mandatum non esse exequendum, stante nullitate eius obligationis, cum enim dos sororis esset plusquam 4 congrua in dicta quantitate scutorum 25.mil. vt supra probatum est promissio per eum facta in alijs scutis 10 mil. de tempore, quo erat minor annorum viginti sustineri non potest, cum vere fuerit voluntaria, & nulla subsistente causa, quæ de necessitate in contractibus minorum exigitur ex *Statut. Vrb. cap. 151. lib. 1.* 5 cuius dispositio licet regulariter non admittatur in obligatione minoris facta pro dote, hoc tamen procedit duntaxat quando minores de necessitate dotare tenentur, alias enim cessante, prout hic, necessitate dotandi obligatio minoris etiã pro dote sub statuto cõprehenditur vt bene explicat *Rota in Pitiliana dotis coram Oradino relata per Fenzon. post. adnot ad d. cap. 151. decis. 12. num. 6. & 7. fol. mihi 368. post Pic. decis. 60. num. 28. cum alijs allegatis in Rauennaten dotis 11. Aprilis 1644. coram bo. me. Card. Corrado impress. in recent. 262. num. 5. & seqq. p. 9.*

Non obstat, quod postea effectus maior dictam promissionem ratificauerit mediante transactione inita de Anno 1654. quia huiusmodi transactio attendi 6 non debet, siue tanquam læsiua, siue tanquam facta super re omnino clara contra dispositionem *Text. in l. 1 ff. de transact.*

Læsio non solum vltra dimidiam, sed quidem in totum excusari non potest, quia Gregorius se obligauit soluere scuta 9500. pro dote D.Mariæ, ad quam minime tenebatur, neque nomine hæreditario patris, nec etiam nomine proprio. De patris enim hæreditate nihil prorsus consequutus fuit, & de proprio cogi non poterat, quia Frater non tenetur dotare Soro- 7 rem diuitem, vel congrue dotatam, vt tradit *Bald. in l. fin. C. de dot promiss. num. 9. Natt. cons. 421. num. 4. lib. 2. Gratian. discept. for. cap. 65. num. 2. Rota decis. 329. num. 37. p. 6.* & plures congerit *Add. ad decis. 460. n. 6. p. 4. tom. 2. recent.*

Nec vrget replicatio, quod Gregorius receperit donationem à Benuenuta eius matre cum onere soluendi residuum dotis sororis. Nam præter quod cum huiusmodi donatio non fuerit in actis producta, non est habenda in consideratione ad effectum, de 8 quo agitur, nam iustitia mandati, cuius petitur exequutio vigore clausulæ *si quid exequendum* debet ex eisdem actis, non autem ex nouis iuribus iustificari *Abb. in cap. inter cæteras num. 8. de re iudic.* quem refert & sequitur *Rot. decis. 64. num. 1. post. Pacific. de Saluian.* adhuc respondetur, quod donatio continet pactum reuersiuum fauore eiusdem Mariæ, quod fuit purificatum per obitum Gregorij sine filijs, vt in calce responsionis facti DD. de Serlupis *num. 1.*

Sicut etiam non obstat quod dum Gregorius effectus maior optime sciens nullitatem eius primæ obli- 9 gationis voluit nihilominus illam approbare, & ratificare, mediante Transactione, hoc videatur importare gratuitam renunciationem, seu donationem in qua nulla potest considerari læsio iuxta firmata in *Romana transactionis 11. Februarij 1664. §. penult. coram eodem bo. me. Verospio.*

Etenim obiectum remouetur ex verbis ipsius instrumenti, ibi: *in executionem huius transactionis D. Marchionissa Maria relaxauit, remisit, & condonauit D. Marchioni Gregorio præsenti, acceptanti, &c. scuta 1500. e contra autem D. Marchio Gregorius in exequutionem premissorum, & ex causis superius dictis promisit, se obligauit* &c. ex quibus patet, quod non versamur in 10 contractu puræ, & simplicis donationis, sed quidem in transactione correspectiua, & ob causam cum Partes recedendo à lite mutuo hinc inde recipiant, & re- 11 mittant, hoc enim casu quia actus non procedit ex mera liberalitate contrahentis, sed factus dignoscitur ex causa dati, vel accepti etiam si possit dici donatio intrat *remed. l. 2. C de rescind. vendit.* vt magistraliter docet *Bart. cons 90. num. 2. communiter approbatus vt per Curt. iun. cons. 141. num. 14. Surd. cons. 46. sub num. 7. vers. tertio læsio Gratian. discept. forens. cap. 952. n. 25. Amat. decis. Mareh. 46. num. 29. Rota decis. 102. num. 7. p. 2. diuers. Pen. decis. 491. num. 7. decis. 130. num. 7. p. 4. tom. 2 recent. coram. Duran. decis. 121. num. 20. repetit. in recent. decis. 125. num. 6. p. 5.*

Præterea transactio non fuit facta super re dubia vt requiritur, quia licet per paucos dies ante illius cele- 12 brationem fuerit mota lis tam coram A.C. quam in curia capitolina super dotis solutione, & respectiue super nullitate obligationis Gregorij, quia tamen de facili probari poterat insubsistentia causæ eiusdem obligationis minoris, recessus à dicta lite præsumitur affectate mendicatus ad effectum euertendi fideicommissum in præiudicium successiue vocatorum, attenta præsertim assignatione Casalis fideicommissarij facta per eundem Marchionem Gregorium per duos dies immediate post transactionem, non obstante, quod haberet tempus quatuor mensium, vbi explicite fatetur se non habere alia bona præter fideicommissaria. Quapropter cum nulla possit considerari dubietas, 13 respectu nullitatis dictæ primæ obligationis transactio vt pote facta super iure certo, & claro sustineri non debet vt pluribus allegatis dictum fuit in *Bonon. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1646. coram me.*

Et ita vtraque &c.

FVLGINATEN. DOMVS.

Lunæ 5. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quam Ecclesiam non potest pro se retinere, sed vigore transactionis tenetur renouare, concedenda venit proximiori decedentis. Ius accrescendi li-

di licet regulariter non habeat locum in emphyteusi hoc tamen fallit vbi inuestitura à principio fuit concessa pluribus personis insolidum. Inuestitura suscepta à marito & vxore ex pecunijs proprijs solius mariti dicitur simulata ad effectum paliandi donationem prohibitam inter virum, & vxorem, nisi tamen vir in ea voluntate permanserit vsque ad mortem. Inuestitura renouata in præiudicium comprehensorum in prima concessione adhuc viuentium est nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusis quam Ecclesiam vigore transactionis non potest pro se retinere renouanda est semper in personis proximioribus, & hoc etiam procedit ex æquitate.*

2 *Ius accrescendi regulariter non habet locum in Emphyteusi.*

3 *Ius accrescendi etiam in Emphyteusi habet locum, vbi inuestitura à principio fuit concessa pluribus personis insolidum.*

4 *Maritus ex proprys pecunijs inuestituram suscipiens pro se, & vxore censetur nomen vxoris simulate apposuisse ad palliandam donationem prohibitam inter virum, & vxorem.*

5 *Inuestitura capta à marito ex proprys pecunijs pro se, & vxore non corruit tamquam Simulata respectu vxoris si vir in eadem voluntate permanserit vsque ad mortem, cum etiam donatio a marito vxori facta morte viri consolidetur.*

6 *Inuestitura suscepta pro absente si sit mere lucratiua non eget ad sui validitatem explicita acceptatione, sed ex sola scientia eius, pro quo fuit suscepta censetur acceptata.*

7 *Inuestitura non potest renouari per Prælatum viuente adhuc aliquo ex inuestitis, cum hoc tendat ad supplantandum successores in ecclesia.*

8 *Dominus directus durante adhuc tempore prioris concessionis, non potest per renouationem inuestituræ præiudicare personis in ea comprehensis.*

D E C I S I O CMVIII.

EPiscopus Fulginaten. de Anno 1652. approbando
emptionem domus emphyteuticæ suæ Ecclesiæ fa-
ctam à Domitio de Ludouicis nouam fecit inuestitu-
ram ad fauorem emptoris; & Pompiliæ eius vxoris
vsque ad tertiam generationem legitimam masculi-
nam, & femininam ipsius donantis tantum, & casu
quo ille non haberet filios ad tertiam generationem
personæ ab eo nominandæ. Quia vero post mortem
Domitij sine filijs, & sine vlla nominatione duæ aliæ
fuerunt factæ inuestituræ de hac domo, prima scilicet
de anno 1655. ad fauorem Vincentij, & Zacchei de
Benedictis, qui fuerunt nominati a Maximo Zaccheo
cessionario iurium hæreditatis dicti Domitij, & secun-
da de Anno 1659. ad fauorem Curtij Morsellij, qui
domum titulo emptionis acquisiuerat à Pompilia
superstite, hinc orta controuersia inter dd. inuestitos
emanauit sententia R.P.D. A.C. Bulgarini ad fauorem
illorum de Morsellis, & in gradu appellationis com-
missa mihi causa, prius dedi dubium super manuten-
tione, quod pariter ad illorum fauorem resolutum
fuit sub die 11. *Decembris* 1666. & hodie proposita
causa super negocio principali dubitaui quę nam inue-
stitura sit attendenda, & Domini dixerunt attenden-
dam esse secundam.

Ista enim præualere debet, quia cum ex transactio-
ne inita inter Ecclesiam, & communitatem Ciuitatis
Fulginei non possit Ecclesia pro se retinere, vt testa-
tur *Fulgin. de iur. emphyt. de renouat. quæst. 1. n. 34.* vtiq;
ram attenta huiusmodi transactione, quam etiam
1 æquitate legis comprobata per *Bart. in l. 1. §. permit-
titur ff. de aqu. quotid. & æstiu.* renouatio debebatur Mor-
fellio proximiori vt fratri germano Pompiliæ emphy-
teutę *clar. in §. emphyteusis quæst. 43. num. 2. Roman. cons.
22. num. 5. Rota decis. 198. num. 1. p. 2. diuers.* cum allega-
tis in *Farfen. bonorum 23. Martij 1661. §. & consequenter
coram me confirmata 11. Februarij 1664. coram Emi-
nentiss. D. Card. Vicecomite.*

Quod vero post mortem Domitij integra Domus
spectaret titulo emphyteutico ad Pompiliam patet ex
publico instrumento relato *in Summ. Morsellis num. 1.*
vbi eidem æque principaliter cum viro legitur facta
concessio, ibi: *D. Episcopus sponte &c. dedit & con-
cessit in emphyteusim ad meliorandum D. Domitio de
Ludouico, & Pompiliæ eius vxori &c.* Hinc enim de-
functo viro intrat ad fauorem eiusdem Pompiliæ ius
accrescendi, quod licet regulariter non habeat locum
in emphyteusi *Bart. in l. si mihi, & Titio num. 4. ff. de
2 verb. oblig. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 34.*
communiter tamen est recepta limitatio illud intrare
quando, prout inuestitura à principio fuit concessa
3 pluribus personis insolidum *Bald. in c. 1. §. filia in fine
de success. feud. Menoch. cons. 464. num. 2. vers.* vrgere
etiam videtur Rota in *recent. decis. 176. n. 8. p. 5.* dictum
fuit *in Romana fideicommissi 2. Decembris 1662. §. præ-
terea in fine coram R.P.D. meo Otalora.*

Non obstat, quod Domitius ex proprijs pecunijs
inuestituram acquisiuerit, & propterea censeatur no-
men vxoris simulate apposuisse ad palliandam dona-
tionem prohibitam inter virum, & vxorem iuxta *de-
4 cis. in Romana Domus 19. Aprilis 1660. & 19. Februa-
rij 1663. coram me.*

Etenim obiectum vrgeret si maritus aliter in vita
disposuisset in præiudicium vxoris, prout erat casus
dd. decisionum, cum Alexander super Domo eius
proprio ære acquisita ordinauerit fideicommissum ad
fauorem Nepotum ex filio præmortuo, at secus in
proposito vbi Domitius quamuis haberet facultatem
nominandi personam sibi bene visam ea tamen vsus
non fuit; sed vsque ad obitum in donatione perse-
uerauit.

Hoc enim casu omisso rigore, per quem de iure ve-
teri donatio inter virum, & vxorem erat omnino pro-
hibita, hodie certum est donationem morte confir-
5 mari si donans quoad vixerit in eadem voluntate per-
manserit *l. si maritus 12. l. donationes 25. C. de donat. inter
vir. & vxor. & l. cum hic Status 23. ff. eod. Card. Mantic.
de tacit. lib. 21. tit. 7. n. 1. & num. 33. cum pluribus seqq.
bene Rota post. Cenc. de cens. decis. 166. n. 7. & seqq. cum
pluribus alijs congestis in imolen. dotis 16. Martij 1665.
§. Hæc enim conclusio coram bon. me. Leone Verospio.*

Nec releuat, quod inuestitura fuerit Domitio facta
absente Pompilia. Quia illius acceptatio bene desu-
mitur tum ex possessione per plures annos, tum ex
canonum solutione *d. Summ. num. 4.* tum etiam quia
præuia eiusdem Domus emphyteuticæ alienatione
6 permisit alium inuestiri, maxime cum agatur de actu
fauorabili, & lucratiuo, quo casu acceptatio ex sola
scientia resultat *Dec. cons. 58. num. 1. vers. & licet non
appareat, Rota in recent. decis. 262. num. 6. p. 1. Buratt.
decis. 47. num. 2.*

Atque ideò non releuat prior inuestitura facta ad
fauorem illorum de Benedictis collitigantium ad no-
minationem hæredis Domitij. Quia cum adhuc viue-
ret Pompilia, non erat locus nouæ concessioni, &
per consequens Prælatus non poterat præuentiuè aliũ
7 inuestire, cum hoc tendat ad supplantandum successo-
res in Ecclesijs, quod de iure est reprobatum *cap. 1.
in princ. vbi gloss. verb. Archiepiscopus ante med. vers. &
est notandum, qui successor. feud. dar. teneantur & plene
in Forosempronien. seu Eugubina bonorum eorum bo. me.*

Coccino, quæ est decis.39.num.35. & 36.p.8.recent. & in Ceruien. bonorum 23. Martij 1648.§.non sustinetur coram Reuerendiss. Imolen.

Et quamuis prætendatur concessionem fuisse collatam in tempus habile, nempe ad mortem Pompiliæ, attenta clausula præseruatiua, ibi: *sine tamen præiudicio Vsusfructus dictæ domus D.Pompiliæ Vrselle &c.* adhuc non sustinetur cum eadem Pompilia non esset simplex vsufructuaria, sed quidem principalis emphyteuta, vt supra probatum est. Cum enim negari non possit, quod concessio facta illis de Beneuictis fuerit præiudicialis priori emphyteutæ, ex quo tollit eidem facultatem disponendi de domo controuersa, vtique attento, illius præiudicio talis concessio attendi non debet, quia Dominus directus durante ahhuc tempore prioris concessionis non potest præ-
8 iudicare personis in ea comprehensis *Paris. consl.5. num.17.& 26.lib.1.Gabr.consl.85.num.14.lib.2.Durand. decis.431.num.7.in recent.decis.131.num.6.p.7.Rota in Cæsenaten. Emphyteusis 16.Iunij 1651. §.nec suffragari coram R.P.D.meo Albergato, & in Bonon. bonorum emphyteuticorum 11.Decembris 1662. §.hinc vrgere coram bo.me.Leone Verospio.*

Et ita vtraque, &c.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS,

Mercu. 14.Martij 1668.

ARGVMENTVM:

Expensæ litis ad quas succumbens tenetur quonam tempore debeantur, & quomodo sint taxandæ, hac decisione firmatur, ac non solum respectu expensarum iudicialium, sed etiam extraiudicialium.

SVMMARIVM,

1 *Expensas regulariter tenetur reficere, qui in causa succubuit, amplia vt num.seq.*

2 *Expensas de stylo Rotæ tenetur victus reficere victori, siue habuerit iustam causam litigandi, siue non.*

3 *Expensæ debentur in fine litis.*

Causa non dicitur finita, si pendeat in gradu appellationis num.3.

4 *Commissio causæ signata à Summo Pontifice cum clausula* appellatione remota *non facit quin minus lis dicatur finita ad effectum reficiendi expensas, & n.seq.*

5 *Commissio causæ si fuit signata manu Summi Pontificis, alia quæcunque commissio attendi non debet.*

6 *Papa vbi in causa rescripsit, semper ad illum recurri debet.*

Pontifex si manus apposuit, nullus alius potest se intromittere in causa.

7 *Expensæ iudiciales liquidantur iuxta receptas, & quietantias factas à Notarijs causæ num.7.*

Expensæ litis cum ex iisdem actis dicantur liquidæ veniunt absque alia diminutione reficiendæ num.7.& 8.

9 *Expensæ quæ dicantur iudiciales, & quæ extraiudiciales supra num.7.*

Honoraria Procuratoris, & Aduocati, ac mercedes Copistarum dicuntur expensæ extraiudiciales, num.9.

Expensæ extraiudiciales de stylo Rotæ taxantur ad scuta decem, quæ pro vnica tantum instantia petuntur n.9.

DECISIO CMIX.

CVm per sententiam latam à bon:mem: Leone Verospio declaratum fuerit processum, & acta sententiâ, & rem iudicatam super iure exercendi iurisdictionem in terra Saponariæ, omniaque gesta cum Archipresbytero afficere etiam presbyteros dicti loci, hodie Reuerendiss.Episcopus Marsicen.petijt disputari dubium an, & ad quam summam sint taxandæ expensæ, & ad eius fauorem,ipso tantum informante resolutum fuit.

Quod expensæ debeantur nulla cadit difficultas,
1 quia regulare est, quod succumbens teneatur Victori, præsertim quando, prout hic, in sententia adest expressa condemnatio, reficere expensas, *ad Text. in l.*
2 *properandum 9. § fin. autem C.de indic.* & de stylo Rotæ indistinctè tenetur siue habuerit, vel ne iustam causam litigandi, vt tradit *Feuzon.ad Statut.Vrb.de expens.lit. cap.196.num.47.Rota coram Buratt. decis.449. in fine. Add.ad eundem decis.921.num.9.& in Oscen.expensarum 5.Iulij 1649. §. huiusmodi vero coram Eminentissimo Card. Celso.*

Non obstant, quod debeantur in fine litis, & in
3 præsenti lis non dicatur finita, ex quo pendeat causa appellationis *coram R.P.D.meo Beuilaqua* vigore commissionis obtentæ sub banca ab Eminentiss. D.Card.
4 Signaturæ Præfecto. Quia cum hæc causa fuerit commissa in Rota mediante commissione signata à Summo Pontifice cum clausula *appellatione remota*, hodie
5 non debet attendi alia commissio nisi pariter signata manu Sanctissimi, vt per decretum mandauit D.Auditor *Summ.informantis num.2.* ea ratione quia vbi Pon-
6 tifex rescripsit, semper ad illum debet recurri, & nullus alius potest manum apponere,ex traditis per *Marchesan.de commiss.p.1.fol.68.num.192.*

Taxatio verò respectu expensarum iudicialium,
7 quæ consistunt in regestro, citationibus, examine testium, nota sententiæ, & similibus fieri debet iuxtà quietantias, & receptas factas à Notarijs causæ, quia
8 cum certæ, & liquidæ reddantur ex actis quæ proptereà veniunt absque alia diminutione reficiendæ, vt dictum fuit in *Romana fideicommissi de Spiritibus 1.Iulij 1647. §. Et quia coram me cum alijs allegatis in Melenitana expensarum 12.Febr.1662. §. has verò coram Verospio, & in Leodien. residentiæ 4. Iulij 1664. §. insistit coram R.P.D.meo Albergato.*

Respectu verò extraiudicialium, nempè pro hono-
9 rarijs Procuratoris, & Aduocati, & mercede copistarum, quæ pro vnica duntaxat instantia petuntur,Domini sequendo solitum huius Sacr. Tribunalis taxandas esse dixerunt ad scuta decem vt seruatum fuit in *Romana expensarum 16.Febr.1654. §.fin. coram bo. me. Dunozetto, & in alijs congestis in S.Seuerini expensarum 15. Ianuarij 1666. §.fin. coram eodem R. P. D. meo Albergato.* Et ita altera &c.

ROMANA PRIMOGENITVRÆ DE BVBALO.

Veneris 8. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis masculi ex fœminis censeantur regulariter vocati sub nomine filiorum nepotum, & pronepotum ij tamen à primogenitura excluduntur si à Testatore expressè fuerit habita ratio conseruandæ agnationis. Quæ quidem ratio quibusnam ex coniecturis, & argumentis deducatur plene in hac decisione enucleatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum nepotum, & pronepotum,ac descendentium veniunt etiam masculi ex fœminis.*

2 *Lineæ appellatione veniunt etiam masculi ex fœminis regulariter.*

3 *Linea masculina incipit à masculo, & per masculos ab vno ad alium procedit exclusis fœminis, & earum descendentibus.*

4 *Masculi ex fœminis non veniunt appellatione filiorum, & descendentium,quoties constat de contraria mente Testatoris.*

Testantium voluntas vbi apparet facit cessare regulas à DD.tradita, num.4.

5 *Testatoris verba debent intelligi itaut non reddantur inutiliter apposita.*

Declaratio facta à testatore ne dicatur inutilis quando nam censeatur apposita principaliter ad excludendos masculos ex fœminis,n.5.

6 Ma-

6 *Masculi ex masculis tantum censentur vocati exclusis masculis ex feminis si testator illis imposuit solummodo onus assumendi eius nomen, masculis vero ex faminis aque nomen cognomen ac etiam arma, & insignia iniunxit.*

Onus assumendi cognomen, & arma testatoris si fuerit alicui iniunctum is censetur extraneus non vero agnatus testatoris, n.6. & 8.

7 *Verba demonstratiua, & venientia in consequentiam apposita in dispositione, eiusdem vim & significationem non mutant.*

8 *Familia principaliter distinguitur in Armis, & Insignibus.*

9 *Agnationis conseruandę votum plurimum confert ad inducendam præsumptionem quod testator sub appellatione filiorum nepotum ac ascendentium noluerit comprehendere masculos ex faminis sed masculos solum ex masculis.*

10 *Agnatio dicitur considerata à testatore habente intentionem conseruandi, & perpetuandi primogenituram in eius domo, & familia.*

11 *Domus, & familia significant agnationem vbi testator in illis ait se velle conseruare primogenituram.*

12 *Agnatio considerata in casu alienationis, & delicti non extenditur ad substitutiones factas in casu mortis, & quommodo*, n.13.

13 *Agnatio considerata in casu alienationis licet non trahatur ad casum mortis, exinde tamen desumitur voluntas testatoris illam conseruandi quocumque casu.*

14 *Agnationis conseruanda votum exinde desumitur quod testator ordinauerit primogenituram repetita sępius qualitate masculinitatis, & exclusione faminarum*, & num. seq.

15 *Primogenitura ordinatio cum repetita qualitate masculinitatis, & exclusione faminorum non inducit solummodo prædilectionem sexus, sed etiam votum conseruanda agnationis*, sup.n.4.

16 *Masculinitatis qualitas in pluribus institutionum gradibus repetita inducit votum conseruanda agnationis.*

17 *Qualitas legitimitatis, & natiuitatis ex legitimo matrimonio votum conseruanda agnationis importat.*

18 *Agnationis conseruanda votum inducitur ex expressa naturalium licet legitimatorum exclusione, & aliunde* supra num.anteced. & infra numeris subseq.

19 *Agnationis conseruanda votum resultat ab exclusione Monasteriorum, Conuentuum, ac similium.*

20 *Primogenituram voluisse testator dicitur etiamsi omisso primo, & secundo genito ad contrahendum inhabilibus, tertiogenitum vocauerit, & seq.*

21 *Agnationis conseruanda votum magis arguitur ex eo, quod testator omissis primo, & secundo genito inhabilibus tertiogenitum vocauerit.*

22 *Agnati non dicuntur, qui insignia testatoris non gestant.*

Familia, & agnationes propter armorum, & insignium differentiam contradistinguuntur, n.22.

23 *Agnationis fictitia, & ciuilis ordinatio ad propagandam agnationem magis inducit votum conseruanda vera, & naturalis agnationis.*

Agnatis veris existentibus ex naturali agnatione excluduntur fictitij, & ex suppositititia, ac ciuili agnatione, n.23.

24 *Linea appellatione non veniunt fæmina, seu masculi ab illis, vbi habita est ratio conseruanda agnationis.*

25 *In conditione veniunt solummodo persona illæ, quæ comprehenduntur in dispositione, & parte vocatiua.*

26 *Linea alibi simpliciter alibi cum qualitate masculinitatis vocata quandonam excludat votum conseruanda agnationis.*

Dictio idest, *est taxatiua, & declaratiua*, num.26.

Linea alibi simpliciter, & alibi cum qualitate nominata pro synonima oratione accipitur, n.26.

Discretiua loquutionis vis cessat vbi vtramque loquutionem habuit pro synonima, n.26.

27 *Argumentum ab absurdo vitando nunquam admittitur vbi de expressa testatoris mente constat.*

Absurdum non consideratur vbi talis fuit testatoris voluntas, n.27.

28 *Proximiores vltimi defuncti vocare reiectis etiam proximioribus ipsius testatoris nullum est absurdum, sed immò est conforme iuris dispositioni.*

29 *Masculos ex masculis excludere admissis faminis earumue filys absurdum est*, n.29.

DECISIO CMX.

Decisum fuerat 18. Martij 1667. coram me non esse
dandam immissionem D. Hiacyntho nominato à
Marchione Paulo, quia ex testamento Marchionis
Octauij senioris Paulus non habebat facultatem no-
minandi in præiudicium eius descendentium, & nomi-
natio non fuit pura, sed conditionalis, quatenus filij
masculi dictarum fæminarum censebantur inclusi tam
1 in parte dispositiua vocante filios, nepotes, pronepo-
tes, & alios descendentes masculos ab Angelo in infi-
tum iuxta *consil.Fulgos.*85.*num.*1. & 2. communiter
receptum, quam in parte conditionali, dum substitu-
2 tiones conceptæ sunt in casu, quo totaliter deficeret
linea Angeli, & Pauli simpliciter nominata, quæ etiam
descendentes ex fæminis includit ex *Bald cons.*121.*post
med.vol.*1.*cum alys in decisione allegatis*, §.*Conditio autem*, & §.*Verum etiam*.

Sed bis postmodum causa proposita, & magis accu-
ratè discussa, hodie DD. recesserunt à decisis, quià exi-
stentia descendentium masculorum Marchionis Pauli
ex eius filiabus fæminis non potest impedire effectum
nominationis D. Hiacynthi, ex quo descendentes ma-
sculi fæminarum ex contraria voluntate testatoris, &
ex voto conseruandi agnationem non includuntur in
parte dispositiua, neque in conditionali.

Respectu enim partis dispositiuæ licet testator in
§.11. dixerit, ibi: *E dopo la morte di detto Paolo l'isti-
tuisco, e surrogo il suo figlio primogenito, nipoti, e prone-
poti, & altri suoi descendenti maschi legitimi, e naturali
in infinito sēpre però di primogenito in primogenito, &c.*
Attamen in §. 25. per viam regulæ declarauit, ibi: *E
per togliere l'occasioni di liti, & interpretationi dico, e
dichiaro, che in tutti li luoghi, nelli quali si fà mentione
de' figliuoli, nepoti, pronepoti, & altri descendenti, hò in-
teso, & intendo sempre de' maschi legitimi, e naturali, e
di vero, e legitimo matrimonio nati.*

Vnde addendo iuxtà formam huius declarationis
qualitatem masculinitatis omnibus substitutis in di-
cto §.11. lineæ Pauli, & Angeli sui patris, perinde ac si
testator dixisset, *E dopo la morte di detto Paolo l'istitui-
sco, e surrogo il suo figlio primogenito maschio, . e nepoti
maschi, e pronepoti maschi, & altri suoi descendenti ma-
schi legitimi, e naturali in infinito, sempre però di primo-
genito maschio, in primogenito maschio*, ac inferius sub
eodem §.11. ibi: *Talmente che questa mia heredità deb-
ba andare districata, & integra in tutti li primogeniti de-
scendenti maschi dal d. Signor Angelo, e da suoi figli ma-
schi, nepoti maschi, pronepoti maschi, & altri descendenti
maschi, sempre di primogenito in primogenito maschio.*
Clara videtur mens, & voluntas testatoris illos dun-
taxàt descendentes Pauli, & Angeli sub dicto §.11. &
seqq. vocandi, & substituendi, qui ab eis descenderent
3 ex masculis, & lineam masculinam constituerent, quæ
incipit à masculo, & per masculos de vno in alium
continuatur exclusis fæminis, & descendentibus ab eis
ex latè deductis per *Simon.de Pret.de interpret. vltim.*

vo-

volunt.lib.3.fol.11.num.54.& 55.fol.291. Gratian.plures referens discept.901.num.22.cum seq.Rota decis.95.num.5.vers.Primo quia, & *num.61.* & *decis.218. d n.4.par.11.recent.*

Ac per consequens cessat regula deducta per Fulgos.
4 quæ non habet locum quoties expresse appareat de contraria mente disponentis, vt firmat, *Gabr.conf.116.num.26.& 27.lib.2. Peregrin.de fideicomm.art.26.n.18.& admittitur in decis.15.sub num.2.vers. Nec expressa mens part.2.divers.*

Non releuante quod supradicta declaratio §. 25: apposita fuerit ad tollendam omnem dubietatem, ne in primogenitura possent vnquam succedere fœminæ, vel illegitimi; Quia cùm in d. §. 11. verbis amplissimis prouisum fuerit circa illorum exclusionem, ibi: *Escluse sempre le femine*, & ibi: *Intendendo sempre de maschi legitimi, e naturali, e di vero, e legitimo matrimonio nati, e procreati, esclusi li bastardi etiam dio legittimati.*
5 Vtique ne ista declaratio in hac parte dicatur inutilis, & superflua, prout dici posset si respiceret solam exclusionem fœminarum, & illegitimorum, censeri debet principaliter apposita ad exclusionem descendentium masculorum ex fœminis, vt de consimili declaratione firmauit, *Rota in Bonon. fideicommissi de Amorinis 30. Maij 1659. §.Præterea vers... ne sanè declaratio coram Reuerendiss.D.Meltio Episcopo Papien. & in Bononien. fideicommissi de Cattaneis 9. Decembris 1662. coram R.P.D.meo Bourlemont.§.Quam agnationem.*

Quæ sane contraria mens, & voluntas testatoris eli-
6 citur etiam ex discretiuo modo apponendi onus assumptionis nominis, congnominis, & insignium, Nam vbi vocauit descendentes ex fœminis, & extraneos onus ità concepit, ibi: *Debbano chiamarsi Ottauio del Bufalo, & vsare il nome cognome, & arme, & impresa mia, vt in §.19.& sub §.20. Debbano pigliare l'arme, nome, e cognome, casata, & impresa mia*; Sed quando vocauit descendentes ex masculis, suosque agnatos, ità simpliciter dixit, ibi: *Et ordino anco, che tutti quelli, che succederanno in questa mia heredità, e primogenitura si chiamino, & vsino il mio nome di Ottauio del Bufalo, vt in §.17.& in 18. ibi. Con il medesimo peso di pigliare il mio nome.* Quapropter dum in §. 13. loquens de descendentibus Angeli, & Pauli ordinauit, ibi: *Voglio anco, & ordino, che tutti li primogeniti, che succederanno nella mia heredità debbano pigliare il mio nome, e chiamarsi Ottauio del Bufalo*, nulla penitus facta expressione insignium, nec armorum, bene infertur, quod in parte vocatiua descendentium Pauli de solis masculis ex masculis non autem de masculis fœminarum intellexit, præsupponendo omnes descendentes ibidem vocatos ab ipsorum natiuitate debere esse de sua familia, & Agnatione, nec propterea eorum respectu opus fuisse superaddere onus assumptionis armorum, & insignium, vt bene ratiocinatur *Soccin. iun. conf.69. sub num.22. vers. Ex quo potest lib.3.*

Nec obstat ponderatio decisionis, §. *Quoniam huiusmodi*, quod nempè testator in linea Angeli non fuerit contentus solo nomine, sed addiderit, *e chiamarsi Ot-*
7 *tauio del Bufalo*. Quia id apposuit duntaxat demonstratiuè, & tanquam veniens in consequentiam; præceptum vero directum fuit ad solum nomen, ibi: *Debbano pigliare il mio nome*, & ibi: *Si chiamino, & vsino il mio nome*, atque ibi: *Con il medesimo peso di pigliare il mio nome*, & vis discretiuæ loquutionis, oneriisque ap-
8 positionis consistit in armis, & insignibus, ex quibus principaliter distinguuntur familiæ, *l.Stegmata, C. de Fabricens. lib.11.* Cum enim illarum assumptionem in §.19.& 20. demandauerit descendentibus fœminarum, & extraneis; in §.*Vero 13.* de insignibus loquutus non fuerit, prout nec minus in seqq. §. 17. & 18. indè clara videtur eius intentio, & voluntas, quod in istis locis solos agnatos, & descendentes ex masculis vocare voluerit, qui tanquam de sua familia, & agnatione proprijs ipsius armis, & insignibus ab eorum natiuitate absque, vlteriori assumptione vtebantur.

Votum verò conseruandi agnationem, ex quo etiam
9 excluditur regula *Fulgos.* vt probant *Socein.iun.conf.2. num.19.vers.Ideò secundo loco lib.2. Surd.conf.316.n.8. Menoch.conf.1229.num.20.Gabr.d.conf.116. num. 10. & 11.lib.2.Pen.decis.902.num.5. vers. Quod tunc, in recent.decis.95.num.22. & decis.218.num.9. part. 1. & admittitur in d.decis.15.num.2.p.2.diuers.* Expressum, & tacitum in præsenti casu concurrit, specialiter respectu lineæ Angeli, & Pauli, ac præcisè quoad ipsorù, eorumque descendentium personas, & vocationis, non autem solummodo respectu linearum Horatij, Mutij, & Quintij, vt supponitur in decisionem §. *Cætera verò.*

Expressum enim habetur sub §. 21. ibi: *Perche l'in-*
10 *tentione mia è di perpetuare questa primogenitura in casa del Bufalo, & ex §.23. & 24.* in quibus nominatim testator prohibuit Paulo, & eius descendentibus alienationem, & delicta, addita ratione in §. 23. *Perche voglio, che la detta mia heredità, e primogenitura si conserui integra, e vada à tutti li successori di mano in mano, e senza diminutione alcuna*, & in §.24. ibi: *Et acciò si conserui perpetuamente la mia eredità nelli nominati, e chiamati, e che la mia famiglia si conserui nella sua no-*
11 *biltà*; Verba enim domus, & familia, in his terminis significant agnationem, vt de verbo *Domus Bart. in leg.pronnuciatio, §.Familiæ, ff. de verb. signif. Anchar. conf.152.num.4.vers.Sed accipitur, Peregr.de fideicom. art.22.num.27. Rota in recent. decis.373. num. 3. vers. Quod verbum par.3.& in d. Bonon.fideicommissi de Cataneis 17. Martij 1662. §. Quia verò, & §.Quamuis enim, & 9.Decembris eiusdem anni, §.Quia placuit cum seq. coram R.P.D. meo Bourlemont.* Et de verbo *Familia text.in d.§.Familia Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt.d.lib.3 solut.11.n. 25. vers. Familiam significare fol.289.à terg.Peregr.d.art.22.num.26.vers.Contra verò Pen.d.decis.902.num.7.in recent.decis.44.num.1.part.1. & decis.1.num.59.part.10.*

Non obstat, quod dicta ratio præsertim ex §. 23.
12 & 24. vtpotè adiecta in casu alienationis, & delicti non recipiat extensionem ad substitutiones factas in casu mortis, vt respondetur in decisione, §. *Nec releuant.*

Quoniam conclusio est vera, quod non inducit fideicommissum in casu mortis, & hoc probant decisio-
13 nes, ibi, allegatæ, sed etiam verum est, quod ex eaquamuis accessoriè, & dependenter adiecta ad prohibitionem alienationis, vel delicti declaratur, atque desumitur mens, & voluntas testatoris perpetuò conseruandi agnationem in quocunque casu, vt distinguendo firmatum fuit *coram Merlin. decis.83.n.6. vers.Etiamsi dicantur in rec. d.decis.44.n.5.vers.Negari tamen non potest part.1. & d.decis.95. n.15.vers. Quæ sane, part. 11. in Spoletana fideicommissi 15.Februarij 1656. §.Nec dicatur coram R.P.D. meo Benilaqua, & in Romana, seù Vrbeuetana successionis 28.Ianuarij 1658. §. Cui fundamento coram R.P.D.meo Albergato.*

Tacitum verò resultat ex dispositis in ipsomet, §. 11
14 continente vocationem descendentium Pauli; Ibidem enim testator non solum ordinauit perpetuam primogenituram eum sæpius repetita qualitate masculinitatis, & exclusione fœminarum, vt in decisione, §. *Etenim*, quæ pro voto conseruandi agnationem plurimum inseruiunt, vt ex vnita conseruatione bonorum penes

vnum

vnum agnatum mediante primogenitura *Sorcin. sen. cons. 47. n. 6. lib. 3. Paris. cons. 42. num. 87. lib. 4. Menoch. cons. 204. n. 18. & d. cons. 205. num. 14. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. n. 15. in fin. vers. Item si testator. Eminentiss. D. Card. Prodatarios decis. 182. n. 22. in rec. dec. 23. n. 32. & seq. d. decis. 95. num. 8. & decis. 183. num. 1. part. 11.* in casu autem decisionis *Bonon. fideicommissi 27. Aprilis 1643. coram me*. Primogenitura fuerat ordinata in filijs fœminarum cognatis, & alienæ familiæ; Ex repetita qualitate masculinitatis, *Ruin. cons. 139. n. 17. lib. 3. Paris cons. 17. n. 9. & ex lib. 2. Gabr. dict. cons. 116. n. 15. lib. 2. Greg. dec. 464. n. 16. Rota in recent. decis. 395. n. 27. decis. 407. n. 12. & 13. p. 9. & d. decis. 95. n. 11. p. 11.* Et ex perpetua fœminarum exclusione *Surd. cons. 96. sub n. 31. Decian. cons. 127. n. 10. vers. Nam quando lib. 3. in recent. dec. 135. n. 7. p. 5. dec. 41. num. 10. p. 8. decis. 1. num. 54. & decis. 142. num. 14. & 45. p. 10. & d dec. 95.*
15 *num. 10. part. 11.* Quæ duo vltima quoties concomitantur ab alijs, vt hic, non important simplicem prædilectionem sexus, sed votum conseruandi agnationē inducunt, vt præter allegatos probant *Casanat. cons. 20. num. 34. Ramon. cons. 15. num. 14. vers. Vel etiam concurrentibus alijs, Castill. quotid. controu. iur. part. 5. tom. 1. cap. 92. num. 15.*

Sed etiam plura alia concurrunt, quæ idem votum
16 præseferunt, nempè digressus ad plures gradus substitutionum in quolibet gradu repetita masculinitatis qualitate, *Surd. cons. 241. n. 13. Peregr. de fideicom. art. 25. num. 25. vers. Vel quia Gregor. d. decis. 464. n. 18. in rec. d. dec. 135. n. 8. p. 5. dec. 437. n. 43. p. 9. d. dec. 142. num. 31. p. 10. & d. dec. 95. n. 9. p. 11.* Qualitas legitimitatis, &
17 natiuitatis ex legitimo matrimonio *Decian. cons. 31. num. 90. in fine vers. Tertio Considero lib. 1. Altograd. cons. 36. num. 50. vers. Ex pluries reiterata*; Et expres-
18 sa naturalium exclusio, licèt amplissimè legitimatorum etiam per subsequens matrimonium, ad text. in *l. spurius, & l. hac parte, ff. vnd. cognat. Decian. d. cons. 31. num. 92. lib. 1. Fusar. de substit. q. 499. num. 27. Mantic. decis. 319. num. 6. & 7.*

Iuncta etiam in §. 26. per viam regulæ generalis re-
19 spectu omnium vocatorum, & sic etiam descendentiū Pauli, exclusione Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, & Religiosorum, ex qua pari modo resultat votum agnationis conseruandæ, *Curt. sen. cons. 40. n. 9. vers. Quarto etiam Menoch. cons. 328. n. 73. vers. Idem est quando testator, Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 15. num. 6. Intrigliol. de substit. centur. 3. q. 79. num. 12. Fusar. dicto q. 499. num. 26. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 12. num. 5. Capic. Latr. decis. 127. num. 61. versic. Sicut è conuerso, lib. 2. Rota decis. 574. num. 4. vers. Et de clerico part. 5. recent.*

Non obstat, quod in linea Horatij vocauerit tertiogenitum, omissis primo, & secundo, atque prius substituerit descendentes ex fœminis, quam descendentes Bacci de Cancellarijs de cippo suæ domus, vt ponderat, *decisio §. Cæterum, & §. Præterea*.

Quoniam duo ex filijs Horatij ideò fuerunt omissi,
20 quia Gregorius primogenitus tempore conditi testamenti erat Clericus, & Prelatus; Franciscus verò secundogenitus eodem tempore ob morbum apoplexiæ defectuosus, & claudus *Summ. D. Hyacinthi, n. 1. & 2.* Hinc enim prouidus testator potuit eos habere, sicut habuit pro inhabilibus ad contrahendum matrimonium, & agnationem propagandam ex latè deductis *in decis. 493. num. 47. 51. & 66. cum seqq. part. 4. tom. 2.*
21 *recent.* quod proinde non solum non excludit, sed magis arguit votum conseruandi agnationem, iuxtà auctoritates proximè allegatas.

Vocatio autem descendentium fœminarum ante descendentes Bacci de Cancellarijs nec minus vrget, quià licet isti sint de cippo, idest stipite domus testatoris,
22 attamen non sunt de eius agnatione Bubala, quia non gestant ipsius insignia, sed diuersa, vt ostensum fuit, & declarauit ipsemet testator, dum in §. 20. dixit, *Debbano pigliare l'arme nome cognome, casata, & impresa mia*; Familiæ enim, & agnationes mediantibus armis, & insignijs contradistinguuntur atque agnoscuntur ex supracitata *l. Stigmata, C. de Fabricens. lib. 11. Cassan. in Cathal. glor. Mund. part. 1. consider. 38. num. 41. Cioff consil. 18. num. 7. & 8. lib. 1. Paris. cons. 18. num. 42. lib. 2. Altograd. cons. 66. num 58. lib. 2.*

Nec obstat ordinatio agnationis fictitiæ, ciuilis, & artificialis. Quia ex toto testamenti contextu ordinata videtur post defectos omnes agnatos veros, atque
23 habiles ad conseruandum & propagandum naturalem & veram quo stante indubitatum redditur votum eius conseruationis, & agnati ficti non possunt concurrere cum veris, & naturalibus *Paris. cons. 19. num. 33. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 251. n. 58. Soccin. iun. cons. 69. n. 22. vers. ex quo potest & n. 23. lib. 3. Peregrin. cons. 1. n. 11. lib. 5. Mart. cons. 61. num. 18. Altograd. d. cons 66. num 60. & 83. lib. 2. Fontanell. decis. 36. num. 9. Larrea decis. Granaten. 34. num 49. Rota d. decis. 95. num 18. & 19. p. 11.*

Respectu denique partis conditionalis non obstat, quod facultas nominandi, & sequentes substitutiones fuerint factæ in casu, quo totaliter deficeret linea Pauli & Angeli; Quià cùm ex dicta declaratione, §. 25: ex discretiuo modo apponendi onus assumptionis nominis, cognominis, & armorum, atque ex voto conseruandi agnationem tam expresso, quàm tacito colligatur testatorem in parte dispositiua vocationis descendentium Pauli, & Angeli non intellexisse vocare masculos ex fœminis, sed duntaxat masculos ex masculis consti-
24 tuentes lineam masculinam ex superius firmatis, hinc sequitur, quod sub dicta conditione deficientiæ lineæ quamuis simpliciter nominatæ nec fœminæ, nec descēdentes ab eis contineantur, vt ponderato tacito, vel expresso voto agnationis, *Ruin. cons. 24. num. 7. versic. Et clarius hoc probatur sub 2. Fusar. de substit. q. 346. n. 5.*
25 *& 6.* In conditione enim illæ duntaxat personæ comprehenduntur, quæ continentur in præcedenti dispositione, & parte vocatiua, *Gabr. d. cons. 116. num. 32. vers. Et descendentes masculi, & n. 33. lib. 2. Duran. decis. 126. num. 12. & 28. in recent. decis. 106. n. 9. p. 6. & d decis. 95. n. 23. p. 11. & in prima ex supra allegatis Bononien fideicommissi de Cataneis, §. Quia cum fideicommissum.*

Indeque non obstat ponderatio decisionis sub §. *Si-*
26 *cut etiam*, quod testator in descendentia Angeli fratris semper posuit in conditione, lineam simpliciter, in sequentibus vero remotiorum substitutionibus illorum lineas qualificauit appellando eas masculinas, imo taxatiuè, & declaratiuè mediante dictione *idest*. Quià vltra quod etiam istorum lineas in pluribus locis nominauit simpliciter, & signanter sub §. 14. 17. & 18. cùm ex deductis appareat in descendentia Angeli, & Pauli solos descendentes masculos ex masculis veros, & naturales agnatos vocasse, pro synonimis habuit lineam simpliciter nuncupatam, & lineam masculinam, & proinde videtur cessare vis discretiuæ locutionis, *Bellon. iun. cons. 2. n. 39. par. 9. & in Caualliceñ. fideicommissi 23. Iunij 1656. coram Eminentissimo D. Cardin. Celso, §. Non obstat cum seq.*

Nec subsistit absurdum in decisione ponderatum in §. *Qui sanè*, expressæ vocationis masculorum ex fœminis Pauli proximioris, & nepotis testatoris ex Angelo fratre; Quoniam vltra quod testamentum sub §. 19. simpliciter loquitur de masculo primogenito fœminæ proximioris vltimi possessoris, qui poterat esse

27 de descendentibus Pauli, Argumentum ab absurdo vitando nunquam admittitur quoties apparet de voluntate testatoris ex deductis *in Firmana primogenituræ 30. May 1657. §. Neque vrget in fine, & in Bonon. fideicommissi 16. Ianuary, & 22. May 1662. vtrobique §. Vltimo coram bo. me. Vcrespio.*

Maximè quià non est absurdum, sed iuris communis dispositioni conforme vocare proximiores vltimi
28 possessoris reiectis etiam proximioribus testatoris, vt probatum fuit *coram Eminentiss. D. Cardin. Prodatario decis. 21. num. 1. & 3.* Quinimmò maius absurdum potuisset resultare, si admitteretur, vocatio descenden-
29 tium masculorum ex fæminis Pauli, quià nempè existente altero filio, vel nepote masculi, Angeli, iste verus agnatus excluderetur à descendentibus fæminarum Pauli cognatis, & de aliena familia.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA REPETITIONIS INDEBITI.

Mercur. 13. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Census translatiuè cessus etiam ipsi fideiussori in actu solutionis, cum nullo pacto dicatur extinctus ideò non datur repetitio fructuum ab eodem fideiussore tanquam cessionario receptorum: & hoc quamuis fideiussor per antea fuisset dominus rei censitæ, dummodo tamen de tempore acquisitæ cessionis, iam illam distraxerit.

SVMMARIVM.

1 *Census non dicitur extinctus per cessionem translatiuam in alios factam, sed potius in cessionarios translatus.*
2 *Solutio facta cum pecunia debitoris importat quietantiam, & liberationem, non autem exinde acquiritur cessio iurium translatiua.*
3 *Debitor census pro ea portione, qua alius bonam fidem recognouit, reputatur ac si esset merus fideiussor.*
Recognitor bonæ fidei cum promissione soluendi censum de proprio, dicitur effectiuè verus debitor, num. 3.
4 *Fideiussor soluens creditori sortem principalem census non dicitur censum extinguere, sed potius nomen debitoris emere.*
Census non extinguitur per hoc quod fideiussor soluat illius sortem principalem, sed immò in illum translatus reputatur. num. 3.
Cessio census translatiuè facta fideiussori in ipso actu solutionis eidem suffragatur ad effectum agendi contra principalem debitorem num. 3. & 4.
5 *Relatum potius attendi debet, quam referens.*
6 *Census semper durat in praeiudicium debitoris donec ab ipso per actum verosimilem fuerit redemptus.*
7 *Census acquiri non potest super proprijs bonis, n. 6.*
8 *Census super proprio fundo praecedenter impositus, si ille fuerit distractus ex post acquiri potest ab ipso domino absque vlla incompatibilitate.*

DECISIO CMXI.

IN censu scutorum 6000. imposito vsque de anno 1625 ab Henrico, & Francisco de Vrsinis ac vendito Principi Paulo Sabello super casali sito in territorio Montis Rotundi Felix, & Christophorus Fratres de Cincijs pro rata scut. 3000. recognouerunt bonam fidem, & de proprio promiserunt soluere fructus; quia verò præfati Henricus, & Franciscus de anno 1626. vendiderunt Principi Carolo Barberino medietatem Castri Montis Rotundi cum suis tenutis, & signanter fundum censitum, pacto inter eos conuento, quod in actu solutionis debitorum, in quibus Vrsini erant principales debitores deberent reportari cessiones iurium fauore eiusdem Principis, in illis vero debitis, in quibus Vrsini habebant releuatores, cessiones fieri deberent translatiuè, & non extinctiuè primario Principi Barberino emptori, & secundariò Vrsinis venditoribus, hinc cùm ex dicto pretio fuerint soluta sc. 6000. in manibus D. Carlottæ de Sabellis tunc census creditricis, quæ in actu solutionis cessit sua iura translatiuè, & non extinctiuè, illi de Bonfilijs vigore alterius cessionis repottatæ ab Vrsinis exegerunt per plures annos fructus census pro rata scutorum 3000. à DD. de Cincijs, immò de anno 1654. D. Christophorus præuia disdicta, censum pro eadem rata redemit; verum quia tractu temporis cœpit prætendere censum remansisse extinctum vsque de anno 1633. per solutionem factam dictæ Carlottæ, ac iudicialiter institit coram R. P. D. Amadeo pro restitutione pecuniarum indebitè solutarum; ideò vigore commissionis manu Sanctissimi signatæ, vt iudex procedat de Voto Rotæ, appellatione remota, dubitaui, an constet de extinctione census, & ad quam summam sint restituendi fructus, & causa bis discussa responsum fuit non constare de extinctione.

Solutio enim facta in manibus D. Carlottæ impor-
1 tare non valet census extinctionem, dum ipsamet creditrix omnia, & singula eius iura, actiones, hypothecas, priuilegia, & alia quæcunque cessit, translatiuè, & non extinctiuè DD. de Vrsinis, cuius translatiue cessionis vigore non dicitur census extinctus, sed potius in cessionarios translatus *Cenc. de cens. quæst. 71. num. 15. vers. cæterum.*

Neque dicatur solutionem factam ex pecunijs de-
2 bitoris non posse suffragari ad effectum acquirendi talem cessionem iurium, sed solum exindè resultare quietantiam, & liberationem proprij debiti, quia aduerterunt Domini, quod Vrsini pro rata census scuta 3000. considerari debent tanquam meri fideiussores,
3 cū principales debitores iam fuerint effecti fratres de Cincijs, mediante recognitione bonæ fidei per ipsos facta cum promissione soluendi de proprio *Rota post Cenc. decis. 534. num. 1. Merlin. decis. 615. num. 10. & in recent. decis. 273. num. 1. p. 7.*

Fideiussor autem vbi soluit creditori sortem prin-
4 cipalem, nunquam præsumuntur velle dare pecuniam insolutum, & in extinctionem debiti, sed potius censetur velle emere nomen debitoris, eique propterea suffragatur cessio reportata in actu solutionis ad effectum agendi contra principalem debitorem *Cenc. vbi supra d. quæst. 71. num. 16. & pluribus seqq. Rota post eundem decis. 529. num. 2. 13. & 16.*

Et hoc præcipuè in proposito casu, vbi vigore pacti in instrumento venditionis adiecti solutiones non aliter fieri poterant pro debitis, in quibus Vrsini habebant releuatores, quàm mediante acquisitione iurium creditorum etiam ad eorum fauorem *Summ. Bonfiliorum num. 2. §. in euentum autem.*

Non obstat, quod San. mem. Vrbanus Octauus in suo chirographo mandauerit, quod emptor teneretur debita accollare, illaque persoluere, & infra certum tempus extinguere, & proinde contra mentem Pontificis, qui ad expressam extinctionem emptorem grauauit nullo modo potuerint acquiri iurium cessiones trāslatiue, & non extinctiuè; quia in eodem chirographo Summus Pontifex sæpius habuit relationem ad instrumentum venditionis, & in specie quoad iurium cessionem præseruauit pacta, & conditiones in eodem instrumento exprimendas ibi: *con patto, e conditione, che ciascun creditore &c. debba fare ad esso Carlo cessione &c. per potersene seruire ad escludere qualsiuoglia, che lo molestasse sopra detti beni, ò per altri fini, & effetti, e respettiuamente nel modo, e forma da specificarsi nell'instromento da farsi sopra detta vendita & ibi: e ciascun di loro sia obligato &c. per la rata del loro*

credi-

credito redere e trasferire &c. nel modo, e forma, & ad altri fini, & effetti, e con li patti, e conditioni, che si esprimeranno nel predetto instromento di vendita. Quapropter vigore dicti pacti in instrumento adiecti potuerunt quidem Vrsini reportare translatiuè iurium
5 cessiones pro rata census scut. 3000. pro quo erant fideiussores fratrum de Cincijs cum regulariter potius attendi debeat relatum, quam referens, vt in his terminis *Rota post Cenc.decis.366.num.6.*

Minusque extinctionem census inducere valet afferta deficientia fundi, ex quo Pontifex omnia bona vendita liberauerit ab hypothecis, illas trasferendo in multiplicum faciendum: etenim hæc liberatio facta fuit in gratiam solius Principis emptoris, cuius securitati Papa voluit prospicere, & sic translatio intelligitur facta respectu exercitij actionum, itaut creditores non possent se vertere contra bona vendita, sed solum contra multiplicum in eorum locum subrogatum,
6 non autem respicit formam, & substantiam census, qui semper durat in præiudicium debitoris donec ab ipso, per actum retrosimilem fuerit redemptus iuxtà receptas decisiones *Greg.445.num.1.& 60.num.1.& 3. vbi Add.*& dictum fuit *in Romana census 14.Ian.1664 §.fin.coram R.P.D.meo Priolo.*

Rursus non obstat, quod Vrsini non potuerint
7 acquirere censum impositum super proprijs bonis ratione incompatibilitatis, cum res sua nemini possit seruire, quia obiectum tollitur ex facto, dum de tem-
8 pore cessionis reportatæ anno 1633. ipsi non erant amplius Domini, & possessores fundi censiti, quem longè prius, nempè de anno 1626. iam distraxerant titulo venditionis; hinc enim cessat quælibet prætensa incompatibilitas, vt in fortioribus terminis tradit *Cenc.vbi supra q.14.num.14.* Et ità vtraque &c.

PERVSINA BONORVM.

Merc. 13. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio *ex l.final.cod. de edict. Diu. Adrian. tollen.* denegari non potest hæredi, docto de testamento, & de identitate bonorum; neque exceptione fideicommissi retardatur, nisi concurrant illa tria vulgata requisita, quod fideicommissarius incontinenti, docuerit de iure suo, quod nullæ competant detractiones, quodq; possessio non sit vitiosa. Hæc verò requisita ex quibus & quando deficiant, hac decisione aperitur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi scripto docto de testamento, & de possessione defuncti, in illius bonis immissio debetur.*

Immissio competit hæredi docto de testamento, & possessione defuncti num. 1.

2 *Fideicommissi exceptio non impedit immissionem hæredi, nisi docto per fideicommissarium de Iure suo, ac eius possessione non vitiosa, quodque nullæ competant detractiones.*

3 *Fideicommissarius quandonam non dicatur legitimus contradictor, ad effectum impediendi immissionem hæredi scripto.*

4 *Hæres grauatus non potest in præiudicium antiquioris fideicommissi, aliud nouum fideicommissum instituere.*

5 *Filij in conditione positi quando censeantur vocati.*

6 *Hypoteca competit in bonis proprijs hæredis, qui scienter bona fideicommissaria alienauit, pro reintegratione fideicommissi.*

Pro fideicommissi reintegratione sunt hypotecata bona propria hæredis, qui scienter bona fideicommissaria alienauit, num. 6.

7 *Exceptio detractionum vbi constat de alienationibus; remanet illiquida, & sic non apta retardare immissionem hæredi.*

8 *Fideicommissarius nunquam reputatur legitimus contradictor ad effectum retardandi immissionem hæredi, quoties aliquid est detrahendum.*

9 *Detractiones hæredi competentes non censetur consumptæ ex alienationibus ex causa necessaria factis, maximè ad effectum retardandi immissionem hæredi.*

Alienationes ex necessaria causa facta ab hærede, an debeant computari in detractiones illi competentes est exentiendum post concessam eidem hæredi immissionem, num. 9.

10 *Possessio capta ab hærede ab intestato, cessat eo ipso quod doceatur de testamento.*

Causa testati facit cessare causam intestati, num. 10.

11 *Possessio vigore mandati habentis clausulam* sine præiudicio habentium potiora, meliora, & anteriora iura *comparente legitimo hærede reputatur pro non capta.*

12 *Possessio capta à fideicommissario aliter, quam de manu hæredis est vitiosa.*

Fideicommissarius tenetur capere possessionem de manu hæredis alias possessio est nulla, num. 12.

13 *Fideicommissarius non potest capere possessionem propria auctoritate, etiam si hæreditas esset iacens.*

Hæreditati iacenti deputari debet curator, qui citetur ad hoc vt fideicommissarius legitimè possit illius capere possessionem num. 13.

14 *Hæres qui accepit possessionem titulo hæreditario, non potest illam retinere titulo dotis.*

15 *Retentio datur creditori, quando possessio ad illum peruenit ex causa crediti, pro qua retinere prætendit, secus verò ex diuersa.*

16 *Immissus tanquam hæres ab intestato non potest retinere pro suis creditis.*

Retentio pro suis creditis non datur immissio tanquam hæredi ab intestato, in possessione bonorum hæreditariorum, num. 16.

DECISIO CMXII.

TErminato iudicio cum Sac. Religione Hierosolymitana quæ acquieuit decisioni in hac causa editę coram me 7. *Iunij* 1666. ad cuius formam lata quoque fuit sententia diffinitiua, hodie dubitaui ad instantiam D.Marchionis Coppoli hæredis scripti in testamento Equitis Iacobi de Vinciolis, an eidem sit danda immissio in possessionem bonorum de quibus agitur detentorum per D.Eleonoram ex fratre neptem eiusdem equitis Iacobi, & affirmatiua prodijt resolutio; quia cum testamentum præfatum omni prorsus vitio visibili careat, & bona controuersa fuerint per testatorem possessa vsque ad illius obitum, vt constat ex aditione
1 hæreditatis facta per Eleonoram absque vlla difficultate hæredi scripto debetur immissio ex dispositione *Text.in l.fin.C.de edict.Diu.Andr.toll.vbi gloss. & communiter Doct.*

Non obstat, quod bona prætendantur subiecta fideicommisso ordinato à q. Ludouico de Vinciolis Patre dicti equitis Iacobi, quod prætenditur purificatum in personam Eleonoræ.

Quià iuxtà receptissimam conclusionem exceptio
2 fideicommissi tunc solum in hac materia admittitur quando fideicommissarius docet incontinenti de iure suo, & copulatiuè concurrunt alia duo vulgata iuris requisita, quod scilicet nullæ competant detractiones & possessio non sit vitiosa.

Aliàs autem altero ex his deficiente fideicommis-
3 sarius non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi scripto iuxtà notata per *Bart.in d.l.fin.num.22.C. de edict.Diu. Adr.toll. Roman. cons.312.in princ. Sorcin.iun. cons.75. num.18. lib.1.* & hanc opinionem perpetuo tenuit Rota *vt in Romana*

de Salomonibus coram Card. Seraph. decif. 271. per tot. Romana de Capizucchis coram Card. Lancellotto in recent. decif. 115. num. 2 p. 2. cum alys allegatis in Bonon. bonorum de Grassis 13. Iunij 1657. §. nec Scipio est legitimus contradictor, & in Romana hæreditatis 23. Ian. 1664. §. non obstat coram me.

In proposito circa fideicommissum dicitur pro parte
4 Marchionis, quod cum bona proueniant ab Horatio
cum onere antiquioris fideicommissi in fauore filiorum,
& nepotum, non potuerit Ludouicus illius filius, ac
hæres grauatus in præiudicium Iacobi filij ad dictum
fideicommissum ex propria persona vocati in aliquo
præiudicare mediante noua dispositione, vt tradit *Molin. de primogen. hispan. lib. 4. cap. 1. num. 2. Pereg. conf. 38. num. 4. lib. 3. Rota in Romana fideicommissi de Boncompagnis 22. Martij 1662. §. Nec facit coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Vocatio autem nepotum resultat ex eo, quod fuerunt
5 positi in conditione, & plures ex eodem testamento
desumuntur vrgentes coniecturæ cumulatæ ab
informantibus, quæ ad vnguem fuerunt admissæ in
Fulginaten. fideicommissi 25. Martij 1658. cor. R. P. D. meo Beuilaqua confirmata 1. Martij 1660. coram eodem.

Et quamuis ab altera parte acriter controuertatur identitas bonorum, quod scilicet non proueniant ab hæreditate Horatij, signanter, quia Ludouicus nomine proprio quam plura bona acquisiuit; illa tamen videtur iustificata, tum ex confessione auctorum Eleonoræ tum ex depositionibus testium, de quibus *in Summ. Marchionis num 5. & 6.* immò docetur in facto omnes acquisitiones factas à Ludouico non excedere sc. 5835.
& viceuersa ipsum de bonis paternis alienasse bona va-
6 loris scut. 7195. *vt in Summ responsionis*, ob quas alie-
nationes, vt potè factas à filio habente scientiam fideicommissi
paterni videtur posse competere hypothecam pro reintegratione
fideicômissi super bonis propriis ipsius alienantis ex firmatis *in Romana Census seu Saluiani 5. May 1655. §. 4. demum coram me & in Ciuitatis Castelli bonorum 27. Aprilis 1663. §. Præterea coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Nil releuante prætensione, quod Ludouico in dd.
7 bonis Horatij competerent detractiones, quia vel ex
dd. alienationibus remanent illiquidæ, vel saltem negari non potest quin hæc omnia indigeant maxima discussione, quæ propterea non debeut admitti ad retardandam immissionem, ad quem effectum tenetur fideicommissarius docere incontinenti de iure suo, vt *in d. decif. Card. Seraph. 251. circa fin. & in alys superius allegatis.*

Deficit quoque secundum requisitum propter detractiones competentes Iacobo testatori in bonis Ludouici patris, quarum aliæ consistunt in quota, nempè legitima, & trebellianica; aliæ verò in quantitate, vt sunt legata, expensæ funeris, & dos materna sc. 2350
8 vbi enim aliquid est detrahendum nunquam fideicom-
missarius reputatur legitimus contradictor, *Zuccard. in d. l. fin. num. 426. Ruin. conf. 140. num. 60. vers. qua enim ratione lib. 5. Rota coram Duran. decif. 180. num. 9. & in recent. decif. 236. num. 11. p. 5.*

Neque dicatur censeri consumptas stante omissione inuentarij, ac pluribus alienationibus factis ab ipso Iacobo; quia cum alienationes fuerint factæ ex causa necessaria pro soluendis debitis hæreditatis vt ex dicto *Summ responsionis*, hodie non potest dici certa, & indubitata illarum incompetentia, & propterea hoc ma-
9 turius videndum erit post immissionem concessam
hæredi, vt præcisè respondendo huic obiecto dixit *Rota in Senogallien. successionis 29. Ianuarij 1652. coram Card. Corrado impress. in recent. decif. 215. num. 23. p. 11.*

& plures congerit Add. ad Gregor. decif. 206. num. 12.

Clarior visus fuit defectus alterius requisiti, cum
verè possessio Eleonoræ nullo modo possit à vitio saluari;
nam quatenus fuit apprehensa titulo hæredis ab
intestato cum clausula *sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura*, eo ipso quod docetur de te-
10 stamento, sicuti cessat causa intestati *l. quandiu la 2. &*
l. nec is §. fin. ff. de acquir. poss. ità vigore dictæ clausulæ
11 possessio perinde reputatur ac si non fuisset capta
Card. Canal. decif. 633. num. 6. Eminentiss. D. Card. Otthobon. decif. 72. num. 2. Add. ad Greg. decif. 332 num. 6. vers. Alię verò decisiones.

Quatenus verò post captam possessionem ex dicto
titulo Eleonora declarauit velle possidere ex fideicommisso
Ludouici, adhuc non suffragatur, quia certum
12 est fideicommissarium debere accipere de manu hæ-
redis, & possessio aliter capta semper dicitur vitiosa
per Text. in l. improba C. de acquir. poss. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 1. in princ. Card. Seraphin. decif. 1065. n. 3. cum alys plenè congestis in Eugubina fideicommissi 25. Iunij 1663. coram Eminentiss. D. Card Vicecomite confirmata 6. Iunij 1664. coram R. P. D. meo Otalora.

Parum obstante, quod Eleonora tunc temporis non
13 habuerit notitiam hæredis, nec testamenti, quoniam
in fortioribus terminis, vbi etiam hæreditas fuisset iacens
non potuisset capi possessio per fideicômissarium
propria auctoritate, sed quidem citato curatore ad
istum effectum deputato hæreditati iacenti, *Rota coram Gregor. decif. 206. num. 7. ibique Add.* qui testatur de
communi, & dictum fuit in *Romana Hæreditatis 4. Iulij 1663. coram me.*

Denique non vrget allegata retentio pro dote Eleo-
14 noræ eiusque fructibus, quia non titulo dotis, sed qui-
dem hæreditario bona controuersa obtinuit; regulariter
enim retentio datur creditori, quando bona ad
15 eum peruenerunt ex causa illius crediti, pro quo vult
retinere, secus autem si ex causa diuersa iuxta distinctionem
Bart. in l. si non sortem 26. §. centum num. 8. ff. de condit. indebit. quam amplexa fuit Rota in interamnen. bonorum 1. Iulij 1658. in fine coram me in Romana, seu Perusina Donationis 29. Ianuarij 1663. §. A quo coram Reuerendiss. Ninot. & magis præcisè quod immissus
16 tanquam hæres ab intestato non valeat pro suis credi-
tis retinere firmatum fuit in *Amerina successionis 22. Iunij 1657. §. ex alio etiam coram R. P. Dom. Beuilaqua.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SEPIS, ET ARBORVM.

Veneris 15. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Statutum de duabus conformibus non intrat in sententijs non conformibus & iniustis. Non conformitas porro arguitur ex eo quod vna plus altera contineat. Iniustitia vero consideratur per præsentem decisionem in eo quod arbores plantatæ non diuiso quinque pedũ spatio à fundo alieno per sententias non fuerit declaratum prout debuerat illas esse euellendas.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus ad hoc vt intret sufficit, quod conformitas sit in substantia licet in verbis dissonent & num seqq.*

2 *Sententia non dicuntur conformes si vna plus altera contineat, & in qualitate essentiali discordent.*

Arborum rami pendentes in alieno fundo sunt rescindendi. num. 2.

3 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de sententijs validis & iustis.*

Sententia iniusta licet conformes faciunt cessare dispositionem statuti quod duæ conformes faciant rem iudicatam, num. 3.

4 *Arbo-*

4 *Arbores plantari non possunt nisi dimisso quinque pedum spatio ab alieno fundo.*

5 *Arbores plantatæ inxta fundum alienum non dimisso spatio quinqne pedum debent radicitus euelli.*

6 Textus in l.fin.ff.finium regundorum *adducitur & explicatur & num.seqq.*

7 L. final.ff.finium regund.*lata fuit à Solone, à Caio &c. constituto grece scripta, & à Bulgaro male traducta, ab Alciato correcta.*

8 *Arbores an plantandi sint dimisso spatio quinque pedum an vero tantum duorum à fundo vicinali iuxta veram intelligĕtiam* textus in l.finali ff.finium regundorum

9 *Plantans arborem iuxta fundum alienum quinque pedes relinquere debet ex lege Solonis.*

Ficum & oleam plantans iuxta fundum alienum ex lege Solonis nouem pedes relinquere debet num.9.

Doctoris sententia non est amplectendu contra clara verbu textus num.9.

10 *Sententia probat contra illum, qui ea vtitur.*

11 *Sepes in dubio censetur posita in confinio.*

Sepes quod sit posita in confinio vnde probetur & supra num.10.

12 *Consuetudo probari debet cum suis requisitis alias non suffragatur.*

13 *Dictio* solum *est taxatiua & quando nam importet potius seruitutem quam dominium fundi.*

14 *Dominus fundi non dicitur prohibitus intra proprium fundum effodere aliaque facere ad placitum.*

15 *Arbores positæ iuxta confine sine aliqua dimissione pedum si fuerint præscripta non sunt euellendæ.*

16 *Præscriptio habet locum in materia arborum sine vlla dimissione pedum positarum in confinio fundi alieni iuxta sententiam Cuiacij.*

17 *Arbores propter naturalem motum nunquam manent in eodem loco & statu.*

Possessio continua ibi esse non potest vbi continuus est motus naturalis num.17.

Præscriptio non datur in ijs in quibus non est continua possessio num.17.

Præscriptio in materia arborum iuxta fundum alienum positarum quatenus detur num.17.

DECISIO CMXIII.

ORta controuersia occasione Arborum existentium
in sepe diuisoria inter vineam Martiæ, & vineam
Bartolomęi, nec non ex causa quorundam fontium
cum vasculis factis prope sepem, Iudex Curiæ Burgi
per sententiam pronunciauit, incidendos esse ramos
arborum in sepe, & prope eam existentium per quindecim pedes incipiendo à terra, aliosque ramos, ac
ipsas arbores etiam supra fundum Bartolomæi impendentes, & insuper dixit fontes esse demoliendos, ac
foueum esse replendum, *Summ.Bartholomæi num.1.* quę
sententia licet fuerit reuocata per R.P.D.A.C.met,
in alia tamen instantia confirmata fuit per R.P.D.Scarincium, qui declarauit, quod si arbores tractu temporis excrescerent, vt earum vmbra damnum inferret vineæ Bartholomæi, illarum rami 15.pedes altius
à terra circumcidantur, tam quoad altitudinem,
quam latitudinem, vt sunt verba sententię. Post hæc
deuoluta causa ad Rotam, Martia allegando pro se
duas sententias conformes pretendebat esse locum Statuto Vrbis *lib.2.cap.*180.ea ratione, quia cum vltima
sententia primam confirmet, & in substantia cum illa
concordet circa incisionem arborum, & demolitionem fontium videatur intrare Statutum, ad quem
1 effectum satis est, vt conformitas sit in substantia,
& effectu, licet in verbis, & modo aliqua considerari possit discrepantia *Gubr.de execut.rei indic.conclus.1.
num.33.Rota coram Penia decis.259.num.1.iuxta Venet.*
impress. & in recent. decis.21. num. 2. part. 8.

Sed informantes pro Bartholomæo ad excludendam conformitatem dicebant, vltimam sententiam
D.Scarincij continere solum indistinctam ramorum
incisionem, nulla facta mentione de impendentibus
supra fundum alterius vineæ, & vlterius loqui cum
restrictiua, quatenus ramorum excrescentia inferat
damnum, & præiudicium dictæ vineæ, de qua restrictione nulla fit mentio in prima sententia, cum enim
2 vna plus altera contineat, & inter se discordent in qualitate essentiali, respectu scilicet ramorum pendentium, quorum recisio expresse demandatur *in l.1.ff de
arbor.caeden.* inde prætendebant illas non esse conformes iuxta tradita *per Alex. cons.77. num.1. & sequen.
lib.2.Bursat.cons.219.num.6.Menoch. cons.509.num.17.
cum alijs per Add.ad Buratt.decis.567. num.8.*

Quinimo subiungebant sententias esse iniustas,
quo casu cessat dispositio statuti, quod loquens de
3 duabus conformibus semper intelligi debet de validis
& iustis, *Rota decis.179.num.1.p 7.* & alibi passim, &
iniustitiam resultare ex eo, quod cum arbores, de
4 quibus agitur, non fuerint plantatæ dimisso spatio
quinque pedum à fundo alieno, vt præscribitur *in l.
fin.in fin.ff.finium regund.* non debebant solum reduci,
5 & moderari, vt dicitur in sententijs, sed quidem à
radicibus euelli, atque extirpari, vt per *gloss. in l.1.
verb.rediget, vers. oppone C. de interdict. vbi Iaizcet.
num.3.circa med.in 4. opposit.Nicol.Fall.de reb.dub.tit.
summa eorum, quæ habentur num.8.vers.ego si contra
factum inter tract.magn. tom.18.fol.mihi 329.Io.Baptista Cost.de fact.scient.& ignor.distinct.1.centur.1.num.1.
& n.24.Ruginell.de arbor.controu.cap.7.& in. decis.242.
numer.2.*

Ad quod obiectum tollendum negabat altera pars
6 veritatem *d. leg. fin. ff.fin.regund.* signanter vbi firmat,
quod in plantandis arboribus requiratur distantia
7 quinque pedum à fundo vicini, etenim *Aleiat.lib.2.
dispunct. cap.6.* dicit dictam legem factam Athenis per
Solonem, & maxima ex parte à iuris consulto Caio
græce sceiptam male fuisse latine translatam per Bul-
8 garum, qui loco illorum verborum, *alia autem ligna
quinque pedes* scribere debuisset, *alias autem arbores
duo pedes* cuius Alciati sententiā sequuti fuerunt *Maxill.ad consuet.Bur.rubr.si vicini arbor in vicini fundum
impendat num.3.& plures alij congesti per Gionagu cons.
30.lib.2.num.13. & Ruginell.vbi supra cap.vlt.num.4.*

Sed fuit replicatum Alciati sententiam aut non esse
amplectandam contra verba clara Textus, qui iuxtà
9 castigatiorem impressionem in Pandectis Florentinis
loquitur de quinque, non autem de duobus pedibus,
cum quo concordant verba Plutarci in vita Solonis
relata a Ruginell.cap.7.num.1.ibi: *definiuit etiam plantationis mensuras, cum qui in agro quid plantaret quinq;
pedibus à vicino ab esse iussisset, qui vero ficum, vel
oleam nouem,* de quo etiam testatur *Cal.Rodigin. lect.
antiq.lib.24. cap 4c.in fin.Gregor.Tolos.in Syntagm.iur.
vniuers.p.3.lib.20 cap.9.num.6. Odofred.in d.l fin.in fin.
vers.si alias arbores Nicol.Fall.vbi supra d.n.8. Cepoll.
de seruit. Vrban. Præd.cap.81. num.1. & 2. Rimin.Iun.
cons.367. num.24.lib.4. V in d.decis.242. n.2* præsertim
cum idem *Alciatus* expresse reprobetur ab *Anton.August.lib emendat.2.cap. vlt Cuiac.in d.l fin num.2.alijsq;
relatis à gloss. margin. ibidem,* & faciunt deducta per
Fachin.contr.Iur.cap.35.litera D.vsque ad fin.

Aut in omnem casum dicebatur pro parte Bartholomæi difficultatem cessare, ex quo dictæ arbores
sint plantatæ in confinio vtriusque vineę, & sic etiam
deficiat distantia duorum pedum. Esse autem in confinio probari tum ex sententia Iudicis Curiæ Burgi,

qua vtitut Martia, ibi: *in confinio vinearum ambarum partium* tum ex instrumento concordiæ inter Auctores collitigantium celebrato, ibi: *la fratta, che si diuide la vigna di esso Sig. Antonio, e quella del Sig. Nicolò*, cum demum quia ad rectam lineam eiusdem sepis in parte superiori adest murus, qui à partibus fuit declaratus communis, quibus omnibus adstipu-
11 latur iuris præsumptio, secundum quam sepes censetur in dubio posita in confinio, vt ex verbis *d.l. fin. ff.fin.regund.tradit. Rugiuell.vbi supra d.cap.7.num.72. Rota in recent.decis.95.num.6. & seq. & decis.158. num.7.p.8.*

Ad assertam vero consuetudinem pro parte Martiæ allegatam, quod in conficienda sepe soleat relinqui spatium duorum palmorum, & ad dictum instrumentum concordiæ, vbi prætenditur Auctoribus Martiæ fuisse concessum situm palmorum intus vineã Bartholomæi responsum fuit consuetudinem non fuisse suffi-
12 cienter probatam cum suis requisitis, de quibus per *Menoch.cons.545.num.20.& cons.1239.n.16.&* concordiam non tribuere dictam quantitatem terreni iu-
13 re dominij, sed solum iure seruitutis ad certum, & determinatum effectum, ibi; *solo per accomodare ouero fare la fratta*, vt ponderando dictam taxatiuam *solum* consuluit *Surd.cons.572.num.46.*

Et hinc desumebatur etiam iustitia sententiarum quoad fontes & foueum, quia cum concordia, non tribuat tres palmos terreni iure dominij; sed solum iu-
14 re seruitutis, inde Bartholomæus Dominus fundi non dicitur prohibitus intra proprium situm effodere foueum, aliaque facere ad placitum iuxta dispositionem *Text.in l.quoties la 1.5 seruitutum ff.de seruit.*

Demum fuit allegata præsctiptio, ex quo arbores
15 sunt nimis annosæ, & Anctores Bartholomei non reclamauerint ex deductis per *Gionagn.respons.30.per tot. vol.2.* & in simile quinque pedum præscriptione nota-
16 uit *Cuiac.in l. quinque pedum C.fin. regund.* sed vltra quod in facto negabat altera pars arborum antiqui-
17 tatem, adhuc asserebat in hac materia non admitti præsciptionem, siue quia arbores propter naturalem motum nunquam manent in eodem loco, & statu, & sic quotidie grauant, siue etiam quia vbi est naturalis motus continuus, non est continua possessio & pluribus alijs rationibus defendit *Rugiuell.d.cap.7.num.27. & seqq. & comprobat Magon. decis. Florent.6. ante n.4. vers.& quamuis.*

Quibus omnibus perpensis hodie Domini responderunt non esse locum statuto de duabus vtraque parte informante.

ROMANA SEV VRBEVETANA CENSVS.

Luna 18. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Obligatio per mulierem maiorem ex causa dotis facta sine solemnitatibus iuris, aut statutorum est valida. Actio pro dotis restitutione constante matrimonio non competit vxori, si tamen constet maritum non posse onera matrimonij substinere, & eius vergentia ad inopiam per sententiam definitiuam fuerit declarata, tunc vxori competit actio pro dotis repetitione ad effectum vt deseruire valeat pro oneribus matrimonij, maxime contra tertium, qui dotem receperit, & restituere in omnem casum seu constante, seu soluto matrimonio promiserit.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio cameralis de iure paratam habet executionem*
2 *Obligatio mulieris maioris ex causa etiam mere voluntaria pro dote facta sine solemnitatibus iuris aut statutorum est valida.*
3 *Vxor constante matrimonio non habet actionem pro dotis restitutione.*
4 *Vxor constante matrimonio habet actionem pro dotis repetitione vbi appareat maritum non posse substinere onera matrimonij ob eius vergentiam ad inopiam, maxime si agat contra tertium, qui dotem receperit & non directe contra maritum.*
5 *Actio pro dotis repetitione vt competit contra tertiũ, qui promisit illam restituere in omnem casum tam constante, quam soluto matrimonio absque eo quod sit opus probare vergentiam viri ad inopiam.*

DECISIO CMXIV.

IN capitulis matrimonialibus initis 28.Februarij 1629 inter q.Tiberium, & Portiam, Brigitta mater Portiæ ad computum dotis conuentæ in scutis 6000.soluere promisit scuta 2000.in manibus Hortentiæ Auiæ maternę d.Tiberij, eiusque administratricis his verbis, ibi: *e detta Brigida promette di dare à detto Tiberio, per esso alla Sig.Hortentia amministratrice ad effetto di seruirsene in cose necessarie à detto Signor Tiberio scudi 2000.subito & e.con questo però, che oltre l'obligo di detto Signor Tigerio si oblichi con le solennità statuarie detta Signora Hartentia non solo come amministratrice, ma anco à nome proprio, e come principale di conseruare d.scudi 2000. e questo in ogni caso di restitutione tanto constante quanto soluto matrimonio di restituirli & c.* vt in apocha, & instrumento ad illius formam celebrato *Summ.vtriusque partis num.1. & 2.* quia verò Hortentia tractu temporis discessit ab Vrbe, ac dimisit curam, & administrationem Tiberij, non potuit onera matrimonij substinere instetit Portia coram A.C. contra eandem Hortentiam pro restitutione *dd. scutorum 2000.*& mandatum obtinuit ad effectum deponendi, & illa inuestiendi pro dote, factaque exequtione super censu, de quo agitur deuentum fuit ad subhastationem & deliberationem, & pro crediro præfato, ac expensis adiudicatus fuit eidem Portiæ pro rata scutorum 2011.cum autem Hortentia prosequendo causam appellationis contra hæredes Portiæ obtinuerit disputari dubium an eidem dandum sit mandatum de manutenendo, seu potius de reintegrando, eo proposito 20.*Iunij 1664.* iniunctum fuit quod videretur de bono iure, & hodie reassumpta disputatione Rota censuit constare de bono iure hæredum Portiæ; quia stante clara promissione Hortentię de restituendo dd.scuta 2000.tam constante, quam soluto matrimonio bene potuit contra eam deueniri ad relaxationem mandati in vim obligationis Came-
1 ralis in instrumento adiectæ, quæ de iure paratam habet exequutionem ex vulgatis.

De cuius obligationis validitate dubitari non potest, licet facta sine solemnitatibus, quia speciale est in dote mulierem maiorem (qualis tunc temporis erat Hortentia) posse ex causa etiam mere voluntaria vali-
2 de obligari sina solemnitatibus iuris, vel statuti, vt sæpe firmauit *Rota, vt post Pic.ad Stat. Vrb. decis.13. num.6.post.Pacif.de Saluian.decis.113.num6. & 7.in recent.decis.177.num.11.p.1. decis.168. & decis.141. n.8. vsque ad 15.p.7.& coram Reuerendiss.Royas decis.450. numer.4.*

Non obstat, quod constante matrimonio, nulla
3 Portiæ competeret actio pro dotis restitutione *per Tex.in l.1.C.si dos const.matrim.l.2.ff.sol.matrim.*

Quia cum ex Testibus datis pro parte hęredũ *Summ. num.3.* appareat Tiberium Maritum tunc non potuisse onera matrimonij substinere, prout successiue super illius vergentia ad inopiam, lata quoque fuit sententia diffinitiua ab.A.C.*eodem Summ.num.4.*

Vtique potuit vxor agere contra tertium, qui dotem
4 recepit, ad effectum, vt dos posset deseruire pro oneribus matrimonij, vt plene probat *Romanus cons.392.n.1*

eum seq. Mastrill. decis. 142. num. 22. & 23. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. p. 3. num. 15. & 16. Card. Put. decis. 359. per tot. lib. 3. vbi num. 3. dicit esse locum huiusmodi remedio eo ipso quod maritus incipit male vti substantia sua, & tradunt quamplures allegati per Manstrill. vbi supra num. 3.

Præsertim quia actio non fuit directa contra ipsum virum, sed contra Hortentiam, quæ dotem restituere promisit omni casu, tam constante, quam soluto matrimonio, vigore enim huius promissionis indistinctè teneri etiam extra casum inopiæ resolutum fuit coram Card. Millin. decis. 229. num. 3. & decis. 243. numer. 1.

Nec obstat, quod in capitulis matrimonialibus data fuerit Hortentię facultas expendendi dd. scuta 2000. in rebus necessarijs, quæ propterea tanquam erogata in extinctionem debitorum Tiberij, & emptionem vestium, & iocalium pro sponsa, non erat amplius locus restitutioni.

Etenim aduertendum est, quod Hortentia duas fecit obligationes, tam in capitulis matrimonialibus, quam in instrumento, alteram fauore Tiberij tanquam illius administratrix promittendo erogare scuta 2000. in rebus necessarijs, alteram vero vti principalis fauore Portiæ, dum voluit teneri ad restitutionem pecuniarum receptatum tam constante, quam soluto matrimonio, vnde quidquid sit an ipsa vigore primæ potuerit molestari per Tiberium, ex quo vere impenderit dd. scuta 2000. in rebus necessarijs, quod ab altera parte negatur, non tamen potest euitare secundam factam ad fauorem Portiæ, ad quæ teneri voluit absque vlla exceptione in omni casu, vt clare demonstrat totus tenor capitulorum vbi post illa verba, ibi: *ad effetto di seruirsene in cose necessarie*, immediate fuerunt adiecta alia verba: *con questo però che oltre l'obligo di esso Tiberio si obblighi con le solennità statutarie detta Sig. Hortentia non solo come amministratrice, ma anco à nome proprio di conseruare detti scuti 2000. e questo in ogni caso di restitutione tanto constante, quanto soluto matrimonio di restituirli*, & sic præsupposita etiam erogatione pecuniarum in rebus necessarijs dummodo Portia res emptas penes se non retineat.

Et ità vtraque &c.

EVGVBINA SALVIANI.

Ven. 22. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Sententia si à die interpositæ appellationis per Biennium aut vltra nihil in causa actum fuerit transitum facit in iudicatum quod eo magis procedit si clara resultet eiusdem sententiæ iustitia.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata inducitur si à die interposita appellationis per biennium nihil fuit actum in causa.*

Sententia transit in iudicatum non obstante appellatione si per biennium nihil agatur in causa num. 1.

2 *Hypotheca dicitur mater Saluiani.*

Hypoteca capit quidem bona præsentia & futura, non autem trahi potest ad precedenter distracta.

3 *Mater tutrix quemmodo & quando possit priuare filios eorum possessione.*

Contractus ex quo filius sua possessione priuatur si fuerit factus à matre tutrice, & curatrice debitis cum solemnitatibus substinetur num. 3.

4 *Ratificatio mandato æquipollet.*

5 *Ratificare dicitur qui agit vigore contractus eius nomine celebrati.*

6 *Approbatio & ratificatio scriptura vna cum omnibus eius qualitatibus per illius productionem expresse resultat.*

7 *Immissio concessa vigore primi decreti neq. dom nium neq. possessionem transfert.*

Dominium non acquiritur per immissionem ex primo decreto num. 7.

Possidens ex primo decreto dicitur tantummodo possidere vigore simplicis detentationis & custodia.

DECISIO CMXV.

Pro duobus creditis altero videlicet censûs scutorum 150 impositi vsque de Anno 1631. à Marcello Fauno cum fideiussione Aloysij de Maggis, & Vrsinæ eius matris ad fauorem Virginiæ Gabriellïæ, & altero dotis scutorum 6000. constitutæ Anno 1635. ab eodem Aloysio de Maggis, & Ioanne Carolo fratribus pro nubenda Eleonora sorore, egit ex remedio Saluiani interdicti in partibus Comes Michael Hieronymus Gabriellius, vti hæres Virginiæ, & maritus Eleonoræ contra illos de Andreolis possessores vnius Prædij nuncupati *della casella*, quod titulo emptionis acquisiuerint Anno 1633. à Ioanne Carolo de Maggis, & sententiam immissionis obtinuit, quam tamen R. P. D. Areostus A. C. Locumtenens in gradu appellationis successiue reuocauit, vnde deuoluta causa ad Rotam cum Andreoli prætenderent sententiam A. C. fecisse transitum in iudicatum, dedi dubium, an constet de re iudicata, & de illa constare Domini responderunt, quia à die interpositæ appellationis per bien-

1 nium & vltra nihil fuit actum in causa *cap. cum sit Romana de appell. Auth. ei qui C. de temp. appell. vestrin prax. lib. 3. cap. 5. num. 2. Buratt. decis. 885. num. 1.*

Attenta præsertim iustitia sententiæ, ex eo resultans, quod prædium controuersum de tempore vtriusque obligationis non possidebatur ab illis de Maggis debitoribus, cum præcedenter vsque de Anno 1630. iam fuisset distractum in Hieronymum, & alios de Brunis. Isti enim tunc temporis vendiderunt Vrsinæ vti matri tutrici, & curiatrici Ioannis Caroli, & Aloysij de Maggis diuersa bona pretio scutorum 18. mil. & in computum pretij dictum prædium in solutum acceperunt *Summ. Andreoli num. 1.* ideoque hipothæca,

2 quæ est mater Saluiani super eodem corpore deficit, quia capit quidem bona præsentia, & futura, non autem trahi potest ad præcedenter distracta, quæ proc sus aliena dicuntur *l. qui Balneum §. Titia ff. qui pot. in pign. hab & pluribus allegatis dictum fuit in Meleuitana pecuniaria 30. Ianuarij 1651. §. preterea coram me.*

Neque dicatur Vrsinam absque consensu filiorum

3 non potuisse per dictam dationem in solutum illos priuare eorum possessione. Quia præter quod contractus substineri potest vti celebratus à matre tutrice, & curatrice cum Iudicis decreto ad formam Statuti

4 Ciuitatis Eugubij dicto *Summ. num. 8.* tollitur difficultas ex successiua filiorum ratificatione, quæ mandato æquipollet *leg. fin. ff. ad Maced. Caputaq. decis. 53. part. 1. Card. Canal. decis. 641. num. 6.*

Et quidem ratificarunt tempore habili ante contractam obligationem ad fauorem Authorum Gabrielli; Nam sub die 30. Ianuarij 1631. comparuerunt in actis, & produxerunt instrumentum emptionis ab Vrsina factæ, ac illius vigore diuersa mandata obtinuerunt *eodem Summ. num. 9.* Hinc enim sufficiens ratificatio

5 inducitur non solum quia agens vigore contractus eius nomine celebrati illum ratificare censetur, vt dixit, *Rota decis. 227. num. 45. post Merlin. de pignor.*

6 Verùm etiam quia ex productione scripturæ simpliciter facta resultat illius approbatio vna cum omnibus suis qualitatibus *gloss. in l. 1. §. editione verb. diem ante fin. vers. Quid si sponte, ff. de edend. Vestran prax. lib. 6. c. 1. n. 4. & 5. cum alijs allegatis in Ciuitatis Castelli censu 29. Maij 1665. §. Ad excludendũ cor. bo. m. Verospio.*

Non

Non obstat, quod Ioannes Carolus de Maggis anno 1640. & sic post contractum vtrumque debitum prædium controuersum recuperauerit vigore mandati relaxati ab A.C. illudque successiuè vendiderit Andreolis.

Quoniam placuit responsio, quod ille obtinuit quidem immissionem in contumaciam partis pro liberatione à molestijs, quas creditores illorum de Brunis, tunc inferebant super bonis emptis, sed non ostenditur deuentum fuisse ad prædij subhastationem, & de-
7 liberationem; itavt fuerit eidem adiudicatum; Cùm enim immissio successerit ex primo decreto nullo modo dici potest fuisse in eum translatum, neque dominium, neque possessionem, sed solum censetur prædiũ obtinuisse ratione simplicis detentationis, & custodiæ *iuxtà text. in l. possidere, 3. §. fin. ff. de acquir. possess. Alex. in l. à Diuo Pio 11. §. in Venditione, n. 10. ff. de re iudic. Menoch. de retin. remed. 3. num. 171. Rota coram Durand. decis. 364. num. 4. decis. 506. num. 4. tom. 3. part. 4. recent. Merlin. decis. 391. num. 3. & seqq.*

Et ità, cæteris omissis resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

ROMANA, SEV ALBAN. DONATIONIS VINEÆ.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Plures tam iuris quam facti exceptiones, quæ opponebantur contra executionem instrumenti obligatione Camerali munito tanquam turbidæ, & illiquidæ in hac decisione reijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis de iure paratam habet executionẽ.*
2 *Obligationis Cameralis effectus non retardatur per exceptiones illiquidas*
3 *Exceptio iuris dubij non retardat exequutionem Cameralis obligationis.*
4 *Exceptio non adimplementi non attenditur si appareat omnia ad formam instrumenti fuisse expleta.*
5 *Testes deponentes contra confessionem eius, qui illos induxit habentur pro suspectis.*
6 *Confessio iudicialis plenè probat contra ipsum confitentem.*
7 *Testes adminiculati semper in concursum præferuntur.*
8 *Manutentio non conceditur ratione incertitudinis.*
9 *Manutentia pro decimis, & distributionibus quotidianis non obstante incertitudine semper conceditur, & quare, n. 10.*
10 *Causa vniuersalis actus in possessorys potius attenditur quam alius eiusdem exercitium.*
11 *Causa vniuersalis considerari non potest in obligatione mutua, & correspectiua, quæ singulis annis impleri debet.*
Stipulationes tot esse dicuntur, quot sunt anni, in obligatione, quæ singulis annis impleri debet.

DECISIO CMXVI.

AD effugiendam solutionem vini ex vinea recollecti contra claram eius promissionem factam in instrumento donationis Franciscus donatarius plures opponebat exceptiones non solùm allegando malam culturam vineæ, sed etiam resolutionem contractus, vel saltem illius non adimplementum ex parte Dominici donatoris, quæ tamen reiectæ fuerunt in decisione edita coram me 5. Aprilis 1666. & hodie repropofita causa Domini persisterunt in decisis.

Siquidem Dominicus fundatur in publico instru-
1 mento obligatione Camerali munito, quod paratam de iure habet exequutionem; Exceptiones verò Francisci aliæ non pertinent ad hoc Iudicium, prout sunt illæ respicientes malam culturam vineæ, & resolutionem contractus, cum desuper fuerint subscripta dubia particularia, immò bis à me proposito dubio, an contractus sustineatur, vel potius sit locus resolutioni, Domini non fuerunt concordes; Alia verò desumpta ex capite non implementi, quatenus fundatur in eo, quod Dominicus non impertauerit consensum Domini directi, redditur valdè turbida, tùm ex sententia absolutoria lata ab A.C. vt prętenditur in iudicatum transacta; Tum etiam ex dilatione præfati dubij, vbi principaliter per Franciscum deducebatur defectus huius-
2 modi consensus Domini directi; Vndè sub hoc prætextu non debet amplius retardari exequutio obligationis Cameralis, quæ non admittit exceptiones turbidas, & illiquidas, *Zacch. ad Galles. de oblig. camer. qu. 17. num. 15. Rota post eundem decis. 199. num. 26. & in rec.*
3 *decis. 452. num. 6. part. 4.* nec retardatur per exceptiones iuris dubij *Buratt. decis. 295. num 13. & 14.*

Quatenùs verò eadem exceptio non implementi fundatur super defectu intimationis, quam Dominicus tenebatur facere donatario per tres dies ante vindemiam, non incipiendam nisi post vicinos designatos
4 in instrumento, tollitur ex facto; Cum verè ex testibus formiter examinatis, alijsque relatis in præterito *Summar. num. 3. & 7.* appareat omnia expleta fuisse ad formam instrumenti, vt firmatur in decisione, *§. Non obstat, cum seq.*

Neque aduersantur alij testes inducti pro parte do-
5 natarij, quas vltra exceptiones, quas patiuntur, eo ipso quod conantur probare vindemiam fuisse cæptam 13. Octobris sunt nimis suspecti de mendacio, quia ipsemet Franciscus sub die 17. eiusdem mensis citauit Dominicum ad videndum sibi inluberi, ne faceret capatam, quę, vt notum est, fieri solet ante vindemiam, & successiuè illam reproduxit in actis sub die 20. sequen. Aut enim ex dicta citatione desumi potest tacita confessio
6 Francisci vindemiam vsque tunc fuisse cæptam, quæ vtpotè iudicialis plenè probaret in præiudicium confitentis, *vulg. l. 1. num precum C. de liberal.* aut saltem te-
7 stes Dominici exindè recepiunt maximum adminiculum veritatis, itaut in concursu veniant præferendi *ex alleg. in Bonon. primitiarum 30. Ianuarij 1665. §. final. coram R.P.D. meo Albergato, & in Florentina Oratorij pariter 30. Ianuarij 1665. §. Responsum vers. Et magis coram R.P.D. Emerix.*

Quoad manutentionem Domini confirmando etiã
8 in hac parte decisionem iterum dixerunt non esse concedendam ratione incertitudinis ponderatæ in decisione, *§. final.*

Non obstat, quod pro decimis, & distributionibus
9 quotidianis non attenta incertitudine soleat concedi manutentio, quia id procedit, ratione causæ vniuersa-
10 lis, & quæ in possessorio attenditur potius quàm ipsius actus exercitium ex pene congestis *in Calaguritana Præeminentiæ 6. Februarij 5. Quoad præcedentiam & 27. Nouembris 1665. §. Subsistunt coram Reu. P. D. Otalora.*

Secus autem dicendum in proposito, quia cum ver-
11 semur in obligatione mutua, & correspectiua, quæ singulo anno debet recipere vltrocitroque implementum dici non potest vnica stipulatio tribuens causam vniuersalem in futurum, sed quidem tot sint stipulationes, quot anni, vt benè consuluit *Natt. cons. 548. n. 25. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 40. num. 58.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBANEN. BONORVM.

Lunę 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Plura requisita pro sustinenda deliberatione in pręsenti decisione cumulantur, & inter ea principaliter discutitur materia læsionis, quæ etiam ad hunc effectum di-

midium vltra excedere omnino debet, vt proinde ad illam excludendam onera, aliaque debita rei subhastatæ, & deliberatæ, plurimum sint consideranda.

SVMMARIVM.

1 *Executio noua firma remanente prima fieri potest vbi priora pignora non sufficiunt.*

2 *Deliberatio, seu subhastatio ad hoc vt sustineatur, edicta sunt affigenda in partibus ex constitutione Pauli V.*

3 *Acta facta in prima instantia, sed à Notario omissa, & in processu non relata, si ex post reperta probentur, penes eundem probationem faciunt, etiam in secunda instantia.*

4 *Notario attestanti de re gesta per eius acta, plena fides est adhibenda.*

5 *Deliberatio non rescinditur per læsionem vltra dimidiam non ascendentem.*

Læsio vltra dimidiam requiritur ad rescindendam deliberationem, n. 5.

6 *Læsio excluditur per debita super bonis deliberatis existentia, quæ & ipsa considerantur ad effectum minuendi pretium eorundem bonorum.*

Valor minuitur per debita quibus res est grauata, n. 6. Onera quibus res est grauata in consideratione habentur pro valore rei minuendo ad effectum excludendi læsionem in subhastatione, n. 6.

7 *Creditor census ratione non adimplementi potest sortem repetere non vti pretium census sed tanquam interesse.*

Læsio ad hoc vt excludatur in deliberatione, sufficit si in actu deliberandi fuerit facta mentio de onere census rem deliberatam grauante.

DECISIO CMXVII.

Decisum fuit 19. Ianuarij 1667. coram me constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententias latas ad fauorem PP. SS. Siluestri, & Martini ad Montes super validitate deliberationis duarum domorum, & vnius vineæ, ad quam dd. Patres deuenerunt vigore mandati expediti pro fructibus census scutorum 500. alias ad eorum fauorem impositi ab illis de Rotundis tunc possessoribus dictorum bonorum; Quia verò resolutio consistebat principaliter in nullitate eiusdem deliberationis, quæ hodie ex nouiter deductis cessare visa fuit; Ideò placuit Dominis recedere à decisis.

Non enim subsistit, quod pro modica summa scutorum 159. fuerint subhastata tria corpora, quorum vnū erat sufficiens pro crediti satisfactione; Quia ex nouo *Summ. Patrum, num. 2.* constat executionem pro dictis scutis 159. verè à principio fuisse factam super vinea tantum, & vino ex illa recollecto, sed cum alij creditores superuenerint, quorum creditum longè excedebat valorem vineæ; Ideò Iudex mandauit exequi mandatum super alijs bonis debitorum, firma remanente

1 exequutione facta super vinea, eodem *Summ. num. 7.* quemadmodum de iure fieri potest vbi priora pignora non sufficiunt per *text. in l. a Diuo Pio, §. Si pignora, ff. de re iudic. Thesaur. quæst. forens. 7. num. 9. lib. 1. Postb. de subhast. inspect. 27. num. 35. & seq.*

Remouetur quoque altera nullitas fundata in eo,

2 quod non fuerint affixa edicta in terra Cinthiani, vbi bona deliberata existunt iuxtà *Constitutionem 71. san. mem. Pauli V. de reform. Tribunal. Vrb.* Et datis enim eodem *Summ. num. 9.* constat edicta fuisse ibidem affixa sub die 18. eiusdem vt probatur ex relatione Dominici Tonelli publici mandatarij eiusdem terræ *lit. B.* & successiuè 18. Augusti factum fuit decretum de deliberando, & 5. Octobris eiusdem anni sequuta fuit actualis deliberatio eodem *Summ. num. 10. & 12.* Pa-

3 rum, obstante quod edicta non fuerint exhibita in prima, sed solum in secunda instantia. Quia ex hoc Notarij data in calce responsionis facti præteritæ positionis pro parte Monasterij probatur illa fuisse reperta in capsa Notarij substituti premortui eum relatione à tergo facta à mandatario, de qua supra, nec non cum illorum reproductione in actis sub die 18. Augusti 1657. & sic longè ante deliberationem sequutam 5.

4 Octobris eiusdem anni. Cui quidem Notario attestanti de re gesta per illius acta plena fides tanquam actuario est adhibenda, *Ias. in l. prima, num. 4. C. de Procurat. Bort. in Auth. si quis in aliquo sub num. 2. vers. Secundo oppono, & num. 3. C. de eden. Rot. decis. 1. num. 1. de fid. instrum. in nou. decis. 54. num. 16. part. 4. recent. & in Croconien attestatorum 17. Iunij 1652. coram bo. me. Bichio. §. Sed etiam.*

Deficere videtur etiam exceptio ænormissimæ læsionis ponderata in decisione, ex quo scilicet bona valoris scutorum 2444. deliberata fuerint pro scut. 902. Quoniam dixerunt Domini ad computum pretij addenda esse alia scuta 500. sortis principalis census, de quibus in deliberatione expressè fuit facta mentio dicto *Summ. num. 12.* quibus computatis pretium ascen-

5 dit ad scut. 1402. & sic non adest læsio vltra dimidium, sine qua deliberatio non rescinditur, nec annullatur, vt reprobando *Vinc. de Franch. in decis. 102. num. 2. & decis. 224. n. 20.* declarando decisionem, seu potius discursum bon. mem. *Bichij in Romana læsionis 11. Iunij 1654. §. Læsio autem.* plenè firmauit, *Rota in Imolen. bonorum 6. Martij 1665. §. Læsionis, & seq. coram bon. mem. Verospio, vbi concordantes.*

Et vltra sortem principalem dicti census addenda sunt alia debita, quibus dicta bona reperiebantur grauata; Aderat enim census scutorum 300. in sorte vnacum scutis 11 t. pro fructibus ad fauorem Bartholomei Checcij, cui patres in hanc causam soluerunt scuta 400. vt in *Summ. num. 19.* nec non partita scutorum 300. debita patribus S. Augustini creditoribus ex persona fratris Tiburtij Rotundi, & alia partita scutorum 200. debita Octauio Troualuscio dicto *Summario*

6 *num. 20. & 21.* Quæ omnia admitti debent ad istum effectum læsionis, cum ex eis saltem minuatur valor bonorum deliberatorum per *text. in l. fundi partem, vbi gloss. verb. vendid. fit, ff. de contrahen. empt. Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. num 21. vers. Et semper Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 8. Cenc. de Cens. q. 47. num. 12. Merlin. decis. 705. num 4. & 5.*

Neque dicatur sortem principalem census non esse computandam ex quo non fuerit in potestate creditorum illam repetere. Quia præter quod Rotundi debitores 8. Ianuarij 1656. fuerant requisiti ad præstandum

7 fideiussores ad formam eorum obligationis dict. *Summario, num. 3.* & propterea ratione non implementi benè potuerunt creditores repetere sortem, non vti pretium census, sed vti interesse *Cenc. vbi supra q. 106. num. 12. Gratian. discept. for. cap. 361. n. 6. Greg. decis. 88. num. 3. vbi Add. lit. A.* Adhuc ad istum effectum excludendi læsionem sufficit, quod in actu deliberationis fuerit facta mentio oneris dicti census, adeout considerari debeat tanquam pars pretij, tum ad diminuendum valorem bonorum deliberatorum, tùm respectiuè ad augendum pretium pro deliberatione solutum, vt probant auctoritates superius allegatæ.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA, SEV IANVEN. HÆREDITATIS.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur ad effectum probandi exceptionem illegitimitatis eius, qui tanquam legitimus admissus est ad successionem, & aliunde etiam à plu-

ribus instrumentis publicis apparet ex legitimo matrimonio natus.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non solet denegari data releuantia materia articulata,& aliquo fumo probabilitatis.*

2 *Legitimitas personę resultat ex eo, quod pater illam in successione, & alijs publicis instrumentis recognouerit in legitimam, & naturalem à se procreatam,& aliunde*, num.6. & seq.

3 *Remissoria non datur contra propriam confessionem.*

4 *Remissoria non conceditur contra confessionem proprij auctoris.*

5 *Probatio per testes contraria publicis Instrumentis non conceditur.*

Legitimitas publicis instrumentis probata non admittit probationes in contrarium faciendas per testes, n.5.

6 *Fides Parochi super matrimonio probat legitimitatem exindè natorum.*

7 *Fides baptismatis suffragatur ad probandam legitimitatem.*

8 *Successio in hæreditate paterna, & admissio alicuius ad legitimam iunctis testibus super legitimitate eiusdem deponentibus eandem legitimitatem probant.*

9 *Matrimonium vbi principaliter non agitur de fœdere matrimonij, sed solùm ad effectum successionis leuioribus probationibus probatur.*

10 *Publica vox,& fama non potest probari per scripturas, sed solummodo per testes.*

Remissoria ad probandam publicam vocem,& famam semper conceditur regulariter, num.10.

11 *Remissoria non conceditur ad probandam publicam vocem, & famam super legitimitate, cum de illa aliundè satis constet.*

Fama nec etiam in antiquis probat, vbi contrarium aliundè habetur.

12 *Scripturæ licet ritè non compulsata, tamen si id eueuit ex facto illas compulsare debentis, in eius odium, habentur pro legitimè compulsatis.*

Actus non perfectus culpa alicuius perficere debentis in eius odium perfectus reputatur, num.12.

Culpa in odium auctoris semper reflectitur, num.12.

13 *Remissoria denegatur ad effectum probandi super exceptione, qua nunquam fuit opposita per decennium, & vltra, quo causa pendeat.*

DECISIO CMXVIII.

AD excludendam Thomasinam neptem à medietate hæreditatis Dominici Riuarolę illius Patrui Franciscus Boninus,& litis consortes hæredes Pauli Baptistę fratris Dominici opponebant illam esse illegitimã, ad quod probandum petierunt remissoriam, quam Domini dixerunt non esse concedendam.

Quamuis enim in prophanis data releuantia mate-
1 ria articulatæ non soleat denegari, maximè cùm detur fumus ex attestationibus plurium testium affirmantium ipsam Thomasinam ab omnibus fuisse reputatam pro filia illegitima Bernardi fratris Dominici Riuarolæ,& tanquam talem fuisse nuptam q.Simoni Bancalario pauperi,& vilis conditionis; Contrarium tamen
2 visum fuit in proposito non solum propter geminatã confessionem Pauli Baptistæ Authoris Bonini, & aliorum,qui in pluribus actibus agnouit Thomasinam in filiam legitimam,& naturalem Bernardi,dum absque contradictione illam admisit ad successionem medietatis hæreditatis Dominici vtrique ab intestato delatæ, *Summ.dato pro parte Thomasinæ super bono iure,num.1. lit.F.& G.* Et illam successiuè approbauit in publico instrumento compromissi in illis verbis, ibi: *Et ipsa D.Thomasina tanquam nata ex altero fratre,& sic repræsentans personam dicti sui patris legitimè succedentis,eo-*
3 *dem Summ.num.3.* Certum est enim quod contra propriam confessionem remissoria non datur iuxtà *decis.*
4 *Caputaq.382.num.6.part.3.* & in terminis de confessione Authoris dictum fuit *in Perusina fideicommissi de Rodulphis 26. Aprilis 1635.§.Nihilominus corã me.*

Verùm etiam quia ex publicis scripturis videbatur
5 satis probata eius legitimitas,quo casu admittenda nõ est contraria probatio facienda per testes ex allegatis *in Ferrarien. Parochialis 6. Martij 1643. §. Multoque magis coram me, & in Pampiloneu. Vicariæ 20. Aprilis 1665. §. Nec releuat coram R.P.D. meo Otalora.*

Quod potissimum desumebatur tùm ex fide Paro-
6 chi super matrimonio contracto inter Bernardum, & Angelum de anno 1601.hodierno *Summ.num.2.* Tùm
7 ex fide baptismi data in dicto *Summ.num.1.* vbi enunciatur Thomasinam natam esse anno 1602. ex Bernardo Riuarola.& Angela coniugibus; Tùm etiam quià
8 eadem Thomasina successit in hæreditate paterna, exclusis patruis, & consequuta fuit legitimam in bonis Pomettæ Auiæ Paternæ, & subsidium dotale relictum à Pelegro Riuarola filiabus familiæ cum præsentia, & consensu proximiorum dicto *Summ. super bono iure, num.4.& 5.* Et etiam comprobatur ex testibus super legitimitate deponentibus, de quibus in hodierno
9 *Summ.num.6.* Quæ omnia videntur sufficere cùm non agatur principaliter de fœdere matrimonij, sed solùm ad effectum successionis, vbi leuiores probationes admittuntur iuxtà *consil.Gemin.27.*sæpius à Rota approbatum,vt in *decis.390.num 1.& seq. part.2. decis.199. num.2.part.3.& decis.255.num.11.part.9. recent.*

Non obstat, quod fuerit articulata publica vox, &
10 fama, quæ cùm non possit probari per scripturas, debeat proinde admitti testium examen ex deductis in *Pistorien. iurispatronatus 23. Iunij 1663. coram Eminentissimo D.Card. Vicecomite*; Quià stante prædicta
11 probatione legitimitatis fama nihil releuaset,quæ vbi ad est aliquid in contrarium, etiam in antiquis non probat, vt dixit *Rota coram Card.Seraph. decis.355. num.5.& Gregor.decis.325.num.17.*

Sicut etiam non releuat, quod scripturæ productæ
12 pro parte Thomasinæ non fuerint à suis originalibus extractæ mediante compulsoria; Nàm cum ipsa verè compulsoriam expedierit, & impedimentum prouenerit ex parte Bonini, qui curauit inhibitionem à Senatu Ianuen, vt deponunt testes dati in *Summ.num.7.*
13 in odium ipsius haberi debent pro ritè, & rectè compulsatis; Aduertendo vlterius pro denegatione remissoriæ,quod hæc causa pendet in curia à decennio, & vltra, & huiusmodi exceptio illegitimitatis nunquam fuit opposita,vt ponderauit, *Rota coram Cardin.Canal. decis.87.num.2.*

Et ità vtraque,&c.

AMERINA SALVIANI.

Merc. 27. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis data aliquali releuantia materiæ articulatæ conceditur,imò sufficit releuantia vnius articuli ad effectum vt super omnibus concedatur. Inuentarium vt effugiat vitium defectuosi debet continere omnia bona in hæreditate remansa etiam si fuerint aliena commodata vel locata, & licet vigore protestationis addendi, & minuendi posset semper fieri descriptio bonorum non dolosè omissorum, attamen si probetur hæredem habuisse scientiam bonorum omissorum, eo quia post mortem testatoris ea possederit non poterit protestatione iuuari.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causis prophanis data aliquali releuantia materia articulata conceditur.*

2 *Remissoria in prophanis super omnibus articulis conceditur data relevantia unius tantum articuli.*
3 *Inventarium remanet defectuosum si in ipso non describantur omnia bona in hæreditate remansa.*
4 *Inventarium est defectuosum si in ipso descripta non fuerint bona reperta in hæreditate etiamsi fuerint aliena commodata, vel locata.*
5 *Descriptio bonorũ in confectione inventarij omissorũ potest sẽper fieri vigore protestationis addendi, & minuẽdi in eo oppositæ, nisi constet bona fuisse dolosè omissa.*
6 *Descriptio bonorum in inventario omissorum tamquam dolosa non admittitur etiamsi apposita fuerit protestatio addendi, & minuendi, ubi hæredem constat habuisse*
• *scientiam dictorum bonorum de tempore confectionis inventarij, & etiam post, quia eadem bona possederit.*

DECISIO CMXIX.

IN decisione edita coram me in hac causa 11. Martij 1667. Rota recedendo à præcedenti resolutione 30 Maij 1664. iudicavit Sebastiano Venturello suffragari inventarium factum de hæreditate Brancaleonis eius patris non obstantibus pluribus nullitatibus in contrarium oppositis. Hodie verò Ioannes, & alij de Morellis collitigantes exhibuerunt loco articulorum depositiones testium deponentium, quod Brancaleo possedit nonnulla bona stabilia usq; ad obitũ quodque Sebastianus filius illa sẽper abinde citra possedit absq; eo quod in inventario adnotaverit, & cũ desuper petierit remissoriã, Domini pro illius concessione inclinarunt.

Siquidem in prophanis data aliquali relevantia materiæ articulatæ Rota solet concedere remissoriam in
1 qualibet instantia, quinimo sufficere relevantiam
2 unius articuli ad effectum ut super omnibus concedatur dictum fuit *coram Greg. decis. 124. n. 3. & decis. 403. num. 7. in Vladislavien. Villæ de Opemburch 5. Aprilis 1647. §. Fuit enim coram me, & in Baten. census 27. Februarij 1662. coram bon. mem. Leone Verospio in fin.*

Relevantia ad istum effectum videtur desumi ex eo, quod dum bona à testibus enunciata erant in hæredi-
3 tate Brancaleonis debebant punctualiter describi; nam alias inventarium remanet defectuosum iuxtà text. in *l. fin. §. Sin autem, C. de iur. deliber.* quod procedere
4 etiamsi bona fuissent aliena, commodata, vel locata, tradunt *Surd. cons. 151. num. 105. Honded. cons. 35. n. 55. lib. 1. Rota decis. 72. num. 5. part. 2. recent.*

Et quamvis in secunda decisione, *§. Neque relevat,* dictum fuerit, quod stante protestatione addendi, & minuendi possit quandocunque fieri bonorum omisso-
5 rum descriptio, cũm præsertim non constaret omissionem fuisse dolosam, Nihilominus cum ex dictis testibus deprehendatur Sebastianum habuisse scientiam dd. bonorum, ex quo illa semper possedit post obitum patris valde dubitari potest an dicta protestatio eidẽ
6 suffragetur, ut negativè tuentur *Fannec. de invent. p. 3. num. 49. vers. Quod est verum, Surd. decis. 216. num. 2. Gratian. discept. for. cap. 532. num. 12. & 13. Honded. dict. cons. 35. num. 29. Add. ad Greg. decis. 169. num. 12.*

Et hoc visum fuit sufficere pro concedenda remissoria utraque parte informante, &c.

LEODIEN. TESTAMENTORVM.

Merc. 27. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio datur hæredi in posteriore testamento instituto, quamvis huiusmodi testamentum fuerit per simplicem schedulam factum, dum sic statuto cavetur, & quamvis etiam illud non contineat derogationem derogatoriæ tacitè à iure in primo testamento tanquam favore piæ causæ facto intellectæ, quia hæc tacita derogatoria potuit per tacitam revocationem in secundo testamento tacitè revocari.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum revocatur per posterius.*
Hæredibus in secundo testamento vocatis datur immissio contra vocatos in priore, num. 1.
2 *Testamentum quod caret testibus, alijsque requisitis est nullum.*
3 *Statutum Leodien. permittit Canonicis eius Diœcesis per simplicem schedulam testari.*
Canonici Leodien. Diœcesis possunt per simplicem schedulam à se subscriptam testari ex particulari statuto quod est in viridi observantia, & à Rota attenditur.
4 *Scriptura recognita per testes deponentes notam habere manum eius qui illam confecit de stylo Rotæ plenè probat, maximè si talis scriptura testibus non egeat.*
5 *Testes deponentes super recognitione scripturæ si fuerint adminiculati plenè probant.*
6 *Testamentum favore piæ causæ, & liberorum habet tacitam derogatoriam ad subsequentia.*
Testamentum favore piæ causæ, & inter liberos equiparatur, num. 6.
7 *Pia causa in materia successionis non æquiparatur liberis.*
8 *Testamentum ad piam causam non dicitur si pia causa fuerit in aliqua tantum portione instituta.*
9 *Derogatoria tacitè à iure intellecta in testamento ad pias causas tacitè potest in alio posteriore testamento revocari.*
10 *Derogatoria tacitè intellecta in priore testamento, ut dicatur revocata in secundo sufficiunt circunstantiæ, & coniectura.*
11 *Revocatio prioris testamenti in eo, qui duo tantum testamenta confecit, de necessitate resultat ex generali revocatione.*
Derogatoriæ revocatio inducitur per revocationem prioris testamenti in quo illa extabat, & quando, n. 11.
12 *Testamentum primum revocatur per secundum, etiam absque speciali mentione derogatoriæ, quando lapsum est decennium.*
13 *Medicus ab infirmo hæres institui non potest, explicanumero seq.*
14 *Medicus, ut Medicus, & habens actualiter infirmum sub cura, ab ipso non potest institui, alias secus.*
15 *Hæredi scripto datur immissio ex remedio* leg. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.

DECISIO CMXX.

COntendentibus hæredibus scriptis tàm in primo testamento condito 23. Septembris 1646. quàm in secundo 27. Decemb. 1657. super successione bonorũ q. Oregij Bolougne Canonici Ecclesiæ Molhavien. dedi dubium an, & de cuius bono iure constet etiam ad effectum immissionis, quod hodie fuit resolutum fa-
1 vore Ioannis, & Gerardi hæredum ex secundo testamento, pro quibus stat regula, quod primum per posterius revocatur, *§. Posteriore instit. quib. mod. testament. infirm. l. si quis priore, ff. ad trebell.*

Non obstat nullitas secundi testamenti desumpta
2 Tùm ex eo, quod careat testibus, alijsque requisitis in *l. hac consultissima 21. C. de testam.* Tùm etiam ex quo folium in superiori parte fuerit diversa manu conscri-
3 ptum. Quia utrumque obiectum removetur ex particulari Statuto, seu consuetudine Leodien. ut in *Summ. Gerardi, num. 4.* per quam Canonicis Collegiatarum Ecclesiarum non solum Civitatis, verũm etiàm Diœcesis licitum est testari per simplicem schedulam quamvis integrè non fuerit scripta, sed tantum subscripta manu testatoris, quod quidem statutum, seu consuetudinem esse in viridi observantia optimè declarant testes, in vim remissoriæ examinati *d. Summ. num. 6.* & testatur *Modern. Mean. observ. 409. num. 15.*

illamque esse attendendam firmauit, *Rota in Leodien.*
hæreditatis coram Litta decis.22.part.4.recent. & coram
Duran.decis.304.num.4.

In præsenti Ogerius Testator pinguius adimpleuit,
dùm non contentus sola subscriptione, voluit etiam
totam institutionem hæredis propria manu exarare,
quam scripturam fuisse illius manu confectam proba-
tur ex iudiciali recognitione facta per testes deponen-
4 tes illam habere notam, ex quo pluries ipsum viderunt
scribere, quorum depositio de stylo Tribunalis plenè,
& sufficienter probat, vbi agitur, prout hic, de recogni-
tione scripturæ, quæ testibus non eget, vt in decisione
Coccini 173.num.3.Card.Caualer.decis.452.n.4.Burait.
decis.582.num.5. cum alijs allegatis in Bonon. pecunia-
ria 26. Maij 1662. §. Quibus non obstant coram R.P.D.
meo Beuilaqua.

Attentis præsertim pluribus adminiculis, & signan-
5 ter quià dicta scriptura fuit recognita per compara-
tionem cum primo testamento, & fuit quoque appro-
bata ab alijs Canonicis, & Capitularibus dictæ Eccle-
siæ Molhauien. ex quibus sine difficultate testes con-
cludenter probare dictum fuit *in Alatrina testamenti*
26.Febr.1649.coram bon.mem.Lenne Verospio impress.
in recent.decis.289,num.12.part.10.

Nec etiam vrget, quod cum primum testamentum
6 fuerit factum fauore piæ causæ, contineat de iure sub-
intellectam derogatoriam ad sequentia, prout subintel-
ligitur in testamēto inter liberos, quæ inter se æquipa-
rantur *cap.relatum il secondo de testam.* Quoniam omis-
7 so an in materia successionis pia causa æquiparetur
liberis, prout contrarium defendit *Rota decis.721.n.5.*
8 *part.2.recent.* dixerunt Domini non subsistere priorem
dispositionem fuisse ad pias causas, cum Domus Mise-
ricordiæ non fuerit instituta, nisi pro vna ex quinque
partibus hæreditatis, vt bene ad propositum aduertit,
Rota coram Cæsar. de Grass. decis.5. de testam. num. 16.
ibi: *Quid pars de Orsellis videtur supponere, quod tota*
penè substantia sit distributa in huiusmodi legatis pijs,
quod si est verum placuit testamentum secundum dici ad
pias causas, alioquin secus.

Et vlterius remouetur obiectum ex quo dicta dero-
9 gatoria tacita à iure subintellecta potuit etiàm taci-
tè reuocari per simplicem voluntatem contrariam se-
quentem absque vlla ipsius expressione, vt docet, *Bald.*
in l.humanum n.3.vers.Aduertatis, C.de legib. Crauett.
10 *cons.193.sub num. 5.* Immò sufficere circumstantias,
& indicia dixit, *Rota decis.721.num.8.part.2.recent.*

Quæ quidem tacita reuocatio in præsenti resultat,
11 nedum quia cum Ogerius non fecerit nisi hæc duo
testamenta, & in secundo dixerit, ibi: *Reuocato quoli-*
bet alio testamento, & codicillo si quæ reperientur, sicut
hæc verba de necessitate referri debent ad primum te-
stamentum, vbi prætenditur instituta pia causa, ità etiā
deseruiunt ad inducendam tacitam reuocationem de-
rogatoriæ, vt bene tradunt, *Angel.cons.365.sub num.3.*
vers.Sed salua, Roman.cons.385. n.5.Odd. cons.89.n.75.
& seqq.Giouagn.cons.6.num.23. lib. 2. Mart. de success.
legal.part.4.q.4.art.7.num.28.& plurib.seqq.

Verùm etiàm quià cùm inter vtrumque testamen-
12 tum fuerit elapsum decennium, & vltra primum te-
stamentum per secundum reuocatur etiam absque spe-
ciali mentione derogatoriæ, idem *Giouagnon.d cons.6.*
num.23.vers.Item obstante lib.2.latè Mantic.de coniect.
lib.2.tit.8.num.16.& dictum fuit in Eugubina testamen-
ti 28.Iunij 1652. §. Præsertim coram me.

Minus facit, quod in hoc secundo fuerit institutus
13 Gaen Medicus contra dispositionem *text.in l. Medicus*
3.ff.de var. & extraordinar.cognit. Quià vltra alias res-
14 ponsiones datas ab informantibus *Textus* loquitur de
Medico habente infirmum actualiter sub cura, qui pro-
pterea non applicatur cum nullibi constet Gaen tan-
quam Medicum astitisse Ogerio testatori, qui alias
15 erat illius intimus amicus; Vnde constito de bono
iure hæredum ex secundo testamento, dixerunt Domi-
ni eisdem esse concedendam immissionem ex *remed.*
l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE RIGATIIS.

Merc. 27. Iunij 1668.

ARGVMENTVM:

Substitutio in qua fuerunt substituti filij, & descendentes
dicitur compendiosa etiam si careat dictione *quando-*
cumque & ideo sub ea comprehenditur vulgaris ano-
mala, quæ efficit, vt si primi substituti nollent, aut
non possent adire subintrent eorum filij substitutio fa-
cta sub conditione superuiuentiæ aliquorum per eo-
rum prædecessum expirat, vbi autem superuiuentiæ
conditio non legitur in testamento expressa non valent
argumenta, & coniecturæ ad illam inducendam, ma-
ximè ad exclusionem filiorum, quos si testator admit-
tere voluit post quam eorum parentes adiuerint, mul-
to magis præsumendum est testatorem voluisse succe-
dere quatenus parentes morte præuenti hæreditatem
consequi non potuerint.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio in qua substituti sunt filij, & descendentes dicitur compendiosa etiam si careat dictione* quandocumque.

2 *Substitutio compendiosa sub se comprehendit vulgarem anomalam, quæ efficit vt si primi substituti nollent, aut non possent adire subintrent eorum filij in locum præcedentis gradus caducati.*

3 *Substitutio pluribus facta sub conditione eorum superuiuentiæ omnibus prædefunctis dicitur expirasse.*

4 *Substitutio facta sub conditione superuiuentiæ pluribus proprijs nominibus expressis, eorumque filijs, & descendentibus, non dici potest restricta ad superuiuentiā eorum tantummodo, qui nominibus proprijs vocati sunt, sed etiam ad eorum filios, & descendentes extenditur.*

5 *Dictio* omnes *apposita in substitutione facta* casu quo prædecederent omnes dd. substituti *præseruat præcedentem vocationem omnium supra nominatorum.*

6 *Dictio* vt supra *est repetitiua omnium eorum, quæ superius dicta sunt.*

7 *Conditio superuiuentiæ vbi non legitur in testamento expressa non debent admitti argumenta, & coniecturæ ad ipsam inducendam.*

8 *Maxime vbi viget ratio euitandi contrarietatem, & correctionem incontinenti.*

9 *Conditio superuiuentiæ non expressa eo magis reijcitur, si agatur de excludendis filijs, quos si testator voluit admittere postquam eorum parentes adiuerint, fortiùs præsumitur voluisse succedere in casu quo parentes morte præuenti adire non potuissent.*

10 *Ius accrescendi habet locum inter coniunctos verbis, & re licet corporaliter tantum, eo quia portiones non fuerint realiter distinctæ, sed solum intellectualiter separatæ.*

11 *Hæres grauati creditor vigore detractionum ipsi competentium in bonis fideicommissarijs præsumitur satisfactus, si fructus ex re fideicommissaria per congruens tempus perceperit, aut illam possederit.*

12 *Creditum hæredis grauati per perceptionem fructuū rei fideicommissariæ ita redditur illiquidum, vt nequeat immissionem fideicommissario retardare.*

DECISIO CMXXI.

ADhuc subsistere visa fuerunt fundamenta decisionis
in hac causa editæ coram me 29. Februarij 1666

vbi

vbi concessa fuerat immissio illis de Rigatijs, & Leonardis filijs Claudiæ, & Margharitæ in bonis, de quibus agitur vigore fideicommissi q. Lucæ ad eorum fauorem purificati: licet enim tam Claudia quam Margharita eorum matres prædecesserint Isabellæ hæredi, & ex hoc capite prætendatur, quod eorum substitutio euanuerit, denuo placuit responsio data in decisione, quod scilicet cum fuerint substituti filij, & descenden-
1 tes, & sic substitutio dicatur compendiosa etiam si careat dictione *quandocunque gloss. in cap. si pater verb. absque deductione vers. compendiosa de testam. in 6. relata in Tusculana fideicommissi post Merlin. de legit. decis. 96 num. 4.* vtique sub ea comprehenditur vulgaris anoma-
2 la, quæ efficit vt si primi substituti nolleut, aut non possent adire, subintrent eorum filij in locum præcedentis gradus caducati, *vt præter allegatos in decisione* tradunt *Amat. resol. 40. num. 8.* qui innumeros congerit *Gionagnon. consi. 78. num. 7. lib. 1. Rota dicta decis. 96. post Merlin. dict. num. 4 in fine in recent. decis. 201 num. 8 & duob. seqq. p. 8. & in Bonon. fideicommissi de Barzellinis 10. Februarij 1653. §. filios vero coram bon. mem. Bichio.*

Non obstat, quod testatrix voluerit grauare Isabellam hæredem duntaxat in casu, quo superuixissent Eusebius Margharita, Claudius, & Enricus substituti, atque ideo cum omnes prædecesserint Isabellæ substi-
3 tutio filiorum tanquam conditionalis expirauerit, ad celebrem doctrinam *Angel. in l. quandiu ff. de acquir. hared. in fin. Honded. consi. 49. num. 64. lib. 2. Rota in Bonon. fideicommissi de Pinchiarij 28. Martij 1659. cor. R. P. D. meo Priolo §. secus verò.*

Quia huiusmodi conditio superuiuentiæ in testamento expresse non legitur; nam in prima parte adest substitutio purè, & simpliciter facta pro medietate hæreditatis ad fauorem Eusebij, eiusque liberorum, & descendentium in infinitum & pro medietate ad fauorem Margharitæ Claudiæ, & Eurici pro rata, & eorum filiorum, & filiarum in stirpes, & non in capita;
4 tacitè verò desumi non potest ex secunda parte testamenti, vbi testatrix subiungit, quod in casu, quo post mortem Isabellæ hæredis non adessent superstites dicti omnes substituti videlicet Eusebius, Margharita, Claudia, & Enricus substituit vt supra eos, qui ex illis tunc superstites reperientur pro tota, & si non adesset nisi vnus, illum tantum dictæ Isabellæ substituit; quia exinde non benè infertur substitutionem fuisse restrictam ad illos solum, qui fuerunt specificè nominati, cum enim supra fuerint vocati etiam illorum filij, aut præ-
5 cedens eorum vocatio censetur præseruata in illis verbis: *casu quo non adessent superstites dd. omnes substituti* propter vniuersalitatem dicti verbi *omnes*, vt in fortioribus terminis firmauit *Rota in recent. decis. 248. num. 3 4. & 5. ac 12. p. 7. decis. 385. num. 10. p. 9. & in Romana fideicommissi de Mutis 15. Ianuarij 1648. §. non obstant verba cum seq. coram Reuerendiss. Papien.* aut dicuntur comprehensi sub alijs verbis, ibi: *substituit, vt supra eos, qui ex illis tunc superstites repertrentur* in vim præ-
6 fatæ dictionis, *vt supra*, quæ est repetitiua omnium eorum, quæ superius dicta sunt, vt probant quam plures relati per *Barbos. dict. 441. n. 1*

Et in omnem casum cum vocatio filiorum in prima substitutione sit clara tam in casu superuiuentiæ, quàm etiam prædecessus parentum, vt superius dictum est
7 eo ipso, quod in secunda non legitur expressa conditio superuiuentiæ non debent admitti, argumenta, & coniecturæ ad illam inducendam; tum quia vrget ratio contraria euitandi scilicet contrarietatem, & correctionem incontinenti per *Text. in l. non ad ea 88. ff. de*
8 *condit. & demonstr.* tum etiam quia præsumptio stat-

fauore filiorum, quos si testatrix admittere voluit post quam eorum parentes adiuerint, eo magis dicendum est illos voluisse succedere, quatenus ijdem parentes morte præuenti illam consequi non potuerint *arg. l.*
9 *Patre furioso ff. qui sunt sui, vel alien. iur. Soccin. iun. consi. 106. num. 20. vers. quæ conclusio vol. 1. Surd. decis. 37. sub num. 29. Fusar. de substit. q. 237. num. 14. vers. & confirmatur ratione Rota. decis. 227. num. 8. p. 8.*

Data autem vocatione filiorum, illis debetur integra hæreditas, quia cum Eusebius, qui fuerat in medietate substitutus decesserit sine filijs eius portio cæteris substitutis accreuit ea ratione quia verbis fuerunt coniuncti re autem non totaliter disiuncti, dum portiones non fuerunt realiter distinctæ, sed solum intellectualiter separatæ, itaut oculis corporeis distin-
10 gui non possint; hoc enim casu habere locum ius accrescendi firmant *relati in decisione §. immissionem, & tradunt Card. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. n. 6. & duob seqq. Peregrin. de fideicomm. art. 6. num. 8. Fusar. de substit. quæst. 495. num. 14. Gratian discept. for cap. 533. num. 1. & plurib. seqq. Rota decis. 506. num. 5. & seqq. p. 4 diuers.*

Denique non releuat allegata retentio ex capite detractionum competentium Isabellæ hæredi grauatæ. Quia legitima Angelæ, Claudiæ, & ipsius Isabellæ calculata in scutis 230. pro qualibet fuit iam soluta ex bonis in inuentario descriptis præuia distractione, mobilium, duarum societatum Officiorum, nec non etiam vnius Domus, quam in specie Isabella assignauit pro legitima Claudiæ, & cum domus excederet pretium legitimæ eadem Isabella recepit incontanti scuta 183. 38. vt ex instrumento rogato 9. Febr. 1639 respectu vero scutorum 100. quæ testatrix mandauit detrahi in vtilitatem Isabellæ ex bonis hæreditarijs sicut etiam scutorum 53. prætensorum pro expensis factis in funere, & bonificationibus domus, placuit responsio, quod cum post obitum Isabellæ sequutum
11 vsque de anno 1657. illis de Ioanninis hæredes semper possederint domum fideicommissariam annui redditus scutorum 60. aut fuerunt de his crediris satisfa-
12 cti, aut saltem illorum prætensio, ità remanet illiquida, vt non sit apta retardare immi sionem fideicommissarijs ex deductis *in Romana fideicomm. fsi de Mutis 1. Decembris 1651 § repetita demum in fine coram me.*

Et ità vtraque, &c.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS.

Merc. 4. Iulij 1668.

ARGVMENTVM.

Prouisio Apostolica de beneficijs subcollectorum non suffragatur prouiso, vbi subcollector non erat vnicus. Eoque magis si prouisus infra sex menses possessorem in iudicium non vocauit iuxta regulam de annali, nec causa infra annum est prosequutus. Quæ quidem nullitates non euitantur ex quo per recursus ad iudices laicos impedita fuit citatio Rotalis, quoties ab eodem Prouiso literæ non sunt expeditæ.

SVMMARIVM.

1 *Subcollectoris beneficium non est Pontifici reseruatum ex quinta regula Cancellariæ si plures sint subcollectores.*

Beneficium subcollectoris vt sit Pontifici reseruatum requiritur de necessitate quod vnicus tantum subcollector extet, num. 1.

2 *Prouisus Apostolicus ex regula 35. de annali tenetur sub pœna nullitatis impetrationis possessorè infra sex menses vocare in iudicium, & litem infra annum prosequi.*

3 *Citatio habetur pro exequuta sin minus fuerit ob impedimentum præstitum à collitigante.*

Impeditus facto aduersarij aliquid facere, censetur fecisse

cisse in odium ipsius impedientis, nnmer. 3.

4 *Litera Apostolica si non sint expedita causa non dicitur introducta etiamsi emanauerit citatio ex regula 31. Cancellariæ.*

5 *Lis super beneficia non dicitur introducta per citationem etiam si pro exequuta in odium impedientis haberetur, si litera Apostolica expedita non sint.*

6 *Regula Cancellariæ de annali requirit possessionem quietam, & pacificam, explicatur num. seqq.*

7 *Decretum irritans potest quidem irritare possessionem quoad iuris effectum, non tamen tollere detentionem, & insistentiam facti.*

8 *Possessio quoad iuris effectum potest quidem tolli per decretum irritans appositum in regula de annali sed non quo ad detentationem facti num. 9.*

Regula de annali contentatur sola, & nuda facti detentatione vnde eius effectus non impeditur per decretum irritans passiuem quoad effectum ibid.

Decretum irritans non tollit effectum regulæ cancellariæ de Annali possessione ibid.

9 *Titulum producens alium deinde non potest allegare, & quando secus, num seqq.*

10 *Regula de annali vt euitetur debet notorie constare de nullitate tituli possidentis.*

Nullitas est notoria vel per confessionem partis vel per rem iudicatam.

11 *Regula de annali inducta est in odium impetrantium:*

12 *Regula de annali non attendit possessionem seu possessionis titulum.*

Regula de annali suffragatur etiam intruso in beneficium, num. 12.

Intrusus in beneficium iuuatur regula de annali quæ est introducta in odium impetrantis neque attendit tituli validitatem, num. 12.

DECISIO CMXXII.

Archidiaconatum controuersum, quem Ordinarius Calaguritanus contulerat Francisco Echalaz impetrauit à Dataria Bernardus de Aranaz sub prætexetu, quod Didacus vltimus illius possessor, per cuius obitum vacauit, fuerit vnicus subcollector generalis fructuum Reu. Cameræ Apostolicæ in eadem Ciuitate Calaguritana; vnde orta lite inter Prouisos, diuque in varijs Tribunalibus agitata, tandem emanauit sententia Ordinarij, qui declarauit dictum Archidiaconatum tanquam reseruatum Sedi Apostolicæ spectare ad Bernardum, & succe siuè in gradu appellationis DD. illam approbarunt, sub *die 14. Martij 1667. coram me* non obstantibus exceptionibus contra illius validitatem, & iustitiam deductis; hodie vero reproposita causa placuit recedere à resolutis, cum visum fuerit deficere reseruationem, & Bernardo obstare regulam de Annali.

Siquidem reseruatio desumpta ex regula quinta
1 Cancellariæ, ex quo scilicet Didacus fuerit subcollector fructuum Reu Cam. Apostolicæ in Ciuitate Calaguritana excluditur in præsenti, cum ipse non fuerit vnicus prout de necessitate ad istum effectum requiritur iuxtà *decis. Card. Caual. 16. sub num. 1. cum alys allegatis in Viterbien. Canonicatus 26. Iuny 1651. coram bon: mem. Leone Verospio.*

Et licet illius deputatio data in præterito *Summario Bernardi num. 8.* loquatur de vnico subcollectore generali hodie tamen ex literis originalibus Card. Panzirolè tunc Hispaniarum Nuntij, apparet vsque de anno 1642. fuisse deputatum subcollectorem in eadem Ciuitate Ioannem Iosephum Bendigar, non ad certa spolia particularia, vt supponitur in decisione, sed quidem generaliter, & indistinctè pro spolijs quocunq; tempore ad Reuerendam Cameram Apostolicam quomodolibet spectantibus, vt præsenti *Summ. Francisci num. 1.*

Quod autem per deputationem Didaci censeatur reuocata præcedens deputatio Bendigar tolli videtur, tum ex declaratione ipsius Didaci, qui protestatus fuit nolle esse subcollectorem generalem in præiudicium eiusdem Bendigar *præterito Summ. Francisci num. 24.* tum etiam ex obseruantia subsequuta, dum post secundam deputationem ille adhuc exercuit officium subcollectoris in pluribus, & diuersis spolijs *eodem Summ. num. 23.*

Et in omnem casum visum fuit obstare Bernardo
2 regulam 35. de annali possessione, cuius vigore tenebatur sub pæna nullitatis impetrationis Franciscum ad iudicium trahere infra sex menses, & causam prosequi infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam, *Rebuff. in prax. benef. super regul. de annali gloss. 4. verb. tunc per annum, & verb. alioquin impetratio Card. Seraphin. decis. 393. num. 2. & seq. & pleue in Leodien. beneficy 20. Iuny 1661. §. Nam illa, & 24. Aprilis 1662. §. cum enim coram R.P.D. meo Bourlemont & 11. Decembris eiusdem anni §. Vlterius coram Eminentissimo D. Card. Celso.*

Non obstat, quod Bernardus obtinuerit prouisionem Apostolicam die 21. Augusti 1653. Franciscus vero de mense Octobris eiusdem anni habuerit recur-
3 sus ad Iudices Laycos pro impedienda executione citationis totalis; ideoque intret excusatio fauore Bernardi, tanquam impediti ex facto collitigantis ex *decis. Pen. 457. num. 1. & seqq. Gregor. decis. 369. num. 4. & Duran. decis. 45. sub num. 4. alleg. in decisione §. Hinc igitur.*

Placuit enim responsio, quod recursus ad Iudices Laicos habiti à Francisco, licet potuissent præstare impedimentum quoad litis progressum in partibus, quando iam fuisset legitimè introducta; non tamen possunt supplere illius ingressum, cum vera lis non
4 potuerit inchoari, neque per executionem citationis, nec per alium quemcunque actum, nisi prius deuentum fuerit ad literarum Apostolicarum expeditionem tam attenta dispositione *reg. 31. de commiss. causar. literis non confectis*, quam etiam clausula adiecta in commissione huius causæ ibi: *Dummodo litera expediantur infra tempus ad articulandum, & interim non censeatur vera lis.*

Vnde cum Bernardus per spatium triennij neglexerit expeditionem literarum, quam hic in Vrbe facere poterat absque vllo obstaculo, parum refert, quod
5 fuerit impeditus in partibus circa executionem citationis rotalis, quæ licet in odium impedientis haberetur pro executa, nulla tamen lis ex ea resultaret, literis non expeditis, ex defectu iurisdictionis, vt in his præcisis terminis aduertit *Gomes. in reg. de annali quæst. 45. num. 3. & 9. Mandos. ibidem quæst. 32. num. 2. Rota coram Card. Crescent. decis. 2. num. 9. vers. ergo ista molestia de caus. possess. & propriet. caputaque. decis. 97. num. 1. & 2. p. 1. & decis. 162. num. 2. & 3. p. 2.*

Nec etiam releuat, quod regula requirat possessio-
6 nem actualem bonam & pacificam, qualis non est illa Francisci tanquam infecta à decreto irritante, quia omisso an decretum irritans appositum in regula 7. referatur ad alias regulas præcedentes, de quo Rota dubitauit in *decis. 200. num. 4. vers. & hoc p. 4. recent.* responsum fuit; quod decretum irritans
7 potest quidem irritare possessionem quoad iuris effectum, minime tamen tollere detentationem & insistentiam facti, vt firmauit *Rota coram Card. Caualdecis. 8. num. 3. Buratt. decis. 131. num. 6. in recent. decis. 105. num. 22. & seq. p. 7.* & per consequens non im-
8 pedit, quo minus habeat locum regula, quæ sola, & nuda

nuda facti detentatione contentatur, *Lotter.de re benef.quæst.52.num.40.& seqq.lib.2. Tondut.quæst. benef. cap.25.num.3.& 32.lib.1.Crescent.d.decis.2.num.5.de caus.possess. & propriet.in d.Leodien. Beneficij 20. Iunij 1661.& 24. Aprilis 1662.coram R.P.D. meo Bourlemont.& 11.Decembris eiusdem anni coram Eminentiss. D.Card.Celso, & in Mediolanen. beneficiorum 21.Februarij d. Anno 1662.§.subuertitur coram R.P.D. meo Albergato.*

Et demum nihil facit, quod cum Franciscus pro-
9 duxerit in actis prouisionem ordinarij sibi factam de controuerso Beneficio nullum alium meliorem titulum hodie possit allegare, & sic illius possessio illico appareat iniusta & damnata, tanquam de beneficio reseruato.

Quia dixerunt Domini hoc non sufficere quando, prout hic dubitari potest an titulus sit validus, nec
10 ne, ex supra deductis, immo debet de illius nullitate notorie constare vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam certam, & indubitatam, cum
11 alias hæc regula inducta in odium impetrantium suffragetur etiam intruso in beneficio reseruato, quia
12 respicit solum personam impetrantis non autem attendit possessorem, siue causam illius possessionis, vt ex *Lotther.d.quæst.52.num.46. & 47.& Rota coram Card.Seraph.decis.1060.num.8.prosequitur d.decis. in Mediolanen. beneficiorum 21. Februarij 1662. coram* R.P.D. *meo Albergato §. subuertitur in fine, & §.seq.*

Et ita vtraque &c.

COLONIEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 4.Iulij 1668.

ARGVMENTVM.

Ordinarius qui habet de iure iurisdictionem in omnibus Ecclesijs intra limites suæ diœcesis existentes potest procedere ad illarum visitationem, & maxime quidem si fuerit in quasi possessione visitandi, neque prætendentes exemptionem de contraria quasi possessione docuerint.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus visitare potest Ecclesias omnes, & monasteria existentia intra limites suæ. Diœcesis, & in illis suam exercere iurisdictionem.*

2 *Monachi Regulares Benedictini visitari possũt ab Episcopis, quorum in diœcesibus eorum monasteria existunt.*

3 *Exemptionem alicuius Ecclesiæ ab ordinarijs iurisdictione opponens illam in diœcesi existere fatetur.*

Ecclesia exempta vere est in diœcesi licet de diœcesi non dicatur.

Episcopus si est in quasi possessione exercendi suam ordinariam iurisdictionem non inuatur ille qui se exemptum pretendit, nisi de sua quasi possessione exemptionis doceat cum titulum docuisse non sufficiat.

5 *Exemptionem à visitatione Ordinarij in quasi possessione visitandi opponens non solum de titulo exemptionis sed etiam de sua insimul quasi possessione illi contraria docere tenetur.*

DECISIO CMXXIII.

ABbas, & Monachi S. Cornelij ad Indam Ordinis S.Benedicti Colonien.diœcesis ad euitandam visitationem institutam per Sereniss. Ordinarium opposuerunt de exemptione, causaque delata ad Sacram Congregationem Episcoporum, & mihi pro voto remissa obtinuerunt remissoriam præuia *decis.5.Iulij 1666.&* successiue illius terminum prorogari, sed quia neglexerunt processum remissorialem transportare, immo nec constat illa vsos fuisse, ac Testes examinasse, proposui dubium ân constet de exemptione, quod fuit negatiue resolutum.

Cum Ecclesia & Monasterium præfatum positum sit
1 intra fines suæ diœcesis D.Archiepiscopus habet intentionem fundatam in iure, vt possit ibidem exercere actus suæ ordinariæ iurisdictionis *cap. constitutus de Relig.Domib. & cap. omnes Basilicæ 16.quæst.7.Rota coram caputaque decis.306.num.1. p.4.decis.655.num.2. p.3.recent.*& in puncto de Regularibus Benedictinis est
2 *Textus expressus in cap.conquerente de offic.Ordin.*quem ad istum effectum visitationis expendit Rota *in Salisburgen.iurisdictionis coram Reuerendis.Royas decis.218. numer. 6.*

Situatio Ecclesiæ, & Monasterij intra fines diœcesis Colonien.vltra plures enunciatiuas Monachorum relatas *in Summ.num.1.& 3.* probatur ex ipsa præten-
3 sione Monachorum, quia dum excipiunt de exemptione, de necessitate dictam situationem fatentur cum Ecclesia exempta vere sit in diœcesi, licet non dicatur de diœcesi *cap.penult.ff.de offic.Ord.Abb. in cap.pro illorum de præben. Buratt. decis. 578. n.14. Rot.in recent. decis.324.num.4.p.1.*

De exemptione autem nullibi docetur, immo contrarium desumitur ex pluribus actibus gestis ab Archiepiscopis pro tempore in Ecclesia, & Monasterio S.
4 Cornelij, *vt in Semm.num.5.* ex quibus cum D.Archiepiscopus sit constitutus in quasi possessione actuali suæ ordinariæ iurisdictionis, adhuc si doceretur de titulo Abbas, & Monachi nec possent se eximere à visitatione dum in simul non probarent se esse in quasi possessione exemptionis *Cocchier de Iurisd.in exempt.p.5. cap.52. num.4.Rota decis.491.n.3.& per tot.p.1.rec.*& in puncto
5 visitationis probat *Fagnan in cap. Procurationes cum pluribus seqq. de cens.& dictum fuit in Spiren. censurarum 25. Iunij præteriti §. & vltra coram* R. *P. D. meo Otalora.*

Et ità altera &c.

MELEVITANA MERCIVM.

Mercurij 4. Iulij 1668.

ARGVMENTVM.

Mercium valor liquidatur per Testes de communi æstimatione deponentes. Cumque ad effectum liquidandi etiam admitatur vnicus testis ab alijs minus concludentibus adminiculatus, is eo magis admititur in præsenti decisione vbi agitur de liquidando pretio mercium deprædatarum.

SVMMARIVM.

1 *Valor mercium liquidatur per depositiones testium de eo optimam redentium rationem num. 1.*

Testes contestes deponentes de communi æstimatione, & optimam redentes causam eorum scientiæ ad effectum liquidandi valorem mercium plene probant num.1

Liquidatio valoris fit per testes de communi æstimatione deponentes num.1

2 *Liquidatio valoris fit etiam ab vnico teste adminiculato.*

Testes quorum alter deponat de auditu à personis interessatis alter vero rei qualitates ignoret, deseruiunt nihilominus pro adminiculo ad liquidandum valorem numer.2.

Valoris in liquidatione non admodum rigide proceditur

3 *Liquidatio valoris leuiores admittit probationes, & coniecturas.*

Fructus liquidantur etiam per coniecturas, & in eo admittuntur leuiores etiam probationes num.3.

DECISIO CMXXIV.

POstquam Eques de Baingu nec non Eques de Sosa illiusque fideiussor fuerant condemnati a restitutionem Nauigij Hag Hibraim, & mercium ibidem existentium per duas sententias latas Melitę à Ven. Magistratu Armamentoru & in audientia Eminentis. Magni Magistri, & post quam successiui in Rota per duas decisiones æditas 28.*Iunij 1660.& 2.Maij 1667.* dictum fuit

fuit constare de dominio mercium ad fauorem eiusdem Hebraim, ad quarum tenorem fuit quoque à me lata sententia, quæ vt præceditur fecit transitum in iodicatum, hodie dubitaui ad quam summam sit liquidandus valor merciũ,& responsum fuit prout infra

Ex libris Dohanæ Ciuitatis Damiatæ constat nauigium immediate ante illius deprædationem fuisse oneratum infrascriptis mercibus, ibi: *Due cento ardeppi di riso bianco con la misura di Damiata, e cinque cantare di zuccaro ventun sacchi di Henna &c. e quello che è consegnato à nome dello Scriuano chiamato Huebbe, cento ardeppi di riso &c. e quello che à nome de Marinari riso rifuso, & in zembili ottanta ardeppi, e quello che à nome di Hag. Costantino vna balla di tela biancha & vn sacco di cafe di peso di noue cantara, & inquarto Summ. informantis num.* 2. vnde cum Testes dati in eodem *Summ. num.* 3. vsque ad sextum bene deponant de tempore deprędationis valorem risi ascendere ad petias 22. & vnum tertium pro singula ardeppa, valorem saccari ad petias 110. pro quolibet cantaro Hennam ad petias 22. pro singulo sacco cafe verò ad petias 35. pro cantaro iuxta dd. Testium depositiones, visum fuit Dominis liquidandum esse valorem dd.

1 mercium, quia cum sint contestes, & deponant de communi æstimatione optimam reddentes causam scientiæ, concludenter probant valorem *iuxta Text. in l. pretia rerum 63. vbi Bart. cæterique scribentes ff. ad l. falcid. Imol. in cap. cum causa num. 27. de empt. & vendit. Socciu. Iun. consf. 73. num. 3. lib. 2. Rota coram Card. Seraph. decis.* 1377. *num.* 2.

Quoverò ad telam licet probationes non videantur concludentes DD. tamen illius valorem liquidarunt in

2 petiis 400. iuxta depositionem primi testis affirmantis tantundem valere telam insimę qualitatis *d. Summ. n.* 6. cuius dictum adminiculatur ab alijs duobus Testibus, nempe 2. & 3. quamuis alter deponat de auditu à Nautis, alter vero ignoret illius qualitatem. In hac enim

3 materia liquidationis non ità rigidè est procedendum sed quandoque admittuntur etiam leuiores probationes, & coniecturæ, vt in simili de liquidatione fructuum dixit *Rota in Albanen. redditionis rationis* 23. *Iunij* 1662. *§. nihilominus coram Eminentiss. D. Card. Celso, & in Callien. Prioratus* 4. *Iulij* 1663. *coram R. P. D. meo Emerix §. valor.*

Et vlterius ad augendum valorem mercium dictum fuit habendam esse rationem petiarum 300. quas Hebraim persoluit pro illorum gabella in egressu fluminis Nili vt probant ijdem Testes *d. Summ. num.* 7.

Et ità alreta &c.

ROMANA DOMORVM.

Luna 3. *Decembris* 1668.

ARGVMENTVM.

Deliberatio ex defectu conditionis resoluta nullum ius tribuit deliberatario aduersus creditores anteriores ad quorum manus pretium eiusdem deliberationis minimè deuenerat, prout est omnino necessarium ad hoc vt deliberatarius iura eorundē creditorum acquisiuisse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio conditionalis conditione non adimpleta resoluitur nullumque ius deliberatario acquirit.*

Cautiona non sequuta sub cuius conditione deliberatio emanauit eadem deliberatio resoluitur num. 1.

Conditione non adimpleta actus ab illa dependens habetur pro non facto num. 1.

2 *Deliberatarius non acquirit iura creditorum anteriorum si pretium rei deliberatæ ad eosdem creditores non peruenit.*

3 *Deliberatarius qui non potuit acquirere iura creditorum minus potest eadem iura alteri cedere.*

4 *Cessionarius plus iuris acquirere non potest quam ipsi cedenti competeret.*

DECISIO CMXXV.

CVm Domus, de quibus agitur fuerint Anno 1609. ad instantiam hæredum Mariæ Fernandez creditricis Ioannis Petri de Corduba subhastatæ pro fructibus nonnullorum censuum impositorum vsque de Anno 1551. & 1568. ac deliberatę Ambrosio Puteobonello pro pretio scutorum mille, qui postea omnia iura cessit Ioanni Valternæ Authori mediato Cagneroni rei conuenti, iste prętendebat posse ex causa dd. creditorum anteriorum excludere Ceccarellos creditores posteriores Anni 1601. qua ratione resolutum fuit sub die 3. *Decembris* 1666. coram me sententiam immissionis, quam ijdem Ceccarelli in Saluiano reportauerant esse iniustam, & proinde non constare de re iudicata, sed de causis restitutionis in integrum, at quia hodie ex facto cessat iniustitia sententiæ ideo Domini recesserunt à decisis.

Si quidem nulla vis fieri potest in asserta deliberatione Domorum facta Puteobonello saltem ad excludendam anterioritatem illorum de Ceccarellis. Quia cum ex datis in hodierno eorum *Summ. n.* 2. appareat illam fuisse conditionalem, quatenus infra sex menses fuerit præstita ab heredibus Mariæ Fernandez idonea cautio pro euictione Domorum, cum hoc quod pecuniæ interim stare deberent in Bancho eiusdem Deli-

1 beratarij, vtique dum conditio ex defectu cautionis non potuit impleri, & ideo met pretium fuit deliberatario restitutum per Valternam Procuratorem hęredum Mariæ Fernandez *eodem Summ. num.* 3 actus deliberationis perinde censeri debet ac si factus non fuisset *l. item quia ff. de pact. Bart. in l. si is qui pro tempore* 15. *in* 5. *quæst. ff. de vsucap. Socciu. Sen. cons.* 170. *num.* 9 *& facinnt tradita per Mangil. de subhast. quæst.* 79. *num.* 4. *&* 5.

Minusque dici potest Authores Cagneroni acquisiuisse iura Creditorum anteriorum, dum non constat

2 prætium in dicta deliberatione oblatum vere, & cum effectu solutum in manibus eorundem creditorum, vt ad istum effectum esse omnino necessarium dictum fuit *in Romana sen Anagnina salutani* 16. *Ianuarij* 1645 *coram me impress. in recent. decis.* 324. *num.* 20. *& n.* 29. *vers. sed cessat omnis difficultas, p.* 9. *& in Esina Saluiani* 20. *Nouembris* 1665. *§. nec immissio in fin. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Cum itaque Puteobonellus non potuerit ex dicta

3 deliberatione acquirere iura hæredum Mariæ pro censibus Anni 1551. & 1568. multo minus suffragari potest cessio quam Valterna ab eo reportauit nomine proprio in actu solutionis seu potius restitutionis pretij oblati, quia tritum est cessionarium plus iuris habere non posse, quam cedenti competebat, ex vulgatis

Et ita omissis alijs deductis ab informantibus hinc inde resolutum fuit vtraque parte informante &c.

BONON. FIDEICOMMISSI DE HERCVLANIS.

Mercurij 5. *Decembris* 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum per diuisionem factam inter primo vocatos non censetur remissum in præiudicium substitutorum ex propia persona venientium maxime si verba non sint clara & indubitata illius remissionem importantia immissio fideicommissario per exceptiones detractionum illiquidas non retardatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario non denegatur dolto de fideicommissi purificatione ad fauorem eius, atque de identitate bonorum.*

2 *Reciproca substitutio dicitur facta de linea ad lineam si omnes fuerint vocati si substitutio sit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate.*

3 *Fideicommissum etiam si fuerit remissum per diuisionem tamen non potest præiudicare substitutis ex proprio iure venientibus non à nomine diuidentis.*

Diuisio non præiudicat illi, qui ex proprio iure non diuidentis venit num. 4.

Fideicommissum vt censeatur remissum requirit quod verba sint indubitata nec sufficit clausula ad habendum promissionem de euictione. & similia.

5 *Inuentarium, & diuisio plene probant identitatem bonorum contra conficientem ac diuidentem eorumque hæredes.*

Identitas bonorum plene probatur per inuentarium. & diuisionem contra eos, qui inuentarium, & diuisionem fecerunt num. 6.

6 *Detractiones remanent consumptæ ex fructibus perceptis à die motæ litis.*

Fideicommissario non retardatur immissio per exceptiones detractionum, quæ ex fructibus à die motæ litis perceptis vel remanserunt consumptæ, vel saltem liquidæ.

7 *immissio non retardatur fideicommissario per exceptiones illiquidas.*

8 *Fides Babtismatis eum aliunde contrarium non constet legitimitatem probat.*

9 *Dos quæ detrahi potest de bonis liberis numquam detrahitur de bonis fideicōmisso subiectis vigore* auth. res quæ *cuius remedium est subsidiarium.*

Remedium auth. res quæ *competit tantūmodo in subsidium num. 10.*

10 *Emphyteusim primus acquirens titulo oneroso potest de illa ad libitum disponere in præiudicium vocatorum.*

Bona patrimonialia remanent sub libera dispositione hæredis grauati, num. 11.

DECISIO CMXXVI.

PEr mortem Angeli Mariæ de Herculanis sine filijs, egit Hieronymus pariter de Herculanis contra Isabellam eiusdem defuncti sororem, & heredem, & vigore fideicommissi ordinati à Hieronymo Sen. obtinuit in partibus immissionem ad possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, quæ reperiuntur penes illos de scarpis hæredes Isabellæ cumque interim defuncto Hieronymo iudicium appellationis fuerit prosequutum in Rota ab Andrea, Camillo, & Bernardino eius filijs, causa mihi commissa, prius proposui dubium super detractionibus prætensis ab eisdem de Scarpis possessoribus, quas Rota dixit eis competere pro legitima ex persona Iulij Cæsaris filij Hieronymi senioris fideicommittentis, nec non pro medietate dotis maternæ ac alijs pecuniarum summis impensis pro affrancatione bonorum fideicommissi, *vt in decis. 4. Februarij* 1664. hodie autem præfati filij Hieronymi Iun. omissa hac disputatione petierunt aliud dubium, an & super quibus bonis sit danda immissio, & resolutum fuit concedendam esse super omnibus bonis obuenutis Iulio Cæsari occasione diuisionis factæ de Anno 1581. inter Bernardinum, & Iulium Cæsarem filios Testatoris primo institutos, quæ consistunt in portione Domus magnæ cum quatuor Domibus contiguis positæ sub Capella S. Michaelis Archangeli, in Prædio Barbiani extra portam nuncupatam *di fra Castiglione* & tribus Prædiolis sitis in villa Moderani in communi Castri Guelphi, quia
1 cum constet de fideicommisso eiusque purificatione ad fauorem actorum, nec non de bonorum identitate, non potest denegari immissio ex *remed. l. fin C. de edict. Diu. Adr. toll. Merlin. decis. 244. num. 14. & alibi passim.*

Fideicommissum est literale ad fauorem Bernardini & Iulij Cæsaris filiorum testatoris, eorumque filiorum & descendentium masculorum in infinitum, vt ex testamento dato *in Summ. num. 1.* nec dubitari potest de reciproca substitutione inter omnes vocatos, tum attentis illis verbis: *Ad inuicem substituit vulgaliter pupillariter, & per fideicommissum*; tum etiam quia testator post vocationem omnium descendentium in infinitum, eisque prohibitam bonorum alienationem addidit rationem ibi: *Quia vult omninò quod omnia sua bona subiaceant fideicommisso, & inter eos perpetuo remaneant sine aliqua detractione, & diminutione, & linea dd. eius filiorum deficiente eorum vltimo deficienti*
2 *substituit &c.* ex his enim constat de omnibus requisitis necessarijs ad inducendam reciprocam etiam de linea ad lineam, quod nempè omnes fuerint vocati, quod substitutio sit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, de quibus *in l. titia seia §. seia libertatis, ff. de legat. 2. & plenè in Rauennaten. fideicommissi 11. Februarij 1661. §. perpetuum coram R.P.D. meo Priolo.*

Non obstat, quod fideicommissum censetur remissū per d. diuisionē factam inter filios testatoris; nam vltra quod actores veniunt ex iure proprio, non autē tanquā hæredes diuidentium, quibus propterea diuisio præiudicare non potest *Bald. cons. 89. num. 9. & 10. lib. 1. Rota coram Eminentiss. D. Celso decis. 267. num. 12.* adhuc ex lectura ipsius instrumenti *Somm. num. 2.* benè colligitur
4 diuidentes noluisse comprehendere iura fideicommissi de quo nullam mentionem fecerunt, ad effectum enim vt per diuisionem inducatur remissio fideicommissi opus est vt verba sint clara, & indubitata, cum aliàs non sufficere clausulam *ad habendum*, promissionem da euictione, & similia dictum fuit *in Bonon. fideicomm. de Monterentijs 22. Iunij 1661. § nec ex eo cum seq. confirmata 27. Ianuarij 1662. & in Æsina fideicommissi 23. Iunij eiusdem anni 1662. §. nec refert coram R.P.D. meo Priolo, vbi allegantur concordantes.*

Identitas pariter bonorum videtur sufficienter probata ex inuentario confecto à Iulio Cæsare, & Bernardino post obitum testatoris, vbi descripta reperiuntur *nono Summ. num. 1.* quod etiam comprobatur ex successiua diuisione ab ipsis hæredibus facta *d. 1. Summ. n. 2.*
5 Vndè cum illi de Scarpis habeant causam à Iulio Cæsare mediante persona Isabellæ eorum Auctricis, tam inuentarium, quam diuisio benè concludunt contra ipsos identitatem bonorum de quibus agitur, *Card. Caual. decis. 587. num. 5. Merlin. decis. 262. num. 2. & in Terracinen. fideicommissi de Pilorcijs 6. Iunij 1659. corā R.P.D. meo Albergato §. quæ quidem in fine.*

Retardari autem non debet immissio siuè ex capite detractionum competentium ex persona Iulij Cæsaris, de quibus in decisione 4. *Februarij* 1664. siue etiam
6 ex causa dotis Isabellæ eiusdem Iulij Cæsaris filiæ; quoniam detractiones aut integrè fuerunt consumptæ ex fructibus perceptis ex bonis controuersis à die mo-
7 tæ litis, quæ cœpit ab anno 1634. *Summ. num. 3.* vel saltem negari non potest quin earum quantitas remaneat illiquida adeout fideicommissarij non valeant impedire petitam immissionem ex allegatis *coram Eminentiss. D. Card. Ottobono decis. 180. num. 17. in recent. decis. 336. num. 26. p. 9. & in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1647. § tum etiam quia coram Arguelles.*

Dos verò Isabellæ immissionem impedire non valet
8 non solum quia in fide Baptismi *in Summ. num. 6.* ipsa enunciatur filia naturalis Iulij Cæsaris, & tamen de illius filiatione aliunde non constat; sed etiam quia in
9 omnem casum detrahenda esset ex bonis liberis Iulij Cæsaris, non autem ex bonis fideicommissi, quæ vigore *Ath. res quæ* non tenentur nisi in subsidium, vt in

Romana residui dotis 27. Februarij 1668. coram me.

Demum non releuat, quod domus fideicommisso subiectæ potuerint transire ad quoscunque hæredes, cum fuerint à Hieronymo Seniore acquisitę in emphyteusim pro se, & hæredibus quia cum ex datis *in Summ. num.* 5. appareat de illarum acquisitione facta ex proprijs pecunijs, vtique tanquam primus acquirens titulo oneroso potuit ad libitum disponere etiam in præiudicium vocatorum non secus ac de proprijs bonis patrimonialibus *Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas person. nob. acquir. Rota coram Merlin. decis. 99. n. 4. & seqq. cum alijs in Cęsenaten. emphyteusis 23. Ianuarij 1651. in princip. coram R. P. D. meo Albergato*.

Et ità altera tantum, causa bis proposita resolutum fuit &c.

ROMANA REDDITTIONIS RATIONIS.

Lunæ 5. Decemb. 1668.

ARGVMENTVM.

Exequutor testamentarius stante matre à testatore in tutricem curatricem, & administratricem deputata dicitur administrator particularis. Neque tenetur reddere rationem maxime de ijs quę ad eius manus peruenerunt exigendo nomine eiusdem matris.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor testamentarius ratione sui officij administrare non tenetur.*

2 *Exequutor testamentarius quatenus etiam administret dicitur particularis non vniuersalis administrator, qua propter rationem reddere non tenetur, nisi de rebus, quæ vere, & simpliciter ad eius manus peruenerunt.*

3 *Administrator particularis non tenetur rationem reddere nisi de ijs, quæ particulariter administrauit, n. 2.*

4 *Minister, & factor qui pro tutore res pupillares administrauit tenetur reddere rationem tutori non autem pupillo.*

Tutoris nomine exigens pecunias pupillares, & ab ipso tutore quietantiam reportans omnino liberatur à reddenda ratione ipsimet pupillo de tali exactione, num. 4.

5 *Pupillares pecunias nomine matris tutricis exactas si exactor persoluat ipsimet matri, quæ quidem dotium suarum sit creditrix liberatur omnino à pupillo.*

DECISIO CMXXVII.

Ascanius Bologninus in suo testamento post diuersa legata, & postquam hæredes instituerat Iacobum; & Ioannem Baptistam eius filios tunc pupillos, deputauit tutricem, curatricem, & administratricem Franciscam Furnam eius vxorem, quam insuper voluit talem remanere etiamsi ad secunda vota transiret; exequutores verò testamentarios nominauit Cæsarem Bologninum, Paulum Furnum, & Ioannem Baptistam Ribaldum. Cum autem tractu temporis Iacobus alter ex dd. filijs, & hæredibus plura prætenderet contra Ribaldum pretextu administrationis hæreditatis. & ab A.C. met obtinuerit sententiā fauorabilē pro sc. 2015. sine præiudicio maioris summæ; ideo commissa mihi causa appellationis dubitaui, an de euius bono iure constet, & prodijt resolutio ad fauorem Ribaldi.

Siquidem iniusta visa fuit condemnatio, quià cum generalis administratio hæreditatis esset penes Franciscam vxorem deputatam à Testatore in tutricem, &
1 curatricem; & administratricem ille vero tanquam merus executor testamentarius non tenetur ratione officij administrare *Bart. in l. alio hærede 9. num. 13. ff. de*
2 *alim. & cibar. legat.* & ad summum esset particularis, non autem vniuersalis administrator, vt probat *Ioannes iuris consultus de execut. vltim. volunt. tit. 3. num. 3. & 6. inter tract. magn. tom. 8. p. 1. fol. mihi 197.* vtique non debet rationem reddere nisi pro ijs rebus, quæ vere, &
3 cum effectu ad eius manus peruenisse noscuntur, idem *Bart. in l. si pupilli 6. 5. videamus num. 2. ff. de negot. gest. Cravett. cons. 231. num. 14. Card. Cauall. decis. 98. sub n. 3. & 4. cum allegatis in decis. 297. num. 20. p. 10. recent.*

Non obstat, quod ad manus Ribaldi peruenerint scuta 2015. quæ ipse deposuit in Monte pietatis Vrbis ad ereditum Franciscæ tutricis, cum tamen debuisset ponere ad ereditum pupillorum, & successiuè illa in-
4 uestire; quia cum dictas pecunias receperit à tutrice, & in hac parte se gesserit tanquam nudus minister, & factor illius ad nihil tenebatur erga pupillos, sed tantum debebat sequi voluntatem eiusdem tutricis, à qua pecunias habuerat, & præterea eum amplissimam quietantiam ab ea reportauit remansit plenè liberatus; nam minister, & factor, qui pro tutore res pupillares administrat tenetur solum reddere rationem tutori, & iste postea tenetur erga pupillum *Escobar. de ratiocin. p. 1. cap. 39. num. 16. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 2. num. 47. Rota coram Merlin. decis. 473. num. 10. & in rec. decis. 355. sub n. 4. vers. in qua quidem actione & decis. 440 num. 8. vers. quia tutor p. 1.*

Præsertim quia non constat ipsum habuisse scien-
5 tiam quod pecuniæ essent hæreditariæ, & in omnem eatum deberet excusari, aduertendo, quod Francisca tutrix erat ereditrix hæreditatis in scutis 2000. tam pro sua dote, & augumento, quam pro legato eidem facto à viro quapropter Ribaldus potuit verisimiliter credere ex dd. pecunijs illarum voluisse satisfieri de suo eredito.

Denique non subsistit, quod Ribaldus administrauerit vniuersam hereditatem, vt supponunt scribentes pro Bolognino: etenim prætensa solidatio computorum inserta in instrumento dotali Franciscæ *Summ. num. 3.* quæ dicitur ab ea subscripta mediante signo Crucis, nullo modo aduersatur, stante quod ipse non fuit præsens neque instrumento, neque asserti solidationi, & licet in *d. Summ. num. 3.* detur quædam recognitio Crucis factæ manu propria Ribaldi, ex lectura tamen apparet recognitionem cadere circa Crucem ab eo factam in instrumento inuentarij, cui tantum interfuit, non autem in dicta solidatione, ibi: *recognouit retroscriptam eius Crucem eius propria manu factam, & declarauit ipsum interueniße in inuentario bonorum &c.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Merc. 5. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Vxor instituta hæres vsufructuaria in omnibus bonis iuribus, actionibus cum facultate disponendi etiam de aliqua summa in proprietate, addita prohibitione quod nequeat ex quacumque causa aliquid vlterius prætendere ex dicta hæreditate; si hæres proprietarius post eius obitum substitutus ipsi prædecesserit, in tota hæreditate pleno iure succedit tamquam eaducata ad eius fauorem ex defectu conditionis superuiuentiæ proprietarij hæredis substituti, quę in huiusmodi dispositione subintelligitur, non obstante prohibitione supradicta vxoris institutioni apposita, quæ cessare dicitur vbi hæres proprietarius vniuersalis non vult, aut non potest capere hæreditatem, & tanto magis quia hæres proprietarius non est à principio institutus, sed post obitum vsufructuarię substitutus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum validum facit cessare causam intestatæ successionis.*

2 *Sententia præfigens hæredi terminum quindecim dierum ad deliberandum non potest ab iniustitia saluari, cum ipsi assignandus veniat terminus trium mensium, aut duorum ad minus, & ideo si intra spacium in sententia*

tia præfixum hæres non declarauerit, non dicitur per hoc renunciasse testamento.

3 *Hæreditas caducata per prædecessum proprietarij hæredis substituti post obitum tantum vsufructuarij, ad ipsum vsufructuarium pleno iure deuoluit, si in re certa fuerit proprietariè institutus.*

4 *Ius accrescendi an dicatur prohibitum vxori vsufructuaria instituta cum facultate disponendi etiam de re certa in proprietate, in casum prædecessus hæredis proprietarij post ipsam substituti, si ipsi prohibitum fuerit aliquid vlterius ex quacumque causa ab hæreditate prætendere posse, & num. 5.*

6 *Substitutus in proprietate post obitum vsufructuarij non potest eo adhuc viuente immissionem prætendere, cum non dum dicatur ad eius fauorem purificata conditio.*

7 *Hæres ab intestatò hæredis proprietarij, qui simplici vsufructuario prædecessit, capit proprietatem iure quodam deuolutionis, seu consolidationis, cum non habeatur respectus ad personam, sed ad ius hæreditarium.*

8 *Hęres hæredis proprietarij prædecedentis vsufructuario non simplici, sed in re certa instituto, non succedit iure deuolutionis in proprietate, sed ipsa ad institutum in re certa deuoluit.*

9 *Substitutio hæredis proprietarij facta post mortem tantum vsufructuarij etiam in proprietate rei certa instituti, inuoluit tacitam conditionem superuiuentiæ, ità vt per prædecessum eiusdem censeatur caducata.*

10 *Hæres testatori præmoriens non potuit ius aliquod in hæreditate acquisiuisse, cum non detur hæreditas viuentis.*

11 *Institutus testatori pręmoriens non potest ius aliquod super hęreditate superuiuentis testatoris, quę nulla est, ad suos hęredes transmittere.*

DECISIO CMXXVIII.

IN testamento, cum quo decessit Io. Maria Lucatellus post legatum omnium mobilium factum Cæciliæ vxori, illam instituit hæredem vsufructuariam in omnibus, & singulis bonis iuribus, & actionibus cum facultate disponendi etiam in proprietate de scut. 200. addita tamen hac prohibitione, ibi: *Ne possa pretender altro dalla detta heredità per causa della sua dote, e per qualsiuoglia altra causa*; hæredem autem in proprietate post obitum Cæciliæ substituit Angelicam testatoris sororem. Post obitum testatoris Honuphrius filius Angelicæ prædefunctæ petijt immissionem in bonis hæreditarijs Ioannis Mariæ detentis à Cæcilia, & sententiam fauorabilem à R. P. D. A. C. Arcosto reportauit, hinc commissa mihi causa appellationis dedi dubium, an sit concedendum mandatum de immittendo siuè ab intestato, siuè ex testamento, & negatiuè responsum fuit.

Ab intestato non potest Honuphrius vti nepos, & proximior obtinere immissionē, quia stante testamen-
1 to valido cessat causa intestatę successionis vulgata *l. quandiu 90. ff. de reg. iur.* Nil releuante, quod Cæcilia videatur renunciasse testamento, dum intra terminum quindecim dierum eidem præfixum in sententia A. C. non declarauit an illud vellet acceptare; Nam dixerunt Domini in hac parte sententiam non posse ab iniustitia saluari, exquo Iudex non poterat tam breue tempus hęredi ad deliberandum statuere, cum de
2 iure non debeat esse minus trium mensium inter pręsentes, *vt in l. fin §. Primo, C. de iur. deliber*; Vel saltem duorum mensium ad formam *Constitutionis Pij IV. Super reform. referend. signat. iust. inter impress. la 59. Bull. nou. tom. 2. §. Et à die obitus, de qua Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 5. in princ.*

Ex testamento etiam Honuphrius non potest venire neque ex persona propria, cum ibidem non fuerit nominatus, neque ex persona matris, quæ prædecessit nedum Cęcilię, cui fuerat substituta; Verùm etiàm testatori: Hinc enim caducata illius substitutione tota,
3 & integra hęreditas deuoluitur pleno iure ad ipsam Cæciliam institutam in re certa ad effectum ne dicatur testatorem decessisse pro parte testatum, & pro parte intestatum, vt post *Bart. in l. quoties in princ. & num. 2. C. de hæred. inst.* consuluit *Alexand. cons. 162. n. 2. lib. 2 Menoch. cons. 1112. num. 2. & 3. Fusar. cons. 199. num. 30. Peregrin. de fideicomm. art. 5. num. 21. & seq. Bellon. de iur. accresc. cap. 7. qu. 9. part. 2. num. 16.* qui innumeros congerit, & dixit, *Rota coram Gregor. decis. 244. num. 7. vbi Add. & in recent. decis. 122. in princ. part. 2.*

Nec videntur obstare verba superius recensita, ibi: *Ne possa pretendere altro, &c. per qualsiuoglia altra*
4 *causa*, ex quibus infertur ad prohibitionem etiam iuris accrescendi, ità vt vxor censeatur grauata restituere hæreditatem venientibus ab intestato, ex traditis à *Sperell. decis. 146. sub num. 29.*

Vltra quod enim contra opinionem *Sperell.* plures alij tenuerunt, quod non obstante prohibitione testatoris integra hæreditas in casu deficientiæ hæredis vniuersalis peruenire debeat ad institutum in re certa, & quidem optima ratione, quià nempè dùm hęres vni-
5 uersalis non vult, aut non potest capere hæreditatem, tunc cessat ratio, quæ testatorem mouit ad prohibendum, vt ratiocinatur *Fachin. contr. iur. lib. 4. cap. 15. litera A. §. Fundamentum est*, & de mente *Din. in leg. si quis ità, ff. de hæred. instit. firmat Castell. contr. iur. lib. 3. cap. 17. num. 108. & Altrograd. cons. 77. num. 13. & seq. lib. 1.* Adhuc animaduersum fuit quod Angelica mater Honuphrij non fuit à principio instituta hæres proprietaria, sed solum substituta post obitum Cæciliæ vsufructuariæ, & per consequens cùm hodie adhuc viuat ipsa Cæcilia, dici non potest purificata conditio
6 ad effectū concedendi immissionem Honuphrio ex iuribus Angelicæ, vt probat *text. in l. qui hæredi, §. Paulutius, ff. de condit. & demonstr. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 16 num 15. Surd. decis. 210. num. 5.*

Et hinc non obstant decisiones *bon. me. Merlin. 505. n. 20. & 21. & Eminentissimi D. Card. Celsi 399. n 8.*
7 firmantes quod licet hæres proprietarius prædecedat vsufructuario, non tamen prohibentur hæredes venientes ab intestato capere proprietatem iure quodam deuolutionis, siuè consolidationis, cum non habeatur respectus ad personam, sed ad ius hæreditarium; Tùm quià decisiones præfatæ loquuntur de simplici vsufructuario, non autem de instituto etiam in certa portione proprietatis, prout in casu, de quo agitur, vbi Cæcilia fuit quoque instituta in quantitate scutorum 200
8 & maximam differentiam adesse inter vtrumque casum tradit, *Mart. de success. legal. part. 4. qu. 11. artic. 1. num. 23. & seq. Fachin. vbi supra lib. 4. cap. 15. §. Postrema est sententia vera, & communis.*

Tùm quià loquuntur de eo, qui à principio purè, & simpliciter fuit hæres in proprietate, & sic non applicantur, quià Cæcilia vsufructuaria non nisi post mortem fuit grauata restituere Angelicæ proprietariæ, vt supra dictum est. Vndè cùm in hac substitutione subintelligatur tacita conditio superuiuentiæ, vtique per
9 illius prædecessum censetur caducata, & tunc vxor vsufructuaria capit totam hæreditatem, vt distinguendo tradunt *Cornæu l. extraneum, num. 24. C. de hæred. instit. Aret. in l. filius à patre col. 4. vers. Nam si vxor instituitur, ff. de liber. & Posthum. Ruin. cons. 54. num. 7. lib. 2. Giouagn. cons. 64. num. 9. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 7. per tot.*

Tum denium quià Angelica in proprietate substi-

tura non prędeceſſit ſoli vſufructuariæ, vt eſt caſus
dd. deciſionum, ſed quidem etiam teſtatori, quo viuen-
10 te licut ipſa nullum ius potuit in hæredirare acquire-
re, cum non detur hæreditas viuentis, *l. in ſuis, 11. ff. de*
11 *liber. & Poſthum.* ità impoſſibilis redditur tranſmiſſio
ad hæredes, *ad text. in l. ſi ex pluribus in princ. ff. de ſuis,
& legit. l. vnica, §. In nouiſſimo C. de caduc. tollen. Gomeſ.
var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 1. Merlin. deciſ. 539. num. 5.*
Et ita vtraque, &c.

ROMANA ÆCONOMIÆ.

Luna 14. Ianuarij 1669.

ARGVMENTVM.

Deputatio Æconomi, ſeu Adminiſtratoris perpetui facta a bonorum Domino etiam iurata quandocumque reuocari poteſt, ſique conuentum fuerit Æconomiam duraturam vſque ad certum tempus, & ante ipſius aduentum fuerit reuocata, amplius non durat; quidquid ſit in adminiſtratore à Iudice deputato, ac in tutore, aut curatore generalem adminiſtrationem habente, à Iudice pariter confirmato; Eoque fortius ſupradicta procedunt ceſſante pro maiori parte cauſa adminiſtrationis, nimirum facta diſtractione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratoris, ſeu Æconomi perpetui deputatio facta à Iudice non poteſt quandocumque reuocari.*
2 *Adminiſtratoris perpetui deputatio facta à partibus, ſeu à bonorum Domino ſemper reuocari poteſt.*
3 *Adminiſtratio vigore conuentionis partium ad certum tempus duratura, ſi ante tempus reuocetur non dicitur amplius durare.*
4 *Æconomus in ſubſtantiam idem eſt, ac Procurator, Syndicus, ſeu Actor.*
5 *Procurator quamuis conſtitutus irreuocabiliter, & cum pacto iurato non reuocandi, adhuc reuocari poteſt.*
6 *Locatio, & conductio operarum correſpectiua ad æconomiam ſeu adminiſtrationem bonorum, ceſſante adminiſtratione, ceſſat, & ipſa.*
7 *Mandatum dicitur gratuitum etiamſi ratione laboris aliqua interueniat remuneratio.*
8 *Tutor, aut curator generalem adminiſtrationem habens, & à Iudice confirmatus poteſt poſt acceptatam adminiſtrationem eam deſerere; ſecus in adminiſtratore rerum particularium à Domino ſine interuentu Iudicis conſtituto.*
9 *Cauſa adminiſtrationis ceſſante per diſtractionem bonorum ceſſat quoque adminiſtratio, ſicuti ceſſante cauſa mandati ceſſat mandatum.*
10 *Æconomia ceſſat ceſſante ratione pro qua principaliter fuit conceſſa.*

DECISIO CMXXIX.

Clar. mem. Card. Nicolaus à Balneo, vt conſtitueret in futurum modum facilem, & tutum adminiſtrationi ſuorum bonorum ſtabilium exiſtentium in Prouincia Romandiolę in Territorio Gattei, in Comitatu Bononiæ in Territorio Pedis Luci, & in Caſtro Arcis Candulphi, atque ſatisfactioni onerum, & debitorum, quibus ipſa bona effecta erant, illa dedit, ceſſit, & conceſſit anno 1663: in æconomiam, & liberam adminiſtrationem Carolo, & Bernardo de Parentijs per tot annos, quot eſſent neceſſarij vſque ad integram extinctionem Capitalis debitorum cum obligatione ipſorum præſtandi Cedulam bancharium pro ſatisfactione ſcutorum mille, & octoginta pro fructibus Montium Communitatis terriæ E. continuandam pro toto tempore adminiſtrationis, ſeu extinctionis capitalis dicti debiti, ac deponendi penes Mercatorem, qui cedulam feciſſet, ſeu alterum in creditum dicti D. Cardinalis, eiuſque ſucceſſorum totam illam quantitatem, quæ detractis expenſis ex introitibus præfatorum bonorum ad eorum manus perueniret ad effectum perſoluendi illorum annua onera annuoſque fructus debitorum, & ſuper exiſtente, eis ſatisfactis, aliqua æquiualenti ſumma, eam conuertendi in extinctionem capitalis, conſtituta ipſis prouiſione annuorum ſcutor. 300. tam reſpectu æconomiæ, & adminiſtrationis, quàm pro recognitione debita mercatori, qui faceret cedulam, cum facultate eis conceſſa adhibendi in dictis bonis quamlibet induſtriam licitam, & conuenientem ad eorum proprium commodum, iuncta conuentione, quod æconomia, & prouiſio deberent continuare vſq; ad totalem extinctionem debitorum.

Defuncto Cardinali cum teſtamento, in quo hæredem ſcripſit vniuerſalem D. Marchionem Ludouicum rogatis Decano pro tempore Sacræ Rotæ, ac DD. Præceptore Sancti Spiritus, Primicerio Sanctiſſimæ Trinitatis, & Superiore Sancti Iacobi Incurabilium pro aſſiſtentia dicto hæredi negocijs, & intereſſe ſuæ hæreditatis ob vrgentiam nonnullorum creditorũ fuit opus, nobis approbantibus, deuenire ad venditionem bonorum exiſtentium in Territorio Pedis Luci, quæ continentia maiorem adminiſtrationis ſubſtantiam vendita fuerunt pretio ſcutorum 23. mil. quibus mediantibus creditores magis vrgentes dimiſſi fuerunt. Cumque propterea æconomia, & adminiſtratio ferè inutilis redderetur valde onerosa hæredi, ac inſuper præiudicialis creditoribus, Parentij verò noluerint amicabiliter ab ea recedere, vigore commiſſionis ſignatæ à ſanct. mem. Alexandro Septimo, quod A.C. procedat de voto Rotæ appellatione remota, propoſui dubium an contractus ſit reuocabilis, quod affirmatiuè in quarta propoſitione reſolutum fuit.

Totus enim inſtrumenti contextus in qualibet ſui
parte loquitur de ęconomia, & adminiſtratione; De-
1 putatio autem æconomi, & adminiſtratoris etiam per-
petui, quidquid ſit quando facta eſt à Iudice de qua lo-
quuntur allegati à *Salgad Labyrinth credit. p. 1. cap. 15.
num. 5.* quoties, prout hic, facta eſt à parte, ſeu à bono-
rum Domino, ſemper ità facta intelligitur, vt liceat
ab ipſo deputante, eiuſque hæredibus reuocari, vt in
2 puncto æconomi perpetui *Abb. in cap. edoceri 21. n. 9.
verſ. Et quod dicit de reſcript.* & in terminis adminiſtra-
toris etiam perpetui, *Rum. conſ. 54. num. 12. lib. 1. &
conſ. 143. n. 6. & 7. lib. 4. Plot. in l. ſi quando, n. 747. C. vn-
dè vi Sebaſt. Medic. de nouat. p. 2. verb. adminiſtrator inter
tract. magn. tom. 6. p. 2. fol. 391. à tergo, quos refert, & ſe-
quitur Eſcobar. de ratiocin. cap. 6. num. 83. verſic. Pro
qua ſententia.*

Vnde quamuis explicita in conceſſione adfuerit
conuentio, quod æconomia, & prouiſio deberent con-
tinuari vſque ad totalem extinctionem debitorum.
Nihilominus etiam ſi iurata non tollit facultatem re-
3 uocandi, atque æconomia ipſa, & adminiſtratio am-
plius non durant poſt ſequutam reuocationem, vt
præter allegatos optimè, *Mancin. de iurament. part. 4.
effect. 22. num. 22.*

Idque comprobatur ex quo in ſubſtantia æconomus
4 idem eſt ac Procurator, cum in iure parificetur iuxtà
text. in cap. Auaritia de elect. in 6. ibi: *Tanquam Pro-
curatoribus, ſeu æconomis gloſſ. in cap. Imperatores verb.
æconomum extr. de iuram.* ibi: *Idem eſt æconomus, quod
Syndicus, ſiuè Procurator, & Actor, ibique Abb. num. 6. in
fin. & Butr. num. 14. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 1. n. 251.
& ſequent.*

Procurator autem quamuis conſtitutus irreuocabi-
5 liter, & cum pacto iurato non reuocandi poteſt reuo-
cari per *gloſſ. in cap. fin. verb. reuocatus de Procurat. in 6.
Felin. in cap. ſi diligenti, num. 32. in fine verſ. Nono fallit
de for. compet. Angel. conſ. 225. num. 2. in fin. & num. 3.*

Surd.

Surd. consf. 264. n. 41. Scraph. de priuil. iuram. priuil. 75. num. 7. cum seqq. Gratian. discept. for. cap. 783. num. 35. Capic. Galeott. lib. 1. contr. 60. à num. 1. vsque ad 7. Pen. decis. 1294. num. 5. 6. & 7. vbi dicit Rumum consf. 115. num. 15. & 16. lib. 1. esse à Doctoribus communiter reprobatum, ac decis. 441. per tot. & signanter, num. 4. & 5. in recent. decis. 233. num. 3. in fin. vers. Non obstante quacunque, & decis. 354. num. 7. part. 4. & in terminis Procuratoris constituti ad negotia, nempè ad trangendum *Buratt. decis. 64. num. 9. repet. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 38. num. 10.*

Non obstat, quod in ipso contractu inita fuerit locatio, & conductio operarum, quia cùm sit correspe-
6 ctiua ad mandatum, & ad deputationem in æconomum, eiusque naturam sortiatur, vtique cessante mandato per reuocationem cessare debet ipsa locatio, & conductio, ve bene ad propositum respondit, *Rota corā Pen. d. decis. 1441. sub num. 4. & decis. 1510. per tot. ac in recent. d. decis. 233. num. 3. vers. Quia ecto, part. 4.*

Nec refert, quod regulariter mandatum debeat esse
7 gratuitum, quia ei non repugnat remuneratio ratione laboris, & adhuc mandatum gratuitum dicitur, *l. si remunerandi in princ. ff. mand. Natur. de tacit. lib. 7. tit. 2. num. 5. & tit. 19. sub num. 6. vers. Quod verò dictum est.*

Sicuti non subsistit assumptum, quod Parentij post acceptatam, & inceptam æconomiam, & administra-
8 tionem non potuissent eam deserere donec integrorū debitorum capitalia persoluerentur; Quià hoc procedit in tutore, & curatore generalem administrationem habente, & confirmato à Iudice, secus autem in administratore rerum particularium, vt hic, iste enim ad sui libitum quandocunque potest deserere administrationem iuxtà claram dispositionē *text. in l. tutori, vel curatori 20. C. de negoc. gest. Bart. in l. pupilli 6. §. Videamus, num. 2. ff. eod. cum alijs in Auximana redditionis rationis 18. Febr. 1656. §. vltimo, & 2. Maij 1659. §. final. coram me.*

Propterea præmissa eo facilius procedere videbantur in proposito casu propter deficientiam matricis, & cessationem causæ mandati, seu æconomiæ, & administrationis. Siquidem administratio principaliter, & pro maiori parte consistebat in bonis Pedis Luci, proximis Reati patriæ ipsorum de Parentijs, & in alijs in Castro Candulphi; Nam quoad sita Bononię, & in Prouincia Romandiolæ, vti remota Cardinalis assumpsit in se onus reperiendi affictuarios, seu alios ministros, qui curam gererent eius periculo absque eo quod Parentij tenerentur de mala administratione, sed solum quod dum ipsi haberent personas habiles possent deputare eorum arbitrio *Summar. Marchionis, n. 1. lit. A.* Vnde cum fuerint vendita dicta bona Pedis Luci valoris scutorum 23. mil. hinc fit nos amplius non versari
9 in terminis dictæ conuentionis deficiente principali, ac maiori portione bonorum, circa quam cadebat administratio, & proinde intrat etiam conclusio, quod mandatum cessat, & reuocatur statim cessante causa mandati *cap. si pauper in fin. vers. Cum cesset, & Gemin in tertio notab. de praebend. in 6. Tiraq. in tract. cessant. caus. part. 1. num. 180.*

Neque huic fundamento repugnat altera conuentio, quod etiam euicto aliquo corpore bonorum non esset æconomis diminuenda prouisio æconomię. Quia intelligitur de modica euictione non autem quando sequitur euictio, seu distractio, vt hic, maioris partis bonorum, circa quę cadebat principalis administratio, & cura, itant respectu remanentium, ęconomia, & administratio, reddatur ferè inutilis, damnosa hæredi, & præiudicialis etiam creditoribus, qui adhuc non fue-
10 riot satisfacti; Cùm enim hoc casu cesset ratio, pro qua principaliter concessa fuit æconomia, & administratio, cessare etiam debet eiusdem concessionis dispositio *ad text. in cap. cum cessante de appell.* Nimisq; durum videtur, quod distracta maiori parte bonorum propter vrgentiam creditorum grauari debeat hæres tam magna prouisione, & exinde diminui reliquorum redditus in damnum, & perniciem quoque aliorum creditorum remanentium.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPINIS.

Merc. 16. Ianuarij 1669.

ARGVMENTVM.

Petens immissionem tenetur probare pro fundamento suæ intentionis rem petitam fuisse de dominio testatoris, maximè contra tertium possessorem. Mulier post obitum viri habet dominium tam ciuile, quam naturale super eius fundo dotali, & vbi maritus decedat non soluendo potest mulier actione, rei vindicationis certum fundum acquirere, etiamsi dos consisteret in quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Immissio contra tertium titulo possidentem non datur si fideicommissarius non doceat de dominio testatoris.*
2 *Fideicommissarius tenetur probare dominium tanquam fundamentum propriæ intentionis.*
3 *Fundus efficitur dotalis si fuerit subrogatus in locum alterius iam pro dote assignati.*
4 *Mulier post obitum viri habet in fundo dotali omne dominium tam ciuile, quam naturale.*
5 *Mulier quę habet dotem constitutam in quantitate non dicitur habere proprium fundum dotalem.*
6 *Sententia graduatoria probat quē decessisse non soluendo.*
7 *Mulier si eius vir decedat non soluendo potest actione rei vindicationis certum fundum ex viri hæreditate acquirere, etiam si dos consistat in quantitate.*
8 *Mulier defuncto marito absque alia declaratione continuat possessionem ex causa iurium dotalium, quam in illius vita habebat iure familiaritatis.*
9 *Maximè si in sententia graduatoria fuerit declarata creditrix anterior pro dote, & fructibus.*
10 *Retentionis priuilegium competens muli eri super bonis mariti prædefuncti vigore sui crediti dotalis transit ad hæredes, etiam singulares successores.*
11 *Descriptio bonorum in inuentario facta per mulierem si detegatur erronea, ei non præiudicat.*
12 *Protestatio in inuentario adiecta, quod bona non opponenda habeantur pro non appositis præse ferat conficientem à quolibet præiudicio in casu descriptionis erroneę.*
13 *Mulier possidens bona viri per annos 30 post quam per sententiam fuerat declarata creditrix pro sua dote habet præsumptionem pro se, quod interuenerint omnia necessaria pro adiudicatione, & translatione dominij.*
14 *Datio in solutum in dubio præsumitur quando creditum est pro dote.*
15 *Datio in solutum facilius præsumitur in dote, vbi valor rei possessæ non excedit creditum dotale.*
16 *Mulier habens speciolem hypothecam super vno corpore hæreditario mariti, quamuis fide commissario, non tenetur alia bona discutere, si hæreditas sit pluribus debitis inuoluta.*
17 *Melioramenta non dicuntur sufficienter iustificata si non fuerit probatus status antiquus rei melioratæ, quidque fuerit impensum, & quid melioratum.*

DECISIO CMXXX.

PAcifica, & Margarita petentes immissionem vigore fideicommissi Francisci de Spinis ad duas domos per Ludouicam Ballapaniam possessas fuerunt reiectæ respectu domus ad Pontem Sixtum, ex quo non probarunt dominium fideicommittentis de tempore obi-

tus, vt in decisione coram me 27. Ianuar. 1666. quia verò tunc placuit Dominis differre resolutionem quo ad alteram domum ad Balistrarios; Ideò prosequendo super hac disputationem, hodie proposui dubium, an sit standum in decisis *coram Card. Millino decis. 274. & decis. 310.* vel potius in decisis coram Seleucien. & standum in decisis coram eodem Seleucien. responsum fuit etiam quoad dictam domum ad Balistrarios, quia
1 cum nec etiam domus, de qua agitur fuerit de dominio Francisci testatoris non debet fideicommissarijs concedi immissio aduersus Ludouicam tertiam illius possedìtricem, quæ non habet causam à Francisco, sed illam retinet titulo dotis Adrianæ matris eiusdem fideicommittentis, vt præter adductos in decisione firmarunt, *Natt. cons. 400. sub num. 7. vers. Sin autem, Menoch. cons. 207. num. 32. cons. 732. nu. 29. Surd. cons. 73. n. 21. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 6. sub num. 5. vers. Et quidem Facchin. controu. iur. libr. 5. cap. 29. vers. Ex hoc infertur.*

Tantum abest, quod fideicōmissariæ probent huius
2 modi dominium, vt plenè, & concludenter tenentur probare, tanquam fundamentum propriæ intentionis ex iuribus mox allegatis, quod potius iustificatur pro parte Ludouicæ domum iure proprio spectasse ad dictam Adrianam eius Auctricem, cum specialiter fuerit subrogata in locum alterius domus sibi in dotem assi-
3 gnatæ; Aut enim ex huiusmodi subrogatione præcipuè ex illis verbis instrumenti, ibi: *Obligata sit, & remaneat pro dote ipsius Adrianæ, Summ. Ludouicæ, n. 1.* Domus accipi potest pro fundo dotali, vt voluit, *Rota*
4 *coram Seleucien. d. decis. 317. n. 17.* & hoc casu planum est omne dominium tam ciuile quam naturale per prædecessum Ioannis mariti remansisse penès Adrianā vxorem per *text. in l. in rebus, C. de iur. dot. l. datis actione, C. solut. matrim. Barbos. in l. 1. p. 5. n. 77. vers. Quod tamen ff. eod. Bald. cons. 35. n. 4. lib. 3. Amat. resol. 49. num. 2. Add. ad decis. 666. num. 148. p. 4. tom. 3. recent. Cardin. Canal. decis. 646. num. 6. Rot. in Romana Salutani 2. Mart. 1663. §. Quia cum coram bon. mem. Ioanne Emerix, & in Romana bonorum 24. Febr. 1668. §. Clariora circa med. coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Aut verò dici nequit proprius fundus dotalis, eum
5 dos à principio fuerit constituta in quantitate, vt replicabant informantes pro Spinis, & placuit responsio,
6 quod cum tam Ioannes maritus, quam etiam Franciscus filius decesserint non soluendo, vt liquet ex sententia graduatoria dicto *Summario Ludouicæ, num. 6.*
7 potuit mulier actione rei vindicationis ob deficientiā aliorum bonorum domum præfatam in hæreditate repertam acquirere, quia in subsidium pro fundo dotali ad istum effectum reputatur siuè data fuerit æstimata, siuè inæstimata iuxta literam *Text. in d. l. in rebus, & ibi gloss. verb. æstimatæ, Cod. de iur. dot. l. vxor. marito 56. ff. de donat. inter vir. & vxor. Barbos. in d. l. 1. p. 5. num. 77. & seqq. ff. solut. matrim. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 15. gloss. prima, numer. 21. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. p. 13. n. 78. latissimè Add. ad dictam decis. 666. num. 109. & num. 126. cum seqq. part. 4. tom. 3. recent. Card. Seraph. decis. 1347. n. 1. Card. Canal. dec. 646 num. 4. & 5. Merlin. decis. 792. n. 2. & 3. & in Romana domus 10. Decembris 1663. §. Vel pro æstimata, & 28. Maij 1667. §. Quia coram R. P. D. meo Taia.*

Immò quod possit mulier, defuncto marito absque
8 vlla declaratione continuare possessionem ex causa iurium dotalium, quam in illius vita iure solum familiaritatis habebat dictum fuit in *decis. 173. num. 1. apud Posth. de manut. Card. Canal. decis. 171. num. 4. & in Bononien. fideicommissi de Amorinis 11. Martij 1654. coram*
9 *Bichio, §. Secundo,* præsertim attenta sententia graduatoria, vbi Adriana fuit declarata creditrix anterior pro dote, fructibus, & quarto dotali, vt ampliat ad propositum *Mart. Medic. exam. 56. num. 20. & 21.* vbi referendo, *Cranett. cons. 548. num. 1. & Gratian. discept.*
10 *forens. cap. 269. num. 22.* tenet quod hoc priuilegium retentionis transit tam ad hæredes, quam etiam ad singulares successores mulieris.

Non obstat, quod Procurator Adrianæ domum con-
11 trouersam descripserit in inuentario bonorum Francisci fideicommittentis, quia cum ex prędictis descriptio deregatur erronea non potest mulieri præiudicare, vt in fortioribus terminis respondit, *Rot. decis. 297. n. 7.*
12 *part. 3. recent.* maximè attenta protestatione in eodem inuentario adiecta, quod non apponenda habeantur pro non appositis *Rot. decis. 287. n. 6. p. 3. rec. Merlin. decis. 858. n. 1. & 3.*

Sicut etiam non vrget, quod Adriana iudicialiter petierit contra hæreditatem Francisci nonnullas expensas factas pro huiusmodi domus reparatione, ex quo inferebatur illam fuisse propriam, & hæreditariam Francisci, quoniam animaduersum fuit, huiusmodi expensas fuisse factas ante sententiam graduatoriam latā anno 1553. quo tempore magis expediebat Adrianæ proprium creditum augere pro excludendis alijs con. creditoribus Francisci; Abinde verò citra postquam illa fuit iam declarata creditrix anterior pro dote, fructibus, quarto dotali, & alijs creditis plura concurrunt in facto, quæ ostendunt pro his omnibus Adrianam domum huiusmodi in solutum per adiudicationem accepisse; Siquidem post iudicialem æstimationem domus factam à peritis deputatis ad instantiam creditorum, ex quorum relatione apparet illius pretium non excedere dotis quantitatem, deuentum quoque fuit ad expeditionem bannimentorum ad effectum illam deliberandi vltimo, & plus efferenti dicto *Summ. num. 7.* & successiuè ipsamet Adriana semper illam pacificè possedit vsque ad obitum tanquam propriam soluendo canonem, seu censum Hospitali Consolationis eodem *Summ. num. 3:* Immò Virginia eius filia, & hæres in eadem possessione domus vti hæreditariæ
13 matris continuauit *num. 5.* & canonem prædictum persoluit, *num. 4.* stante enim sententia, & mandato cum tam diuturna possessione quieta, & pacifica 30. annorum, & vltra rectè præsumi possunt omnia interuenisse pro adiudicatione, & translatione dominij necessaria, *Posth. de subhast. inspect. 45. num. 52. inspect. 67. num. 50. Card. Seraph. decis. 242. num. 4. Dunozett. iun.*
14 *decis. 907. num. 9.* facilius quia agitur de dote, pro qua in dubio præsumitur dario insolutum. *Menoch. cons. 201. num. 18. Greg. decis. 194. num. 13.* Et valor do-
15 mus, vt supra dictum est, non excedebat creditum dotale, vt ampliando tradunt, *Afflict. decis. 368. n. 10. in fin. vers. Et tanto magis, Rota coram Card. Seraphin. decis. 358. num. 1. & 2. & in d. decis. 907. num. 9. in fine coram Dunozetto.*

Denique non releuat, quod Adriana debuisset satisfieri de suis creditis super mobilibus, alijsque bonis liberis mariti, non autem super domo fideicōmissaria,
16 quæ tantum tenebatur in subsidium, quia ex concursu, & sententia graduatoria satis probatur non existentia aliorum bonorum, vel saltem quod hæreditas erat pluribus debitis inuoluta, quo casu cum mulier haberet domum sibi specialiter hypothecatam non tenebatur alia bona excutere, sed potuit ad illam se vertere non obstante fideicommisso, vt respondit, *Rota in Auenionen. pecuniaria 10. Decembris 1646. §. Et demum, & 5. Aprilis 1647. in princ. coram bon. mem. Leone Verospio.*

Allcita verò meliorамenta, quæ prætenduntur

facta

17 facta à Francisco sufficienter non iustificantur, cum non fuerit probatus status antiquus domus melioratę, minusque quid fuerit impensum, & quid melioratum ex allegatis *in Auenionen. fideicommissi 26. Iunij 1665. §.fin. coram bon:mem: Ioanne Emerix, & in Romana Domus 1. Februarij 1666. §.nec requisita coram R.P.D.meo Beuilaqua.*

Et ita vtraque &c.

BVRGEN. FVNERALIVM.

Lunæ 15. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Parochis debetur quarta funeralis ex iuris dispositione, in qua dicuntur habere intentionem fundatam contrarijs consuetudinibus, & priuilegijs non obstantibus quando non continet derogationem *cap. dudum de sepult.* vel Parochi habent consuetudinem specialem, vel possessionem quadragenariam.

SVMMARIVM.

1 *Parochi habent intentionem fundatam in iure ad effectum consequendi quartam funeralem.*

2 *Quarta funeralis debetur ex omnibus ijs, quæ causa, & occasione funeris quomodocumque Ecclesiæ elargiuntur.*

3 *Testibus super affirmatiua deponentibus magis credendum est.*

4 *Testis depositio habens pro se iuris assistentiam est præferenda.*

5 *Oblationes quæ annales, & quæ annuales dicantur.*

6 *Consuetudo generalis non attenditur, vbi specialis concurrit.*

7 Constitutio 41. san. mem. Pij V. *redacta fuit ad terminos iuris per aliam* Constit. Greg. XIII.

8 *Parocho eo magis debetur quarta funeralis, quando congruam non habet.*

9 *Priuilegia exemptiua à solutione quartæ funeralis, fuerunt reuocata per Clement.* dudum de sepult.

10 *Priuilegia aduersus quartam funeralem, non suffragantur, nisi contineant expressam derogationem Clement.* dudum.

11 *Quartæ Funeralis exactio debetur Parochis existentibus in quasi possessione per annos 30. quibuscumque priuilegijs non attentis.*

DECISIO CMXXXI.

Occasione funeris Antoniæ de Maceda, & Salasiæ quæ in Ecclesia Fratrum S.Pauli extra muros Ordinis Prædicatorum sibi sepulturam elegerat, renuentes fratres quartam funeralem persoluere beneficiatis Ecclesiæ parochialis S. Mariæ de Blanca, introducta lite coram Ordinario Burgen. ab eo reportarunt mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi percipiendi integrè, & priuatiue oblationem annualem duodecim fanecarum, quæ pro ea dantur, omnium defunctorum, qui sepeliuntur, & sepulti fuerunt in Ecclesia ipsorum conuentus; cumque pro parte Beneficiatorum Ecclesiarum parochialium Burgen. prætenderetur huiusmodi mandatum de manutenendo cum omnibus alijs gestis in partibus attentatorum vitio subiacere ob antiquam litem anno 1507. in Rota introductam, eiusque rotalem inhibitionem, debium proposui super attentatis 14. Nouembris 1661. in quo Domini mandarunt videri de bono iure. Tandem super hoc suscepta disputatione resolutum fuit constare de bono iure Beneficiatorum vt infra &c.

Habent enim assistentiam iuris super consequutione
1 quartæ funeralis, tam ex dispositione *text. in cap. 1. de sepult. & in Clem. dudum §. verum eodem titulo*, quam ex dispositione *Sacr. Concil. Trid. sess. 25. cap. 13. de reformat.* vt respondit *Rota cor. Card. Caual. decis. 101. n. 1. & apud Tambur. de iur. Abbat. decis. 83. pariter num. 1. cum alijs alleg. ad Barbos. de Paroch. p. 3. c. 24. n. 3 cum seqq.*

Et huiusmodi iuris, assistentia pro quarta funerali
2 non solum procedit in ijs obuentionibus, quæ dantur Ecclesiæ, in qua quis sibi eligit sepulturam in ipsa die funeris, & tempore, quo corpus est in funeribus extra terram, sed etiam de quibuscumque, & quomodocumque relictis tam iure legati, quam institutionis, quæ dantur, & postquam corpus Terræ reconditum est, si causa, & occasione funeris elargita sunt vt optime dicit *Card. Zabarell. in dicta Clem. dudum dicto §. verum sub num. 4. vers. sed. vt dicit, & num. 5. de sepult. Calder. cons. 4. per totum, eodem tit. Franc. Leo thes. for. eccles. p. 2. cap. 14 num. 12. Aloys. Ricc. prax. quot. resol for. eccles. p. 1. resol. 581. num. 5. & 6 Lanar. var. lucubrat. tom. 1 tit. 2. cap 3. num. 191. & 192. Barbos. d. cap. sub num. 37. vers. siue antequam.*

Et sine difficultate dum beneficiati vlterius probant specialem consuetudinem, & quasi possessionem quadragenariam percipiendi huiusmodi quartā ab omnibus regularibus, & in specie à Fratribus Monasterij Sancti Pauli extra muros de omnibus rebus, quæ offeruntur ratione sepulturæ, tam in die funeris, quam in alijs nouenarijs exequiarum, nempe in prima, tertia, & nona diebus, & in anniuersario, ac in omnibus alijs diebus Anni, vt ex pluribus testibus formiter examinatis tam de Anno 1507. *Summ. num. 5. comprobatis à Rota coram Card. Millin. decis. 49. & decis. 52.* quam de recenti scilicet de Anno 1658. *Summ. num. 6.* qui testificantur de huiusmodi consuetudine, & quasi possessione, videntibus scientibus, & tolerantibus ipsis met Fratribus S. Pauli collitigantibus.

Non obstant Testes eorundem fratrum, quia non
3 coarctant negatiuam, cum in concursu magis sit deferendum testibus beneficiatorum deponentibus super affirmatiua *Felin. in cap. nostra num. 2. Gregor. decis. 449.*
4 *num. 3.* & habeant assistentiam iuris *Seraph. decis. 1135. num. 4. Gregor. decis. 51. num. 2.* præter quod vere deponunt de obligationibus annualibus, super quibus obtinuerunt dictum mandatum de manutenendo, nec super iis cadit hodie quæstio, cum maxima sit diffe-
5 rentia inter oblationes annales, & annuales, annalis enim intra annum fit, annoque terminatur, vt de annali exceptione habetur *in rubr. C. de ann. except.* annualis autem est annua, idest repetita quot annis, vt annuum legatum *Rubr. de ann. leg. & fideicommis. l. 1. C. quand. dies leg. ced.*

Nec turbant deducta in Elnen. iurium parochialium *cor. Queipo apud Tambur. vbi sup. decis. 85. per tot.* quia quæstio ibidem erat super casu valde diuerso, videlicet an Parochus posset cogere hæredes ad reiterandum officia in Ecclesia parochiali, fundatur super cōsuetudine generali, quæ non attenditur, concurrente speciali, vt hic quæ præualet generali *gloss. in c. super eis verb. in vicinis de censibus Card. Put. decis. 176. n. 7. lib. 3. in correct. Card. Caual. decis. 95. n. 2. vers. & cum hæc, decis. 356. n. 2.* atq; vlterius generale, & præcipuum fundamentum fuit tam in particulari statuto directo ad principatum Cathaloniæ &c. quod non extenditur ad Diœcesim Burgen. quam *in constit. 41. san. mem. Pij V.* quæ per succes-
6 siuam *constit. Greg. XIII.* redacta fuit ad terminos iuris communis *ex Sacro Concil. Trid.* vt dixit *Rota apud eundem Tambur. decis. 84. num. 6. & notat Barbos. in collect. Sac. Concil. d. sess. 25. cap. 13. de reform. num. 4.*

Eoque facilius admittenda visa sunt ex quo beneficiati curam animarum exercentes, nec decimas possident, nec aliud emolumentum pro congrua obtinent, nisi huiusmodi quartam funeralem, hinc enim elicitur ratio veritatis probatæ particularis consuetudinis.

Nec

Nec vrgent priuilegia exemptiua, nam concessa
9 ante Clementinā dudum ab ea remanserunt reuocata, vt in ipsa legitur, & respondit *Rot. decis.83. n.2. apud Tambur.* concessa post dictā Clementinam non possunt
10 suffragari, tum quia non conĩinent eius expressam, & specialem derogationem *Caual. dicta decis. 101. num. 2. Barbos. de paroch. d. cap. 24. num. 8.* tum etiam quia dum beneficiati iustificarunt particularem consuetudinem continuatam per Annos 40. etiam ante *Concil. Trid.* percipiendi à Fratribus S. Pauli collitigantibus prædictam quartam funeralem, etiam de obuentionibus post diem funeris, in nouenarijs, anniuersario, & omnibus alijs diebus anni traditis causa, & occasione funeris, durante anno tantum in hac particulari con-
11 suetudine, & quasi possessione continuare debent ex dispositione Concilij quibuscumque priuilegijs non attentis, vt dixit *Rot. in hac causa coram Card. Millin. d. decis 49. vers. aut fuerunt concessa apud Tambur. d. decis. 84. num. 4. vers. & quatenus esset, & comprobat Barbos. de cap. 24. num. 12.*

Et ita resolutum fuit constare de bono iure beneficiatorũ modo quo supra vtraque parte informante &c.

ARIMINEN. CASTRORVM.

Veneris 1. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Dotis detractio ex bonis fideicommisso subiectis, liberis non extantibus, competit mulieri, licet eiusdẽ solutio non appareat probata, nisi ex confessione mariti, stante præcedenti promissione, & concurrentibus coniecturis, sicuti etiam vigore Statuti Vrbis eadem detractio mulieri competit etiam pro lucro dotis, & ideo donec vsque detractiones prædictas mulier non fuerit consequuta retinere poterit bona fideicommissaria, cum huiusmodi retentio ipsi denegari non possit, nisi concludentissime iustificetur vere, & cum effectu ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus potuerit commode satisfieri. Dos vbi congrua dici potest in præiudicium fideicommissi augeri non debet.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de Dote recepta facta per maritum constante matrimonio si præcesserit eiusdem promissio, & aliæ coniectura concurrant probat solutionem non solum aduersus confitentem, verum etiam in præiudicium fideicommissariorum.*

2 *Lucrum dotis vigore* Statut. Vrb. *ipsi doti æquiparatur, ita vt ipsius, non minus ac dotis detractio ex bonis fideicommissi facienda sit.*

3 *Lucrum vigore* Stat. Vrb. *debetur etiam de dote promissa*

4 *Mulier libere dimittens bona libera sibi pro fundo dotali destinata non potest amplius ex remedio* Auth. res quæ *ad fideicommissaria se vertere.*

5 *Mulier an præsumatur de suo credito dotali satisfacta ex perceptione fructuum bonorum fideicommissariorum, & ex quo gemmæ argenta, & alia mobilia ad eius manus peruenerint.*

6 *Bona Baronum fauore creditorum ab omni vinculo fideicommissi sunt immunia, & indistincte tenentur ac si essent libera, & allodialia.*

7 *Caducitatis iudicium intentans aduersus fideicommissariam, eo quia obligando bona inciderit in pœnam caducitatis per testatorem iniunctam non creditur postea eandem caducitatem voluisse statim incurrere eadem bona prohibita obligando.*

8 *Testis etiam vnius ad qualificandam donationem, quæ non controuertitur, inductus sufficienter probat.*

9 *Donatio dicitur materia difficilis probationis, cum in ea exercenda non soleant adhiberi testes, vnde testis vnicus iunctis adminiculis probat, & maxime contra inducentem.*

10 *Inuentarium cum omnibus solemnitatibus factum regulariter probat negatiuam, non existentiæ aliorum bonorum, præter ibidem descriptorum, quousque contrarium per concludentes probationes iustificetur.*

11 *Interusuria dotalia mulieri debentur à die obitus viri etiam ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorũ.*

12 *Interpellatio fideicommissarij non est necessaria vbi mulier intendit percipere fructus dotales ex bonis fideicommisso suppositis, & ab ea in pignus dotale detentis.*

13 *Retentio bonorum pro dote obligatorum ex priuilegio speciali nunquam denegatur mulieri retinere volenti pro suo credito dotali, nisi ostendatur verè, & cum effectu ad eius manus tot bona deuenisse, ex quibus commodè potuerit satisfieri.*

14 *Agens ad indemnitatem pro euictione passa ex propria culpa repellitur.*

15 *Testis vnicus, qui alioqui probaret, si iuramentum non præstiterit, non probat.*

16 *Inuentarium non probat negatiuam non existentiæ aliorum bonorum præter ibi descriptorum contra tertium non habentem causam à conficiente.*

17 *Testes à partibus approbati plene probant.*

18 *Mulier præsumitur de sua dote satisfacta vbi concludenter iustificatur ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus verisimiliter potuerit sati fieri.*

19 *Dos vbi congrua dici potest, in præiudicium fideicommissi augeri non debet.*

20 *Dotis congruitas desumenda est tum habita ratione ad vires hæreditatis, tam etiam ad solitum, & consuetum familiæ.*

21 *Sententia lata super taxatione dotis in bonis fideicommissi non citatis, neque auditis fideicommissarijs non valet.*

DECISIO CMXXXII.

FIrmata pluribus decisionibus purificatione fideicommissi alias ordinati à Marchione Iacobo de Malatestis ad fauorem Leonidi de Ferrettis, & aliorum substitutorum pro parte Marchionissæ Deianiræ vxoris Leonidi vltimi hæredis grauati de familia Malatesta, eiusque filiarum fuerunt oppositæ plures detractiones ad effectum impediendi associationem à fideicommissarijs petitam, & super hoc emanauit *decisio corã d.mo Danozetto 17. Ianij 1644.* inter impress. 726. in qua exceptis dote D. Marchionissæ Deianiræ, & dotibus DD. filiarum fuerunt aliæ prætensæ detractiones ferè reiectæ; vnde hodie reassumpta super huiusmodi, & alijs detractionibus disputatione dubitaui: an sit standum vel recedendum à decisis, & dictum fuit, prout infra.

Quoad primam detractionem dotis Marchionissæ Deianiræ licet instrumentum dotale in hodierna propositione exhibitum contineat summam scut. 25. mil. de illius tamen solutione non apparet nisi pro rata scut. 21. mil. & pro his prætenditur retentio non ob-
1 stante quod solutio desumatur ex confessione de recepto facta per maritum constante matrimonio, quia stante præcedenti promissione, & concurrentibus etiã pluribus coniecturis confessio nedum probat contra ipsum confitentem, verum etiam in præiudicium fideicommissariorum, vt optimè firmatur *in decisione 3. coram Domini vers. Sed etiam contra*, & prius firmatum fuerat in *Fanen. Dotis 17. Martij 1642. §. 1. & 2. coram me*.

Cumque in instrumento dotali legatur pactum, quod circa lucrum sterue Statuto Vrbis, cuius vigore *lib. 1. cap. 131.* pro quarta parte dotis mulieri superstiti defertur, hinc prætendebatur alia detractio, cum eadem militet ratio dotis, ac lucri in bonis etiam
2 fideicommisso subiectis, *Bald. in Auth. res quæ num. 4. C. com.*

C.comm.de legat. Peregr. de fideicomm. art.42. num.97.
Rota coram Eminentiss. D.Card.Otthob.decis.43. num.6.
& cor.Eminentiss.D.Card.Celso decis.371. pariter n. 6.
Et quidem non ad solam ratam dd. scut. 21. mil.
vt supra solutorum, sed iuxta integram quantitatem
scutorum 25. mil. ea ratione quia lucrum vigore Sta.
3 tuti debetur etiam de dote promissa, & non soluta,
vt in Romana quarti dotalis 23. Iuny 1642. §. sed quia in
fine coram me, Romana lucri dotis 5. Aprilis 1647. &
30. Maij 1648. coram Reuerendiss. Imolensi Romana
Dotis 22. Iuny 1661. §. lucrum coram bo:me: & in rec.
decis. 25. n. 1. p. 11.

Aduersus tamen has detractiones dotis, & lucri op-
ponebant fideicommissarij, quod Deianira pro scu-
tis 15. mil. nihil possit prætendere ex bonis fideicom-
missi, dum ipsa consensit, quod pecuniæ vsque ad di-
ctam quantitatem depositæ in Monte pietatis Ciuitatis
Florentiæ, vbi manebat sub expressa conditione vt
non possent amoueri nisi ad effectum inuestiendi in
effectibus hypothecandis pro dote, & fundo dotali
soluerentur liberè Marchioni Leonido eius viro, volens
insimul cum eo dicta pecunia vti absque alio inuesti-
mento *Summ. additionali actorum num. 3.* cum enim
sponte dimiserit bona libera pro fundo dotali desti-
nata censetur sibi præiudicasse, itaut non possit am-
4 plius ex remedio *Auth.* rei *quæ* ad fideicommissaria se
vertere iuxta firmata *in Romana fideicommissi de Dona-*
tis 7. Iuny 1660. §. Reliqua verò coram me, & in Fir-
mana fideicommissi 9. Iuny 1664. §. circa dotem coram
bon.mem. Ioanne Emerix.

Insuper quod ipsa Deianira fuerit integrè satisfacta
tum ex gemmis, & iocalibus, ac pecunijs hæredita-
rijs viri tum ex argentis, & alijs pretiolis mobilibus
in hæreditate repertis, & in eius manibus existentibus,
5 tum quoque ex redditibus, & prouentibus Castrorum,
de quibus agitur, perceptis ab anno 1639. quo obijt
Marchio Leonidus, & ipsa administrationem suscepit
vsque ad annum 1659. nec non etiam ex fructibus bo-
norum dotalium Margharitæ Thienæ matris Marchio-
nis Leonidi existentium in territorio Patauino.

Verum informantes pro Marchionissa Claudia
Margherita respondendo singillatim ad omnia prædi-
cta dicebant non obstare consensum præstitum a Deia-
nira pro dd. scutis 15. mil. depositis in monte Pieta-
tis Florentiæ; quia cum de tempore præstiti consen-
sus Leonidus maritus esset possessor integri patrimo-
nij domus de Malatestis vna cum Castris, & iurisdi-
ctionibus omnia bona licet fideicommissaria reman-
serunt obnoxia, & obligata pro dotis restitutione
per constitutionem Clementis VIII. cuius vigore bona
Baronum à vinculis cuiuscunq; fideicõmissi ad fauorẽ
6 creditorum, & indistinctè tenentur perinde ac si essent
libera, & allodialia, vt plene firmatum fuit *in Romana*
contributionis 15. Iuny 1665. & 10. Maij 1666. cor. me.

Pro fideicommisso vero replicabatur dictam consti-
tutionem fundari in ratione iustitiæ, & publicæ fidei
causa vt colligitur ex illius Prohemio. ex quo decla-
ratur tota dispositio *Doct. in l. fin. ff. de hered. instit.* ideo-
que dum Marchionissa proprio consensu dimitit d. bo-
na libera, sicut illi nequit suffragari dictum remedium
Auth. res quæ iure communi inductum, eo minus pro-
desse possit dicta constitutio iuris communis corre-
ctoria, addendo, quod Marchio Iacobus in sua do-
natione, de qua agitur facta post triennium à die
editæ constitutionis prohibuit omnem, & quamcunq;
alienationem latissimo sumpto vocabulo etiam ex cau-
sa dotis sub pœna caducitatis statim incurrenda ad fa-
uorem successoris, & quod Marchio Leonidus hu-
iusmodi caducitatem declarauit contra Marchionem
Carolum Feliceum patrem, instituto super hoc iudicio,
& obtenta sententia, vnde inferebatur Marchionem
7 Leonidum noluisse eandem caducitatem statim incur-
rere, ac bono prohibita obligare *Rot. decis. 190. num. 3.*
coram Card. Canal. & decis. 489. num. 7. p. 4. recent. & in
Romana donationis 24. Iann. 1659. §. sinè quia coram me.

Amplius informantes pro Marchionissa negabant
Deianiram potuisse satisfieri ex bonis viri in hæredi-
tate repertis; nam bona existentia in territorio Pata-
uino statim fuerunt euicta vigore sententiæ Senatus
Venetiarum *Summ. Claudiæ Margharitæ num. 19.* de
pecunijs nulla datur iustificatio, & animalia fuerunt
subhastata ad instantiam creditorum *Summ. additionali*
num. 1. gemmæ, & iocalia computari non debent inter
bona viri, cum essent propria ipsius Deianiræ tanquam
dono recepta à pluribus Principibus, & Magnatibus
iuxta confessionem factam à Leonido marito *d. Summ.*
num. 3. hodie comprobatam ex tribus testibus *num. 4.*
quorum duo licet deponant de auditu, & alter remà-
neat vnicus benè tamen deseruiunt ad istum effectum,
stante quod substantia munerum non controuertitur,
sed solum qualitas an fuerint contemplatione mariti,
vel potius contemplatione matris Deianiræ tunc actu
inseruientis Magnæ Ducissæ Etruriæ; nam ad effectum
huiusmodi declarationis testis etiam vnicus deberet
8 admitti, vt in proximis terminis *Rota in Ferrarien. pe-*
cuniaria 20. Martij 1655. §. sed quatenus coram Reueren-
diss. Ninot. præsertim in hac materia difficilis proba-
tionis, cum in exercenda liberalitate non soleant te-
stes adhiberi, immo duo ex prælatis testibus fuerunt
9 inducti à fideicommissarijs, & propterea facilius con-
tra ipsos inducentes etiam vnicus iunctis adminicu-
lis probat ex allegatis *in Ciuitatis Plebis Capellaniæ*
23. February 1663. coram eodem Reuerendiss. Ninot. §.
eodem modo vers. expressa autem.

Minusque argenta, & supellectilia, & alia bona de
quibus *in Summ. Actorum num. 3. 4. & 5.* quoniam te-
stes ad hoc probandum inducti omnes reijciuntur ex
diuersis, & quidem vrgentibus exceptionibus persona-
libus, vt in *dict. Summ. Claudiæ Margharitæ à num. 6.*
vsque ad 17. Præsertim attenta præsumptione resul-
tante ex publico instrumento inuentarij post mortem
10 Marchionis confecti cum omnibus solemnitatibus,
quod regulariter probat negatiuam non existentiæ
aliorum bonorum præter ibidem descriptorum, quo-
usque contrarium per plenas, & concludentes proba-
tiones iustificetur, *Cardin. Seraphin. decis. 504. num. 5.*
in recent. decis. 546. num. 3. p. 4. decis. 351. num. 1. p. 5. &
decis. 89. num. 5. p. 7.

Fructus verò ex Castris alijsque bonis perceptos al-
legabant esse consumptos in alimentis trium filiarum
in sumptibus funerum, & manutentione multarum
litium pro defensione bonorum fideicommissariorum
prætendebant debere compensari cum interusurijs do-
11 talibus, quæ ex fructibus bonorum etiam fideicom-
misso subiectorum mulieri debentur à die obitus viri
ex deductis *in Romana fructuum dotis 7. Iuny 1658*
§. si quidem vers. sed etiam pro fructibus, & 7. Februa-
ry 1659. in princ. vers. adeout intersuriacoram bon. mem.
10 *Verospio*, non obstante quod fideicõmissarij nõ fuerint
interpellati, ex quo non sit necessaria interpellatio
quando pignus dotale, prout hic, à Vidua detinetur,
vt in Romana fideicommissi de Luraghis post Zacch. de
oblig. Camer. decis. 85. num. 5. & 6. repetit post Pacif. de
Saluian. decis. 308. num. 3. apud Fenzon. ad Statut. Vrb.
decis. 81. vers. prout etiam, & in recent. decis. 59. num. 10.
circa fin. vers. quæ interpellatio p. 4.

Et hinc non obstare subiungebant, quod creditum
ex prædictis saltem remaneat illiquidum, & sic non

aptum

aptum retardare immissionem, seu assotiationem fi-
deicommissarijs, quia ex particulari priuilegio dotis,
vbi mulier pro suo credito dotali vult retinere nun-
quam excluditur nisi ostendatur verè, & cum effectu
13 ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus potue-
rit commodè satisfieri, vt reprobata contraria opinio-
ne *Soccini* pluries firmauit *Rota coram Card. Seraphin.*
decis.159.num.7.& seqq.in d.Fanen. dotis coram me post
Merlin.de pignor.decis.5 num.8.cum allegatis in Eugu-
bina Hæreditatis 3. Iunij 1651. coram Bichio impress. in
recent.decis.157.num.33.p.11.

E contra autem informantes pro actoribus quoad
dicta bona Patauij allegarunt de anno 1664. seu 1665.
fuisse sequutam illorum deliberationem contra Mar-
chionissam Claudiam, & Marchionem Spadam virum
ob omissam modicam solutionem ducatorum 87. pro
liuellis, vt probant ipsa edicta *d.Summ. Marchionissæ*
num.19. cum Marchionissa Deianira illa possederit ab
anno 1639. illa etiam locando anno 1643. *Summ.acto-*
14 *rum num.7.* Vnde propriæ culpæ sit adscribenda deli-
beratio, & euictio bonorum prædictorum iuxta relata
per *Mangil.de euict. quæst.34. num.26. & in quæst.104.*
num.18.Rota decis.15.num.1. & decis.71. num.2.coram
Cerrino.

Et quoad gemmas, & iocalia controuertebant etiã
substantiam scilicet, quod non omnes gemmæ fuerint
donatæ à Principibus cum verisimile sit adsuisse pro-
prias in nobili familia Malatesta, & aliqua reperian-
tur descripta in inuentario confecto per obitum dicti
Caroli Felicis vt *in Summar. responsionis num.2.* & re-
spectu etiam qualitatis quoad eas donatas Testes
deponere de auditu vt supra, immo primus ab
ipso Marchione Leonido, & sic nihil vlterius faciat
eorum depositio, quam ipsi viri confessio reie-
cta in decisione, quæ reuidetur *sub numer.* 13. ille
vero qui remansit vnicus nullius esse momenti; cum
15 non præstiterit iuramentum *Rota decis. 234. num.5.*
p.1.recent.& decis.420.num.1.p.5. addendo quod in eo
dotali instrumento dicitur esse consignanda scuta mil-
le in tot gemmis *d. Summ. num 2.* & sic de istis posse
verificari gemmas donatas à Principibus Etruriæ.

Et pariter quoad argenta, & supellectilia respon-
derunt, quod præsumptio inuentarij, quod nec alias
probat contra tertium non habentem causam à confi-
16 ciente *Rota decis.126.num.2.p.1.rec.decis.637.num.13.*
& 16.coram eodem m.io Dunozetto [illegible]ldatur ex dictis
septem testium [illegible] quorum nume[illegible]us suppleret eorum
17 fidem & ais. defectum, maxim[illegible] [illegible] aliqui ex eis fue-
rint iam à partibus approbati stante quod primus fue-
rit assumptus in confectione inuentarij, secundus vero
& quartus sint ijdem subscripti tanquam æstimatores
in *Summ.Marchionissæ,n.8. & 12.* & vlterius allegatas
exceptiones contra eorum personas, & dicta sufficien-
ter non probari. Et proinde addebant quod cum con-
18 stet ad manus Deianiræ peruenisse tot bona, ex quibus
verisimiliter potuerit satisfieri, inde præsumitur sa-
tisfacta, *Rota decis.18. num.4. & decis.407.num....*
coram Eminentiss.D.Card.Celso, & d. decis.53.num.8.
post Merlin.de pignor.

Altera detractio consistebat in sc. 20. mil. monetæ
Florentinæ pro dote Marchionissæ Claudiæ Margha-
ritæ, & constituta in Capitulis matrimonialibus, sed
hanc non deberi replicabatur nisi in scut.8000.monetę
iuxta præceptum fideicommittentis, quia in præiudi-
19 cium fideicommissi dos augeri non debet, vbi con-
grua dici potest *Peregr. de fideicom.art.42. num.76.&*
seqq. Et congruitas in proposito desumebatur non
solum ex solito familiæ cum soror Marchionis Leoni-
nidi habuerit solum scuta 6000. & dos Camillæ Vi-
ctoriæ alterius filiæ fuerit taxata per Rotã in sc. 8000.
in Ravennaten.dotis 7. Februarij 1659.coram R.P.D.meo
Albergato; Verum etiam ex quantitate patrimonij
hodie notabiliter diminuti, cum certum sit ad istum
effectum habendam esse rationem, tum ad vires hære-
ditarias, *Rota coram Amato Dunozetto decis.1002. n.9.*
§.prout minus & in Prenestina dotis 29. Nouembr. 1647
in fine coram bo.me.Card.Corrado; tum quoque ad soli-
tum, & consuetum familiæ, *vt in Romana bonorum seu*
vsusfructus 5. Martij 165 .§.inspecta coram Reuerendiss.
Zarate Auximana Dotium 24. Ianuarij 1655. §.eo ma-
gis coram R.P.D.meo Albergato.

Parum releuante sententia, in qua dos fuit taxata
ad scuta 20.mil. quia cum fuerit lata non citatis, neque
auditis fideicommissarijs non valet eisdem præiudica-
re *gloss. in l. si duo verb. habiturum ff. de iur.iur. Couarr.*
pract.quæst.cap.13.num.4.

Denique informantes pro Marchionissa Claudia
Margherita prætendebant detrahere scuta 2000. soluta
Patribus S. Gaudentij Ciuitatis Arimini pro residuo
dotis Medeæ filiæ Marchionis Felicis de Malatestis,
ac etiam plures partitas solutas ab eodem Marchione
Carolo Felice pro ære alieno Testatoris, & quoad
detractionem scutorum 2000. pro residuo dotis Me-
deæ fideicommissariæ illam non controuertebant, so-
lutiones vero factas ab eodem Marchione Carolo Fe-
lice afferebant non esse detrahendas cum debita fue-
rint soluta ex bonis proprijs fideicommittentis distra-
ctis in Lelium Ruinum, vt ex venditione Castrorum
Montis Cognoti, & Ciolæ *Summ. responsionis fidei-*
commissariorum num.5.

Ex quibus conclusum fuit persistendum esse in de-
cisis respectu Dotis deianiræ pro scutis 6000. & pro
Marchionissa Claudia in scutis 8000.& insuper debe-
ri quarum dotale pro dicta dote deianiræ in scu-
tis 6250.circa quod *in decis.* nihil fuerat firmatum ex
quo non fuerat exhibitum instrumentum dotale, re-
seruato tamen videre an pro dictis scutis 15.mil.dota-
libus intret dicta constitutio Clementis VIII.& pari-
ter ad quem spectent gemmæ; vt supra donatæ, &
insuper resolutum fuit deberi dicta scuta 2000. pro
dote Medeæ, & aliam detractionem prætensam pro
ære alieno fideicommittentis non deberi.

Et ità vtraque, &c.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS.

Lunæ 4. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Subcollector Apostolicus debet esse vnicus, & in digni-
tate ecclesiastica constitutus ad effectum vt illius bene-
ficia remaneant reseruata Summo Pontifici, quæ qui-
dem qualitas verificari debet de tempore obtenti mu-
neris, ita quod si postea superuenerit, non suffragatur.

SVMMARIVM.

1 *Subcollector Apostolicus debet deputari, vt sit in di-*
gnitate ecclesiastica constitutus.

2 *Subcollector fructuum Reuerendæ Cameræ dicitur sub-*
delegatus Apostolicus, & habet iurisdictionem.

3 *Subcollectoris deputatio facta de persona, quæ non fue-*
rit qualificata, & in dignitate ecclesiastica constituta
ipso iure est nulla.

Beneficia subcollectoris Apostolici, qui non fuerit con-
stitutus in dignitate ecclesiastica, non cadunt sub re-
seruatione.

4 *Qualitas requisita ad veritatem actus exigitur de tem-*
pore eiusdem actus, itaut si postea superueniat, non
suffragatur.

5 *Beneficia subcollectoris ad effectum vt dicantur reser-*
uata requiritur vt illius deputatio fuerit facta cum
omni iurisdictione.

6 *Iurisdictionem exercere non potest subcollector, qui non sit constitutus in dignitate ecclesiastica.*

DECISIO CMXXXIII.

Domini perstiterunt in decisis vltimo loco non obstante, quod informantes pro Beruardo prouiso Apostolico in hoc contenderent quod Didacus, per cuius obitum contingit vacatio Archidiaconatus de quo agitur fuerit vnicus, & generalis subcollector fructuum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ in Ciuitate Calaguritana; quia hodie detectum fuit non subsistere illum fuisse Archidiaconum, vt fuerat præsuppositum in literis deputationis Sanctiss. D. N. Hispaniarū Nuntij 12. Nouembris 1650. ibi, *Dilecto &c. Didaco Ximenes Archidiacono in Ecclesia Calaguritana &c.* stante quod ex publico sumpto extracto ex registro Bullar. Sanct. mem. Innocentij Decimi constet ipsum obtinuisse Archidiaconatum die 22. Maij anni sequentis, & sic post sex ferè menses à die deputationis in subcollectorem; Hinc enim non solum infertur ad defectum intentionis concedentis, qui Didacum deputauit sub hoc erroneo supposito, quod esset Archidiaconus sed etiam, quia cum deputatio fuerit facta personæ in
1 Degnitate Ecclesiastica non constitutę contra formam *Text. in cap. statutum de rescript. in 6. lib. 6.* sustineri minimè potest, & in specie, quod subcollector tanquā
2 subdelegatus Apostolicus, & habens iurisdictionem debeat esse persona qualificata, iuxtà dispositionem dicti Textus, quodque aliàs deputatio sit nulla, & sic
3 cesset reseruatio tradit *Gonzal. super regula 8. glos. 51. n. 79.* quem referunt, & sequuntur *Garz. de benef. p. 5. c. 1 n. 385. & Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 57. n. 136.*

Non obstante, quod posteà Didacus obtinuit Ar-
4 chidiaconatum, quia ad istum effectum attendendum esse tempus deputationis animaduertit *glos. in d. cap. statutum, verb. canonicus in fine, vers. & si tempore datæ vbi etiam Ancharan. num. 5. in princ. vers. 4. quaro, & Barbos. vbi supra.*

Et licet forsan aliquando deputentur subcollecto-
5 res, qui non sunt in dignitate constituti attamen non ex hoc dici potest eorum beneficia cadere sub reseruatione, ad cuius effectum requiritur deputatio cum omni iurisdictione vt apparet habuisse Didacum ex literis eius deputationis *Gonz. vbi supra num. 380. qui plures refert Rota decis. & coram Eminentiss. D. Card. Celso decis. 15. num. 9. vers. sed etiam, & decis. 130. n. 3 & coram Amat. Dunozetto decis. 5. num. 6.*

Ideoque cum Didacus de tempore deputationis
6 non esset Archidiaconus nec in dignitate constitutus, adeout potuisset exercere iurisdictionem, quemadmodum in vnicis, & generalibus subcollectoribus exigitur, hinc cessat reseruatio, & consequenter prouisio Apostolica, & præualere debet prouisio ordinarij ad fauorem Francisci.

Atque ex hoc tantum motiuo Domini confirmarunt vltimam decisionem, omissis omnibus alijs hinc inde deductis vtraque parte informante &c.

EVGVBINA SVCCESSIONIS.

Veneris 8. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Nouum examen Rota semper admittit in prophanis data releuantia materiæ articulatæ, & maxime in tertia instantia, non obstante quod super materia articulata fuerint alij Testes in præcedentibus instantijs examinati, ad coadiuuandas enim probationes antea non perfectas possunt alij magis informanti Testes induci.

SVMMARIVM.

1 *Articuli in prophanis dicuntur releuantes ad effectum remissoriæ concedendæ siue directè siue indirectè faciant ad causam.*
2 *Articuli vnius releuantia sufficit in prophanis vt super omnibus remissoria concedatur.*
3 *Remissoria per Rotam facilius conceditur in tertia instantia, ne alias sequatur damnum irreparabile.*
4 *Calumniæ suspicio cessat, vbi petens remissoriam est actor & reus possidet.*
5 *Testes examinati in partibus non retardant admissionem articulorum pro examinandis testibus in Curia.*
6 *Examen nouorum testium admittitur non obstantibus alijs antecedenter super eadem materia examinatis, dummodo tendat ad magis coadiuuandas probationes. Examen nouum super eadem materia non admittitur si tendat ad destruendas probationes iam factas num. 6.*
7 *Testes noui magis informati admitti debent ad examen super eadem materia ad coadiuuandam, & efficiendam probationem iam incoeptam.*

DECISIO CMXXXIV.

Cum Frater Petrus de Capitatis, & Elisabeth eius soror prætenderent rumpere testamentum Ioannis Iacobi Andreoli ex capite præteritionis Blasinę eorum matris cum supposito, quod illa esset filia Testatoris proposui dubium 16. Nouembris 1665. super immissione, quæ illis fuit denegata ex defectu probationis filiationis eiusdem Blasinæ, hodie vero deductis quibusdam attestationibus factis pro exoneratione conscientię, quas ijdem Actores loco articulorum exhibuerunt ad effectum examinandi formiter testes, dedi dubium super admissione, & affirmatiuè resolutū fuit.

Siquidem attestationes in substantia ad comprobandam filiationem Blasinæ, de qua in decisione dictum fuit sufficienter non constare, vt præ cæteris patet ex fide facta à Salustio ibi: *che suo padre si chiamaua Gio: Giacomo, e che era Canonico di Gubbio, e che prima si facesse Prete hebbe moglie, dalla quale hebbe essa Biagina sua figlinola, Summ. num. 2.* Hinc enim resultat rele-
1 uantia ad istum effectum sufficiens, cum versemur in prophanis, vbi semper articuli admittuntur quoquo modo siue directè, siue indirectè faciant ad causam vt voluit *Bald. in cap. licet etiam num. 3. de probat. Card. Caual. decis. 232. num. 2. Rota in Leodien. nullitatis ordinis 7. Iunij 1662. §. quia si metui coram R. P. D. meo*
2 *Taia*, & sufficit vnius releuantia ad effectum, vt omnes admittantur *Gregor. decis. 124. num. 3. & decis. 303. n. 7.*

Præsertim in tertia instantia, vbi procliuior solet
3 esse Rota in concedendo examine ne alias, sequatur damnum irreparabile ex allegatis *in Chelmen. Decimarum 15. Martij 1666. coram R. P. D. meo Bourlemont. §. nihilominus in fin.* & etiam quia cessat prorsus qualibet
4 suspicio calumnię, dum instantes sunt Actores, & altera pars possidet, vt in *Anconitana fideicommissi 13. Iunij 1663. coram Reuerendiss. Nitot. Episcopo Illerden. §. Calumnia.*

Non obstat, quod super materia articulata fuerint
5 alij testes in præcedentibus instantijs examinati, vltra quod enim hoc non debet retardare admissionem articulorum pro Testibus examinandis in Curia, vt dictum fuit in *Romana Testamenti 1. Iulij 1665. coram me §. verum placuit*, adhuc omissis alijs responsioni-
6 bus, aduerterunt Domini, quod examen faciendum non tendit ad destruendas probationes iam factas, sed
7 quidem ad coadiuuandam, & perficiendam probationem filiationis Blasinæ, & dum priores testes illam ignorarunt, possunt induci alij melius informati, *Rota in Vercellen. fideicommissi 4. Februarij 1665. coram R. P. D. meo Taia §. eoque magis & in Fauentina beneficij coram me impress. in rec. decis. 303. num. 19. p. 9.*

Et ita vtraque, &c.

PERVSINA BONORVM.

Lunæ 18. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Immissio hæredi non denegatur per exceptionem fideicommissi, nisi pro parte fideicommissarij fuerint iustificata illa tria solita requisita, nempe quod incontinenti doceatur de fideicommisso, quod nullæ competant detractiones, quodque ipse sine vitio possideat quæ probata dici nequeunt, si de alio antecedenti fideicommisso constiterit, si sola possibilitas detractionum appareat, & tandem si ipse possessionem propria auctoritate fuerit assecutus, non obstante clausula *omni meliori modo* in testamento apposita, quæ non instigatur, vbi vel eædem detractiones competunt, vel etiam fideicommissum impugnatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vt dicatur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, debet iustificare illa tria requisita necessaria.*

Nempe quod incontinenti doceat de iure suo, quod nulla competant detractiones, & quod sine vitio possideat, ibidem.

2 *Fideicommisso ab Auo instituto, valde dubium est an potuerit filius in præiudicium alterius vocati bona fideicommissaria alienare.*

3 *Testes examinati cum legitimo contradictore super statu, & identitate bonorum, plene probant etiam contra tertium.*

Testes examinati cum patre probant contra filium etiam non habentem causam ab eo, si super statu, & identitate bonorum fuerint recepti num.3.

4 *Testes contra producentem plene probant.*

5 *Bona hæredis grauati alienantis dicuntur obligata pro reintegratione fideicommissi.*

6 *Fideicommissarium ad excludendum sufficit sola possibilitas, quod aliquid detrahendum sit.*

7 *Fideicommissarius debet capere possessionem de manu hæredis.*

8 *Clausula* omni meliori modo *in testamento apposita præbet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, & vide num.seqq.*

9 *Clausula* omni meliori modo *non tribuit fideicommissario facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, si competunt detractiones.*

10 *Fideicommissarius non potest capere possessionem propria auctoritate, etiam vigore clausulæ* omni meliori modo *si fideicommissum impugnatur vel competant detractiones. & sup. num.9.*

11 *Dispositio auth.res quæ C.commun. de legat. non procedit sine probatione deficientiæ bonorum liberorum.*

12 *Clausula* appellatione remota *non impedit quod terminato possessorio, causa non possit examinari in petitorio.*

DECISIO CMXXXV.

Domini persliterunt in decisis 15. *Iunij* 1668. coram me quia exceptio fideicommissi Ludouici allegata per D. Eleonoram impedire non valet immissionem D. Marchioni Coppolo hæredi scripto in Testamento Equitis Iacobi de Vinciolis, cum adhuc visa fuerint deficere tria ad istum effectum necessaria, nempe quod fideicōmissarius incontinenti doceat de iure suo quod
1 nullæ competant detractiones, & possideat sine vitio quæ copulatiue requiruntur ad hoc vt fideicommissarius dicatur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, vt præter allegatos *in dic. §. quia, nuper dictum fuit in Eugubina fideicommissi 1. Februarij coram R.P.D. meo Calataru.*

Quoad primum licet ex testamento Ludouici admittatur resultare fideicommissum in genere ad fauorem Eleonoræ respondetur tamen quod tria corpora reperta in hæreditate Equitis Iacobi, super quibus petitur immissio sub dicto fideicommisso non cadunt tanquam prouenientia ab Horatio Vinciolo Patri dicti Ludouici, cum enim super eis idem Horatius aliud
2 fideicōmissum præcedenter ordinauerit remanet valde dubium an Ludouicus potuerit de illis disponere in præiudicium Iacobi vltimi grauati *Fusar. cons. 147. num. 7 & Rota decis. 115. num. 10. p. 1. recent.*

Et quod bona controuersa nempe medietas Palatij, seu Domus sitæ in Ciuitate cum horreo situ, & stabulo prædium in pertinentijs S. Martini del fico in vocabulo *la Madonna del Piano*, & aliud prædium in dictis pertinentijs in vocabulo *S. Andrea d' Agliano* proueniant ab hæreditate Horatij probatur, nedum ex confessione Scipionis patris Eleonoræ *præterito Summ. Marchionis num.5.* sed etiam ex pluribus Testibus examinatis pro parte eiusdem Scipionis de Anno 1632. occasione obitus Francisci Vincioli vltimi ex filijs dicti Horatij sine filijs legitimis, & naturalibus, vt *in nouo Summ. num.1* qui Testes vti examinati in contra-
3 dictorio iudicio cum legitimo contradictore super statu bonorum bene probant etiam contra Eleonoram, licet prætendat non habere causam a Scipione eius Patre, *ad Text. in l. Ingenuum ff. de stat. homin. Rota decis. 116. num. 1. p. 9. recent.*

Maxime quia pro parte eiusdem Eleonoræ huiusmodi depositiones fuerunt approbatæ mediante illarum
4 productione in actis simpliciter facta, ex allegatis per *Add. ad Gregor. decis. 215. num. 9. vers. si tamen vltra inductionem.*

Non obstat Ludouicum quam plura bona ære proprio acquisiuisse, quia hodie non agitur de bonis proprijs Ludouici, sed de dictis tribus corporibus repertis in hæreditate Iacobi omninò diuersis, vt patet ex folio dato pro parte Marchionis, & semper vrget responsio data in *decis. §. & quamuis,* quod scilicet cum idem Ludouicus plura bona fideicommissaria Horatij patris scienter alienauerit, quæ à dicto Horatio prouenisse vltra deducta, remanet comprobatum ex Catastro pro parte eiusdem Eleonoræ exhibito ad docendum, quod prouenerint à Ioanne Simone Laudato qui fuit Auus Horatij, eiusque bona prius deuenerunt ad Horatium, quam ad Ludouicum, & alios Hora-
5 tij filios vtique bona eiusdem alienantis dicuntur obligata pro reintegratione fideicommissi, vt præter ibidem allegatos plene firmauit *Rota coram Eminentiss. D. Card. Celso decis. 235. num. 1. & 2.*

Quod autem alienationes factæ à Ludouico imputari debeant omnibus alijs fratribus, itaut ipse non teneatur nisi pro septima parte, non videtur subsistere in facto cum in pluribus instrumentis ipse Ludouicus alienauerit absque fratrum interuentu, & nonnullæ fuerunt, factæ post obitum aliquorum ex eis, & infaper alienatio prædij Castri Canneti pro scutis 2365. facta fuit ab eodem Ludouico, & Horatio iuniore eius filio vti Donatario Equitis Francisci alterius filij Horatij fideicommittentis, & præsumitur integrum pretium ad manus patris deuenisse, vel saltem hæc omnia remanent dubia, & indigent maxima inspectione, adeout dici non possit incontinenti constare de fideicommisso vt ad istum effectum impediendi immissionem hæredi scripto requiritur ex superius firmatis; immo si inter bona, de quibus agitur adessent aliqua quæ prouenissent à Ludouico, ex hoc etiam deberet fideicommissaria repelli, cum super his posset Marchio ex persona Iacobi sui Authoris ducere legitimam sibi de iure naturæ debitam in bonis Ludouici patris, ad effectum namque excludendi fidei-
6 commissarium sufficit sola possibilitas, vt aliquid sit detrahendum; vt bene ad propositum dixit *Rota in*

Reg.

Romana Domus 28. *Martij* 1667. §. *absque eo*, *coram R.P.D. meo albergate*, vbi in specie respondetur obiecto consumptionis desumptæ tam ex omissione inuentarij quam ex alienationibus.

Deficit quoque tertium requisitum cum Eleonora
7 non apprehenderit possessionem de manu hæredis, vt tenebatur per *Text. in l. improba C. de acquir. possess.* parum releuante clausula *omni meliori modo* apposita
8 in testamento Ludouici, per quam prætenditur fuisse datam facultatem capiendi possessionem propria
9 auctoritate iuxta *decis. Reuerendiss. Royas* 445. *num.* 5. quia vltra alias responsiones cessat vis dictæ clausulæ quando prout hic; possunt competere detractiones,
10 *Rota. decis.* 193. *num.* 9. *p.* 9. *recent.* & plura deducuntur ad exclusionem fideicommissi vt in *decis. bo. me. Amati Dunozetti* 763. *num.* 3. & *seqq.*

Retentio autem prætensa pro dote eiusdem Eleonoræ, quam eidem tanquam descendenti deberi dicitur in bonis Horatij ex remedio *Auth. res quæ C. comm.*
11 *de Legat.* nec etiam obitare videtur petitæ immissioni, cum non fuerit iustificata deficientia bonorum liberorum Scipionis patris, & Ludouici Aui *Peregrin. de fideicomm. art.* 42. *sub num.* 35. & *num.* 66. *Surd decis.* 62. *num.* 4. *Corcin. decis.* 143. *num.* 6. & 7. *Eminentiss. D. Card. Ottbobon. decis.* 83. *num.* 11.

Cæterum clausula *appellatione remota* impedire non potest quin finito iudicio possessorio per immis-
12 sionem concessam hæredi scripto possit in petitorio causa examinari, stante quod non fuerit cumulatum petitorium cum possessorio, neque demandatum quod finali, & semel terminetur appellatione remota, & hac ratione omnia alia deducta ab informantibus pro Eleonora veluti respicientia altiorem indaginem fuerint in hoc iudicio reiecta, & ad petitorium remissa.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Merc. 20. *Februarij* 1669.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum non relaxatur contra hæredem beneficiatum, nisi præcedente citatione ad docendum de inuentario, & reddendam rationem de bonis in eo descriptis, dummodo tamen hæres non se obligauerit nomine proprio ad debita defuncti, quo casu contra eum agi potest executiue, cum inuentarium præseruet quidem hæredem ab actionibus passiuis descendentibus à defuncto, non autem opituletur hæredi pro ijs ad quæ facto proprio tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum venit exequendum constituto de illius validitate, & iustitia.*
2 *Heres Beneficiatus conueniri non potest executiue, & contra eum non potest relaxari mandatum, nisi præuia citatione ad docendum de inuentario, & reddendam rationem.*
3 *Hæres si conueniatur ex sua propria obligatione citari non debet ad docendum de inuentario, & rationem reddendum.*
Inuentarium præseruat hæredem ab actionibus passiuis descendentibus à defuncto.
Inuentarium non opitulatur hæredi aduersus actiones, quibus ex facto proprio tenetur num. 3.
4 *Deputati ad negotia puellarum existentium in aliquo conseruatorio bene possunt obligare easdem puellas.*
5 *Ratificatio in actu fauorabili ex lapsu temporis tum obseruantia censetur inducta.*
6 *Ratificatio retrotrahitur ad diem contractus, & mandato æquiparatur.*

DECISIO CMXXXVI.

Hodie fuit confirmata decisio edita coram me 26. Maij 1662. in qua dictum fuerat exequendum esse mandatum pro fructibus census relaxatum contra pauperes Puellas S. Philippi ad instantiam Monialium
1 S. Bernardini de Vrbe, quià de illius validitate & Iustitia visum fuit constare ex rationibus in decisione deductis.

Non obstat; quod Puellæ sint hęredes beneficiatę
2 Francisci Radicij hæredis impositorum census de quo agitur, & sic non potuerit contra eas relaxari mandatum exequutiuum, nisi præcedente citatione ad docendum de inuentario, & rationem reddendum de bonis in eo descriptis iuxta notoriam praxim, de qua per *Salust. Tiber. lib.* 1. *c.* 45. *Ridolphin. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 253. & *seqq. Rota in recent. decis.* 39. *n.* 9. *p.* 6. & *in Maceraten. census* 17. *Martij* 1664. §. *fin. cor. bo. me. Leone Verospio.*

Etenim Monasterium S. Bernardini non egit contra Puellas vti hæredes præfati Radicij, quo casu bene intrarent auctoritates in obiecto allegatæ, sed petijt exequutionem instrumenti à Puellis nomine proprio celebrati de Anno 1641. vbi fructus census scutorū 97. fuerunt reducti ad scuta 82. pro quibus se obligarunt in futurum soluere sub obligatione Camerali tanquam principales principaliter, & insolidum *preterito summ.*
3 *Monialium num.* 4. hinc enim Puellæ non possunt amplius iuuari beneficio inuentarij, quod præseruat quidem hæredem ab actionibus passiuis descendentibus à defuncto, non autem illi opitulatur aduersus actiones, quibus ex facto proprio tenetur, vt sequendo *consil. Angel.* 31. *num.* 8. *vers. secundum inuenio* firmauit *Rota in recent decis.* 392. *num.* 2. *p.* 1. *decis.* 545. *num.* 1. *p.* 5. & *decis.* 428. *num.* 6. *p.* 9. *repetit post Merlin. de pignor. decis.* 135.

Quæ obligatio Puellarum nomine proprio facta impugnari non valet sub prætextu, quod instrumentum non fuerit pro earum parte celebratum cum per-
4 sona legitima, quia reductio fructuum fuit acceptata de ordine, & voluntate deputatorum, qui vt moris est, geruut negocia earundem Puellarum, & habita prius speciali congregatione constituerunt Procuratorem ad stipulandum instrumentum cum facultate obligandi earum bona in forma Cemerę, vt ex fide eorum Secretarij ad partes data summo cum agatur de
5 actu fauorabili reductionis fructuum ad minorem quantitatem in omnem casum ex lapsu tanti temporis iuncta obseruantia, censeretur inducta ratificatio,
6 quæ ad diem celebrati instrumenti retrotrahitur & mandato æquiparatur *l. fin. C. ad Macedon. l. licet ff. de Iudit. Surd. decis.* 70. *num.* 10.

Quo vero ad exceptionem fideicommissi placuerunt responsiones datæ in decisione ex quibus vel prorsus remouetur vel saltem remanet turbida & requirit altiorem indaginem, adeout admitti non debeat ad retardandam exequutionem mandati relaxati vigore obligationis Cameralis ex vulgatis.

Et ità vtraque &c.

FANEN. COMPOSITIONIS.

Mercurij 27. *Martij* 1669.

ARGVMENTVM.

Remissoria, quæ in causis prophanis de stylo Rotæ datur releuantia etiam sine fumo conceditur; multo magis denegari non debet concurrente fumo veritatis materiæ articulatæ, Hic autem magnus adesse dicitur, vbi resultat ex confessione partis collitigantis, cum ad effectum remissoriæ sufficiat fumus resultans ex qualibet probatione leui, & informi. Articuli dicuntur releuantiam continere vbi tendunt ab probandam enormissimam læsionem.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria de stylo Rota in causa prophana data releuancia articulorum, etiam sine fumo conceditur.*

2 *Fumus, & quidem maximus materiæ articulatæ resultat ex confessione ipsius partis collitigantis.*

Fumus materię articulatę satis deducitur ex qualibet probatione leui, ac etiam informi, num. 2.

Testes etiam nulliter examinati sufficiunt ad probandum fumum materiæ articulatæ num. 2.

3 *Articuli ad probandam læsionem vltra dimidiam dicuntur esse releuantissimi.*

4 *Læsio vigore* leg. 2. C. de rescind. vendit. *habet etiam locum in contractu transactionis.*

5 *Valor, seu pretium bonorum stabilium quando ex illorum fructibus non remaneat concludenter probatus.*

6 *Remissoria non denegatur ad probandum valorem præsentem, si exhibeantur instrumenta antiqua.*

Instrumenta antiqua non concludunt de tempore præsenti num. 6.

7 *Valor seu pretium de tempore præterito non recte infert ad tempus præsens.*

Pretium, & valor rei in dies recipit mutationem n. 7.

DECISIO CMXXXVII.

SVb narratiua, quod bona hæreditaria q. Petri Bellochi detractis oneribus non excederent scuta 7000. circiter monetæ, & sic non essent sufficientia pro erectione & manutentione Monasterij, quod idem Bellochius ex Testamento erigi mandauit in Ciuitate Fani eius patria obtinuit Æques Petrus Corbellius admitti ad compositionem cum Reu. Fabrica Sancti Petri pro scutis 3500. sed cum ista modo prætendat narratiuam non subsistere eo quod dd. bona excedant valorem scut. 18. mil. ad eius instantiam, nec non Cõmunitatis Ciuitatis prædictæ venientis pro suo iure, & interesse, ad hoc probandum fuerunt exhibiti articuli, & petita remissoria quam hodie Rota concedendã esse putauit.

Cum enim de stylo Tribunalis data releuantia in
1 causa prophana etiam sine fumo concedatur *Caputaq. decis. 68. num. 1. p. 3.* multo fortius denegari non debet
in proposito stante confessione ipsius Corbelli collitigantis data *in Summ. Reu. Fabrica num. 3.* qui manu
propria firmauit statum totius hæreditatis in sc. 27. m.
hinc enim negari non potest quin magnus fumus resultet veritatis materiæ articulatæ, cum ad istum ef-
2 fectum sufficiat etiam qualibet probatio leuis, & informis, vt de testium depositionibus nulliter examinatorum est *decis. Cassador. 3. de dilat. Gregor. decis. 562. num. 4. vbi Add. lit. B. & in recent. decis. 51. num. 2. & decis. 100. num. 10. p. 10.*

Nec dubitarunt Domini de releuantia articulorum,
3 dum tendunt ad probandum enormissimam læsionem
vltra dimidiam ad terminos *l. 2. C. de rescind. vendit.*
4 quam habere locum etiam in contractu transactionis
passim Rota firmauit, vt in *decis. 24. n. 19. post Salgad. Labyrinth. credit. Auenionen. transactionis 22. Iunij 1657 §. Ratio coram bo. mem. Dunozetto, & coram Eminentiss. D. Card. Celso, decis. 270. num. 6. decis. 289. num. 1. & 2. & decis. 318. num. 1.*

Non obstat, quod compositio non emanauerit habito respectu ad capitale dictæ hæreditatis, sed solum ad fructus ex corporibus prouenientes, quos non excedere annua scuta 500. attestatus fuerit Reuerendissimus Episcopus Fani dicto *Summar. Corbelli, num. 1. lit. I.* Quia contrarium desumitur ex memoriali pro compositione porrecto dicto *Summ. Reuerend. Fabrica, n. 1.* ibi: *Et il capitale di scudi sette mille di detta moneta in circa, &c.* Et per consequens nulla vis fieri potest in dicta attestatione D. Episcopi, quia cum ipse se restringat ad solos redditus de tempore præsenti, nulla facta
computatione fructuum perceptorum ex annis antece-
5 dentibus, & subsequentibus, exindè iustum pretium proprietatis disputari non potest in bonis immobilibus, vt benè distinguendo dixit, *Rota decis. 825. num. 3. part. 4. diuers. & decis. 648. num. 4. part. 1. recent.*

Sicut etiam non remanet probatus valor ex pluribus instrumentis acquisitionum bonorum, de quibus agitur ad istum effectum impediendi remissoriam, quia
6 instrumenta tanquam nimis antiqua non concludunt de tempore præsenti, iuxtà monitum *Bald. in l. vnic. num. 64. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter profer. Ias. cons. 54. num. 21. lib. 1. Gregor. decis. 101. num. 3.* ea ratio-
7 ne quia pretia rerum in dies mutationem recipiunt; *l. pretia rerum. § Vltimo, ff. ad l. Falcid. l. tertia §. Diui, ff. de iur. fisc.*

Quæ autem dicebantur de expressione capitalis facta cum dictione *circiter*, & de dicta notula conscripta ab Equite, quod scilicet sit informis, facta ad alium effectum, & careat die, & anno Domini remiserunt ad disputationem dubij super negocio principali. Quemadmodum etiam remiserunt articulum, an Reuerenda Fabrica intendens compositionem rescindere teneatur prius pecuniam receptam restituere.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA, SEV IANVEN. HÆREDITATIS.

Mercurij 27. Martij 1669.

ARGVMENTVM.

Filius vbi tanquam legitimus fuit admissus ad consequẽdam hæreditatem patris, & patrui, si deinde postea vtpotè illegitimus ab alia hæreditate arceri prætendatur, & ad probandam illegitimitatem remissoria petatur; Illa in hac causa dupliciter fuit denegata, tam ex eo, quod contra approbationem iam factam super legitimitate remissoria non concedatur, quam etiam quia verè de legitimitate constabat ex matrimonio patris fide baptismatis, alijsque pluribus in præsenti decisione consideratis.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria non conceditur ad probandum id quod propriæ confessioni aduersatur.*

2 *Remissoria non datur ad probandum illegitimitatem eius, qui prius tanquam legitimus fuit admissus ad successionem patris, & patrui.*

3 *Filia illegitima succedit tantum in hæreditate sui patris in duobus vncijs.*

Hæreditas patris naturalis demptis duabus vncijs debitis filio illegitimo, tota de iure spectat proximioribus venientibus ab intestato.

4 *Legitimitas filij probatur, ex matrimonio fide baptismatis, & alijs ponderatis adminiculis.*

Amplia non solum ad effectum denegandi remissoriam super illegitimitate verum etiam ad effectum successionis ibidem.

Successionis ad effectum super legitimitate filij admittuntur etiam præsumptiones, & coniectura, num 4.

5 *Compulsoria habetur pro effectuata quoties non stat per compulsare debentẽ, quin illa executioni demandetur.*

Impedimentum proueniens a Magistratu alienius Ciuitatis, quo minus compulsentur iura, non impedit, quod illa satis habeantur pro legitimè compulsatis, num. 5.

6 *Remissoria non datur ad probandum contrarium, quod constat ex publicis documentis.*

DECISIO CMXXXVIII.

DOmini confirmando resolutionẽ factam sub die 25. Iunij 1668. coram me iterum denegarunt remissoriam, quam Boninus, & litis consortes petebant ad probandam illegitimitatem Thomatinæ; Quia adhuc subsistere visum fuit quod Paulus Baptista Author Bonini, & aliorum in pluribus actibus eandem Thomati-

nam agnouerit in filiam legitimam, & naturalem Ber-
1 nardi,& per consequens intrat conclusio in decisione
firmata, quod non debeat remissoria concedi ad pro-
bandum id, quod propriæ confessioni aduersatur, vt
præter ibidem allegatos dixit, *Rot.cor.Greg.decis.523.
num.4.Buratt.decis.877.num.7.*

Et omissis alijs actibus in facto deductis placuit
principaliter insistere in eo, quod Paulus Baptista non
solum admisit Thomasinam pro medietate ad succes-
2 sionem Dominici patrui; Verùm etiam quia absque
vlla contradictione permisit illam succedere in tota,
& integra hæreditate Bernardi patris ab intestato de-
functi; hinc enim censetur illam agnouisse in filiam
legitimam, & naturalem dicti Bernardi; Cùm aliàs
3 tanquam illegitima non potuisset in totum succedere
sed demptis tantum duabus vncijs hæreditas fuisset
delata eidem Paulo Baptistæ, alijsque proximioribus
venientibus ab intestato iuxtà *text.in Auth.Licet, §.Ab
intestato,C.de natural.liber.Merlin. de legit. lib.1.tit.2.
part.4.num.1.Peregr.de iur.fisc.lib.3.tit.18.num.1.*

Cæterum quamuis prælata non essent forsan suffi-
cientia ad effectum denegandi remissoriam, DD.anim-
aduertebant quod in præsenti casu legitimitas non de-
sumitur solum ex actibus recensitis; Verùm quia illa
principaliter probatur ex matrimonio inter Bernar-
dum,& Angelam contracto in faciem Ecclesiæ, iuncta
fide baptismi eiusdem Thomasinæ, vti filiæ eorundem
coniugum, ac testibus de legitimitate deponentibus
præterito *Summ.num.6.* ex consequutione legitimæ in
bonis Pomettæ Auiæ paternæ nec non ex illius admis-
sione ad subsidium dotale relictum à Pellegro Riua-
rola fæminis de familiæ, & agnatione, ad quod fuit
admissa cum præsentia, & consensu proximiorum
4 *Summ.super bono iure,num.4.& 5.* Ex quibus omnibus
simul iunctis benè videtur probata legitimitas,cùm
ad effectum successionis admittatur etiam probatio
desumpta ex præsumptionibus, & coniecturis *Cardin.
Seraph.decis.1400. ante num.4.Greg.decis.248. num.1.*

Non obstat repetita exceptio,quod iura non fuerint
5 extracta à suis orignalibus mediante compulsoria;
Quià cùm per Thomasinam, non steterit, dum ipsa ad
actualem compulsoriæ expeditionem deuenit, & satis
constiterit impedimentum prouenisse ex resistentia Se-
natus Ianuensis, vt notum est, & probant testes relati
in dicto præterito *Summ.Thomasinæ,n.7.& nouo, n.2.*
Ex hoc præcipuè existimarunt DD.iura præfata perin-
de censeri, ac si essent legitimè compulsata, & propte-
6 reà denegandam esse remissoriam, quæ neque concedi-
tur ad faciendam probationem contrariam publicis
scripturis ex allegatis in decisione 5.*Verùm etiam quia.*

Et ità vtraque,&c.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Ven. 29. Martij 1669.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario ante firmatum statum hæreditatis denegatur immissio si reus, & possessor excipiat de detractionibus,& hoc casu ad tuendum possessorem sufficit sola possibilitas quod aliquid sit detrahendum. Immò talis exceptio datur etiam instituto in re particulari quando est reus, & possessor.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario non datur aduersus hæredem grauati possidentem,donec constiterit,quid,& quantum restituendum sit.*

2 *Portio filiæ hæredis institutæ, ab eaque sibi in dotem assignata transit in virum cum onere fideicommissi. Intellige,vt num.sequen.*

Legitima nullū onus,nullumq; grauamen admittit n.2.

3 *Legitima transmittitur ad quoscunque hæredes filij,licet ab ipso viuente neque fuerit agnita, neque petita.*

4 *Trebellianica debetur hæredi grauato,si illa neque tacitè, neque expressè fuerit prohibita.*

5 *Detractiones legitimæ, & trebellianicæ in quota consistere dicuntur.*

Detractiones legitimæ, & trebellianicæ non impediunt quin fideicommissario non concedatur immissio saltem pro indiuiso,num 5.

6 *Immissio fideicommissario nec etiam pro indiuiso conceditur, vbi ab hærede prætenduntur detractiones in quantitate.*

Status hæreditatis si non fuerit firmatus, nec etiam pro indiuiso immissio fideicommissario conceditur quoties ab hærede prætenduntur fieri detractiones in quantitate, num.6.

7 *Detractionum ius competit solis hæredibus vniuersalibus, secus autem instituto tantum in re certa.*

8 *Legatarius, & institutus in re certa, quamuis fideicommissarius de detractionibus non excipiat, si tamen ipse in possessione reperitur, potest illas opponere pro defensione rei sibi particulariter legatæ.*

DECISIO CMXXXIX.

FVluius adhuc manens in communione cum Vrbano fratre decessit anno 1617, condito testamento, in quo hæredes vniuersales instituit quinque eius filias fæminas susceptas ex Birgitta vxore, nempè Luciam, Iudittam Timotheam, Margharitam, & Helenam, quas ad inuicem substituit in casum obitus alterius sine filijs, & omnibus decedentibus substituit eundem Vrbanum fratrem,legatis scutis 200. prælatæ Birgittæ vxori,& totidem Criseidæ matri ipsius testatoris, quæ pariter decedens instituit hæredes d.filias Fuluij addita etiam reciproca substitutione inter illas; post obitum Fuluij d.eius filiæ continuarunt in communione cum Vrbano patruo vsque ad annum 1621. quo tempore deuenerunt ad diuisionem, tam bonorum relictorum à Fuluio,quam etiam post eius mortem durante communione acquisitorum; Cumque altera ex dictis filiabus nempè Lucia innupta decesserit,& altera professionem emiserit in Monasterio Monialium,hinc pro dote vnius cuiusque ex tribus superstitis, quæ nupserunt in sæculo assignata fuit tertia pars bonorum in diuisione obuentorum pro rata hæreditatis patris,& auiæ;Vnde cum nuper decesserit Thimotea sine filijs instituto hærede Laurentio viro in omnibus bonis sibi in dotem datis Margharita altera filia Fuluij prætendens ad eius fauorem fuisse purificatam conditionem,petijt vigore fideicommissorum patris,& auiæ immissionem contra illos de Nuccis hæredes dicti Laurentij, & Iudex de partibus per sententiam declarauit firmandum prius esse statum hæreditatis Fuluij; Quià verò in gradu appellationis Margharita sententiam immissionis obtinuit ab A.C. Ideò commissa mihi causa per Signaturam cum clausula, *consilio, quod sit locus Ægidianæ,* hodie dubitaui ad formam commissionis, & responsum fuit non esse locum Ægidianæ.

Scribentes pro Nuccis non impugnabant fideicommissum, eiusque purificationem ad fauorem Margharitæ,sed solum insistebant in exceptione detractionum sibi ipsis competentium ex persona Timotheæ in bonis in dotem ei assignatis pro tertia parte hæreditatis Fuluij, & Criseidæ. Cum enim ipsi reperiantur in possessione dictorum bonorum, & vsque adhuc non fuerit firmatus status hæreditatis, ex quo dignosci va-
1 leat quid, & quantum veniat fideicommissariæ restituendum, non est interim concedenda immissio; cum ad tuendum possessorem sufficiat possibilitas, quod aliquid sit distrahendum, vt pluribus allegatis dictum fuit *in Romana Domus 28.Martij 1667. coram R.P.D.*

R. P. D. meo Albergato, §. *Absque eo versic. Adeout*.
Ex prætensis detractionibus præcipua est legitima
eiusdem Timotheæ in bonis Fuluij patris. Quia licet
pars hæreditatis Fuluij assignata pro dote dictę Timo-
theæ deuenerit ad Laurentium virum cum sua causa,
2 & onere fideicommissi, semper tamen intelligitur ex-
cepta legitima, quæ nullum onus neque grauamen ad-
mittit *l. quoniam in prioribus 32. C. de in off. testament.*
3 illaque transmittitur ad quoscunque hæredes filij, li-
cet ab ipso viuente non fuerit neque agnita, neque pe-
tita, *Rota in Romana fideicommissi de Cinčis 15. Maij
1651. in principio coram Peutingerio, & in Bonon. dotis,
successionis, & Legati 23. Ianuarij præteriti in fin. coram
R. P. D. meo Emerix.*

Altera est detractio Trebellianicæ in bonis Criseidæ
4 auiæ, quæ absque difficultate debetur Timotheæ hære-
di grauatæ, dum in testamento non fuit eidem neque
expressè, neque tacitè prohibita, §. *Sed quia hæredes
instit. de fideicomm. hæred.*

Non obstat, quod detractiones pro legitima, & Tre-
5 bellianica tanquam consistentes in quota non impe-
diant quin fideicommissarius debeat immitti saltem
pro indiuiso. Quia cum pro parte illorum de Nuccis
prætendantur aliæ detractiones consistentes in quanti-
tate pro nonnullis Legatis, & dote materna, ac etiam
pro bonis acquisitis in diuisione cum Vrbano patruo
6 post obitum Fuluij, verius est fideicommissarium non
posse obtinere immissionem, nec etiam pro indiuiso,
nisi prius firmato statu hæreditatis, *Buratt. decis. 946.
per tot. in recent. decis. 88. num. 30. & seqq. p. 6. cum alijs
congestis in Tudertina successionis 4. Iulij 1652. coram
Reuerendiss. Papien. & in Bonon. fideicommissi de Cata-
neis 11. Maij 1663. coram Reuerendissimo Ninot Epi-
scopo Illerden.*

Parum releuante, quod ius harum detractionum
7 competat hæredibus vniuersalibus Timotheę, non au-
tem Laurentio instituto particulariter in dote; Quia
cum Nucci hæredes Laurentij sint rei, & possessores,
8 benè possunt per modum exceptionis hoc deducere
pro defensione rei particularis eidem Laurentio reli-
ctæ, vt sequendo *Bero. cons. 60. num. 3. vol. 2. admittit,
Angel. de legit. contradict. qu. 2. artic. 11. num. 278. Rota
decis. 315. num. 6. part. 3. recent.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DONATIONIS:

Lunæ 1. Aprilis 1669.

ARGVMENTVM.

Baro vt verè nuncupari quis possit, & debeat, requiritur
qui actus iurisdictionales ita fecerit, non quidem
solo iure familiaritatis, sed proprio; qui actus proban-
tur tam ex literis originalibus ipsius Baronis, quam
ex libris publicis communitatis, in quibus expeditio-
nes Officialium adnotantur.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionales actus exerciti à marito viuente vxore
sicuti referuntur ad ius familiaritatis, ita illi facti post
eius obitum ad ius hæreditarium referri debent.*
2 *Maritus per superuenientiam tituli hæreditarij cense-
tur sibi mutasse causam possessionis absque alia animi
deliberatione, etiam in materia iurisdictionali.*
3 *Iurisdictionales actus probantur tam ex literis origina-
libus ipsius Baronis, quam ex libris publicis commu-
nitatis.*
*Expeditiones, & literæ patentes officialium probantur
ex libris publicis Communitatis, num. 3.*
*Libris conscriptis ab Officialibus publicis plena fides
adhibetur, num. 3.*
4 *Venditioni promissio non est venditio.*
5 *Cedens simplex promissio non habetur neque reputatur
pro vera cessione.*
6 *Bona iurisdictionalia in statu Ecclesiastico sine licentia
Pontificis in forenses transferri non possunt.*
7 *Conditionis natura est, vt illa prius debeat adimpleri,
antequam dispositio suum sortiatur effectum.*
8 *Venditor constito de dominio parum refert, an in ven-
ditione vsus fuerit verbis solam cessionem impor-
tantibus.*
9 *Alienationi sufficit aliquem consensisse, vt quoad ipsum
illa pro vera alienatione reputetur.*
10 *Venditor validè potest alienare cum pacto se nolle te-
neri de euictione.*

DECISIO CMXL.

IN vltima decisione huius causę edita *9. Iunij 1666.*
coram me, inter cætera firmatum fuit Raphaelem
non fuisse Baronem, sed cum hodie ex nouiter dedu-
ctis in facto contrarium fuerit iustificatum, Rota cen-
suit quoad hoc tantum recedendum esse à decisis.

Etenim quod ipse fuerit Baro probatur ex eo quod
quarta pars Castrorum Cantalupi, & Bordellæ, quæ
spectabant ad Annam Moronam illius primam vxo-
rem filiam, & hæredem Franciscæ Melchiorriæ, vt non
controuertitur, deuenit in eundem Raphaelem, qui ab
eadem Anna vxore fuit hæres in testamento institutus.
Et quidem actualem possessionem dictę portionis Ca-
stri cum sua iurisdictione adeptũ fuisse constat nedum
quia emolumenta pro dicta portione percepit hodier-
no *Summ. Creditorum, num. 3.* & plures actus iurisdi-
ctionales exercuit, *num. 4.* Verum etiam quia vna cum
Portia sorore dictæ Annæ condomina alterius quartę
partis Castrorum impetrauit à fa. mem. Innocentio X.
licentiam vendendi huiusmodi Castra Cæsari Palaz-
zolo, & successiuè post sex annos ad actualem venditio-
nem deuenit cum translatione dominij, & possessionis
eodem *Summ. num. 4. & 5.*

Et licet quamplures ex actibus iurisdictionalibus
1 exerciti à Raphaele facti fuerint viuente vxore, & sic
referri possint ad ius familiaritatis, vt dicebatur in
decisione, §. *Hinc non releuant*, cum tamen in dicto
Summ. num. 4. alij exhibeantur gesti post obitum vxo-
2 ris de necessitate referri debent ad ius hæreditarium,
per cuius tituli superuenientiam censetur Raphaelem
mutasse causam suæ possessionis absque alia animi de-
claratione, *Spad. cons. 258. num. 8. & seq. lib. 2. Achill.
decis. 4. in fin. de caus. possess. & propriet. Greg. decis. 546.
num. 1. vbi Add. lit. A. in recentior. decis. 365. num. 35.
& seqq. part. 11.*

Prætensio autem, quod iura exhibita ad probandos
dd. actus iurisdictionales non sint in forma probanti
hodie visa fuit cessare, cum modo fuerint productæ,
3 tum plures epistolæ originales conscriptæ propria
manu Raphaelis, tum etiam alia iura extracta ex libris
publicis Communitatis Castri Cantalupi, in quibus
adnotari solent expeditiones, & literæ patentes offi-
cialium pro tempore, quibus partitis librorum tan-
quam conscriptis ab eisdem officialibus plenam fidem
esse adhibendam monet, *Bart. in leg. quædam 9. §. Num-
mularios, num. 4. ff. de eden. Ruin. cons. 53. numer. 9. lib. 4.
Mascard. de probat. conclus. 671. pariter, num. 9. Rota
coram Card. Seraph. decis. 1088. num. 8.*

Non obstat quod Raphael non potuerit iure hære-
ditario acquirere dictam portionem Castrorum, cum
Anna præcedenter illam cesserit Petro Pandolphino
cum clausulis abdicatiuis dominij.

Quoniam fuit responsum facto non subsistere An-
nam verè, & cum effectu cessisse huiusmodi portionẽ,
cum verba, instrumenti simplicem promissionem dun-
taxat præseferant, ibi: *Seque solemniter obligauit ad fa-
uorem dicti D. Petri præsentis, &c. cedere, transferre,
& renunciare quartam partem Castrorum Cantalupi, &c.*

& per consequens nullo modo dici potest Annam ex dicto instrumento amisisse dominium quod prius habebat super dicta portione Castrorum, illudque tran-
4 stulisse in Petrum, quia sicuti promissio de vendendo non est venditio, vt latè *Gabr. de empt. concl. 2. per tot.*
5 ità nec promissio de cedendo haberi potest pro vera cessione *Dec. in l. cum fundus, §. Seruus, num. 5. ff si cert. pet. Grat. cons. 109. num. 11. lib. 1. Cancer. ver. resolut. de pact. par. 7. n. 124. Add. ad Greg. decis. 28. num. 7.*

Quinimo talis promissio non fuit pura, & simplex, sed facta sub pacto, & conditione, quod dictus Pandolphinus proprijs cura, & sumptibus teneretur impetrare, & expedire beneplacitum Apostolicum dicto *Summ. creditorum, num. 2.* ibi: *Nec non cum pacto, & conditione, quod dictus D. Petrus proprijs cura, & sumptibus antequam deueniatur ad predictum contractum teneatur impetrare, & expedire, ac impetrari, & expediri facere consensum, & beneplacitum Apostolicum.* Vndè cum huiusmodi beneplacitum nunquam fuerit à Petro procuratum, nec obtentum, dicta promissio non
6 suffragatur, siuè quià agebatur de bonis iurisdictionalibus in statu Ecclesiæ, quæ sine licentia Pontificis. Non poterant in forenses, qualis erat Petrus, transferri resistentibus pluribus Constitutionibus Apostolicis Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. & Innocen-
7 tij X. siuè etiam quià proprium est conditionis, vt prius impleatur antequam dispositio sortiatur, effectū *leg. si quis sub conditione, ff. si quis omiss. caus. testament l. cedere diem, ff. de verb. signif. Rota decis. 10. de concess. prabend. in nou.*

Et hinc nihil facit, quod Anna in eius testamento dederit facultatem Pandolphino soluendi dotem, ad quam vigore fideiussionis tenebatur, aut in pecunia, aut mediante assignatione Castrorum; Etenim cum ex prædictis idem Pandolphinus nunquam illorum dominium acquisiuerit, per solutionem factam in pecunia dici non potest voluisse retinere Castra, quæ per antea adeptus non fuerat, vt inferebatur in decisione, §. *Iure autem.*

Quæ facilius procedere videbantur, dum verè Raphael vti hæres Annæ vxoris dictam portionem Castrorum possedit per plures annos vsque ad actualem illorum distractionem, ex superius firmatis. Parum releuante, quod ipse in instrumento venditionis dixerit, quod venditio ex parte ipsius haberetur pro simpli-
8 ci cessione, & expressè protestatus fuerit nolle teneri de euictione; Quia constito de illius dominio, patum refert an vsus fuerit verbis solam cessionem importan-
9 tibus, cum satis est alienationi consensisse, ad effectum vt contractus quoad ipsum pro vera alienatione existimetur, *iuxtà text. in l. cum quis 126. ff. de reg. iur. Gionagnon. cons. 3. num. 4. lib. 2.* Et pactum quod de eui-
10 ctione non teneatur non est à iure improbatum cum possit Dominus rem suam validè sub tali pacto alienare, *l. Emptorem 12. §. fin. vers. ibidem, ait idem esse dicendum, ff. de act. empt. Tiraq. de retract. lignag. §. 12. gloss. 1. num. 14. Rebuff. ad constit. Gall. tom. 3. tit. de dilat. art. 5. gloss. 1. num. 51. & duob. seqq. Thesaur. inn. q. 77. num. 5. lib. 1.*

Et ità vtraque, &c.

MACERATEN. SALVIANI.

Lunæ 1. Aprilis 1669.

ARGVMENTVM.

Extrema Saluiani, quæ sunt creditum cum hypotheca, possessio debitoris de tempore obligationis, & alia possessio rei conuenti, si fuerint probata, prout probata dicuntur ex instrumento crediti, alioque venditionis instrumento facto cum clausula, *Constituti,* præbent creditori ius illius vigore immissionem petendi, quæ quando petitur pro liberatione à molestijs datur tantummodo ad effectum deponendi.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in Saluiano conceditur creditori docenti de illius extremis necessarijs.*
Saluiani extrema sunt creditum cum hypotheca antiqua possessio debitoris, & moderna rei conuenti, num. 1.
2 *Obligatus ad factum sub obligatione camerali tenetur ad damna, & interesse.*
Damna, & interesse veniunt sub obligatione camerali nunier. 2.
3 *Inuestimentum si quis facere tenetur, & non fecit, ad damna, & interesse condemnatur.*
4 *Possessio tam antiqua debitoris, quam noua rei in iudicio Saluiani conuenti probatur ex instrumento venditionis factæ cum clausula, Constituti, posita in instrumento venditionis probat simul possessionem constituentis, ac etiam constitutarij, num. 4.*
5 *Immissio in Saluiano creditori conceditur pro credito liquido.*
6 *Saluianum datur etiam creditori pro liberatione a molestijs.*
Saluianum vbi datur pro liberatione à molestijs, conceditur tamen ad effectum deponendi, num. 6.

DECISIO CMXLI.

IN donatione facta per Franciscum Sillam ad fauorem Ptolomei eius ex Seraphina nepte pronepotis occasione, & intuitu certi matrimonij inter cætera promiserat idem Franciscum dictum Ptholomeum sibi hæredem instituere, sed cum postea suam hæreditatem reliquerit Ven: Domui probationis de Vrbe Societatis Iesu contra eam Ptolomeus iudicium instituit, quod de anno 1616. terminatum remansit per concordiam, in qua Ven: Domus ei persoluit scut. 2000. pro omni, & toto eo, quod prætendere posset ex quauis causa, & occasione ex hæreditate Francisci, & vice versa ille promisit reinuestire scuta 1600. infra sex menses sub obligatione camerali informa *Summ. num. 1.* cùm autem defuncto Ptolomeo Carolus eius filius prætendens se vocatum in dicta donatione iudicialiter egerit contra Ven. Domum, quæ tam coram A. C. quam in Rota plures expensas coacta fuit sustinere, & [illegible] per ob non factum inuestimentum, contra eam resolutum fuerit 2. *Decembris 1667. cor. R. P. D. meo Beuilaqua,* teneri ad iteratam solutionem d. quantitatis; Ideò vigore dicti instrumenti concordiæ petijt immissionē ex remedio vtilis Saluiani contra Iacobum Maluctium possessorem prædij alias à dicto Ptolomeo possessi, & sententiam immissionis obtinuit à Locumtenente D. Gubernatoris Marchiæ ad effectum sibi satisfaciendi de expensis, & damnis huc vsque passis, & in reliquis ad effectum deponendi donec à dictis molestijs fuerit liberata, quæ sententia fuit quoque confirmata ab A. C. & denique commissa mihi causa dubitaui an sit danda immissio, & informante tantum ipsa Ven. Domo probationis dandam esse Domini responderunt, quia concurrunt extrema necessaria nempè
1 creditum cum hypotheca, antiqua possessio Ptolomei, & moderna Iacobi rei conuenti, quibus concurrentibus immissio non solet denegari, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 760. Castr. cons. 8. num. 1. lib. 2. Rot. post Pacif. de Saluian. decis. 1. num. 1.*

Creditum namque cum hypotheca sufficienter resultat ex dicto instrumento transactionis, vbi Ptolomeus sub obligatione Camerali expressè promisit facere inuestimentum dd. scut. 1600. ac etiam teneri voluit pro obseruantia, & manutentione transactionis
2 d. *Summ. num. 1.* Vnde idem Ptolomeus ob molestias illatas Ven. Domui per Carolum eius filium tenetur ad

ad damna, & interesse, quæ regulariter veniunt sub obligatione Camerali, *Rot.decis.262.n.10.post Zacch.*
3 *de oblig. Camer.* & magis præcisè quod obligatus facere inuestimentum eo non facto teneatur ad damna, & interesse dictū fuit *in Romana quatuor domorum 21. Iunij 1649. §. Non obstat coram Peutingerio in Romana multiplici 28.Martij 1654. §. Verum etiam coram Reuerendissimo Papien.& post Zacch.vbi supra decis.275 numer. 1.*

Vtraque possessio, antiqua Prolomei, & moderna Iacobi iustificatur ex publico instrumento venditionis per Ptolomeum factæ Iacobo, vbi adest clausula
4 *Constituti*, quæ probat possessionem constituentis de tempore contractus; & respectiuè illam constitutarij *Posth.de manut.obseru.20.num.4.Greg.decis.362.num.3. & per tot.Rota post Pacif.vbi supra decis.96. num.4.*

Indeque petebant informantes pro Ven. Domo im-
5 missionem ad formam dd. sententiarum, tam pro expensis liquidis hucusque factis *Rot. in d.decis 262. post*
6 *Zacch. num.10.* quam pro retrahendo capitali destinato ad inuestiendum, ad effectum tamen deponendi, quousque à molestijs illa liberaretur, iuxtà relata per eundem *Posth. vbi supra obseru.12.num.131.*

Et ità altera, &c.

GALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS DE BERBERIEGO.

Ven. 5. Aprilis 1669.

ARGVMENTVM.

Absolutio à censuris ob recursus habitos ad Iudices laicos conceditur vigore breuis stante amplissima renunciatione in actis facta, & obligatione reficiendi expensas, quatenus appareat illas fuisse factas. Licet autem in hac materia non dicatur sufficienter satisfactum clausulæ in breui adiectæ *refectis expensis* per depositum vnius Iulij cum obligatione soluendi residuum, postea quam illæ fuerint liquidatæ, cum in his indicijs priuilegiatis Rota non seruet opinionem *Angeli in l.4.§.ait prætor ff.de re iudicata*, hoc tamen limitatur si de expensis non constet saltem in genere.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à censuris non denegatur quoties recursui habito ad iudices laicos sufficienter est renunciatum.*

2 *Clausula refectis expensis apposita in breue super absolutione à censuris per recursus ad iudices laicos, non adimpletur per solam renunciationem in actis factam.*

3 *Expensæ ante omnia sunt reficiendæ ad effectum vt ille qui recursum habuit ad iudices laicos possit absolui, etiam si expensæ sint illiquidæ.*

4 *Depositum vnius iulij pro refectione expensarum iuxtà opinionem Angeli non admittitur, in iudicijs Priuilegiatis*

5 *Expensas etiam in iudicijs priuilegiatis, non tenetur rigorosè persoluere, neque repellitur à consequenda absolutione, si de eisdem expensis non constet saltem in genere.*

Depositum vnius iulij licet non sufficiat in refectione expensarum priuilegiatarum, hoc tamen intelligitur, quatenus de expensis saltem in genere constet.

6 *Clausula refectis expensis ea tenus operatur quatenus expensæ adsint, & de eis constet.*

7 *Expensæ modicæ non retardant absolutionem à censuris, etiam stante clausula refectis expensis.*

8 *Possessionem beneficij, quem habuisse vigore recursuum probari debet ad hoc vt teneatur ad restitutionem fructuum.*

9 *Possessio beneficii potius præsumitur capta vigore sententiæ Episcopi, quam in vim recursuum.*

10 *Interpretatio sumi debet de casu licito ad excludendum delictum.*

11 *Recursus ad iudices laicos non potest opponere reus ante absolutionem, si etiam ipse similes recursus habuit.*

DECISIO CMXLII.

Expedito breue commissionis absolutionis à censuris propter recursus habitos à Hieronymo in partibus ad iudices laicos dedi dubium, an sit concedenda absolutio, & affirmatiuè responsum fuit, quia stante
1 amplissima renunciatione in actis facta per eundem met Hieronymum, qui expressè consentit, vt Franciscus collitigans permaneat in eodem statu, quo reperiebatur ante recursus, ac etiam obligatione reficiendi expensas, quatenus appareat illas fuisse factas, vt in eius *Summ.num.3.* videntur adimpletæ conditiones in eodem breui contentæ, & proinde absolutio denegari non debet, *Rota cor.Reuerendiss. Carillo decis.80. n.14. repetit in recent. decis.2. num.12.p.8. cum allegatis in Cesaraugustana distributionum 21. Februarij 1656. in prime coram me.*

Non obstat, quod per huiusmodi renunciationem
2 non fuerit satisfactum clausulæ *refectis expensis*, quæ
3 debent ante omnia integrè refici, etiam si sint illiquidæ, cum debeant liquidari pro parte petentis absolutionem iuxta firmata in alia *Calaguritana Archidiaconatus 22.Iunij 1665.§.non obstat, & seqq.coram me.*

Quoniam vt sæpè dictum fuit, licet Rota in his iu-
4 dicijs priuilegiatis non seruet opinionem *Angeli in l.4 §. ait prætor ff. de re iudic.* qui vult sufficere depositum vnius iulij cum obligatione soluendi residuum sequuta liquidatione, sed doctrinã *Bald.in c.conquerente de restit.spoliat.* requirentis omnimodam purgationem vsq; ad obulum, vt testatur *Add.ad Greg. decis.503. lit.A.* nihilominus hoc procedit in casu, quo saltem in ge-
5 nere constat expensas verè fuisse factas, quià dicta clau-
6 *refectis expensis* eatenus operatur, quatenus adsint, alias autem si de illis nulla detur iustificatio, prout in casu proposito, non debet iuterim retardari absolutio, vt distinguendo firmauit *Rota coram Reuerendiss. Roias decis 11. à num. 16. ad 25.* vbi *num. 26. & seq.* dicit,
7 quod modicæ expensæ ad istum effectum non attenduntur, & *coram bon.mem. Amato Dunozetto decis.574 num.17. repetita in recent.decis.218.num.18 & seq.p.8.*

Quoverò ad restitutionem fructuum beneficij pro tempore octo mensium, quo Hieronymus prætenditur fuisse in possessione DD. dixerunt non probari
8 ipsum possidisse vigore recursuum; tum quia Regia audientia nullum fecit decretum, sed solum remisit processum ad iudicem à quo *Summ.responsionis Hieronymi num.1. & 2.* tum etiam quia fides eiusdem Notarij ad hoc probandum adducta in *Summ. Francisci num.3.* dum facit mentionem de sententia lata à Me-
9 tropolitano ad fauorem Hieronymi, potius censeri debet illius vigore capta possessio ad effectum excludendi delictum, & sumendi interpretationem de casu
10 licito, quemadmodum fieri debet *Menoch. cons 372. n.104. & cons.128.num.... Thesaur. decis.Pedemont. 193.num.3. Rota post Zacch.de oblig.camer decis.85.n.6.*

Quæ facilius admissa fuerunt attento quod Francis-
cus collitigans plures etiam ipse habuit recursus ad laicos, vt d.*Summ. Hieronymi num. 1.* quo fit, vt licet sit reus non possit se opponere ante absolutionem iuxtà *decis.Buratt.536.num.6.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS. DE BARBARIEGO.

Ven.10.Maij 1669.

ARGVMENTVM.

Resignatio beneficij non purè, sed conditionaliter facta non abdicat ius, neque possessionem à resignante nisi conditione adimpleta, ideoque facta resignatione occasione

casione permutationis sub cōditione quatenus resignatarius super beneficijs permutatis ius habeat, si beneficia prædicta vel alterum eorum euincatur, aut litigiosum reperiatur manutentio resignanti, vel potius reintegratio conceditur, & præcipuè vbi Pontifex permutationem admiserit cum declaratione quod nullum ius per ipsam resignantibus acquiratur super beneficijs resignatis, nisi super ijs huiusmodi ius habuerint de tempore resignationis.

S V M M A R I V M.

1 *Resignatio beneficij sub conditione facta non abdicat ius neque possessionem à resignante vbi nequeat adimpleri conditio.*

2 *Resignatio beneficij conditionaliter facta ante purificatam conditionem possessionem non abdicat à resignante quando possessio per resignatarium non fuerit actualiter capta, aliàs sic, cum in hac materia purum, & nudum factum inspiciatur.*

3 *Resignatio conditionalis non abdicat possessionem à resignante antequam purificetur conditio, etiam si possessio fuerit capta per resignatarium sed post motam litem, & postquam resignans opposuit de non implemento.*

4 *Possessio apprehensa de mandato Executoris deputati per literas continentes clausulam* amoto ex inde quolibet detentore *vt teneat, necesse est quod iudex processeris iuris ordine seruato.*

5 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessorem sua possessione.*

6 *Permutatione beneficiorum concessa per Pontificem cum declaratione quod per resignationem non intelligatur ius aliquod resignantibus acquisitum, nisi illud de tempore resignationis super beneficijs resignatis habuerint, si alterum ex beneficijs euincatur resignati competit reintegratio.*

7 *Reintegratio competit resignanti vbi beneficium in permutatione conditionata receptū reperiatur litigiosum.*

DECISIO CMXLIII.

EX causa permutationis fecit Franciscus de Vrutugoiti mandatum procuræ ad resignandum quatuor beneficia simplicia quæ possidere asserebat in diuersis Ecclesijs; vnum scilicet in Ecclesia Parochiali S. Bartholomæi Ciuitatis Carmonæ Hispalen. Diœcesis, aliud in Ecclesia Parochiali Dominæ Nostræ loci de Pilas einsdem Diœcesis Hispalen. alterum in Ecclesia Parochiali S. Mariæ Oppidi de Fuente Obe-Iuna Corduben. Diœcesis, & quartum in Ecclesia Parochiali Sancti Ioannis Oppidi de Bexar Diœcesis Placentinæ, viceuersa Hieronymus pariter de Vrutugoiti constituit procuratorem ad resignandum Archidiaconatum de quo agitur in Catedrali Ecclesia Calaguritana sub conditione quatenus sequatur in sui fauorem resignatio dictorum quattuor Beneficiorum, & Papa admisit huiusmodi permutationem sub declaratione vt nullum ius quomodolibet acquiratur super beneficijs resignatis, nisi super eis ius habuerint tempore resignationis; quia vero compertum fuit alterum ex dd. beneficijs simplicibus, nempe illud de Pilas esse litigiosum, & aliud de Bexar nullo modo spectare ad Franciscum ideo Hieronymus iudicialiter petijt manutentionem siuè reintegrationem ad suum Archidiaconatum, & duæ in partibus emanarunt sententiæ inter se contrariæ, sed causa deuoluta ad Rotam dubitaui, an Hieronymo sit dandum mandatum de manutenendo, vel potius de reintegrando in Archidiaconatu, & pro ipso informante responsum fuit.

Pro manutentione dicebatur Hieronymum facto proprio non cecidisse a sua possessione stante quod resignatio non fuerit pura, & simplex, sed conditionalis
quatenus Franciscus haberet ius super dictis quatuor
beneficijs, quæ conditio cum non potuerit impleri,
1 quià alterum erat litigiosum, & alterum ad eum non
spectabat, de tempore permutationis, vt *in Summario*
num. 5. 6. & 7. hinc sequitur nequè ius, neque posses-
sionem fuisse abdicatam ab eodem Hieronymo resi-
gnante iuxtà *decis. Card. Sacrati in Barchinonen. paro-*
chialis 10. Decembris 1601. relatam per Garz. de benef.
p. 11. cap. 4. num. 8. Regien. præceptoriæ 13. Iunij 1618.
coram And. apud Posth. de manut. decis. 15. n. 7. Burat.
decis. 830. n. 3. & 4.

Quæ tamen decisiones intelligendæ sunt vel quando
possessio à resignatario non fuit actualiter capta, cum
in hac materia manutentionis purum, & nudum fa-
2 ctum attendatur, vt *in Placentina, & Caurien. benefi-*
ciorum, in recent. decis. 92. in fin. p. 1. Gregor. decis. 364.
num. 3. Add. ad eundem decis. 138. lit. C. vel quando pos-
sessio capta fuit post motam litem, & postquam re-
signans opposuit de non implemento conditionum,
3 in quibus terminis loquuntur *decis. Elboren. Beneficij*
18. Februarij 1647. §. nec obstat coram Arguelles, &
Neapolitana Parochialis coram Eminentiss. D. Card. Ot-
thobono decis. 106. num 14. & 15. & distinguendo firma-
tum fuit in *Papien. Archipresbyteratus 11. Maij 1648.*
coram me, vbi allegantur concordantes.

Sed informantes addebant, quod Hieronymus nun-
quam amisit suam possessionem, quamuis Franciscus
collitigans illam appræhenderit de mandato exequu-
toris in literis deputati. Quia cum literæ contineant
clausulam *amoto exinde quolibet detentore*, cuius vigo-
4 re exequutor tenebatur procedere iuris ordine seruato
Abb. in cap. de cætero num. 8. vers. quæro circa prædicta
& ibi Felin. num. 9. de sent. & re iudic. Cardin. Seraphin.
decis. 1056. num. 2. nulliter, & iniustè videtur proces-
sisse ad exequutionem non præcedente citatione Hie-
5 ronymi, minusque literarum verificatione, vt infra,
& sic non dicitur priuasse possessorem sua possessione
Greg. decis. 46. num. 3. Buratt. decis. 270. num. 4. cum duob.
seqq. coram Eminentiss. D. Card. Ottobon. decis. 219. n. 4.
vsque ad 7. Amat. Dunozzett. decis. 866. num. 4.

Pro reintegratione autem facilius responsum fuit
ad fauorem informantis, quia cum permutatio fuerit
per Summum Pontificem admissa sub expressa decla-
ratione, ibi: *nostræ tamen intentionis existit, quod ex*
collatione, & assignatione per te vigore præsentium fa-
ciendis, nullum prædicto Francisco in Archidiaconatu
ius quomodolibet acquiratur nisi Hieronymus Ioseph in
illo, & Franciscus prædicti in beneficijs resignatis hu-
iusmodi ius habuerint tempore resignationis, Summ. n. 4.
vtique dum beneficium de Pilas tunc temporis erat li-
tigiosum *eodem Summario num. 5.* beneficium de Bexar
possidebatur à Michaele Ybanes vigore prouisionis si-
bi factæ à D. Nuntio Hispaniarum, & successiuè idem
Michael obtinuerat sententiam adiudicationis citato
Francisco quæ ob non prosequutam appellationem
6 prætenditur fecisse transitum in iudicatum, reintegra-
tio denegari non potest resignanti, cum ad istum ef-
fectum sufficiat, quod alterum ex beneficijs permu-
tatis euincatur, vel quod super eo ius non competat
iuxtà doctrinam *Felin. in cap. cum venerabilis num. 11.*
in fine de except. Cocchier. de permut. benef. p. 3. cap. 9. n. 6
vers. si vnum euincatur Garz. de benefic. p. 11. cap. 4. n. 11.
Bellamer. decis. 348 num. 1. decis. 3. de rer. permut. in nou.
& decis. 9. per tot. eod. tit. in antiq.

Quinimmò sufficere beneficium esse litigiosum,
7 tradit *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. num. 1. P. Azor. in-*
stitut. moral. p. 2. lib. 7. cap. 9. quæst. 7. Cocchier. vbi supra
cap. 8. num. 1.

Et ità altera &c.

AVENIONEN. SVCCESSIONIS.

Ven. 17. Maij 1669.

ARGVMENTVM.

Exceptio illegitimitatis non impedit, quin debeatur successio proximioribus coniunctis ex latere materno; si autem prætendatur ex damnato, & punibili concubitu, ex quo fuerit commissum stuprum. hoc plenè, & concludenter iustificandum est tanquam fundamentum actoris. Virginitas, quæ allegatur à tertio, non autem ab ipsa muliere, non præsumitur, sed plenè, & concludenter est probanda.

SVMMARIVM.

1 *Successio debetur proximioribus defuncti iuxta computationem graduum de iure ciuili, quod in successionibus attenditur.*

2 *Illegitimitatis exceptio non attenditur, vbi agitur de succedendo in hæreditate coniuncti ex latere materno.*

3 *Successionis ius non conceditur descendentibus ex radice infecta, qui non dicuntur habere nec agnationem neque cognationem.*

4 *Persona identitas non resultat ex sola nominis verificatione, nisi concurrāt alia qualitates, & demonstrationes.*

5 *Virginitas si allegetur à tertia, non autem à muliere, non habet pro se qualitatem sibi insitam à natura, sed ab allegante debet iustificari, & num. seq.*

6 *Virginitas si allegetur ab ipsa muliere, sufficit sola iuris præsumptio, secus si illa allegetur à tertio, & quarè.*

7 *Filius natus ex soluto cum soluta potius censetur conceptus ex non damnato coitu.*

8 *Delictum vnum ex duobus quando præsumendum est, tunc quod minus est, præsumitur.*

9 *Mors non probatur ex sola attestatione prioris hospitalis, sed debet extrahi partita ex libro Parochi prout iacet.*

10 *Filius non transmittit patri hæreditatem sibi delatam, & ab ipso non aditam.*

11 *Pater non potest adire hæreditatem pro filio maiore infante absque illius voluntate, & consensu.*

12 *Restitutio in integrum ex æquitate legis conceditur aduersus omissam aditionem hæreditatis.*

13 *Restitutio in integrum non conceditur aduersus omissam aditionem hæreditatis in præiudicium proximiorum.*

14 *Hæreditas, illiusque successio potius ad proximiorem deferri debet, quam per viam restitutionis in integrum in remotionem transferri.*

DECISIO CMXLIV.

AD hæreditatem Petri Fabri ab intestato defuncti inter cæteras concurrebant Spiritus Pasqual ex persona Ioannis filij nepotis ex sorore eiusdem Petri nec nō Hieronymus, & alij de Criuellis fratres consobrini, ac etiam Franciscus Maset filius Isabellæ Teisserandæ. Vnde cum Rota sub die 10. *Decembris* 1668. in propositione dubij super manutentione mandauerit de bono iure videri, hodie proposita, responsum fuit constare de bono iure illorum de Criuellis; Quia ex Arbore apparet Franciscam eorum matrem fuisse ger-
1 manam sororem Susannæ matris Petri, de cuius hæreditate agitur, & proinde illis tanquam proximioribus debetur immissio, cum probent se esse in quarto gradu de iure ciuili, quod in successionibus debet attendi ex allegatis in *Rauennaten. fideicommissi. 7. Februarij 1667. §. Cum enim coram me.*

Non obstat allegata incapacitas ex quo Francisca eorum mater suscepta fuerit ex Catherina Treissetande, & Gabriele de Pol extra figuram matrimonij;
2 Quia cum agatur de succedendo in hæreditate coniuncti ex latere materno, verius est huiusmodi exceptionem illegitimitatis non releuare §. *vulgo quæsitas instit. de success. cognat. l. si spurius ff. vnde cognat. Crass. de success. §. successio ab intestato q. 34. Lup. de illegit. comment. 1. §. 2. num. 14. Thesaur. iun. quæst. for. 22. num. 24. & seq. lib. 1. Rota decis. 48. num. 15. p. 6. recent.*

Neque dicatur Franciscam fuisse conceptam ex damnato, & punibili concubitu, stante quod Gabriel tunc in Sacris Ordinibus constitutus commiserit stu-
3 prum cum Catherina virgine; vndè infertur, quod cum Criuelli descendant ex radice infecta dicantur prorsus in successibiles non habentes neque agnationem neq; cognationem *Rota coram Eminentiss. D. Card. Celso decis. 334. num. 17. & seqq.*

Nam fuit responsum in primis non videri adhuc probatum, quod Gabriel de tempore conceptionis Franciscæ fuerit in sacris, cum hoc desumi non valeat ex iuribus datis in *Summ. Maset num. 7.* quæ vlterius loquuntur de Gabriele Pauli, non autem de Gabriele patre Franciscę cognominato de Pol nobili Auenionen. & Domino de Santronquet, vt colligitur ex
4 *Summaria Criuelli, numer. 6.* stante enim diuersitate cognominis, parum refert, quod in nomine concordent ad effectum, vt dici possit constare de identitate personæ, quæ ex solo nomine non remanet certificata, nisi quoque concurrant aliæ qualitates, & demonstrationes, *Bart. in leg. demonstratio falsa num. 14. vers. debetis scire ff. de condit. & demonstr. Dec. cons. 15 num. 9.* & dictum fuit *in Meleuitana iurispatronatus 30. Ianuarij 1662. §. hac autem coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Quod vero coitus Gabrielis ob stuprum dicatur
5 damnatus, & punibilis, cæteris omissis, consideratum fuit, quod vbi virginitas non allegatur ab ipsa muliere sed à tertio, vt hic non sufficit sola præsumptio, per quam mulier innupta censetur in dubio seruare huiusmodi qualitatem sibi insitam à natura, sed ab allegante debet iustificari tanquam fundamentum propriæ intentionis, vt consuluit *Crauett. cons. 166. num. 5.* quam refert *Addad Clarum §. stuprum lib. 5. num. 42. Mascard.* qui licet referat opinionem *Natt.* & sequacium amplectitur hanc distinctionem *num. 11. Thob. Non. cons. 28. num. 13. Sperell. decis. 136. num. 40.*

Et ratio diuersitatis ea esse potest, quod quando
6 mulier est in causa, præsumptio, quæ stat pro virginitate robur assumit à dicto ipsius mulieris, quę ex certa scientia factum proprium deponit. Allegatio verò tertij remanet in puris terminis præsumptionis, & sic colliditur ex altera non minus valida præsumptione,
7 per quam filius natus ex soluto, cum soluta potius censeri debet conceptus ex non damnato coitu, quia quando ex duobus delictis, vel prohibitis vnum ne-
8 cessario præsumi debet, tunc in dubio venit præsumendum illud quod minus est, vt sequendo *Crauett.* vbi supra benè ratiocinatur *Rimin. iun. cons. 187. n. 109. & Rota diuers. decis. 808. num. 2. & 3. p. 1.*

Hinc similiter non obstat, quod Ioannes Pasqual, ex cuius persona hodie venit illius pater, fuerit proximior defuncto tanquam coniunctus in tertio gradu, vt non controuertitur.

Vltra quod enim ex testibus datis in *Summ. Criuelli num. 5.* colligitur ipsum Ioannem de tempore delatæ successionis iam fuisse præmortuum, & contrarium non probat attestatio prioris Hospitalis Ciuitatis Za-
9 zinthi, cum ad effectum probandi mortem debuisset formiter extrahi partita ex libro parochi prout iacet; ex allegatis per *Add. ad Greg. decis. 359. num. 9. & Add. ad Burrat. decis. 11. num. 5.* in omnem casum non probatur, quod ipse viuens vnquam adiuerit hæreditatem
10 Petri de qua agitur; vnde sequitur illum non potuisse ad eius patrem transmittere *l. vnic. §. in nouissimo vers. hæreditatem C. de caduc. tollen.*

Parum

Parum relevante successiva aditione facta per Spiri-
11 tum, quia cum Ioannes esset maior infante, non po-
terat pater hæreditatem filio delatam absque illius vo-
luntate, & consensu adire, *gloss. in l. si infanti 7. verb.
septem annis vbi Bart. num. 4. & Bald. num. 5. C. de iur.
delib. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 13. n. 14.
vers. 2. casus Mart. de success. legal. p. 4. quæst. 14. art. 1. n. 3
Fab. de Ann. cons. 1. num. 44. & seq. Surd. decis. 140. n. 11
Thomat. decis. 263. num. 28. & admisit Rot. decis. 50. n. 19
post Salgad. Labyrinth. credit.*

Beneficium autem restitutionis in integrum æqui-
12 tate *l. Pamphanius 85. ff. de acquir. hæred.* non procedit
in præiudicium illorum de Crivellis, qui in concursu
13 Spiritus Paschal sunt defuncto proximiores; nam
quotiescunq; superest aliquis magis coniunctus, æquius
est hæreditatem ad eum spectare, cui successio de iure
15 communi debetur, quam quod per viam restitutio-
nis in integrum in remotiorem, vel extraneum trans-
mittatur *Alex cons. 168. num. 20. lib. 7. Fab. de Ann. dict.
cons. 1. num. 29. Bursatt. cons. 60. num. 6. & cons. 61. num. 4
10. & 12. Odd. de restit. in integr. quæst. 50. n. 81. Bellon.
de iur. acresc. cap. 7. quæst. 41. num. 52. vers. sed & hoc &
seq. Fontanell. decis. 485. num. 16. & 19.*

Et ita informantibus illis de Crinellis, & Francisco
Maser, non autem Paschal petente dilationem &c.

VRBINATEN. PRÆDII.

Ven: 14. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Ex onere perpetuo super aliqua re per Testatorem
imposito non inducitur prohibita eius alienatio, nec
de ea fideicommissum dicitur ordinatum, vbi onus
transiens cum ipsa re possit æque bene per quemcum-
que possessorem, & successorem etiam extraneum
impleri. Tacita prohibitio alienationis fundi impo-
sita per testatorem hæredibus expresse nominatis, per
dictionem relatiuam *sudetti* signatis, licet contineat
verba semper, & in perpetuum, non tamen extendi-
tur vltra hæredes nominatim vocatos, nec filios in
conditione positos comprehendit sicuti nec fideicom-
missum inducit vbi in casum contrauentionis non le-
gitur datus substitutus, sed tanquam prohibitio non
vestita ab aliqua causa remanet nudum præceptum,
quod in simplex consilium resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non inducitur ex onere perpetuo alicui
rei per testatorem iniuncto vbi illud per quemcumque
successorem etiam extraneum, ad quem res transeat
impleri possit.*
2 *Prohibitio alienationis facta hæredibus nominibus pro-
prijs expressis, & per relatiuam dictionem* detti *si-
gnatis etiam in perpetuum, non extenditur vltra vo-
catos, nec in conditione positos comprehendit.*
3 *Dictio* in perpetuum *intelligenda venit secundum sub-
iectam materiam, ita vt si legatur adiecta oneri
iniuncto certis personis censeatur ad earum vitam
restricta.*
4 *Fideicommissum non inducitur ex tacita prohibitione
alienationis, vbi non legitur datus substitutus in ca-
sum contrauentionis.*
5 *Prohibitio Testatoris nullam habens causam, remanet
nudum preceptum, quod resoluitur in simplex con-
silium.*

DECISIO CMXLV.

AD retardandam immissionem super prædio *della
foglia* quam Comes Iulius Cæsar petebat ex fidei-
commissaria dispositione Cæsaris Odasij opponebant
Comites de Brancaleonibus tertij possessores illud po-
tuisse ab hæredibus grauatis valide, alienari; tum ex
causa æris alieni fideicommittentis; tum etiam ex
causa legitimæ eorundem alienantium sed quia in plu-
ribus decisionibus in hac causa æditis dictum fuerat
prædium præfatum esse suppositum fideicommisso
particulari, ex quo sequebatur illud non potuisse alie-
nari existentibus alijs bonis, ideo restricta difficul-
tate ad fideicommissum particulare & super hoc pro-
1 posito dubio 21. *Aprilis 1662. coram me* visum fuit
illud non adesse & sic in hac parte recedendum esse à
decisis, quam resolutionem hodie quoque Domini
approbarunt.

Quandoquidem verba codicillorum, ex qui-
bus illud resultare prætenditur, ibi: *Commanda,
che sempre, & in perpetuo detti suoi Heredi nomi-
nati in detto suo testamento siano obligati à tenere
il podere della Foglia al seruitio di Sua Altezza Sere-
nissima d'Vrbino, e delli suoi successori della Casa della
Rouere*, licet videantur importare onus reale perpe-
tuum in Prædio fauore Ducum Vrbini, & successo-
rum, exinde tamen dici non potest prohibita aliena-
1 tio, minusque ordinatum fideicommissum, cum ta-
le onus vt pote transiens cum ipsa re possit æque bene
per quemcumque possessorem, & successorem etiam
extraneum impleri, *ad Text. in l. nihil proponi 123. ff.
de legat. 1. Ias. in l. 2. num. 41. post med. vers idem ipse
speculator C. de Iur. emphyt. Castill. contr. lib. 4. cap. 9.
num. 9. Peregrin. cons. 33. num. 9. ante fin. vers. illa autem
lib. 4. Rota in recent decis. 385. num. 45. p. 9.*

Non obstat, quod Testator præcedenter in eius
testamento ordinauerit perpetuum fideicommissum
vniuersale pro suis filijs, & descendentibus in
infinitum, vt probant omnes decisiones causæ,
ideoque dum in codicillis grauauit in perpetuum
hæredes nominatos in testamento, vt debeant te-
nere prædium controuersum pro seruitio Ducum
Vrbini, videatur omnibus saltem tacite prohibita
alienatio.

Placuit enim responsio, quod huiusmodi tacita
prohibitio tanquam restricta, & limitata ad hæredes
nominatos in testamento, ibi: *che sempre & in perpe-
tuo detti heredi nominati in detto testamento siano obli-
gati &c.* non valet extendi ad Nepotes, qui non sunt
nominatim expressi, sed tantum positi in conditione,
2 attenta præsertim illa dictione relatiua *detti heredi*, quæ
refertur duntaxat ad personas præcedenter vocatas,
quæ oculis corporeis legi possunt, vt in specie, quod
non veniant filij positi in conditione firmant auctori-
tates relatæ *in decis. 5. neque releuat in fin. & dictum fuit
in Tudertina asserti fideicommissi 4. Iunij 1640. coram
Reuerendiss. Royas decis. 110. n. 11. & coram Eminentiss.
D. Celso decis. 228. num. 5.*

Parum releuante altera dictione *in perpetuum*, quo- 2
niam cum dependeat à dispositione facta de filijs hæ-
redibus supra nominatis, de necessitate intelligen-
3 da venit secundum subiectam materiam, itaut cen-
seri debeat restricta ad vitam eorundem filiorum hære-
dum institutorum vt bene *Rim. iun. cons. 279. n. 67.
Menoch. cons. 29. numer 28. Card. Seraph. decis. 874 n. 5.*

Præterea nullum fideicommissum desumi posse 1
ex d. prætensa tacita prohibitione alienationis, dum
nullus legitur datus substitutus in casu contrauentio-
nis, nullusque successor pro quo prædium seruari de-
4 beret, vt est casus *in l. fideicommissa 11. §. hæc verba ff.
de legat. 3.* vbi prædium ab hærede seruandum erat pro
filijs, & nepotibus, & vlterius ex toto contextu di-
ctæ dispositionis deduci non potest, quod Testator
habuerit prædilectionem prædio ad effectum illud con-
seruandi in propria agnatione, & altera prætendebat
& sic præfata prohibitio tanquam non vestita ab ali-
5 qua causa remanet nudum preceptum, quod resolui-

tur in purum consilium, vt præter allegatos *in decis. §.non enim*, plures curat *Fus.r.de substit.quæst.685.per tot.Rota in recent.decis.358.num.28.& 29.p.10.& in Tudertina bonorum 3. Decembris 1666.§.præterea coram R.P.D. meo Carpineo.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MAXIMIS.

Luna 17. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Retentio competit hæredi grauato, vel habentibus causam ab eo pro detractionibus, tam in quota, quam in quantitate ipsi debitis etiam aduersus sententiam, quæ fideicommissario immissionem concesserit. Immissio enim huic semper est deneganda, vbi nondum firmato statu hæreditario, nondumque detractionibus liquidatis, incertum est quid,& quantum restituendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Immissio nequit concedi fideicommissario, nisi prius firmato statu hæreditatis certum remaneat quid, & quantum restituendum sit & num.16.*

2 *Immissionem impedit incertitudo.*

3 *Detractiones tam in quota, quam in quantitate grauato competentes donec incertæ sunt immissionem impediunt fideicommissario.*

4 *Immissio impeditur fideicommissario per incertitudinem detractionum non dum factarum, quia alias plus granatus restitueret, quam fuisset per fideicommittentem demandatum.*

5 *Legitima, & trebellianica insimul inuncte constituunt vncias septem cum dimidia vbi filij sunt numero quatuor, aut vltra.*

6 *Detractiones in quantitate competentes hæredi grauato & immissionem fideicommissario impedientes sunt dotes materna legata, & solutiones hæres alieni ad fideicommittentem spectantes.*

7 *Trebellianica detractio censetur prohibita, stante prohibitione alienationis bonorum.*

8 *Trebellianica detractio non dicitur prohibita per prohibitionem alienationis bonorum non generalem, sed specialem tantum.*

9 *Trebellianica non censetur prohibita vbi Testator prohibuit alienationes voluntarias, & necessarias concessit.*

10 *Trebellianica detractio dicitur alienatio necessaria vt pote facta ex dispositione legis.*

11 *Detractiones præsumuntur consumpta vbi cum alienationibus concurrit etiam omissio inuentarij.*

12 *Detractiones non præsumuntur consumpta ex sola omissione inuentarij.*

13 *Detractiones non præsumuntur consumpta ex omissione inuentarij, & aliquibus alienationibus, vbi agitur contra tertium possessorem ex titulo, & causa particulari, sed concludenter per aquales alienationes iustificari debent consumpta.*

14 *Sententia in iudicatum transacta non potest incidenter reuocari, maxime parte contradicente.*

15 *Sententia in iudicatum transacta parit exceptionem litis finitæ, quæ semper obstat nisi restitutio in integrum obtineatur.*

DECISIO CMXLVI.

Commissa mihi causa appellationis à sententia Rotali, in qua D.D.de Maximis concessa fuit immissio in septem vncijs cum dimidia Casalis Braui, tanquam fideicommissarij Dominici de Maximis dedi dubium, an dicta sententia esset confirmanda; quo proposito die 2.Martij 1665. Domini mandarunt strictè informari super detractionibus, super quibus 11. Iunij 1665. 8.Februarij 1666. & 14.Maij 1668.nulla capta fuit resolutio, quæ tamen hodie prodijt pro infirmatione sententiæ.

Cum enim Angelo plures competant detractiones
1 consistentes, tam in quota, quam in quantitate, non poterat fideicommissarijs dari immissio, nisi prius, firmato statu hæreditatis, remaneret certum
2 quid, & quantum esset restituendum, incertitudo enim immissionem impedit. *Surd. cons.151. num.49. vers.incertitudo erga Duran.decis.202. num.4.* & in ter-
3 minis detractionum tam in quota, quam in quantitate consistentium *Surd. decis.333. num.13. cum seqq. Buratt.decis.946.num.1.& 6.in recent.decis.360. n.25. & seqq. par. 5. decis. 51. num.14. & seqq. & decis. 88. num.429. & 31. p.6 Eminentiss.Card.Celsus decis.283.*
4 *num.1.&seqq.*& ratio est quia nisi fierent detractiones, grauatus plus restitueret fideicommissarijs quam à fideicommittente demandatum fuerit *Surd.d.decis.333. num.19.vers.& si non fierent dict.decis.88.num.28.p.6.& decis.245.num.7.p.8.recent.*

Detractiones in quota sunt legitima & trebellianica,
5 quæ insimul propter numerum septem filiorum Dominici constituunt septem vncias cum dimidia *Menoch.de legit.lib.1.tit.3.quæst.1.num.12.* aliæ duæ debitæ in quantitate sunt tertia pars dictis materna, legatum scutorum 300 ac tertia pars scutorum 4017. auri solis solutorum bonaticu. Card. Cætanino creditori fideicommittentis *l cum hæres.ff ibique Glos.verb. deducit ff.ad trebell. Ruin.cons.135.n.10. lib.1. Gabriel. cons.125.num.4.lib.1.Gratian.discept.104.num.1. Surd. decis.92.num.6 in.fin.Rota.decis.267.num.1.par.1.recent*

Et licet scribentes pro Maximis impugnarent in
7 specie detractionem trebellianicæ ex quo Testator prohibuit alienationem bonorum *Coccin. decis. 251. per tot.& decis.300. num. 2. Caual.decis.540. num.4. & seq. & in recent.decis.575.num.3.p.2.decis.5.num.6.*

Nihilominus impugnatio non visa fuit subsistere,
8 quia prohibitio non fuit generalis de omnibus bonis, sed tantùm specialis de immobilibus quæ non impedit trebellianicam *Paris.cons. 43. num. 24. lib.3. Bursat. cons.13. num.48.Amat decis.Marchiæ 18.num.7. Rota in Romana fideicommissi de Ramponis 28. Iunij 1662.§. nec sufficientes coram R.P.D meo Bourlemont.*& in puncto dictæ probationis. *Oddus de fideic.quæst.35.num.21*
9 præsertim quia Testator prohibuit alienationem voluntariam, permittendo expressè necessariam, & sic permissa censetur detractio trebellianicæ vt pote alie-
10 natio necessaria cum fiat ex dispositione legis *Ruin. cons.89.nu.25.lib.2.& in dict. Romana fideicommissi de Ramponis dict.§.nec sufficienter.*

Nec dici potest vel detractiones fuisse consumptas
11 ex alienationibus factis de Domo ad Sanctum Eustachium, de Vinea extra Portam Flamineam, ac de rubris 16. Casalis Pescarellæ, vel saltem ita præsumi ob non confectionem inuentarij *Rota decis.336.num.9 & seqq.& num. 14. cum seqq.p.9.cum alijs cumulatis in decis.huius. causa 8.Febr.1664. coram R.P.D.meo Beuilaqua §. penultimo.* Quoniam cum dicta bona non essent hæreditaria Dominici, sed Angeli, & illius filiorum, non possunt imputari in detractiones competentes Angelo in bonis Dominici, ex sola vero omissione inuentarij detractiones non præsumuntur
12 consumptæ. *Castr. in l.omnibus §.fin.sub num.2.ff.de legat.primo Glos. in l. hinc nobis verbo lucrari, vers item nunquid Auth.de hæred.& Falcid.Gabriel.cons.138. num.33.lib.2.Soccin.Sen.cons.44.num.2.vers.tamen contrarium lib.3. Card.Ottb.decis.235.n.30.* maxime quia
13 D.Abbas Maffeus, & litis consortes sunt tertij possessores ex titulo & causa particulari, contra quos non militat præsumptio consumptionis ex inuentarij omissione,

sione, & aliquibus alienationibus sed tenentur fideicommissarii concludenter iustificare tot fuisse à gravato bona distracta, quæ detractiones adæquent *Houdrd.cons.72.num.6.lib.1.Gabriel.cons.138. num.5. vers. id circo cum seqq.lib.2. Peregr.de fideic. art.39.num.13. Card.Seraph.decis.609. n.5. cum seqq.Gregor.decis.185. num.1.& addem Card.Otthob.decis.105. num.13.Rota in Romana fideic.de Candidis.10.Martij 1649.coram bo.m. Verospio Segobien.Succ.29. Ianuarij 1651. coram bon. mem.Card. Corrado §. enim cum alijs cumulatis in Romana domus 28.Martij 1667.coram R.P.D. meo Albergato §.secundum, & §.absque eo.*

Non relevante quod dictę detractiones impinguantes patrimonium Angeli subiaceant fideicommisso à dicto Angelo ordinato favore eorundem de Maximis, & sic creditoribus non suffragentur, fuit enim responsum dictam exceptionem extraneam esse à dubio super confirmatione, vel infirmatione sententiæ Rotalis concedentis D.D.de Maximis immissionem ex fideicommisso Dominici, itaut sub eo solum cadunt detractiones competentes Angelo in bonis duntaxat ipsius Dominici, vt in individuo dixit Rota pro DD. de Maximis quando in disputatione fideicommissi Angeli pro creditoribus dicebatur expirasse fideicommissum Dominici 15. Aprilis 1654. *coram bon.mem. Peutingerio §.minus obstat* quod Domini facilius amplexi fuerunt, ne secus per indirectum, & incidenter tollantur de medio sententiæ A.C. & Rotalis transactę in iudicatum; in quibus ex prædicto fideicommisso Angeli, fuit D.D.de Maximis concessa immissio pro quatuor vnciis cum dimidia, relinquendo possessoribus vncias septem cum altera dimidia pro detractionibus competentibus dictis filiis Angeli, *vt in 1. decis.bo.me.Peutingerij sub die 15. Aprilis 1644. §.pe-*
14 *nultimo*, quod sane fieri non potest parte contradicente vt dixit *Rota decis. 412.sub num.5.p.4. recent.* & nisi obtineant restitutionem in integrum obstat
15 semper exceptio litis finitæ *cap.1. de lit.contest. in 6. Card.Cels.decis.186.num.8. & decis.199.num.9.*

Admissis igitur, vt supra detractionibus Domino Abbati Maffeo, & litis consortibus causam
16 habentibus ab Alexandro cui dictæ detractiones competebant in bonis Dominici, competit retentio *Argel. de acquiren. poss.quæst.8.n.835. Rota decis.269. num.3. p.8.recent.*

Et ità vtraque,&c.

ROMANA SALVIANI.

Mercurij 19.Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim Salviani non denegatur docenti de credito cum hypotheca, de anteriori possessione debitoris, & recenti rei conventi nec retardari potest per retentionem à reo prætensam ex causa creditorum, vel melioramentorum, nisi ea iustificentur anteriora ista vero saltem in genere doceantur existere, alias pro melioramentis reo satis videtur consultum per cautionem ab Actore præstitam de illis reficiendis sequuta liquidatione.

SVMMARIVM.

1 *Salviani extrema tria sunt nempe creditum cum hypotheca, possessio anterior debitoris de tempore contractæ obligationis, vel post, & possessio recens rei conventi, quibus iustificatis non potest immissio denegari.*

2 *Creditum cum hypotheca mediante instrumento probatur.*

3 *Possessio anterior debitoris controverti non potest si Auctor rei conventi emerit ab ipso debitore bona, super quibus petitur immissio.*

4 *Possessio recens rei conventi probatur ex litis sustentatione.*

5 *Retentio pro credito posteriori à reo convento prætensa non valet retardare immissionem Actori anterioritatem habenti.*

6 *Retentio pro melioramentis prætensa non retardare potest immissionem petitam in vim Salviani, nisi saltem in genere de ipsis constet alias reo satis consulitur pro melioramentis per cautionem Actoris de ipsis facta liquidatione reficiendis.*

DECISIO CMXLVII.

Vigore cessionis quam Angela reportavit ab hærede Cardinalis Pignattelli creditoris census impositi de Anno 1621.à Brunotto, & Biancolina coniugibus egit eadem Angela cessionaria in Salviano contra Tibalzos possessores Vineæ, de qua agitur alias possessæ à dd. coniugibus debitoribus census & sententiam favorabilem reportavit à R.P.D.A.C.Arcosto vnde commissa mihi causa appellationis dubitavi, an sit danda immissio, & affirmativè resolutum fuit, quia concurrunt omnia extrema Salviani, nempe creditum cum hypotheca anterior possessio debitorum
1 de tempore; vel post contractam obligationem, & posterior reorum conventorum, quibus stantibus immissio Creditori non solet denegari *Neguz.de pignor.1 membr.8.p.num.6. Roland.cons.14.num.13. lib.1. Greg. decis.491.num.6.*

Creditum cum hypotheca resultat ex publico in-
2 strumento census dato in *Summ.num.1.* quod suffragatur Angelæ attenta cessione sibi facta ab hęrede creditoris *Summ.num.2.* possessio debitorum controverti non potest à collitigantibus, dum Antonius Tibal-
3 zus eorum Author vineam emit ad ipsismet Brunotto, & Biancolina coniugibus, eisque pretium persolvit, *d.Summ.n.4.& 5.* & possessio posterior præ cęteris re-
4 manet probata ex litis sustentatione *Caputaquen decis.372.p.2.cum allegatis in decis. Eminentiss. D.Card. Otthob. 156. num.7.*

Retentio autem non videtur obstare sive prætendatur ex causa creditorum anteriorum sive potius pro melioramentis, vt dicitur in vinea factis, nam quoad credita consistentia in scudis centum solutis ab Antonio Tibalzo pro canonibus, & alijs scutis 32. pro forte principali Societatis officij iam provisum fuit in sententia, vbi hac de causa reservantur reis conventis duæ ex octo partibus vineę, & pro fructibus eiusdem societatis renovatę de Anno 1636.nullo modo com-
5 petere potest, cum inspecto dicto tempore renovationis creditum Angelæ sit longe anterius iuxta firmata *in decis.643. num.26.apud Posth.de manut.*

Quovero ad melioramenta cum de illis adhuc non constet saltem in genere, abundanter videtur consul-
6 tum per cautionem de illis reficiendis sequuta illorum liquidatione, vt in *Avenionen. fidecommissi 26. Iunij 1665.in fine coram bo.me. Emerix.*

Et ità altera tantum &c.

CAMERINEN. FIDEICOMMISSI.

Ven. 28. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Conditio, *Si sine filijs* quamvis regulariter admittat, & comprehendat etiam fœminas sivè ex proprietate verborum, sivè ex commuuni vsu, sivè tandem ex quadam benigna interpretatione: hoc tamen communiter limitatur quoties testator de solis masculis intellexit, eoque magis existente statuto exclusivo fœminarum, quo in casu sicuti propriæ filiæ remanent exclusæ ab hæreditate patris, ita & à maioritate rationis excludendæ sunt neptes quamvis hæc sola coniectura exclu-

tionis

sionis maternæ, alias regulariter non sufficiat ad easdē neptes similiter excludendas.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata resultat, si per biennium, & vltra post interpositam appellationem nihil in causa factum sit.*

2 *Restitutio in integrum non datur stante validitate, & iustitia sententiæ.*

Læsio semper cessat in sententia valida, & iusta, num. 2.

3 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

4 *Substitutus in casum*, si quis sine filijs decesserit *expectare debet deficientiam omnium filiorum in conditione positorum.*

Reciprocè substituto spectant omnes portiones aliorum præmortuorum, num. 4.

5 *Substitutio*, si sine filijs *expirat per mortem grauati cum filijs.*

6 Conditio, si sine filijs *regulariter admittit etiam fæminas.*

7 *Fæminæ non veniunt sub conditione*, si sine filijs *quoties testator de solis masculis intellexit.*

8 *Substitutio præcedens vniuersalis declaratur à substitutione sequenti, in qua testator se clarius expressit.*

Verba comprehendentia æquè masculos, ac fæminas declarantur à subsequentibus verbis in quibus testator declarauit, se de solis masculis intellexisse, num. 8.

9 *Dictio vt supra est relatiua, & repetitiua plus quandoque remanet dictum, quam minus postea scriptum sit, num. 9.*

10 *Filias fæminas si testator exclusit, ergo magis neptes exclusisse censetur.*

11 *Neptis quod non veniat sub conditione*, si sine filijs *non resultat ex eo solum quod eius mater fuerit exclusa.*

12 *Pro nepte fauorabilior interpretatio fieri debet, vbi substitutus esset extraneus, secus autem si ille sit agnatus.*

13 *Fæminæ vocatæ in casum obitus omnium masculorum* sine filijs, *non continentur sub mentione generali filiorum.*

Dispositio generalis non comprehendit personam, cui specialiter fuit prouisum, num. 13.

14 *Masculinitatis sola ratio sufficit ad hoc vt sub conditione* si sine filijs *veniant solum masculi.*

15 *Statutum Ciuitatis Camerini* libr. 2. rubr. 119. *excludit fæminas etiam ab hæreditate patris propter patruum.*

16 *Fæminæ non veniunt sub conditione*, si sine filijs *stante statuto exclusiuo fæminarum.*

Testator præsumitur se conformare voluisse cum dispositione statuti, num. 16.

17 *Neptes etiam dicuntur exclusæ, neque comprehenduntur sub conditione*, si sine filijs *existente statuto exclusiuo fæminarum.*

18 *Fæmina si non est vocata, non facit deficere conditionem,* si sine filijs.

19 *Fæminarum exclusio à conditione* si sine filijs *quando censetur solum intellecta in qualibet linea omnium filiorum institutorum.*

Fæmina exclusa à conditione si sine filijs *an excludatur à solis masculis suæ lineæ, vel etiam alterius instituti, num. 19.*

20 *Pluralitas quando in suas singularitates non resoluatur.*

DECISIO CMXLVIII.

Petrus Vgolinus de Arestis in testamento condito de anno 1615. vbi hæredes pro æquali portione instituit quatuor eius filios masculos, nempè Angelum, Petrum, Clementem, & Paulum fecit infrascriptas substitutiones, ibi: *Et si aliquis dd. filiorum vllo vnquam tempore decesserit sine filijs, vel cum filijs legitimis, & naturalibus non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, tunc & eo casu substituit alium, seu alios superuiuentem, vel superuiuentes, vel ipsorum filios masculos, Et si omnes decesserint (quod Deus auertat) sine filijs, vt supra masculis substituit filias fæminas ex dictis suis filijs ex legitimo matrimonio procreatas, & si filiæ fæminæ non extiterint, substituit tali casu filias fæminas ipsius testatoris,* vt latius *in Summ. vtriusque partis, num. 1.* Ex dictis filijs Clemens ingressus fuit religionem Capuccinorum, & Petrus sine prole decessit, & pariter obijt Angelus relicta Olimpia filia, quę prętendens se vocatam in fideicommisso petijt contra Paulum superstitem ratam census fideicommissarij, & mandatum de associando obtinuit à Vicario Camerini, quod tamen fuit reuocatum per sententiam A.C. mei, qui vlterius declarauit Olimpiam non posse petere dictam ratam census, nec vti hæredem Angeli patris, nec vti fideicommissariam Petri Vgolini Aui. Quià verò pro parte Pauli prætendebatur sententiam præfatam fecisse transitum in iudicatum, Olimpia obtinuit committi causam restitutionis in integrum, indeque vigore alterius commissionis manu Sanctissimi signatæ, vt Iudex procedat de voto Rotæ, proposui dubium an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum quod affirmatiuè quoad primam, negatiuè verò quoad secundam partem resolutum fuit.

Res iudicata resultat ex eo, quod post appellationem
1 interpositam die 3. Iulij 1665. per biennium, & vltra nihil fuit actum in causa, *cap. cum sit Romana de appell.*
2 Restitutioni verò non est locus, quia stante validitate,
3 & iustitia sententiæ, cessat læsio, sine qua restitutio non datur *decis. 1. de restit. in integr. in nou.*

Validitas non controuertebatur, & iustitia desumitur ex quo Olimpia tanquam hæres patris non potest prætendere censum, de quo agitur, qui vigore subrogationis remansit suppositus fideicommisso Petri Vgolini, & multò minus illum petere potest vigore eiusdem fideicommissi. Quia cum fæminę non sint vocatę nisi in casu quo omnes filij masculi defecerint, frustra petit purificationem suę
4 conditionis, dum hodie superexistit Paulus alter ex dictis filijs testatoris primo institutis, cui vigore reciprocæ substitutionis cęteræ portiones præmortuorum debentur *l. vlt. § filium, ff. de legat. 2. l. Lucius 78. § Caio ff. ad Trebell.*

Non obstat, quod filij testatoris fuerint ad inuicem
5 substituti sub conditione *si sine filijs*, & propterea substitutio expirauerit, dum Angelus decessit relicta Olimpia filia, iuxtà vulgatum *cons. Oldrad. 21.* Quia
6 licet sub conditione *si sine filijs* regulariter soleant etiā fæminæ contineri, siuè ex proprietate verborum, siuè ex communi vsu loquendi, siuè potius ex quadam benigna interpretatione; Attamen receptum est illas
7 sub tali conditione non venire quotiescunq; ex coniecturis, vel aliter desumi potest testatorem sensisse de masculis vt communiter tenent relati per *Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 12. Aldobrand. cons. 146. num. 24. & duob. seqq. lib. 2. Cephal. cons. 306. num. 32. & seqq. Rota decis. 374. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 237. num. 2. part. 5. recent.*

In præsenti autem videbatur de huiusmodi voluntate constare, dum testator post reciprocam substitutionem factam inter proprios filios hęredes institutos, in qua posuit in conditione eorum filios, immediatè subiunxit, ibi: *Et si omnes decesserint sine filijs, vt supra*
8 *masculis substituit, &c.* Cùm enim in dicta præcedenti substitutione posuerit verba vniuersalia apta comprehendere tàm masculos, quam fæminas, per sequentia

cen-

censetur voluisse per viam declarationis aperire, quod de solis masculis intellexerat, superaddendo qualita-
9 tem masculinitatis, mediante dicta dictione relatiua, *vt supra*, quasi superius plus dictum fuerit quam scriptum, vt in puncto consuluit *Barbat. inter cons. Alex. cons. 52. n. 22. vers. Cum ergo dicat testator cum seq. lib. 4.* quem referunt *Rub. Alexandrin. cons. 62. sub num. 1. vers. Et istam opinionem Alciat. cons. 142. num. 2. cum duob. seqq. lib. 9. Becc. cons. 121. num. 21. Bero. cons. 90. n. 4. lib. 2.* quæ dictio repetitiua non fuit ponderata in *cons. Bolognin. in contrarium allegato inter cons. eiusdem Alex. 53. lib. 4.*

Et quatenus in hoc remaneret aliqua dubietas animaduerterunt DD: plures concurrere coniecturas, quæ ad effectum, de quo agitur solent à Doctoribus ponderari; Nam in primis testator proprias filias exclu-
10 sit ab vniuersali successione propter masculos, ex quo fortius arguitur voluisse etiam neptes tanquam ignotas, & minus dilectas excludere *Cephal. decis. 306. n. 61. Menoch. cons. 150. num. 25. & seqq. Rota coram Mantic. decis. 305. num. 1.*

Quæ coniectura de per se sola non esset quidem
11 sufficiens, vt alias dictum fuit in alia *Camerinen. coram Card. Seraph. decis. 880. num. 2. quam sequuta fuit, Rota coram Dunoz. iun. decis. 74. num. 16. & in rec. decis. 581. num. 19. part. 5.*

Cæterum præter quod plures aliæ concurrunt, vt infra plurimum facit in proposito, quod Paulus, qui venit ad exclusionem nepotis, non est persona extra-
12 nea, quo casu fauorabilior interpretatio sumi deberet pro ipsa nepte, sed quidem est agnatus, immò alter ex proprij filijs testatoris, vt benè distinguendo tradunt, *Curt. iun. cons. 11. num. 6. in fine vers. Casus iste Ruin. cons. 124. sub num. 4. vol. 3. & alios refert, Rustic. in comment. ad l. cum auus de condit. & demonstr. lib. 3. c. 10 num. 113. seqq.*

Pro alia coniectura deseruit, quod fœminæ in inferiori parte testamenti fuerunt substitutæ post masculos, & quod magis est testator morientibus omnibus filijs masculis eorum filias fœminas in specie substi-
13 tuit; Vndè cùm hoc casu fuerit Olimpiæ specialiter prouisum, dicendum est illam non fuisse comprehensam sub generali mentione filiorum, vt latè probat, *Gabr. cons. 116. num. 31. & pluribus seqq. lib. 2. Bellon. iun. cons. 72. sub num. 19. versic. Quo stante Menoch. cons. 172. num. 20. Sim. de Pret. de interpret. vult. volunt. lib. 3. sol. 2. nu. 48. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 14. in fin. vers. Et maximè Rota decis. 374. num. 6. part. 1. diuers. Duran. decis. 126. num. 12. & decis. 106. numer. 3. vers. Cessat difficultas, part. 6. recent.*

Vlterius testator in pluribus partibus testamenti loquutus fuit de masculis, & qualitatem masculinitatis repetijt; Quamuis enim expressa ratio conseruandi agnationem non fuerit explicata, sufficit tamen ratio
14 masculinitatis ad hoc vt sub conditione soli masculi contineantur, in specie firmauit, *Rota decis. 237. n. 8. part. 5. rec. Dunozett. sen. decis. 36. num. 6.*

Eoque fortius accedente Statuto Ciuitatis Camerini *lib. 2. rubr. 119.* exclusio fœminarum, etiam in
15 specie ab hæreditate propter Patruum, quo stante non admittuntur fœminæ sub conditione *si sine filijs*, cùm
16 præsumatur testatorem voluisse se conformare cum dispositione statuti, *Menoch. cons. 836. num. 13. & seqq. Odd. cons. 6. num. 25. Fusar. qui plures refert, cons. 101. num. 5. & duob. seqq. Pereg. de fideicomm. art. 25. n. 50. & seqq. Marescott. var. resol. lib. 3. cap. 11. num. 26. Rota decis. 507. num. 5. part. 4. diuers. Duran. d. decis. 126. n. 25.*
17 *cum duob. seqq.* Imò existente statuto loci exclusiua fœminarum, sufficere solam coniecturam exclusionis filiorum, vt dicantur etiam neptes exclusæ dixit, *Rota in Montis Falisci hæreditatis decis. 726. n. 4. & dec. 790. num. 2. part. 1. diuers.*

Hinc non obstat, quod substitutio Pauli vt restricta ad casum obitus aliorum filiorum sine filijs extendi non possit ad casum omninò contrarium, vt intelli-
18 gatur facta decedenti cum filijs. Quià cùm ex prædictis satis constet solos filios masculos contineri sub dicta conditione, parum refert, quod Angelus decesserit cum Olimpia filia, quæ tanquam fœmina non est talis, quæ valeat excludere substitutum ex superius allegatis.

Sicut etiam non vrget, quod saltem exclusio fœminarum intelligi debeat discretiuè in qualibet linea filiorum institutorum quousque extent masculi vnius
19 cuiusque lineæ, itaquod à masculis alterius diuersæ non excludantur. Quoniam ex tenore testamenti contrarium desumitur, & signanter ex reciproca substitutione facta inter omnes filios masculos præcedenter
20 institutos per quam cessat quælibet discretiua, & pluralitas non soluitur in singularitates iuxtà *cons. Menoch. 661. num. 14. & cons. 797. num. 17. Fusar. de substit. quæst. 473. num. 71.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA DOMVS.

Ven. 28. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum ordinatum fauore illorum de domo, familia, aut casata, non comprehendit masculos descendentes ex fœminis, & appellatione hæredum in substitutionibus, & fideicommissis veniunt soli hæredes sanguinis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius tenetur primo loco probare casum suæ vocationis.*

2 *Fideicommissum fauore agnationis ex quibus verbis dicatur à testatore constitutum.*

Agnationem important verba exposita de domo, familia, & casata, *num. 2.*

Verba de domo *important, & intelligunt agnationem, num. 2.*

3 *Verbum* familia, *& verbum* casata *ambo comprehendunt agnationem.*

4 *Hæredum appellatione in fideicommissis veniunt tantum hæredes sanguinis.*

5 *Filij paternam familiam sequuntur, non autem maternam.*

6 *Alienatio facta contra præceptum testatoris, impugnari potest ab hærede alienantis etiam circumscripto inuentario.*

7 *Hæres alienantis vindicare volens alienationem à suo auctore factam contra prohibitionem de non alienando, tenetur de suo refundere quantum interest illius, in quem facta est alienatio.*

8 *Fœmina non dicitur vocata in fideicommisso agnatitio.*

9 *Fideicommissum etiam præscribitur spatio 30. vel 40. annorum.*

Præscriptio 30. vel 40. annorum perimit omnes actiones reales, personales, & mixtas, num. 9.

10 *Restitutio in integrum fideicommissario non datur aduersus præscriptionem annorum 30. vel 40. nisi ignorantia fideicommissi concludenter probata.*

DECISIO CMXLIX.

Responsum fuit non esse dandam immissionem Salamoni, quam petebat ex fideicommisso ordinato in testamento bon. mem. Thomæ Regis olim Cameræ Apostolicæ Clerici; Nam omissis alijs exceptionibus deductis per Marchionem tertium possessorem circa validitatem eiusdem testamenti, & probationem identita-

titatis domus controuersæ censuerint Domini Sala-
monem non esse comprehensum sub dicto fideicom-
misso, & propterea non posse obtinere, cùm aspirans
1 ad fideicommissum teneatur in primis probare casum
suæ vocationis ex congestis *in Bonon. fideicommissi 16.*
Ianuarij 1662. §. Si quidem coram bon. mem. Leone
Verospio.

Testator enim prohibuit Rodulpho nepoti aliena-
tionem domus in perpetuum, addita ratione, quia vo-
2 lebat illam semper, & perpetuò remanere, & spectare
debere ad primum verum hęredem domus, seu Mane-
rij duplexis Rasflay Redonen. Diœcesis, & quicun-
que primus hæres illam vendiderit cadat à iure suo
eaque deueniat ad alium de eadem domo, qui exceptis
descendentibus esset verus hæres dictę domus, & in
casu alienationis ab isto forsan faciendæ vocauit suâ
Capellam *Summ. Salamonis, num. 1.* Ex quibus colligi-
tur testatorem voluisse ordinare fideicommissum par-
ticulare fauore agnationis Rodulphi eius nepotis, vt
3 indicant nedum illa verba *de domo, seu Manerio duple-*
xis Raffrai, quæ exposita de domo, seu familia, vel
casata, agnationem in his terminis videntur importa-
re, vt de verbo *Domus Bart. in l. pronunciatio 195 §. Fa-*
miliæ in fin. ff. de verb. signific. gloss. in cap. 2. verb. potesta-
te vers. Et expone de conuers. infid. Cardin. Mantic. de
coniect. lib. 8. tit. 12. num. 12. cum alijs in Romana primo-
genituræ de Bubalo 8. Iunij 1668. §. Expressum corã me.
ibique simile firmatur etiam de verbo *Familia*, & pro
alio *Casata* plures congerit *Fusar. de substit. quæst. 360.*
num. 1. & 4.

Verùm etiàm hoc idem conuincit geminata voca-
4 tio hæredis veri de dicta domo; Appellatione enim
hęredum quicquid sit in contractibus planum est in
substitutionibus, & fideicommissis iuxta receptiorem
sententiam venire solos hæredes sanguinis, vt tradit,
Peregr. cons. 31. num. 20. lib. 2. Fusar. cons. 71. num. 5. Rota
decis. 170. num. 3. part. 3. & decis. 290. num. 6. part. 4. rec.
Interamnen. bonorum 15. Maij 1656. §. Respectu enim
coram me, & in Firmana fideicommissi 26. Maij 1662.
§. Non obstat, quod onus coram Eminentissimo D. Card.
Vicecomite.

Quo posito non potest Actor iuuari dicta substitu-
tione facta ad fauorem illorum de agnatione Duplexis
Raffrai, cum ipse sit de diuersa familia, vti filius Caro-
5 li Tullai. Nil releuante quod Francisca eius mater
fuerit neptis Petri, qui fuit filius dicti Rodulphi primi
hæredis à testatore vocati. Quia cum ab eo descen-
dat mediante persona Renatę eius matris non per hoc
eadem Francisca dici posset de agnatione Petri, cum
filij paternam familiam non autem maternam sequun-
tur, *text. in d. l. pronunciatio 195. §. Familiæ, ff. de verb.*
signif. Menoch. cons. 204. num. 17. post med. vers. Agitur
etiam, & num. 16. in fine Molin. de primog. Hispan. lib. 3.
cap. 5. num. 1. & seq. Rota decis. 1. n. 7. part. 8. & decis. 95.
num. 17. part. 11. recent.

Præterea cùm ipse sit hæres mediatus sine benefi-
cio inuentarij dicti Petri filii Rodulphi, qui domum
controuersam alienauit non potest factum illius im-
pugnare, sed repellitur exceptione *l. vindicantem Cod.*
de euict.

Et licet alienatio nulla tanquam facta contra ex-
6 pressum pręceptum testatoris possit ab hęrede alienan-
tis etiam circumscripto inuentario impugnari iuxtà
decis. 110. part. 2. diuers. tenetur tamen hæres tantum
7 refundere, quantum interest illius, in quem facta est
alienatio, *vt in Romana fideicommisso de Nicolinis 23.*
Maij 1653. §. Quia vt respondetur coram me.

Sicut etiam non obstat, quod propter alienationem
factam à Petro fuerit aperta substitutio ad fauorem
Iacominæ eius sororis, à qua etiam Salamon causam
habere prætendit. Quia præter quod dubitari posset
8 de iure ipsius Iacominæ. stante quod agatur de fidei-
commisso agnatitio, vt supra dictum est placuit re-
sponsio, quod cum à die alienationis sequutæ vsque
9 de anno 1573. tantum temporis spatium fuerit ela-
psum, nec Iacomina, nec habentes causam ab ea pos-
sunt hodie fideicommisso iuuari tanquam sublatum
præscriptione 30. vel 40. annorum, quæ perimit om-
nes actiones personales reales, & mixtas, vt in specie
de fideicommisso consuluit *Dec. cons. 266. num. 4. Paris.*
cons. 16. num. 134. versic. Eo potissimè quia lib. 2. Fusar.
cons. 123. num. 2. Peregr. de fideicomm. artic. 41. num. 20.
10 & quod fideicommissario, non competat restitutio
nisi per eum probata plenè, & concludenter ignorantia
fideicommissi tanquam fundamentum suæ intentionis
latè *Rota coram Card. Caualer. decis. 151. per tot.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA, SVBHASTATIONIS DE ALEXIIS.

Ven. 28. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Constito de iustitia mandati de subhastando, proceden-
dum est ad deliberationem pro complemento execu-
tionis, pro qua dicitur præseruata iurisdictio eidem
Iudici per rescriptum signaturæ cum clausula, *sine præ-*
iudicio legitimæ executionis.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua contra tertium non datur.*
2 *Subhastatio impediri non potest ab eo qui possidet tan-*
tum iure pignoris, & num. 5.
3 *Dubium nouum semper disputatur in Rota post lapsum*
decenny, & vltra.
4 *In deliberatione ad vlteriora proceditur, stante iustitia*
mandati de subhanda, & num. 6.
5 *Possidens bona iure pignoris, illorum subhastationem*
impedire non valet, & supra, num. 2.
6 *Deliberatio conceditur pro complemento executionis:*
7 *Clausula*, sine præiudicio, *præseruat iurisdictionem*
Iudicis à quo.

DECISIO CML.

AD instantiam creditorum q. Alexij de Alexijs du-
bitaui, an esset procedendum ad subhastationem
bonorum ab Antonina Vrsina possessorum, & licet sub
die 12. *Decembris* 1644. negatiuè responsum fuerit
sub prætextu, quod cum ipsa possideret iure dominij,
& proprietatis vigore dationis in solutum reportatæ
1 à Iulio Vrsino, tanquam tertia non poterat exequutiuè
conueniri; Contrarium tamen plenè fuit decisum
per tres sequentes decisiones editas sub diebus 15. *Fe-*
bruarij 1647. 15. *Maij* 1648. 27. *Iunij* 1650. in quibus
dictum fuit non subsistere Antoninam possidere bona
2 Vrbis, & Vineam iure dominii, sed tamen iure pigno-
ris, & per consequens esse locum eorum subhastationi
per creditores petitæ, ea non amota à possessione, ad
effectum in primis sibi satisfaciendi de suo credito, &
quod superest soluendi creditoribus posterioribus:
Post dictas resolutiones fuit relaxatum mandatum
de subhastando iuxtà illarum tenorem, & adita signa-
tura pro parte Antoninæ, per duas vices rescriptum
fuit sine præiudicio, sed cum posteà creditores per
plures annos siluerint, & interim obierit ipsa Antoni-
na, quæ scripsit hæredes Monachos Sancti Stephani
de Cacco, hodie creditores instabant contra dicti hæ-
redes pro dictorum bonorum deliberatione, sed stan-
3 te lapsu tanti temporis, placuit dare dubium,
an esset procedendum ad vlteriora, & affirmatiuè re-
sponsum fuit.

Cùm enim ex præfatis decisionibus clarè constet
4 de iustitia mandati de subhastando, stante quod sub-

5 hasta-

5 hastatio impediri non valet ab eo qui bona detinet iure pignoris, vt probant iura ibidem allegata, & dixit
6 *Rota coram Buratt.decis.574. num.3.* vtique procedendum est ad vlteriora, in deliberatione pro complemento executionis circa quam fuit mihi præseruata
7 iurisdictio per rescriptum signaturæ cum clausula *sine præiudicio legitime exequutionis Card.Seraph. decis. 54. num.6.Greg.decis.232.num.1.cum alijs per Add.ibidem numer. 4.*

Et ità altera &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ.

Lunæ 1. Iulij 1669.

ARGVMENTVM.

Prouisus à Pontifice per collationem præuentiuam debet in institutione præferri prouiso ab habente priuilegia, & indulta, cum ea numquam impediant Papam quin valeat cum ordinario collatore concurrere, quod fortius procedit si Pontifex Sedi Apostolicæ huiusmodi prouisionem reseruauerit, & aliorum priuilegijs derogauerit.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio ipso iure intrat absque alio requisito, vbi Papa voluit per solam gratiæ concessionem beneficium vacare.*

2 *Beneficia dicuntur vacare in curia per solum decretum Pontificis declarantis quod per solam gratiæ concessionem beneficium vacet.*

3 *Reseruatio beneficij inducta ex decreto Papæ, quod scilicet beneficium intelligatur vacare per solã gratiæ concessionem, est de comprehensis in corpore iuris in* cap.2. de præben. in 6.

4 *Indulta non obstant* Pontifici, *quin valeat beneficia conferre, maxime si ipsis derogauerit per clausulam,* etiamsi speciali mentione indigerent.

5 *Pontifex cum sit ordinarius ordinariorum semper potest non obstante quocumque priuilegio ad collationem beneficiorum cum ordinario concurrere, vnde præuentiue ab eo prouisus est præferendus.*

6 *Clausula*, Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *non est apta coarctare reseruationem expresse sibi factam à Papa, sed censetur adiecta ad limitandam solummodo clausulam*, Seu alio quouis modo vacet.

DECISIO CMLI.

AD præposituram vacantem per mortem Petri in Ecclesia S.Ioannis Euangelistæ Ciuitatis Leodij vigore indulti Sixti V. & aliorum Summorum Pontificum elegit Vualterum, tunc Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi Huyen.Leodien.Diocæsis, quam capituli electionem successiuè Summus Pontifex approbauit 22. *Martij 1666.* cum hoc quod per solam gratiæ concessionem vacaret dicta præpositura Ecclesiæ Huyen. quam Vualterius obtinebat itaut de illa per Sedem Apostolicam tantum conferri, & disponi possit irritanti decreto desuper apposito *Summ. Laurentij num.1.* cum autem ad formam huius decreti idem Pontifex contulerit præposituram præfatam Oppidi Huyen. Laurentio Nicolaus; vt ex literis desuper expeditis 18.*Maij* 1667.& Capitulum eiusdem Ecclesiæ, vigore indultorum elegerit Antonium Hieronymum qui pariter literas expediuit sed die 3.*Iulij* eiusdem anni 1667. hinc dedi dubium an, & quæ literæ sint exequendæ, & ad fauorem literarum Laurentij resolutum fuit, quia sunt anteriores in data, *gloss.in cap. si à Sede 31. verb.nec appareat de præbend.in 6.* & quia in omnibus sunt iustificatę *cap.si à capitulo 5. de concess.præbend.eod.lib.6.*

Iustificatio literarum quoad reseruationem, ad quam informantes restringunt difficultatem, desumitur ex decreto apposito in literis Vualterij, vbi Papa voluit per solam gratiæ concessionem eo ipso præpo-
1 situram vacare; hinc enim absque vllo requisito intrare reseruationem testatur *Simon.de reseruat.benef.q.27.*
2 *num.3.* cuius decreti vigore beneficia dicuntur vacare in curia *Rota decis.65.de rescript. in antiq.* & proinde
3 comprehenduntur sub reseruatione in corpore iuris clausa *in cap.2. eod. tit. de præbend. in 6. Rota in Salisburgen. præpositur æ 7. Iunij 1621. §. De reseruatione coram Card. Fabritio Verospio.*

Neque possunt suffragari indulta alias Capitulo concessa à Summis Pontificibus. Etenim in præsenti casu nimis clara est voluntas Papæ conferendi hanc Præposituram non obstantibus indultis; Tùm quià in gratia Laurentij illis derogauit etiamsi speciali
4 mentione indigerent; Tùm etiàm quià in decreto, de quo supra non solum voluit præposituram vacare eo ipso, sed addidit illa verba ibi: *Itaut de illa per sedem prædictam tantum conferri, & disponi possit decreto irritanti desuper apposito.*

Vndè cùm Papa præuentiuè contulerit præposituram Laurentio Nicolaus is debet præferri, quià priuilegia, & indulta nunquam impediunt Papam quin valeat cum ordinario collatore concurrere, cum sit
5 ordinarius ordinariorum, vt latius dictum fuit in *Sypontina, seu nullius Archipresbyteratus 28. Nouembris 1646. §.Quia remouetur coram bon. mem. Leone Verospio, & in Monasterien. Canonicatus 1. Iuly 1643. §.Non obstat clausula coram Reuerendiss. Imolen.*

Clausula verò *Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, in literis apposita, non est apta coarctare re-
6 seruationem iam expressam, sed censeatur adiecta ad limitandam solummodo clausulam, *Seu alio quouis modo vacet*, vt benè respondit, *in dicta Salisburgen. præpositura 17.Iunij 1621.coram Card. Verospio, §.fin.*

Alia, quæ fuerunt ab informantibus longa serie deducta DD. vti superflua reiecerunt, moti in hoc casu duntaxat ex clara voluntate Pontificis conferendi Laurentio præposituram, de qua agitur.

Et ità vtraque, &c.

LVCANA CAPELLANIÆ.

Lunæ 1. Iulij 1669.

ARGVMENTVM:

Permutatio beneficij de iurepatronatus, cum illius derogatione à Summo Pontifice admissa, quia inducit veram, & propriam vacationem illius, consumitur inde ex ea turnus patroni alternatiuè præsentare debentis, ac propterea secuta noua vacatione ius præsentandi, deuoluitur ad alium Patronum, & hoc non obstante pacto inter ipsos compatronos conuento, quod beneficiati non possint ad permutationem deuenire nisi præuio eorundem patronorum consensu, quia etiam huiusmodi pactum non sustulit vacationem prædictam, & per Pontificem derogantem fuit suppletum.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa denegari non potest attenta lite, & renunciatione collitigantis.*

2 *Turnus patroni alternatiue præsentari debentis remanet consumptus ex causa permutationis secutæ, iunctâ præsertim derogatione Pontificis facta de iurepatronatus, & num.seqq.*

Pontifex si pro aliqua vice derogauit iuripatronatus, Turnum patroni consumpsisse, eique præiudicare voluisse dicitur, num.2.

Vacatio beneficij de iurepatronatus secuta, vel post permutationem de eo factam, vel post derogationem Summi Pontificis deuoluitur ad alium patronum alternatiue præsentare debentem, num. 2. & vide num.seqq.

3 *Permutatio inducit veram, & propriam vacationem beneficij.*
4 *Permutationem beneficij de iure patronatus quamvis non possit facere beneficiatus sine consensu patroni, si tamen illa fiat, hoc non impedit veram, & propriam vacationem eiusdem beneficij.*
Vacatio beneficij de iurepatronatus non habet vim consumendi turnum alternatiue præsentare debentis, quando de hoc inter patronos fuisset expresse conuentum, num.4.
5 *Turnus alternatiue præsentare debentis consumitur ex oblatione facta ex causa permutationis beneficij, nisi aliud actum sit, & vide sup.num.2. cum seq.*
6 *Permutari non potest beneficium de iurepatronatus sine consensu patroni.*
Consensus si etiam secluso pacto, de iure requiritur illius præseruatio nil amplius vltra iuris dispositionem operatur, num.4.5.& 6.
7 *Consensus patroni suppletur à Pontifice pro ea vice derogante iuripatronatus.*
8 *Papa derogando iuripatronatus, censetur præiudicare voluisse patrono existenti in Turno.*
9 *Lis vt dicatur calumniosa inter præsentatos; requiritur vt calumnia sit adeò patens, & clara, vt nulla possit excusatione saluari.*
10 *Sponsi duo eiusdem ecclesiæ esse non possunt.*
11 *Præsentatio facta lite pendente remanet nulla, & inualida, & num.seq.*
12 *Electio facta lite pendente sicuti est nulla, sic quoque remanet nulla præsentatio eodem tempore facta,*

DECISIO CMLII.

PEr transactionem initam de anno 1631. inter Dorotheam q.Iosephi Nicolosi, & Elisabettham descendentem ex Francisca filia, & hærede q. Pauli Nicolosi conuentum fuit, quod ius præsentandi ad Capellaniã Sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S.Michaelis de qua agitur inter ipsas transigentes imposterum debeat esse commune, quodque præsentationes alternis vicibus perpetuis, & successiuis temporibus fiant, cum hoc quod primo incipiendum sit ab ipsa Dorothea, & pacto etiam adiecto, quod de huiusmodi Capellania nequeat fieri aliqua permutatio per Rectores, nisi cum consensu patronorum *Summ. Siluestri, num.4.* Post d. transactionem cum vacasset Capellania anno 1636. per mortem præsentati à Dorothea, institutus fuit Abbas Cenamius ad præsentationem Elisabetthæ, & successiuè in sequenti vacatione anni 1645. Iulianus donatarius Dorotheæ præsentauit Siluestrum Torciglianum, qui posteà dictam Capellaniam permutauit cum Ioanne Francisco Podio, & Papa pro illa vice iuripatronatus derogauit. Cùm autem post mortem Podij Catherina q. Sanctæ filiæ dictæ Dorotheæ præsentauerit dictum Siluestrum Torciglianum, & viceuersa eadem Elisabettha præsentauerit Franciscum Cremam, inter hos præsentatos orta fuit lis quisnam eorum esset instituendus, sed adhuc lite pendente, idē Crema iuri sui in manibus ordinarij renunciauit. Quià verò post Cremæ renunciationem Elisabettha alium præsentauit, nempè Michaelem Biscottum; Ideò de mandato Eminentissimi D. Cardinalis Orthoboni Prodatarij dubitaui, an Torcigliano sit danda subrogatio gratiosa, vel potius Biscotto prouiso Apostolico, & Domini responderunt ad fauorem Torcigliani.

Subrogatio enim gratiosa ei denegari non debet attenta lite, & renunciatione eiusdem Cremæ, ex regula
1 ne detur nouus collitigans *cap. 2. vt lit.pendent. in 6. Card.Seraphin.decis.1165.num.1. Gregor. decis. 27. & decis.125. vtrobique num.1.*

Non obstat, quod lis inter Torciglianum, & Cremam esset calumniosa (in quo consistit totum huius causæ momentum) sub prætextu quod vigore dictæ transactionis præsentatio in vltima vacatione sequuta per mortem Podij spectaret ad Elisabettham, non autem ad Catherinam Dorotheæ neptem.

Nam contrarium visum fuit resolultare ex eo, quod post præsentationem factam ab eadem Catherina de persona Siluestri iterum Capellania vacauit ex causa permutationis ab eodem Siluestro factę cum dicto Podio, qui taliter vacantem obtinuit à Dataria *Summar. Biscotti, num. 6.* Hinc enim sequitur, quod cum dicta vacatio ex causa huiusmodi permutationis succes-
2 serit in turno Elisabetthæ, eo ipso quod pro hac vice Papa derogauit iuripatronatus, turnus illius remansit consumptus, & per consequens facultas præsentandi in sequenti vacatione non ad ipsam, sed ad aliam compatronam delatum fuit, vt bene *Lambert. de iurepatr.lib.2.part.3. quæst.9. art.26. cum aliq allegatis per Viuian. eodem tract. part. 3. lib. 14. cap. 1. num. 137.* idque comprobat *Bertrand.consil.284.num.2.volum.1. parte prima.*

Et quod ex permutatione inducatur vera, & propria
3 vacatio est *Text.in cap. vnic. de rer.permut.in 6 idem Bertrand.cons.323.n.1.lib.1. Viuian. vbi supra part. 2. lib.5.num.33. Rota decis.190.num.1.& 3. part.5.recent.*

Neque aduersatur pactum, quod inter Rectores non
4 possit fieri permutatio, nisi cum consensu patronorum; Quia forsan vrgeret, si inter transigentes fuisset expressè conuentum, quod permutationes vim non habeant consumendi Turnum in quibus terminis loquitur *Gonzal.ad reg.8.gloss.45.§.3.num.52.* dum dicit Turnum consumi ex collatione facta ex causa per-
5 mutationis, nisi aliud sit concordatum. At in proposito fuit dumtaxat requisitus consensus patronorum,
6 qui cùm etiã de iure excluso pacto, requiratur in permutationibus iurispatronatus ex traditis per *Viuian. de vbi supra lib.12.cap.5.num.22.& 28. Tondut. resol. benef.part.2.cap.4. §.8. n.18.& firmauit, Rota dec.223. num. 12. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono.*
7 Talis consensus patronorum suppletus fuit per gratiam Pontificis, qui sciens vacationem resultantem ex resignatione facta per Siluestrum ex causa permuta-
8 tionis expressè derogauit iuripatronatus, quæ derogatio præiudicat patrono existenti in Turno vt supra probatum est.

Vel saltem negari non potest, quin Catherina habuerit iustam causam credendi Turnum Elisabetthæ fuisse ex dicta prouisione consumptum, ad effectum,
9 vt lis non dicatur calumniosa, cum ad istum effectum calumnia debeat esse adeò patens, vt nulla possit excusatione saluari, *Gregor.decis.125.num.1 coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso decis. 369. num. 9.* & in his terminis *coram eodem D.Card.Ottbob. decis. 90. num.11.*

Posito autem quod Torcigliano debeatur subrogatio, consequens est non deberi prouisionem Biscotto;
10 nedum quia non possunt dari duo sponsi eidem Ecclesiæ, vt notat *Hostien.in cap. cum contingat, num. 1.*
11 *de for. compet.* Verum etiam quia præsentatio eiusdem Biscotti remanet nulla, & inualida tanquam facta lite pendente *cap.1.vt lit.pendent.in 6.* qui Textus
12 licet loquatur de electione, iuxtà veriorem sententiam extenditur quoque ad præsentationem, *Calderin. cons.1.vt lit.pen.Lap.alleg.22.num.3.Rot.coram Coccin. decis.426.num.1.& seqq. d.decis.90.num.10. & dictum fuit in Comen.Parochialis 6.February 1665.§.Præterea coram R.P.D.meo Beuilaqua.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA ADMINISTRATIONIS.

Lunæ 1. Iulij 1669.

ARGVMENTVM.

Administratio bonorum filij absentis matri debetur, in concursu cum patruo, cum ipsius magis intersit bona conseruari in hæreditate ob spem successionis, præstita tamen per eam cautione de conseruando, fideliter administrando, & rationem reddendo filio reuertenti, vel quibus opus fuerit; nec obstat ipsi matri transitus ad secunda vota; cum ille solum officiat matri gerenti tutelam, vel curam filij minoris; vnde non applicatur huiusmodi dispositio matri administranti bona filij maioris absentis, cui etiam secundo nubenti defertur filij successio, alijs filijs non existentibus.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum absentis, cuius vita, vel mors ignoratur, debetur matri in concursu cum patruo, eo quia ille bonorum custodiæ præponendus est, ad quem certificato euentu, vel purificata conditione hæreditas deberet peruenire.*

2 *Administratio bonorum filij maioris absentis non aufertur matri secundo nubenti, imo ipsi debetur ob spem probabilis successionis, cum mater tunc solum quando tutelam vel curam gerit filij minoris & ad secunda vota pertransit administrationem amittat.*

3 *Mater etiam si ad secundas conuolet nuptias filio succedit, alijs filijs non existentibus.*

DECISIO CMLIII.

POst quam Catherina spatio circiter duorum mensium Marcelli filij reditum in vanum expectauerat, iudicialiter petiit bonorum illius administrationem, & sub die 22. *Februarij* 1667. decretum deputationis obtinuit à Reuerendiss. D. Vrbis Gubernatore præstita tamen cautione de conseruando fideliter administrando, & rationem reddendo eidem Marcello filio, vel aliis, quibus opus fuerit, at quia ipsum fato cessisse dicebatur, ideo mater vti succedens ab intestato immissa fuit per sententiam R.P.D.A.C. Bulgarini in possessionem bonorum firma remanente cautione iam præstita ad formam decreti D. Guber. prætendente autem Iacobo Marcelli patruo ipsum adhuc viuere, & ex pluribus causis remouendam esse matrem ab administratione iudicium instituit coram Vicario S. Mariæ Maioris, qui contrariam sententiam reportauit, vnde ad eius instantiam proposito dubio an Catherina sit remouenda ab administratione, negatiue resolutum fuit.

Optima quidem ratione, quia cum adhuc sit incertus casus Marcelli, an scilicet viuat; vel obierit interim administratio suorum bonorum non aliis concedenda videtur, quam matri cuius, magis quam aliorum interest bona huiusmodi conseruari in hæreditate ob spem successionis, ille enim debet ad custodiam proponi, ad quem certificato euentu, vel etiam purificata conditione hæreditatis de iure deberet peruenire, *vt est Text. in l. si sub conditione* 5. *& l. si seruus* 10. *ff. de bonor. possess. secundum Tabul. Angel. de legit. contradict. quæst.* 11 *art.* 1. *num.* 16. *Surd. cons.* 125. *n.* 57. *Rota decis.* 40. *num.* 2. *p.* 1. *diuers.*

Non obstat, quod per transitum Catherinæ ad secunda vota ipsa amiserit administrationem bonorum filij, quia *Text. in Auth. Sacramentum C. quand. mul. tutel. offic. fungi pot.* & aliæ auctoritates allegatæ ab informantibus pro Iacobo cum loquantur de matre, quæ gerit tutelam, vel curam filii pupilli vel minoris non applicantur casui nostro, vbi non agitur de tutela, vel cura, sed de administratione bonorum filii maioris, cuius vita vel mors ignoratur, nec potest habere locum prouisio legis contra tutricem, vel curatricem 2. nubentem, sed potius ob spem probabilis successionis eidem debetur administratio, vt præter superius allegatos late *Menoch. de Arbitrat. cas.* 150. *num.* 21. *& num.* 32.

Prædicta, & omnia alia deducta circa malam administrationem Catherinæ, ex quibus pariter prætende-
1 batur esse locum remotioni visa fuerunt etiam remo-
3 ueri, animaduertendo quod aut Marcellus viuit & hoc casu satis eidem videtur consultum per cautionem iam præstitam aut vero mortuus est, & sic inanis redditur exceptio, cum nullo alio filio existente successio matri debeatur etiam si ad secundas nuptias transierit *Rota in Nouarien. legitimæ* 11. *Maij* 1629. *coram. Reuerendiss. Imolen. apud Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. lib.* 1. *cap.* 253. *numer.* 17. *& in recent. decis.* 267. *num.* 17. *p.* 5.

Et ità vtraque &c.

ANCONITANA SEDILIS.

Lunæ 1. Iulij 1669.

ARGVMENTVM.

Laici non prohibentur acquirere in Ecclesia iura sedendi, sepeliendi, & similia quoad simplicem vsum, non vero quoad dominium, ad quę iustificanda non sufficiunt testes de simplici auditu deponentes, nec percutientes tempus, ex quo dignosci possit an ex diuturna possessione potuerit aliquod ius acquiri. Titulus pendente lite acquisitus non attenditur in præiudicium collitigantis.

SVMMARIVM.

1 *Laici non prohibentur acquirere in Ecclesia iura sedendi, sepeliendi, & similia quoad simplicem vsum, secus quoad dominium, & proprietatem.*

2 *Testes deponentes de simplici auditu, nec percutientes tempus, à quo quis possederit, probare non possunt quod per diuturnam possessionem ius aliquod fuerit acquisitum.*

3 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.*

4 *Titulus pendente lite aquisitus non attenditur in præiudicium collitigantis.*

DECISIO CMLIV.

ORta controuersia inter Nembrinos, & Salzanam super vsu scamni, seu sedilis in Ecclesia Ven. So-
2 cietatis Sanctissimi Sacramenti Ciuitatis Anconæ plures emanarunt sententiæ inter se contrariæ, vnde deuoluta causa ad Rotam, & proposito dubio an, & de cuius bono iure constet, existimarunt, Domini de nullius bono iure constare.

Quamuis enim non sit prohibitum Laicis acquirere in Ecclesia iura sedendi, sepeliendi, & similia quoad
1 simplicem vsum, secus quoad dominium, & proprietatem, vt communiter distinguunt *Doctores in cap. abolendæ penult. de sepult. Paris. cons.* 149 *n.* 2. *Lambert. de Iurepatr.* 15. *art.* 11. *quæst. principal.* 2. *p.* 1 *lib. num.* 2. *pag. mihi* 108. *à tergo late Giouagn. respons.* 8. *lib.* 2. *per tot. Molin. de Primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 34. *Gratian. discept. forens. cap.* 110. *num.* 13. *& cap.* 210. *num.* 48.

In proposito tamen nullus ex collitigantibus adhuc iustificauit illius sufficientem acquisitionem, quia fratres de Nembrinis nullo exhibito titulo fundantur solum in prætensa eorum possessione desumpta ex te-
2 stibus datis *in Summ. num.* 2. qui præter quod deponunt de simplici auditu non aperiunt à quo tempore Nembrini possederint, ita quod cognosci posit an ex diuturna possessione fuerit illis aliquod ius quæsitum iuxta ea, quæ tradit *Giouagn. d. respons.* 8. *num.* 33.

Salzana vero licet habeat duas concessiones à confraternitate sub diebus 2. *Nouembris* 1644. *&* 18. *Decembris* 1668. cum tamen prima sit simplex confirmatio cessionis, seu donationis sedilis, quam ipse habuit

3 buit à Ioanne Nembrino plus iuris tribuere non
potest Salzano cessionario, quam quod eidem Nem-
brino cedenti competebat *cap.nemo de reg.Iur.in 6.*

Et secunda in præiudicium collitigantis non est at-
tendenda tanquam facta lite pendente in Rota, quem-
admodum dicitur de præsentationibus factis à patro-
4 nis post litem contestatam, *vt in Compostellana Pa-
rochialis 9.Decembris 1661.coram Eminentiss.D.Card.
Celso inter eius impress. decis.364. num.3.& in Comen.
Parochialis 6.Februarij 1665.§.praterea coram R.P.D.
meo Beuilaqua*. Et ità vtraque &c.

MELEVITANA HABITVS:

Lunæ 1. Iulij 1669.

ARGVMENTVM.

Ordinationes religionis Hierosolimitanę sub titulo de receptione fratrum disponentes quod probationes fieri debeant coram Commissarijs deputatis, vt postea præsententur in capitulo, quodque post illas factas, & præsentatas, non possit ad nouas probationes deuenire, dubium est an comprehendant casum probationis faciendæ coram Iudice appellationis, & ideo Rota concedit nouum examen in Curia, maxime si probationes faciendæ tendant ad coadiuuandas alias factas coram commissarijs.

SVMMARIVM.

1 *Articuli vbi tendunt ad coadiuuandam probationem iam factam admittendi sunt.*

Articuli sufficit in prophanis, quod quoquo modo faciant ad causam, siue directe, siue indirecte num.1.

2 *Ordinationes religionis Hierosolimitana* tit.de recept. fratr. cap. 20. & seqq. *exprimuntur, & declarantur ac num.seqq.*

Probationes in ordine ad receptionem fratrum Religionis Hierosolimitana fieri debent coram, commissarijs & postea prasentari in capitulo num.2.

3 *Probationes reiecta ab ordinationibus religionis Hierosolimitana adhuc fieri possunt in Curia in gradu appellationis, & num. seqq.*

4 *Statuta denegantia vlteriores probationes post primas reiectas, dubium est an habeant locum vbi causa per appellationem tractatur in curia.*

5 *Probatio petita in curia ad coadiuuandas alias probationes factas, denegari non debet, quidquid statutum in contrarium disponat.*

6 *Examen in curia in gradu appellationis admittuntur etiam post duas sententias consilij ordinarij, & completi religionis Hierosolimitana.*

7 *Testificata in curia nunquam dicuntur didicita.*

Processus originalis testium, non publicatur in curia sed solum datur Summarium num.7.

8 *Articuli vbi sunt diuersi à primis, vel continent materiam magis distinctam admittendi sunt.*

9 *Articulorum diuersitas non in solo cortice esse debet, sed quidem in substantia.*

10 *Articuli dummodo, vel fuerint diuersi, vel contineant materiam magis distinctam semper admittuntur non obstante exceptione quod fuerint didicita testificata*

DECISIO CMLV.

PRosequendo Antonius de Valentia iudicium appellationis in Rota aduersus duas sententias Melitæ latas à consilio ordinario, & completo in quibus fuerunt reiectæ probationes per eum factæ coram Commissarijs deputatis super eius nobilitate, & sanguinis puritate pro eius parte fuerunt exhibiti plures articuli pro examine Testium hic in curia, sed quia tunc fuit oppositum de impuritate Sanguinis, obtinuit prius disputari super illius puritate sub die 29.*Nouembris 1666.coram me* ad eius fauorem resolutum fuit, hodie vero continuando instantiam pro examine petijt aliud dubium, an articuli essent admittendi, & affirmatiue Domini responderunt.

Quia tendunt ad coadiuuandam probationem no-
bilitatis insignium, & armorum ex parte Auiæ pater-
næ, & maternæ eiusdem Antonij ad formam stabili-
1 mentorum, & ordinationum Sacræ Religionis Hie-
rosolimitanæ, & per consequens illorum admissio de-
negari, non debet cum versemur in materia prophana,
vbi sufficit quod articuli quoquo modo directe vel
indirecte faciant ad causam *vestr.in prax.lib.5.cap.14.
num.9.& 26.Card.Caual. decis.232.num.1.& 2.*

Non obstat, quod iuxta ordinationes Religionis
2 *tit.de recept.fratr.cap.20. 21. & 22.* probationes fieri
debeant coram Commissarijs deputatis ad effectum vt
postea præsententur in capitulo, quodque post illas
iam factas, & præsentatas non sit permissum denuo
ad nouas probationes deuenire; quia præter quod
3 remanet dubium, an dictæ ordinationes comprehen-
dant casum, de quo agitur; ita quod ex illis censean-
4 tur nouæ probationes etiam prohibitę coram Iudice
appellationis adhuc cum probationes per Antonium
faciendæ tendant ad coadiuuandas alias iam factas co-
5 ram Commissarijs, & ab ijs approbatas, non debet
retardari examen hic in curia cum alias Rota illud
admiserit in gradu appellationis, pariter post duas
sententias Consilij ordinarij, & completi latas super
defectu probationum in alia *Melenitana habitus 26.
6 Iunij 1658.in princ.coram Eminentiss.D.Card. Celso in-
ter impress.decis.266.num.1.*

Sicut etiam non releuat quod cum super materia
articulata fuerint Testes examinati, & publicatus pro-
cessus, hodie non debeat post didicita testificata, & il-
lorum dicta discussa nouum examen super eisdem
concedi ob periculum subornationis.

Vltra quod enim in curia nunquam dicuntur didi-
7 cita, testificata, cum non publicetur processus ori-
ginalis, sed solum detur Summarium vt *in Fauen-
tina Beneficij 27.Iunij 1644.§.placuit coram me* adhuc
remouetur obiectum ex quo articuli modo exhibiti
in pluribus sunt diuersi ab alijs datis coram Commis-
8 sarijs, vel saltem continent materiam magis distin-
ctam non in solo cortice verborum sed quidem in sub-
9 stantia, dum melius fuit specificata qualitas armorum
& insignium Auiæ paternæ, & maternæ, vt ex eorum
10 lectura, hoc enim casu non attenta exceptione pręfata,
de stylo Tribunalis articuli solent admitti, vt prose-
quitur *d.decis.Fauentina beneficij coram me § praterea
late in Hispalen.Decimarum 20.Iunij 1648.corã Card.
Corrado, cum alijs in Anconitana fideicommissi 13.Iu-
nij 1663.§.nam ommisso & § fin.coram Reuerendiss.Ni-
not.Episcopo Illerden.* Et ità vtraque, &c.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI.

Merc.20.Nouemb.1669.

ARGVMENTVM.

Monasterium non valet impedire immissionem fideicommissario, neque attenditur persona substituti professi in Religione, vbi ex aliqua parte testamenti colligitur intentionem testatoris fuisse excludendi Monasteria. Renunciationes quæ fiunt intuitu religionis, ad distinctionem illarum quæ fiunt à nubentibus in seculo, reputantur reales, & abdicatiuæ. Prohibitio alienationis vbi non stat de per se, non inducit nouum fideicommissum, sed illud quidem importat, vbi dispositiones sunt inter se contrarię, & vna ab altera non dependet.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non denegatur haredi fideicommissario, constito de fideicommisso eiusque purificatione, & bonorum identitate.*

2 *Filia*

2 *Filia cui in ingressu monasterij assignata est à Testatore congrua dos & dispositum est reliqua bona fideicommissarys accrescere, intelligitur exclusa.*

3 *Filia non impedit immissionem heredibus fideicommissarys, ex quo fuerint exclusa, sed habetur tanquam si esset ex proprys regulis incapax.*

4 *In conditionibus voluntarys, simplex, & nudum factum attenditur.*

5 *Exclusio quę prouenit non ex proprio facto, sed ex voluntate Testatoris, efficit vt existentia illius qui excluditur non habeatur in consideratione,*

6 *Conditio efficit vt sub illius dispositione non contineantur noua persona, sed tantum illa persona, qua precedenter fuerunt expresse vocata.*

7 *Linea masculina appellatio comprehendit etiam religiosum professum in religione capaci.*

8 *Renunciationes qua fieri solent religionis intuitu ad distinctionem renunciationum qua fiunt à nubentibus in saculo reputantur reales, & abdicatiua cuiuscumq; iuris competentis super bonis renunciatis.*

9 *Exclusio testatoris efficis vt exclusus tollatur de medio & tanquam mortuus habeatur ad retardandam immissionem vocatis.*

10 *Renunciatio non suffragatur renunciatarijs stante strictissima prohibitione alienationis facta ad eum vt bona perpetuo maneant penes institutos, & substitutos.*

11 *Detractiones non fiunt ex fideicommisso particulari.*

12 *Fideicommissum particulare resultat ex sapius repetita prohibitione alienationis, non ad quotam hareditatis sed ad certa bona*

13 *Alienationis prohibitio vbi stat accessorie & dependenter non inducit nouum fideicommissum declara n.15.*

14 *Grauamen duplex eadem res potest ad fauorem eiusdem persona recipere..*

15 *Fideicommissum distinctum, & separatum important dispositiones contraria, & inter se nullam habentes connexionem.*

16 *Dos filię detrahi potest ex fideicommisso particulari, vigore* auth.res quæ.

17 *Filia heres patris absque inuentario censetur de dote & alys detractionibus satisfacta, & tenetur restituere fideicommissa particularia.*

18 *Status hęreditatis non probatur ex testibus non concludentibus negatiuam.*

DECISIO. CMLVI.

DVplex fideicommissum ordinauit Innocentius Alexandrinus in suo, cum quo decessit, testamento, alterum vniuersale; nam post institutum in re certa Alexandrum filium iam Clericum, fecit vniuersales hæredes pro æquali Mariam Franciscam, & Marcellinam eius filias, easque ad inuicem substituit in casum obitus alterius sine filijs legitimis, & naturalibus substituit in vsufructu Victoriam vxorem, & dictum Alexandrum filium, quibus deficientibus voluit integram hæreditatem ad Venerabile Collegium Societatis Iesù Ciuitatis Asculi; alterum vero particulare, dum eueniente casu monacationis dictarum filiarum, mandauit illas congruè dotari iuxta solitum, & reliquum accresci fideicommisso cum hoc, quod dos extrahi debeat ex bonis ipsius testatoris, exceptis agro, & terris existentibus in territorio Appoucani in Contrada Vallis Chisenti; istas enim noluit posse vllo vnquam tempore aliquo quæsito colore vendi, alienari, pignorari, ac in alios transferri, vt perpetuo stare possint pro hæredibus institutis, & substitutis, addita etiam contrafacientibus pęna caducitatis, quo casu substituit idem Collegium Societatis Iesù, & hanc prohibitionem testator repetijt in inferiori parte testamenti, dum concedendo dictis filiabus hæredibus institutis facultatem vendendi bona fideicommissaria in casu necessitatis, addidit illa verba, ibi: *Seruatis semper terris, & columbario in dicto territorio Appoucani, & contrada Chisenti, qua non possint vendi modo aliquo, vt supra, sed perpetuo debeant stare pro institutis, & substitutis suis haredibus; Summario Alexandrini num.1.lit.B.in fine.* Vnde cum Marcellina monasterium ingressa fuerit, & Maria Francisca cohæres obierit sine filijs, pariterque defecerint Victoria, & Alexander; ideò collegium substitutum petijt immissionem, signanter in bonis existentibus in Contrada Chisenti contra Alexandrinos hæredes Mariæ Franciscæ, & Iudex de partibus per sententiam declarauit illam esse concedendam, factis prius nonnullis detractionibus sed cum Auditor Cameræ in gradu appellationis hanc sententiam reformauerit in ea parte, qua fuit collegio iniunctum onus bonificandi detractiones, hinc delata causa ad Rotam mihique commissa, dedi dubium, an Collegio sit danda immissio, quod hodie post quartam propositionem fuit affirmatiuè; resolutum, quia constat de fideicommisso eiusque purifica-
1 tione; & bonorum identitas à Partibus non controuertitur, quibus concurrentibus immissio non deuegatur fideicommissario ex remedio *l.fin.C.de edict. Diu. Adrian. tollen.*

Non obstat, quod adhuc viuat Marcellina Monialis quæ professionem emisit in monasterio bonorum capaci in communi, & sic durante eius vita naturali, bona possint remanere penes ipsum monasterium, quia Innocentius testator satis apertè videtur exclusisse
2 Monachos, & monasteria, dum voluit quod eueniente casu monachationis suarum filiarum, illis assignaretur congrua dos, & reliquum fideicommisso accresceretur; vbi enim ex aliqua parte testamenti colligi potest intentionem testatoris fuisse excludendi
3 monasteria, vtique successionem non impediunt substituto, sed per inde censentur ac si essent ex proprijs regulis prorsus incapacia; *Conar.var.resol.lib.1.cap.19 num.11.vers.4.verum esse censeo, Dec.cons.259.per tot. Rota decis.135.num.15.p.7.& decis.313.num.16. & 17. par.10.recent.*

Neque dicatur, quod viuente Marcellina non dum
4 sit purificata conditio, sub qua fuit vocatum collegium substiturum, & in conditionibus voluntarijs simplex, & nudum factum attendatur; quia cum ex-
5 clusio eiusdem monialis proueniat non ex facto proprio, sed ex voluntate testatoris, non debet illius existentia haberi in consideratione; sed statim effecta monialis fit locus substituto, vt probat *Fusar. quast.430. n.9.Decian.cons.61.n.3.lib.5.Giouagn.cons.1.num.34.& cons.70.num.17. lib.1.cum allegatis in Imolen. successionis 28. Martij 1661. §. Nam quamuis coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Ea potissimum ratione, quia in parte conditionali
6 nunquam continentur nouæ personæ sed tantum illæ quæ in præcedenti dispositione fuerunt expresse vocatæ, *Gabr.cons.116.num.32.vers.& descendentes, & seq.lib.2.Duran decis.126.num.12. & 38. cum alijs cumulatis in Hortana fideicommissi 15. Martij 1660. §.tamen, & in Romana Primogenitur ę de Bubalo 8. Iunij 1668. §.respectu denique coram me;* hincque non applicatur decisio *Carilli 266. num.1.* quia testator, ibi vocauit lineam masculinam, cuius appellatione venie-
7 bat religiosus professus in religione capaci, dum non aderat in contrarium mens testatoris, quæ in casu nostro ex supradictis apertè excludit monasteria, & confert; *eadem decisio Carilli 266. num.18. & seq. Fusar. d.q.430.num.7.& seqq.*

Eoque facilius visa fuerunt prædicta procedere,
stante

staute quod Marcellina in ipso ingressu religionis am-
plissimam fecit renunciationem omnium bonorum
paternæ hæreditatis ad fauorem collitigantium filio-
rum, & hæredum Mariæ Franciscæ, nam præsuppo-
sito, quod huiusmodi renunciationes, quæ fieri so-
8 lent intuitu Religionis, ad distinctionem renuncia-
cionum, quæ fiunt à nubentibus in seculo reputantur
reales, & abdicatiuæ cuiuscunique iuris competen-
tis super bonis renunciatis. *Molin. de Iust. & Iur. disp.579.num.19.Vasq.de succesf. lib.2.§.1.2.num.117. Gratian.discept.forens.cap.568.n.131.Franch.decis.375. num 2.& dictum fuit in Romana hæreditatis de Lanuuijs 21.Iunij 1661.§.quæ sane coram R.P.D.meo Taia* hinc sequitur etiam ex hoc capite personā Marcellinæ
fuisse sublatam de medio, & tanquam mortua in suc-
cessionibus non computari ad retardandam immissio-
nem vocatis: *Peregr de fideicomm.art.52.num.74. Rouit.cons.44.num.8.cum seq.lib.1.Rot. in Romana successionis de Comitibus 23.Iuny 1642. §.Nam denique, Romana hæreditatis de Toscanellis 21.Maij 1649. coram Reuerendiss.Papien. & Romana fideicommissi de Steccatis 10.Febr.1662.§.cum enim coram R.P.D. meo Bonr-*
10 *lemoni*. Neque rennnciatarijs in aliquo suffragatur
dicta renunciatio; quia stante strictissima prohibitione
alienationis non possunt bona controuersa ad illos
transire, contra expressam voluntatem testatoris, qui
voluit illa perpetuo stare, & manere penes institutos,
& substitutos *Fusar.de subst.quæst.430.num.6. Mastril, decis.65.per tot. Rota coram Eminentiss. D.Card.Celso decis.339.num.5.& seq.*

Exceptio autem detractionum prætensarum ex per-
11 sona Mariæ Franciscę non valet impedire immissio-
nem collegio, quia cum bona de quibus agitur sint
subiecta particulari fideicommisso planum est ex inde
non posse fieri detractiones. nisi in casu quo prorsus
alia bona deficiant, *Rota in recent.decis.41.num.37.& seq.p.10.coram Dnnoz.Iun.decis.846.num.35.& 36.& in Bononien.Landi 24.Martij 1668.§.nulla quoque vers. hinc est coram R.P.D.meo Calatain*. Et dubitari non
potest quin super eis fuerit constitutum fideicommis-
12 sum particulare, stante sepius repetita prohibitione
alienationis, vt supra dictum est, quæ cum non diri-
gatur ad quotam hæreditatis, sed particulariter re-
spiciat huiusmodi bona Chisenti, absque difficultate
desuper constituit fideicommissum, particulare vt
probat, *Peregr.cons.69.num.29.Cyriac.contr.205.n.238 Rota decis.339.num.15.p.9.rec.*

Parum releuante, quod in vtroque fideicommisso
fuerint vocatæ eędem personæ vnde infertur prohibi-
13 tionem stare dependenter, & accessorie à præcedenti
dispositione, & sic non esse aptam inducere nouum
& diuersum fideicommissum vltra quod enim non est
14 incompatibile, quod eadem res possit ad fauorem
eiusdem personæ de publici fideicommisso grauari
Gabr.cons.32.num. 20.lib.1. Peregr. cons.64. num.29. lib.3. Rota decis.41.num.2. & decis.418.num.10. p.5. rec.Add.ad Gregor.decis.433.num.24.

Placuit responsio, quod hæ duæ dispositiones sunt
inter se prorsus distinctæ, & separatę imo, leguntur
conceptæ sub conditionibus diuersis, & contrarijs,
quia respectu bonorum fideicommissi vniuersalis testa-
tor concessit filiabus facultatem vendendi eueniente
15 casu necessitatis, prout eisdem videbitur, & placuerit
respectu vero bonorum Chisenti adest prohibitio alie-
nandi perpetua, & indefinita ad effectum, vt semper ma-
neant penes hæredes institutos, & substitutos. Vnde
cum sint dispositiones contrariæ, nec inter se habeant
connexionem, visum fuit vnamquamque importare
distinctum, & separatum fideicommissum æquæ prin-
cipaliter, cum in contrarium vnum non possit habere
ab altero dependentiam *vt firmauit Rota in Romana fideicommissi de Maximis 14.Martij 1652.§.neque verum est coram me, & in Romana restitutionis dotis 21. Iunij 1657.§.quia contrarium, versic.ex quibus verbis §.seq coram R.P.D.meo Priolo.*

Denique non obstat, quod bona fideicommissi par-
16 ticularis potuerint valide alienari pro constituenda
dote Mariæ Franciscæ filiæ testatoris sub prætextu
quod alia bona hæreditaria patris non extiterint ex
priuilegio, *Auth.res quæ C.com.de leg.vt dictum fuit in firmana fideicommissi 4.Iunij 1668. coram R.P.D.meo Beuilaqua.*

Cum enim Maria Francisca, à qua causam habent
Alexandrini, fuerit hæres Innocentij patris absque
17 beneficio legis, & inuentarij, censetur de dote, &
alijs detractionibus plene satisfacta, & tenetur inte-
gre soluere legata, ac de iure nouo restituere fideicom-
missa particularia *iuxta text.in l.fin.§.si. vero C.de Iur. deliber. §.si vero non fecerit Auth.de hered. & Falcid. cum alijs, quæ distinguendo tradunt Castr. cons.188. num 2.lib.2. Peregr.cons.64.n.27.& 28.lib.2.Bell.Iun. cons.58.num.37.& seq.Fusar.de substit.quæst.541.n.22. & seq. Rota decis. 399. num.33.p.9. & decis.910.n.21. coram Dnnoz.Iun.*

Nec releuant testes inducti ad probandum statum
hæreditatis quia deponunt de propria credulitate,
18 & quod magis est, non coarctant negatiuam existen-
tiam pecuniarum, & mobilium, prout opus esse
ad istum effectum, dixit *Rota coram Merlino decis.633 num.5.*

Et ita dubio pluries proposito fuit resolutum vtraq;
parte accerrimè informante.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET MATERIARVM
quæ in ſupradictis tribus Deciſionum Thomis

EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI

D. CARDINALIS CERRI
OLIM SACRÆ ROTÆ DECANI,

AD PRAESENS

EPISCOPI FERRARIENSIS
continentur.

A

Et

Item

ALIE-

At-

Benc-

Non

Et

C

Cen-

Clau-

Sem-

CON-

Con-

Con-

cre-

Cu-

Facta

tio

ue

Poi

DIFFA-

DIVER-

tione

&

K Dos

E

Nec

præ-

poſ-

F

Fidei-

cen-

cepta-

pore

H

Ex-

Quan-

Hypo-

I

sen-

ad

iura

iurisdi-

iuſpa-

cum-

M

Item

Manu-

Ma-

vim

O

Obli-

P

Filij

PE-

Pro-

Pos-

Et per

Et

nihil

pro-

Q

Quasi

R

Rati-

Reco-

Non

mum

De-

Re-

S

Sen-

So-

Spo-

Sta-

Sub-

ſuc-

T

ſuſti-

Te-

iura

rit

Et ta-

Non

Pro

V

Ca-

Ver-

ma-

F I N I S.